I
15

quadringẽtis equitibus in tranſfugaꝝ ſupplementũ filio tranſmittit. Franciſcus cum intellexiſſet per exploratores Taraconenſes cum ipſis perfugis in Cuſentinoꝝ agrum ueniſſe: ſpe per inſidias magnæ rei gerendæ ſumma celeritate quantas poteſt ex locis propinquis:auxilia res copias contrahit: Lodouicũq; ſanctoſeuerinatẽ qui Cuſentiæ urbi pro Lodouico rege præſidio erat:magnæ quidem iam tum inter belli duces auctoritatis uirum cum ualido equitatu ſibi adiungit:quorum auxilio auctus ingenti in eos animo pernicitateq; mirabili delatus pugna conſerta omnes primo impetu profligat:fugatq;:ac magnam eorum partẽ capit:& in his Foroiulianũ Cæſarem Flaſcum reliquoſq; fugiẽtes inſecutus in captiuoꝝ numero habuit. Videre hoc loco licuit ſummã in adoleſcente clæmentiam ac manſuetudinẽ:qua in captiuos perfugas uſus eſt. Nam cũ hæc Sphortiæ renũciata eſſent non multis poſt diebus quibus Neapoli Alphonſum fuderat:patris animũ recẽti uictoria exultantem maiore gaudio repleuerũt. Sed cum de tranſfugis re cognita confeſtim per nuncium filio iuſſiſſe ferunt: ut illis omnibus laqueo colla frangeret. quo patris imperio accepto: cum uideretur ſeuerius & ab illius qui erat miti ingenio:cõſuetudine longe alienum:paululum ſubdubium fuiſſe & cogitabundũ: uelut qui & patri parendum eſſe duceret:& nihil crudelius faciẽdum. Dein conuerſum ad nuncium dixiſſe. Dic mihi:quo uultu pater ut iſta mihi referres: imperauit:Illumq; iracundo reſpondiſſe: Tum Franciſcũ:non igitur patrẽ iuſſiſſe:ſi iuſſit iracundus:qua re accerſitis ad ſe captiuis:patris imperium diſſimuládo: quoniam pater meus inquit: erratis ueſtris ignoſcit:& ego uos omnes q̃liberaliſſime pœna abſoluo:& manendi inſuper: ut antea & abeundi pro arbitrio optionem permitto. Tum omnes præ læticia collachrymãtes & patri gratias egiſſe ingentes: & filio:ac ſeſe manere apud eum uelle alacriter reſpondiſſe: Quod cum Sphortia ex litteris filii intellexiſſet:conuerſũ ad circũſtantes ſubridentem dixiſſe ferũt:longe filium eſſe patre prudentioré. Cæteꝝ Alphonſus ubi ea quæ de ſe Iohãna per Italiam perq; Europam uulgauerat: perſenſit:inſtitutumq; inſuper præcipua pontificis opera Lodouicum regni ſucceſſoré parteſq; ſuas ob id difficiliores futuras animaduertit maioribus uiribus ſibi gerendũ bellum uindicauit. Quãobrem Braciũ rogatum mittit: ut in Campaniã ad ferẽdum ſibi auxilium aduerſus nouam belli molem tranſitum maturaret. At ille qui ſuos cogitatus omnis in unam obtinẽdam Aquilam quã obſediſſet:conuerterat:neq; regiis precib?neq; iure fœdeꝝ neq; ullis deniq; pollicitationib?adduci potuit: ut ab ea obſidione diſcederet. Itaq; Alphonſus ea ſpe auxilii fruſtratus:ſiue quod per id temporis ſuam Neapoli præſentiam paꝝ ſibi auctoritatis afferre intelligeret:ſiue quod hiſpani eum belli quod nuper exortum fuerat: cura premeret: ſeu quod Genuæ a Philippo

Mediolanenſiũ duce claſſem aduerſũ ſeſe parari audierat: Petro fratre quem infantẽ appellabant: quæ eſt dignitas apud biſpanos poſt regiã prima: & cum eo Iacobo Caudola : Berardino Vbaldino cardenſe : & Vrſo ex Vrſina gente primariis ſuæ militiæ ducib⁹ præſidio Neapoli relictis: paratam in portu claſſem conſcendit : & tyrrbenũ inde mare adnauigãs: Maſſiliam Vrbem uetuſtiſſimã ac portu celebrem euenit. Hanc cum Andegauẽſium pareret imperio: inopinãtem adortus: expugnat: ac in prædam uertit. nec tanto uulnere ciuitati immeritæ illato contentus: ob odium iramq; in Lodouicũ incendit. Exinde ſacris diui Lodouici oſſib⁹ & aureis argẽteiſq; plurimis uaſis ablatis: in paterna regna delatus eſt. Inter bæc Bracius: q ut docuimus: magnis uiribus Aquilam premebat: ubi obſtinatis ad reſiſtendũ Aquilanoꝝ animis : diuturniorẽ futuram eius urbis oppugnationẽ aĩaduertit: conſumpta iam æſtate: Petrum Iobannẽ Paulum: Iobannẽ: & Franciſcum fratres Vrſinos ductores equitũ baudquaq̃ poſtremos: & Manupelli comites ſibi aſciſcit: quoꝝ præter militarem operam acceſſio magno uſui fuit: Nam complura per eam brutioꝝ oram oppida poſſidebant: quã regionem recenti uocabulo Aprutium dicunt . Hæc Pelignos Marucinos Marſos Ferẽtanos Furconẽſes Larinates Albenſes uetuſtiſſima populorum noĩa Saniiq; item maximã partem continet. Aduentãte byeme : ædificatis aduerſus Aquilam caſtellis præſidioq; impoſito: per ea loca Bracius copias ſuas byematũ diſtribuit . Ipſe cum delecto equitatu Theate Marucinoꝝ urbem quam nunc Thetim nuncupant : orthona per ſimulatã cum regina amiciciam occupata: nullo aduerſari auſo in byberna ꝓfectus eſt. Tulit bos Bracii ſucceſſus Regina modeſtiſſime: quæ parum in ea re cum Carazolo Bracii fautore ſentiebat . Dolebat aũt uæbemẽter: Vrgeri ab eo Aquilam nomini ſuo deditiſſimã : quæ ut ſe in illius fide contineret: omnia extrema patiebaẗ : hominemq; præterea dominãdi cupidũ maiores animos intra regni fines ſumpturum metuebat : quod ſubactis Aquilanis illum ab inuadendo regno nequaquã temperatuꝝ exiſtimabat. Veꝝ hunc iãdudum alebat inteſtinus morbus. Infenſus enim Sphortiæ Carazolus: quibuſcũq; poterat artibus diſcordiaꝝ fomenta inter Sphortiam Braciumq; ſubminiſtrabat : qui ut irritatos eoꝝ mutuis odiis animos uidit: bracianas partes ſecutus quãuis reginæ aduerſas occultis inſidiis nutriebat. His igiẗ de cauſis Regina uæbemẽter commota: ſtatuit non amplius cunctari: imminẽtiq; Aquilanoꝝ periculo & creſcẽtis inſolẽtiæ Bracii occurrere Proinde Sphortiæ ad ſe accerſito & quid ſit opus facto : & quid ab eo fieri uelit: oſtendit. Is &ſi iniquo ãni tempore aduerſus rerum omniũ munitiſſimũ boſtem ex bybernis ſibi educendum erat: tamen alacri & inuicto animo Reginæ imperata facit : reuocatiſq; ad ſe quãprimum Franciſco filio & Michaele ex Calabris: & Foſcbino ex Appulis : quo

æstate superiore miserat: copias undiq; cogit: necdum omnes conuene
rant: cum in ipsum Bracium ire contendit. Ex itinere Ischonium quod
nunc Vastum Amonis uocant caudelanoꝝ oppidum aggressus paruo
negotio in potestatem accepit. Inde montē Therisii. postea orthonam
ꝑgressus electo braciano præsidio: dedentib? sese oppidanis: in reginæ
dicionem redegit. Duæ potissimū res hoc tempore Sphortiā maturare
aduersus hostem & hortabant̃: & urgebant. Vna erat & præcipua: ut
Reginæ imperia ad cōprimendā Bracii audaciam exequeretur. Altera
ut quæ iam cum Philippo Mediolanēsiū duce pepigerat: efficeret. Per
idem enim tempus Philippus: cuius potentia adeo creuerat: ut eius
nominis fama ac magnitudo toti propemodū Italiæ formidini esset:
Franciscum cui Cremagnolæ cognomē erat: supremū antea sui exerci
tus ducē: qui maximis rebus gestis magnā sibi auctoritatē magnāq;
gloriam cōparauerat: ob easq; res inuidiæ obnoxius: multoꝝ insidiis
circūuent? fuerat: ab militia ꝑ speciem honoris Genuæ urbi præfectū
reuocarat. Dum igitur Philippus quem potissimū Cremagnolæ subro
garet: quærit: in unū Sphortiam mentem conuerterat. Itaq; annuente
Regina Martini etiā pontificis opera Sphortia cum Philippo conuene
rat: ut liberatis obsidione Aquilanis firmatisq; Iohannæ Lodouiciq;
rebus: ineunte proxima æstate florentinis bellum inferret. Bracius aūt
ut irruentē in se Sphortiam infesto exercitu didicit: copias suas omnes
præter eas quas præsidio castellis iis: quæ aduersus Aquilanos fabrica
uerat: reliquisse diximus: ex hybernis educit, nec ausus apertis campis
cum hoste contendere: deditissimos suæ factionis populos in fide con
tinere studebat: & modo huc modo illuc aduolās oppida seu munitio
ne seu dubiis incolētiū animis infirma præsidio oratione q; firmabat.
At Sphortia quocunq; eum accessisse cognouerat: insequebat̃. Per būc
modum pluribus oppidis pulsum intra Theate tandem munitiorem
locū compulit. Et quoniā hyemis acerbitas Decembri mense sæuiēte
castrametari prohibebat: confert sese orthonam cum parte copiarum
Sphortia: reliquis per ꝓpinqua municipia distributis. Sed iam Spbor
tiæ fatalis hora aduenerat: iam paratis omniū ad bellū animis: Franci
scum filium: in quo omnis paterna fiducia reponebat̃: & cū eo Michae
lem attendulum cum exercitus parte trans flumen Aternum quem
nunc de proximi municipii nomine Piscariam dicūt: qua fauces mari
īmiscet: mittere instituit: ut inde celeriter Aquilam petentes hostem
iam præteritum præuenirēt. Ipse cum reliquo exercitu eos præsidio
subsecutur?. Exploratam iam omnes uictoriā habere uidebantur: nisi
tantæ rei gloriam Sphortiæ acerba inopinataq; mors intercepisset.
Apparuere aūt tanti ducis iniqua futuræ sortis præsagia: quæ cum
cæteros terruissent: solus ipse cui exitiū portendebat̃: aduersus ea fere
batur impauidus. Narrauit enim peracta diluculo hostiæ christianæ

celebratione circũſtantibus multis per ſomniũ uidiſſe ſe in altiſſima aqua periclitari opem nequicq̃ implorantẽ. Hæc &ſi audientes omnes ut profectionem in dies proximos tardaret : & adhortabantur: & rogabant: Commemorantes præterea quædam Aſtrologorum iudicia: quæ monebant: uti die lunæ Sphortia amniũ tranſitũ præcaueret. perſtitit ille nihiloſecius contra omniũ ſententias intrepidus : uelut is quem ineuitabile eius diei fatum maneret extremũ . Iubet igitur Sphortia armatos militum ordines Aternum uerſus ut ſtatuerat : procedere . cumq; pro cõſuetudine profectionis initio ante ſe ſublata ſigna ferri imperaſſet quadrati uexilli ſignifer uix ipſam urbis portam exierat : cum equi lapſu corruens ſignũ ſolo illiſit. Vbi uero ad Aterni oſtium peruentum eſt: comperit boſtes uadum eius fluminis in aduerſa ripa ſudibus præfixis ſcapbaq; ſubmerſa: interrupiſſe: caſtellumq; deſuper ædificaſſe: & præſidio impoſito tranſitu ſuos pbibere. Hac difficultate nihilo ſegnior Sphortia ad traiiciendũ amnẽ factus: anteriores pgredi iubet : deducto ad dexteram in mare itinere qua minorẽ aquæ altitudinem putaret. Et quoniam crebris e regione telis impetebant̃ : caſſides induunt: haſtiſq; fœmori adactis quinq; omniũ primi inſignibus uecti equis flumen ingrediunt̃. Hos Franſciſcus & Michael attendulus ſubſequuntur. Sphortia octauus additur : & non multo labore in ulteriorem ripam traiiciunt. Quadringenti circiter equites eos ſecuti ſunt. Interim refluens in aduerſum amnẽ maris unda uento impulſa exaſperaſcere atq; intumeſcere: qua re perculſi reliqui in ripa conſtiterunt . Impoſuerat Bracius Piſcariæ municipio quod ſublicio ponte utrãq; amnis ripam complectit̃: præſidii cauſa equites ad quadringẽtos & peditatum non paruum. Hi ubi nunciatum eſt: ad oſtium fluminis tranſitũ ab Sphortia tentari: nec poſſe ab iis qui in caſtello erant: prohiberi: inſtructa acie ad uadum feruntur. In hos igitur Franciſcus cum iis qui tranſierant: obuiã factus: acerrime confligit: eoſq; tandem in fugam uerſos ad pontẽ uſq; præcipites agit. Cõplures ex iis capit . Hac pugna alacrior factus Sphortia: qui incredibilem prope de adoleſcentis filii uirtute læticiam capiebat : In fluminis fauces regreſſus uoce manuq; ſtantes in aduerſa ripa ordines tranſire ac ſe ſubſequi iubet. At ubi eos cunctari ſegneſq; ſtare uidet : rurſus ipſe ut acrius cogeret tranſeundiq; timentium animis fiduciam præberet : amnem ingreditur: & qua profectus erat: infelicem maris undam repetit. Sed priuſq̃ ad fluminis ripam perueniret: ad armigerum quendam quem hippagium appellant: inter fluctus periclitantẽ flectit ſubleuaturus : ne mergeret̃: & dum pereunti illi manũ extendit: quo inſidebat equus poſteriorib⁹ deſertus pedibus: labit̃: moxq; Sphortia ephippio excuſſus ac thoracis reliquoꝝq; armorum pondere preſſus exæſtuantib⁹ undis obruitur. Equus ſeſſore uacuus ad littus enatauit. Ipſe uero Sphortia

bis iunctas ferreis manicis graues manus ſuſtulit:perinde ac auxiliū implorans:cumq; nemo ſe maris fluctibus boſtilibuſq; tælis obiicere auderet:fluctuū magnitudine obrut?: anno ætatis quarto & quinquagesimo ab natali chriſtiano M cccc xxiiii.iii.no.Ianuarias uita deſerit qui diu poſtea ac multū cōquiſit?nuſq; repertus eſt.Viderat eiuſmodi repentinū miſerandūq; ducis caſū un?ex iis q flumē tranſierāt . Hic Protinus ad Franciſcū aduolat:eumq; paululū ex acie retractū mæſtus tremenſq; paternū caſum edocet:quo nuncio Franciſc?grauiſſime affectus dolorem īmenſum per ſummā cōſtantiā ſupprimit:ſeq; a lachrymis ſingultibuſq; continet:ſed qđ maxime expediebat:ſuos a pugna reiectis boſtibus reuocat:Et per ſpeciē ferendi auxilii reliquis flumen tranſeūtibus celeriter ad uadū reducit:cumq; cæteri iiſdem fere ueſtigiis quibus flumen ſuperarāt:redeuntes ingruentib?undis ſeſe cōmitterēt :iamq; nōnulli abſorberent :ipſe dimiſſo equo qui eum traduceret:inuentum forte ibi lintrem conſcendit:& inter ſagittas & omnis generis miſſiliū iactus breuiſſimo conto impellens in ripa expoſitus ſe recepit:ad quos cum omnes acerbiſſimo ob amiſſum ducem dolore confectos tumultuāteſq; inueniſſet : graui oratione conſolari cœpit: Vtq; bono eſſent animo hortari.Dein rogare: ut quēadmodum hactenus ſub patre Sphortia magna cum laude omni tempore meruiſſent: iiſdem animis eadēq; fide ſecum ꝑſeuerarent:Nam ſi ea bene ſentientium inter ſeſe animos fama ad Romanū pontificem & ad Iobannam reginam:ſi ad boſtes deniq; ipſos perferatur:nihilo certe quam antea inferiore loco & Sphortianū nomē & res eos omnis futuras.Præterea ſtipendia cōmeatuſq; ac urbium & populos gratiā facile ſibi comparaturos.Quod ſi ſecus ſenſerint:& diuerſas in partes diſtrabi cœperīt: tum demum & boſtibus & amicis æque ludibrio fore . Hac oratione habita : mis in modum conuerſæ ſunt in eum omniū mentes : ita ut ingenti fauore digniſſim?ſit habitus: qui paterno exercitui præeſſet: qui nondum tertium & uigeſimū ætatis annum exceſſiſſet : Vrbium item pupulos q; omniū qui Sphortiæ paruerant imperio : adminiſtrationi ſuccederet:eumq; dein ſuum imperatorē cōſalutarūt:& ut de ſe omnia ſibi ꝑmitteret:uno conſenſu eodemq; ore alacriter affirmarūt. Poſt hæc cōmunicato cum primorib? conſilio eodem die Orthonam unde diſceſſerant:cum uniuerſis copiis reuertit.Bracius interim cum intellexiſſet boſtem ad Aterni fauces exercitum duxiſſe:eiuſq; partem iam flumen tranſiſſe:nec reliquam tranſitu prohiberi poſſe : Iuſſerat enim per nuncios ſingulas horas ut res gererent:edoceri:qui rem per ſe magnam uerbis etiam multo maiorē fecerant: ſuis rebus diffidens præmiſſis impedimētis Theate omnibus egreditur copiis eo conſilio ut ſoluta Aqlana obſidione relictaq; omnino brutios ora in picentes. Vmbroſq; ſuæ dicionis populos remigraret:& iam fere tria paſſuum

millia procul Theate proceſſerat : cum miſſis ad ſe crebris ex piſcaria nunciis de Sphortiæ interitu cognoſcit. Fertur primo & item ſecundo rem tanti momenti renũcianti minime credidiſſe: Superueniẽti demũ tertio fidem adhibuiſſe. Itaq; reuocato itinere Theate regrediť. Fama eſt: Bracium nulla de hoſtiũ ducis morte læticiæ ſigna oſtendiſſe ſed mortuũ ſũmis laudibus extuliſſe, ſeu quod humanaꝝ rerum exemplo admonit? tanti uiri caſu terreretur: ſeu qđ ut plæriq; affirmant: prope exploratum uaticinio haberet: breui ſe poſt nouiſſimũ Sphortiæ diem ſuperuicturꝝ: At Franciſcus reductis ut oſtendim?: Orthonam copiis: cum Beneuentũ q̃primum petere ſtatuiſſet : quo & paternæ dicionis oppida priuſquam ullo agitarenť tumultu : confirmaret: & Reginam deinde uiſeret: & ſalutaret : illiuſq; gratiam ſibi magis conciliaret : Sanctiparentẽ cotignolanũ ex præfectis equitum & Nicolaũantoniũ Zurlum Sancti angeli comitẽ cum equeſtrib? turmis Orthonæ præſidio relinquit: rogatus item a comite Montis Teriſii imminẽtis Bracii uim metuente Flaſcum giraſium & Gerardum cotignolanũ cum quadringentis circiter equitibus tutelæ gratia eidem deſtinat. Ipſe cum reliquis copiis ex Orthona de prima noctis inſequẽtis uigilia mouẽs non prius reſtitit: quam Apenninũ tranſgreſſus Beneuentũ peruenit. Tenebaťaũt Braciano præſidio Anxanum Samnitiũ oppidum. Id nũc Lanzanũ regionis Emporium eſt . Huc ob nocturnas tenebras cum equites non exiguo numero cum impedimẽtoꝝ parte ab itinere errantes diuertiſſent: nullo negotio omnes intercepti prædæ hoſtib? fuere. Exinde poſteaq̃ omnia Franciſcus in fide perſtare cognouit : Idibus Ianuariis aſſumptis nõnullis de exercitu primorib? Auerſam ad Reginam proficiſciť : ab ea benigne exceptus: nõ potuit ſimul ob Sphortiæ patris deſyderium ſe à multis lachrymis & queſtibus moderari. Commouebatur ingenti dolore mirum in modum Reginæ animus: quod eum amiſiſſet uirum : quẽ unum omniũ ſibi fidiſſimũ & ſuæ ſalutis & totius regni acerrimũ, ppugnatorẽ defenſorẽq; babuiſſet . Cõmouebatur præterea cũ Franciſcũ in magno uictoriaꝝ curſu tanto parente ac reliquos fratres quos ipſe iam parentis loco complexus fuerat; orbatos intueretur. Itaq; Franciſcũ in magnã ſpem erectum uti bono eſſet animo hortata : ſicuti paterna ſigna ac copias ita & urbes oppidaq; omnia quibus iãdudum Sphortiam donauerat ut in maiorẽ natu qui nondũ quartum & uigeſimũ ætatis attigerat annum: tranſfert pleno iure. Dein regina ſtudio non mediocri in filios nepoteſq; renouãdi & propagandi Sphortiani noĩs incenſa: iubet Franciſcũ fratreſq; omnes adiecto proprio nomini Sphortiæ cognomine per omnẽ poſteritatem perpetuo appellari: & inſcribi: Quod ex eo tempore obſeruatũ eſt; cum Franciſcus Sphortia & cæteri eodem modo fratres & appellati ſint & inſcripti. Idemq; in hunc uſq; diem cognomẽ a fratribus ipſis & filiis

retineri uidem?. Quibus peractis rebus Regina quæ iam Taraconẽſes qui ſeſe Neapoli cõtinebãt: ubi per temp?liceret: bello acrius præmere decreuerat: quid ab eo fieri uelit: oſtendit. At Franciſco Beneuentum redeunti forte Vrſin? a Bracio Neapolĩ cum equeſtri præſidio miſſus fit ex inſperato obuius: Cõmittitur utrinq; pugna. Sed cũ eſſet longe Frãciſcus numero inferior: tutiora conſilia ſecut?non inſequẽte urſino qđ inſidias uereretur Acerras proximũ oppidum incolumis ſe recepit perbenigne quidem & ab Agapeto patricio romano quem ei oppido Iobãneſantoni? bautius Tarentinor̃ princeps præfecerat: & ab Acerranis exceptus: qui poſtridie ut ſtatuerat: cõtinuato itinere Beneuentũ ſe contulit. Quod moleſtiſſime ferens Tarẽtinus Taraconenſiũ partium fautor: quippe qui ut creditur: uel non recipi uel retĩneri ab Agapeto Franciſcũ Sphortiam maluiſſet: illum ſtatim ab eo magiſtratu abdicauit: Acerriſq; abire iuſſit. At Franciſc?Beneuentũ reuerſus ſuos exinde non tam milites quam populos reuiſit. Poſtea uero acceptis partim a Regina pecuniis partim ab amicis ſubditiſq; in ſupplemẽtũ comparatis & in milites diſtributis: exercitum ſummo ſtudio equis armiſq; exornãdum curat. Dum hæc gerunt̃: Zurlus quẽ cum Sanctiparente præſidio Orthonæ relictum diximus: de prodenda urbe Sphortianiſq; militibus diripiendis cum Bracio clam cõuenerat. Qua quidem re ad ſanctiparentẽ primũ deinde ad Franciſcũ Ricardum in ciuitate principem cæteroſq; ciues delata: graui ira omnes metuq; periculi permoti: captis illico armis in Zurli hoſpitium furentes prouolant: ipſumq; obtruncãt. Dein ſupellectilẽ & equitatũ eius omnẽ eodem ipſo furore in prædam uertunt. Quo facto: non multo poſt Sanctiparentes cum ſuis in Appulos profectus Franciſco Sphortiæ ſe adiũxit. Ineunte uere Franciſcus coactis undiq; copiis Neapolitanos ut Regina cõſtituerat: inuadit: caſtriſq; mœnibus admotis: urbem obſidione premere cœpit. Sed aucto exercitu cũ franciſci ætas nõ capere tantũ imperiũ uideret̃ Placuit Reginæ ut Michael attendul? ætate maturior & rei militaris ſcientiſſim?ei ſocius adderetur: cuius conſilio & auctoritate res agerẽtur. Hæc ad obſidendã a continẽte Neapolim prouiſa: a mari autem claſſis non multo poſt affuit omnibus rebus inſtructa. Fuerat ſiquidẽ triẽnio ante Philippus Maria Mediolanẽſiũ dux Genua urbe ampliſſima cũ armis tum ciuilibus diſcordiis quibus ea ciuitas ſæpe agitari conſueuit: potitus. Ad hunc terra mariq; potentem Iohanna abdicato Alphonſo: miſerat rogatum auxiliũ: Martino etiam pontifice & Lodouico Andegauẽſi deprecatorib?. Philippus ubi Alphõſum quem inter Italicos principes peregrinũ modeſtius uiuere æquum fuerat: elatum inſolentẽq; uidit: quaſi Italiæ domitor haberi ac prædicari uellet: ſe reginæ poſtulatis facilem præbuit. Accedebat ad hæc quod plæraq; inter ſeſe conuenta rex minus religioſe ſeruaſſe putabat̃: & genuẽſes

quoq; natura gottbolano nomini infensi ab eo petierant: ut Lodouici mitissimo ingenio principis amicicia Taraconēsi superbiæ āteponeret: quodq; Lodouicus ipse & auxilium pro facultate se subministratuꝝ pollicebatur. Accedebat etiam quod pulcherrimū existimabat: si cuius modo Alphonsus domitor haberi cupiebat: ipse censor Italiæ haberetur. Quibus rebus permotus classem parari iussit: Præerat tūc genuæ cremagnola: qui & militaris disciplinæ peritissim? & qd tanto apparatui usui esset: ꝓbe callens: omnia q̄diligentissime subministrabat: eoq; maiore studio: quod iam à Philippo dux classis eius designatus erat. Itaq; ingentis magnitudinis naues duodecim & triremes duas supra uiginti coegit: ex quibus Lodouicus quattuor parauerat: quas præter equites externosq; pedites e Mediolano missos egregie naualib? sociis & genuensi milite muniuit: iamq; omnes in portum cōuenerant: nec aliud præter aduersos uentos remorari classem putabat̄: Cum repente Guido taurellus eo a Philippo missus posthabito Cremagnola: classi præficitur ueluti nihil tanto studio Philippus curaret: quam ut inter duos egregios belli duces implacabile odiū subministratis æmulationum iraꝝq; causis acueret: Nam pauloante a genuēsi bello: abdicato Guidone: Cremagnolā prætulerat. Itaq; Guido classe per asperam hyemem e genuēsi portu soluta: Caietanum sinum cum longis nauibus primū: paulo deinde post cum onerariis secundo uento portum subiit At Caietani qui intra urbem regium præsidiū receperāt: tantæ classis repentino aduentu territi: ad Taurellum legationē mittunt: pactiq;: ut hispano præsidio incolumi abire liceret: urbem dedidere: quorum exemplū omnes ferme maritimæ urbes populiq; secuti gottbolanos eiecerunt: Reginæ Philippiq; imperia facturi. Supererat una Neapolis quæ cum terrestri exercitu obsideretur: Taurellus in portum delatus classem haud longius tæli iactu ab littore in ancoris stare iussit: & ita multo artius mari quā terra ea urbs obsideri cœpta est. Quo tempore Frācisc̄us Sphortia Guidoni: & illius opera Philippo postea magna ac prope singulari beniuolētia iunctus est. Quod quidem tantaꝝ rerum quas insequētibus annis Franciscus ipse per Italiam fortissime gessit: initiū fuisse constat. Circūsessa per hunc modū terra mariq; Neapolis rei frumētariæ primum dein omniū fere rerum inopia durius haberi cœpit. Tuebant̄ intus obsessos ciues magno militū præsidio ut supra ostendim?: Petrus infans regius frater & cū eo Iacobus caudola Berardinus cardensis & Vrsus ursinus ductores equitum insignes. Itaque cum oppugnare Vrbem obsidentib? ipsis nō uideret̄: nec classis finito stipendii tempore manere loco amplius uellet: & inclusi diutius obsidionem perferre non possent: colloquia sunt cum Neapolitanis habere cœpta: moxq; factis paucoꝝ dierum induciis: missi sunt ad Iacobum: qui eum edocerēt: nullas in Italia classes nullos exercitus in quorum

ſubſidiis ſpem ullam ponere poſſet: eum aliquādiu deditionē differre: effugere aūt nequaq̄ poſſe: quanto ſatius eſſe prudenti neceſſitatem in gratiam uertere? poſſe ſi ſapiat: & reginam & Philippū non mediocri beneficio ſibi conciliare: Neapolitanis ciuibus præterea deditionē nō ingratam fore. Ad hæc Iacobus qui propter īnatam auariciam ſemper uænalis fuit: ita reſpondet: magna ſibi militiæ ſtipendia deberi: ſi urbe excedat: neminē æs depromptur⁊ quādiu urbē obtineat: eſſe ſibi idoneū ac certum conſequēdæ pecuniæ pignus. Iis colloquiis tentatis ſæpe utrinq; animis factū eſt tandem: ut ſi pecunias Iacobo Philippus pendat: urbs dedatur. Re Mediolanū perlata: conqſitum continuo aurum Genuam mittit̄: idq; naui celeriter delatum Iacobo numerat̄. Interim Berardinus ubi præter cætera incōmoda quæ obſidio afferre ſolet: Caudolam ſe inſciente: cum hoſtibus clanculū conſpirare uidet: impetrata a Franciſco fide publica abeundi urbe egreſſus omni ſuo equitatu ad Braciū cui iure militiæ obſtringebat̄: ſe recepit. Caudola &ſi conſumpto inducia⁊ tempore factis fere quottidie eruptionibus manus præcipue cum Sphortiano milite conſerebat: Tamen accepta pecunia fœdereq; cum hoſtibus icto tuendæ urbis curam intermittit. Ex quo factum eſt: ut Sphortiani caudolanis militibus intermixti partim portis partim muris urbem indefenſā inuaderēt: excurſionibuſq; dein uicatim factis: petrus infans & qui ſuperfuerāt: regii milites in arcem nouam confugerēt. Franciſc? & Michael urbe plane potiti: eam Reginæ poteſtati tradidere: quo⁊ tanta fuit modeſtia: ut in tanto re⁊ motu ac tumultu nulla uis neq; publice neq; priuatim Neapolitano⁊ cuiquā illata ſit. Recepta per hunc modum Neapoli: omnia Taraconē ſium præſidia: arcibus ſolū qbuſdam in eo⁊ fide perſiſtentib?: regno demigrarūt. Qua quidem re pacatis ubiq; populis omnes nulla uſi exceptione Reginæ imperia faciebant. Quibus geſtis rebus iam per Italiā Franciſci nomē prædicari celebriuſq; in dies fieri & grauiſſimo inſuper Taurelli apud Philippū teſtimonio magis atq; magis augeri cœptum eſt. Ea impulſus fama Philippus qui præſtantib? uirtute uiris ſuum exercitum muniri plurimū delectabat̄: Iuuenē cum Sphortiano rum militum robore ſtipendio non multos tamen in menſes magna omniū expectatione cōducit. Perſeuerabat interea obſtinato animo in Aquilæ obſidione ſūmo conatu Bracius poſt Sphortiæ obitum confidentior factus contractiſq; undiq; uiribus: ad urbē caſtra admouerat: omniq; fere cōmeatu intercluſā multis machinis quatiebat. Quod cū Martin? pontifex & Iohanna regina moleſtiſſime ferrent: & Philippus minui: nō augeri Bracii uires cuperet cum florentinis ſentientis: cum quibus ipſe bello contēdebat: haud cunctandū quin laborantib? extremo periculo Aqlanis ſubſidiū ferant rati iubent omni ex parte exercitum cogi: & aduerſus hoſtem ad liberādam obſidione peritura urbem

fcam⁹ gz⁹bzarbus mom

fcam⁹ p̄ncolpaſſus bonon⁹

Aquila fluuius

duo⁹ bzarb⁹ nde
pzſtos paulus: popul romus:
caſtellan⁹ roſeus: Mala
teſta balio peruſinus: Antonell⁹ ſenenſis: Iobānes Antonius aquaſpar
tanus: Nicolaus piſanus: Paulus piſcius: Teuerutius: Iobānes picini
nus burgenſis: catbamellata: Comes brādolinus: Boldrinus papienſis:
Lucas & Trouarellus Aretini: Mattbæus & Raynaldus ex gallia narbo
nenſi: Iannucius focus: Agamēnon peruſinus: Philippus dalmata: &
Petrus texta: uiri ſane fortes & magnū belli uſum babentes. Iuſſerat
præterea Bracius eundem Nicolaum peruſinum: cui propter corporis
breuitatē picinino cognomen fuit: uirum certe bellicoſum & impigꝝ
cum equitibus quadringētis & ualido peditatu e regione urbis in eo
colle conſidere: qui dicit Sanctæ Mariæ ad collem maii: ne quis impe
tus ab urbe erumpens pugnātes ſuos a tergo adoriretur. Inter cætera
aūt quæ Bracio eo tēpore curæ erāt: illud maxime prouidendū putauit
ne frumentū aut ullus cōmeatus in urbem per inſidias importaret: :
cum de Aquilano populo paꝝ ſibi negotii fore exiſtimaret. At contra
eccleſiaſtici exercitus duces: poſteaq̄ boſtem perſtare loco uidēt: quem

Nicolaus p̄ncſ⁹ cognōto pulus

ſūma celeritate duci. Conueniūt unū in locū non multis poſt diebus
Iacobus caudola: Franciſcus Sphortia cum Michaele attendulo & duo
Lodouici Sanctoſeuerinas & columna: multiq; præterea alii: qui ſub
pontifice & Regina merebant. Imperandi aūt propter ætatem omnis
caudolæ datur poteſtas. Cum bis etiam mittitur a Pontifice Frāciſcus
piccolpaſſus bononiēſis: qui poſtea Mediolani archiepiſcopatū geſſit:
cum pontificiis ſignis legatus: In buius belli euentum uariis uotis
tota animum erexerat italia. Ex bis enim duobus exercitibus: romana
ne eccleſia ſeruiret: an imperaret: & Neapolitani regni ſalus omnis &
rerum inſup Mediolanēſiū æthruſcaꝝq; & totius deniq; Italiæ ſtatus
pendere uidebaṫ. Itaq; Kalendis Iuniis Aquilanoꝝ fines ingreſſi haud
longius ab urbe quattuor paſſuum millibus caſtra ponunt: Ab boſtili
bus uero caſtris non amplius duobus. Mons quidam haud magnæ
altitudinis ſed tranſitu perdifficilis inter utraq; caſtra intercedebat.
Ardebant p̄pinquiores facti paribus animis in prælium pariq; fiducia
utriq; exercitus: iāq; Braciani inſolētius iactabundi uictoriā in manu
habere ſe exiſtimabāt: nihilq; magis ueritum Bracium ferunt: quam
ne paruo detrimēto boſtes p̄fligatos cerneret. Is enim ut erat bellandi
p̄liandiq; callentiſſim⁹: de boſtium aduentu certior factus: montis
eius ſummū: quod boſtibus impēdebat: duobus munierat caſtellis: &
in iis magnas pedeſtres copias collocarat. Ad radices aūt montis qua
boſtibus in campeſtrē planicié deſcenſus erat: omnia aquis ex proximo
Aquula fluuio deductis in ſtagni ſimilitudinē cōpleuerat. Inde ipſius
caſtra incipiebant equitibus ſupra quattuormillia robuſtis quidem &
exercitatis p̄munita: quos in quattuor & uiginti ordines inſtruxerat.
Inter reliquos aūt præfectos ductoreſq; bi principes erant: Nicolaus
picinin⁹: Petrus Iobānes Paulus: comes populi: caſtellan⁹ roſeus: Mala
teſta balio peruſinus: Antonell⁹ ſenenſis: Iobānes Antonius aquaſpar
tanus: Nicolaus piſanus: Paulus piſcius: Teuerutius: Iobānes picini
nus burgenſis: catbamellata: Comes brādolinus: Boldrinus papienſis:
Lucas & Trouarellus Aretini: Mattbæus & Raynaldus ex gallia narbo
nenſi: Iannucius focus: Agamēnon peruſinus: Philippus dalmata: &
Petrus texta: uiri ſane fortes & magnū belli uſum babentes. Iuſſerat
præterea Bracius eundem Nicolaum peruſinum: cui propter corporis
breuitatē picinino cognomen fuit: uirum certe bellicoſum & impigꝝ
cum equitibus quadringētis & ualido peditatu e regione urbis in eo
colle conſidere: qui dicit Sanctæ Mariæ ad collem maii: ne quis impe
tus ab urbe erumpens pugnātes ſuos a tergo adoriretur. Inter cætera
aūt quæ Bracio eo tēpore curæ erāt: illud maxime prouidendū putauit
ne frumentū aut ullus cōmeatus in urbem per inſidias importaret: :
cum de Aquilano populo paꝝ ſibi negotii fore exiſtimaret. At contra
eccleſiaſtici exercitus duces: poſteaq̄ boſtem perſtare loco uidēt: quem

putarant eorum aduentu non congredi auſurum ſed deſerta aquilana obſidione: procul cum exercitu abitur̃: maximã babẽdam eſſe cenſent cõmittendi prælii rationem. Itaq; conuocato concilio: in diem poſter̃ quæ more chriſtiano feria ſexta erat pugnam denũciant: equeſtreſq; ordines quẽadmodum dimicaturi eſſent: conſtituunt. Cæterum una maxime difficultas eos ꝑturbabat: qđ ex montis cacumine deſcenſuro in planiciem agmini iter eſſet peranguſtũ: quo uix bini equites ire ſimul poſſent: prodirẽtq; ob id in manifeſtam pernicie ordines primi ſi in eos impetum hoſtis feciſſet. Contendentib? igitur inter ſeſe de ineundo prælio ducibus Lodouico colũnæ duos equeſtris agenti ordines præire cæteros ſorte contigit. Secundum locum Franciſcus cum ordinibus quinq; ultro ſibi delegit: quem Michael cum duobus ſub ſequeretur. Dein cõmuni omniũ conſilio decretum eſt: ut bos pone Iacobus caudola ſex ſuos duceret. Poſt eum Fredericus matelicẽſis & Paulus cathæna cũ tribus ſequerent̃. Tartaliani præterea cum ordinibus duobus: quor̃ Tartalia dux ſuperiore biennio ꝑditionis inſimulatus: Auerſæ ab Sphortia obtrũcatus fuerat. Nouiſſim? omniũ Lodouicus Sãctoſeuerinas cum duobus equitum ordinib? & peditibus trecentis ſubſecutur? eſſet. Aderant pedites reliqui ſupra mille & trecentos. Hi galeas clipeoſq; ferentes equeſtres ordines anteire iuſſi. Conſtabãt equeſtres ſinguli ordines equitum numero ſupra ducentos egregie equis armiſq; ornatos. Quæ cum intellexiſſet Bracius: poſteaq̃ ſuos ad futurã pugnam inſtruxit: illor̃ animos oratione confirmat: ſcire ſe hoſtes numero ſuperiores eſſe: ſed uirtute longe inferiores: collectitiũ & inualidũ exercitum & male inter ſeſe conſentientẽ. Proinde omnes ut bono eſſent animo: hortari: certamq; uictoriã polliceri: & ob id tabulas ad patentes ſui tabernaculi colũnas affigi iubet: in quibus erant deſcripta omniũ ſui exercitus militum nomina: ut numerus omnibus innoteſceret. Quin quo magis hoſtes cõtemnere uideretur: mittit in ipſor̃ caſtra cum litteris tubicinẽ: quibus duces omnes & hortabat̃: & ꝑuocabat in prælium: addebatq;: per ſe eis licere: ſine ulla prorſus uel moleſtia uel impedimẽto & montẽ aſcẽdere & ex eo in æquũ campũ deſcẽderet. Idq; iureiurãdo iuiolatũ fore affirmabat. Quibus auditis cum a cunctis ſilentium ſeruaretur; Franciſcus Sphortia ad Piccolpaſſum legatum conuerſus: Si iuſſeris pater inquit: poſteaquã nemo reſpondere audet: ipſe ut Iuuenis reſpondebo. Reſpondeigitur ait ille ſubridens. Tum Franciſcus conuerſis ad tubicinẽ oculis. Dic inquit: Bracio: nos pro uolũtate noſtra in eum uel inuitum & in ſuam quidẽ rem malam uenturos. Itaq; poſtridie eius diei ut erat ante conſtitutũ: ubi illuxit: duces inſtructa acie collocatiſq; inter poſtremum agmen impedimẽtis montem ſubeunt: nullo in eos ab hoſte impetu facto: Quo ex ſentẽtia occupato liber inde ꝑſpectus in hoſtilia caſtra dabat̃.

Illic bracianũ exercitum in acie ſtantem conſpicere omnibus licebat. Cœpere ad montis radices omnes quidem pedibus deſcendere: Nam propter callis anguſtias rupeſq; præruptas equo deſcẽdere coacti ſũt: ob eamq; rem eos q primi deſcendiſſẽt: fama eſt: turbatos non mediocriter trepidaſſe. At Bracius ſiue quod iureiurãdo per litteras ut docuimus: ſe obſtrinxerat: liberam boſtibus in planiciẽ deſcendendi poteſtatem fore: ſiue quod tanta animi uis & ſpes certa uincendi in eo eſſet: ſuos intra aciem tandiu cõtinuit: donec boſtes in apertum campum omnes deſcendiſſe uidit. Nam cũ in eos qui primi deſcendiſſẽt: impetum facere a ſuis admoneret: Iactabund? reſpondiſſe fertur: ſe ꝓpterea liberum illis deſcẽſum præbuiſſe: quo nemo ex pugna euaderet: cum tot ex boſtibus equos penes ſe quaſi ad præſepiũ deligatos habere uideretur quot in planiciem pueniſſent. Iam plæriq; ordines planiciem tenebant: & reliqui per decliuum ſubſequebant: cum multos ex his Franciſcus timore territos uidit. Hos certa uincẽdi ratione adhortat: ut forti animo ſint: uictoriæq; præmia cõmemorat. Itẽ contra ſi terga boſtibus uerterint: omnia uictis impedita: nullum fore uſpiam tutum locum cõmemorat. Proin ſe ducem & militẽ ſequerent: ſuo exemplo rem ſtrenue gererent: & quanta ſemper Spbortianis in prælio fuerit animi uirtus meminerint. Hoꝝ ubi cõfirmatos in pugnam animos uidit: inſtructa confertaq; acie in boſtem pergit. Idem faciũt reliqui. Iuſſerant enim eccleſiaſtici duces: quo expeditius cum boſte manus conſererẽt: ut omnes cum primũ ueniſſent in æquum campum exudo paluſtriq; ſolo iam facto ita ut equos ægre ſuſtineret: in aridum unde ſibi parum ab boſte timerẽt: celeriter progrederent: Quod a Braciano milite uidetur illis fuiſſe ſine cõtrouerſia permiſſum. Primus igitur omniũ Lodouic? columna ut erat ante conſtitutũ: curſu alacri boſtem inuadit. Huic contra Vrſinus fit obuius: quem mox ſubſeqtur Petrus Iobãneſpaulus: qui ad reſiſtendũ paratus aderat: boſtemq; repellit. Hunc Spbortiana cohors magno excepit impetu. Itaq; collatis ſignis ad ſecũdum ab urbe Aquila lapidem maximis utrinq; uiribus ac exæſtuantibus animoꝝ ardoribus pugna conſeri cœpta eſt: & non minus ipſi duces quam milites ſeſe inter pugnãtes inferunt. Inter fortiſſime dimicãtes Leo Spbortia Franciſci german? frater adoleſcens pugnãdi auidus prolapſus haſta humi ꝓſternitur. Is dum rurſus equũ conſcendere innitit: ab boſtili turma circũuentus capitur: moxq; in proximũ municipiũ cuſtodiẽdus perducitur. At Franciſc? id conſpicatus maiore in boſtes ira incenditur: manuq; ex ſuoꝝ robore celeriter facta: qui ob recens Spbortiæ funus omnes uno ordine nigrantib? criſtis lugubribuſq; equoꝝ faleris ornati prodierant: rurſus dimicantẽ e conſpectu boſtem impetit: acerrimeq; pugnã laceſſit. Aderant inter primos eius lateri cõmilitones Catabriga: Flaſcus: Mannus barrilis Neapolitan? :

Pellinus:Gerardus:Sanctiparētes: quem ſupra noīauimus:& Betutius corteſius cotignolani:Angel?Aſculanus:Cæſar martinēgus:& Raynal dus bulgarellus. Hi nunc boſtes enixe repellunt:premūtq; . Nunc & ipſi item repellunt̄:& premuntur:Nam contra a Bracio duce immiſſi comes populi:Malateſta:Antonellus Senenſis:caſtellan?:& Aquaſpar tanus magno equitū numero ſtipati ptinaciſſimis animis eoꝝ impe tum fortiter & ſuſtinebāt:& reprimebāt.Ab iis Martineng?in terram deiectus intercipitur. Subeunt alii ex Spbortiana Iuuentute:Michael attendulo duce:pugnamq; acrius conſerunt: qui dum boſtes enixius primo impetu agunt:Senēſis multitudine circūſeptus compræbēdit̄. Lex erat utrinq; forte dimicātibus data:eaq; uincendi ſtudio ſeruaba tur:ut quiſq; perturbare cōficereq; boſtem:non aūt capere conaretur: nōdum inclinata aduerſarioꝝ acie:ne in quærenda ſeruandaq; præda & pugnādi tempus amitteretur:& acies milite nudaretur.At Bracius ubi uidet ſuos urgeri:magnā equitatus partem quæ nondū ſe prælio īmiſcuerat:una immittit in boſtes : ut ſuis defatigatis & uulneribus pœne confectis ſubſidio ſit:prælium q; inſtauret.Hoꝝ ductores erant Nicolaus piſanus:Paulus piſcius:Boldrin?:Lucas aretinus cū Troua rello:Iobānes burgenſis: Teuerutius:Philippus dalmata.Petrus teſta: & duo ex prouincia narbonēſi quos diximus qui ſuis cum ordinibus magnis uiribus in pugnātes Spbortianos ferunt̄:eoſq; paulum loco ſubmouent.Sed illis poſtea fortiſſime reſiſtentib?pugna atrox conſeri tur.Quare feſſis longo dēſiſſimoq; certamine numeroq; preſſis Spbor tianis: Iacobus caudola cū omni ſuo equitatu opem ferens:in bracia nos magno irruit impetu. Auget̄ binc atq; inde pugnantiū numerus: exaſperatus:crudeſcitq; mutuis uulneribus pugna:Iamq; Braciani ui coacti paulatim cædere uidebantur : cum Bracius qui omnia ingenti animo & circūſpiciebat:& prouidebat : pugnātes ſuos adbortatus ut paulum uim boſtium ſuſtinerēt:donec ſocii eis auxilio adeſſent:conti nuo Brandolinū cathamellatā: Iannutium & Agaménoné cum ordini bus octo apprime ad conſerendū prælīū inſtructis:ac magnū inſuper peditum numeꝝ prælium ſubire imperat:quos uelut præcipuā arcem & præſidiū ad bunc uſum ſeruauerat.Cum bis ultimo conatu experiri omnino pugnæ fortunā conſtituit.Exiſtimās illoꝝ uirtute ac numero boſtes loco pelli & in fugam tandem compelli poſſe . Certatur igitur uniuerſis copiis ſummo cum uitæ periculo. Vtrinq; uulnera:utrinq; cædes inferunt̄: nec uno ſed pluribus locis uno tempore prælia com mittuntur . Hac fugiunt.illac premunt.clamorib? ſonituq; tubarum omnia reſonant:omnia fremunt:perſtrepūtq; . Inter ſpem & metum omnia tumultuātur . Iidem eodem fere momēto nunc uictores nunc uicti uidentur.Nam cū omnes undiq; coiiſſent ordines:tum demum intermixti inter ſeſe equites peditesq; uulnera cædesq; īnumerabiles

edebant.Fit magna præcipue equoꝝ ſtrages.Planicies tota cruore cadaueribuſq; fœdabatur.Aquaſpartan⁹ inter alios baſta tranſfixus cadit. Tũ Bracius maiore ſuoꝝ parte rurſus coacta magnoq; adnixus conatu in eccleſiaſtica caudolanaq; ſigna impetũ facit:ac inter primos Philippus Dalmata & ſigna & imperatorẽ audaciſſime impetit: atq; proſternit: Quibus ſic humi proſtratis : ac ſũmo ubiq; inter hoſtes læticiæ clamore ſublato uictores iam ſeſe Braciani arbitrabãtur:Q d conſpicatus Nicolaus picininus e montis ſupercilio : ubi aduerſus Aquilanũ populũ uti demonſtratũ eſt:a Bracio ſtare iuſſus erat:prædæ ut fertur cupiditate allectus ad diripienda hoſtium impedimẽta:quæ paulatim e monte in planũ deſcendebãt:relicta in monte peditatus parte:cum reliquis conuolat.Quod ubi Aquilani aĩaduertunt:haud ſibi amplius euentu pugnæ expectandũ rati : facto repente agmine:uniuerſi erumpunt.Quos in monte picininus præſidio reliquerat:paruo labore loco deturbant : & in Bracianas cohortes delati:magnos & inſperatos excitant tumultus.Interim Franciſcus & Michael cognito in quanto cõis omniũ ſalus diſcrimine uerſaretur:cũ iam eccleſiaſtica acies inclinari pelliq; cœpiſſet:ad ſuos conuerſi:quod in tanto tumultu uox exaudiri non poterat:manu enſeq; ſignificãtes ſuos contrabunt:globoq; ex iis facto:pugnam inſtaurãt acerrimã. Franciſcũ caſſide nigrantib⁹ criſtis tripliciq; inſurgenti ordine conſpicuũ omnes pro regio ſigno aſpicientes:quocunq; ſeſe inferebat:ardẽtiſſimis animis ducem ſequebant . Is enim quam in partem ſe ĩmiſcebat:ibi cõfertiſſima acie res gerebatur.Ibi ueræ uirtutis argumẽta laudeſq; bellicas pulcherrime ſpectare licebat.Quare Brandolin⁹ qui inter Bracianos ſine controuerſia nulli erat uirtute ſecundus:cum is quocũq; iſſet:ſibi fieret obuius:admiratus uiri uirtutẽ.& quis inquit:hic eſt nigranti inſigniq; ornat⁹ criſta: qui tam infeſtus ante omnes cruento mucrone dimicat : quiq; nulla hodie parte oculis meis eripitur? Cui reſponſum cum eſſet:Franciſcũ Sphortiam eum eſſe.Nimiꝝ ait:hic Sphortiæ filium ſe oſtendit.Cum uaria fortuna iam horis amplius octo collatis ſignis pugnatum eſſet: eo res deducta eſt:ut ſtantibus è cõſpectu duobus infeſtis exercitib⁹: ita ut mutuo ſe omnes uno proſpectu conſpicerẽt : eo ſpatio quod ad lapidis iactum inter utraſq; acies intercedebat:non magno militum numero dimicaret:& nunc hi curſum in hoſtes inirent:nunc ad ſuos repulſi recurſum redintegrarẽt:& nunc illi idem facerent.tandem ſeu ducum militumq; prudentia & uirtute ſeu diuino conſilio effectum eſt:ut uno tempore unoq; momento uniuerſa eccleſiaſtica manus in genti undiq; ſublato clamore:cõfertiſſima acie moueretur:ac ferretur in hoſtem:Nec poſtbac quiſquã ut prius fieri ſolebat:hoſtibus terga uerteret.Hunc tantum braciani impetũ ægre ſuſtinere cœperũt.Tum Pellinus cotignolan⁹ ingẽti animo uir & manu promptus medios per

boſtes iter ferro apiens ad braciana penetrat ſigna: eaq; mox audaciſſi
me bumi proſtrata deuoluit. Hunc Lodouicus Sãctoſeuerinas: Paulus
cathæna : & Fredericus matbelicẽſis qui ſuos adbuc integris uiribus
acie continuerãt: ſecuti boſtes acriter perturbant: eoſq; ingruentibus
undiq; aliis repellunt: ſternũtq; paſſim magna cæde. Inclinata igitur
re braciani territi animo deficiunt: & loco cedere incipiũt. Tum demũ
Bracius ſe erraſſe aĩaduertit: quod minus æquo iudicio boſtium uirtu-
tem dimenſus eſſet: ab contempto boſte inſperatã ſibi cladem inferri
clara uoce obteſtatus . Quare deſperata ſuoꝝ ſalute omnem ſpem in
fugæ auxiliũ ponit: ac in proxima ſuæ dicionis oppida ꝓperare conten-
dit. Viderat eum in fugam equum intendentẽ Franciſcus: qui ex quo
pugnari cœptum eſt: uigilãtiſſimis eũdem oculis aſſidue obſeruabat.
Ea igitur re perſpecta: ſuis qui proximi eſſent: ut ſe ſequantur: iubet.
Factoq; agmine obuios quoſq; iam ꝓterritos: proterit: uulnerat: equos
uiroſq; proſternit. Vi uiam aperit & uertentẽ iam terga Bracium: qui
ne agnoſceret̃: galeam abiecerat: celer inſequitur. Erat. n. Bracii galea
ſerico tecta purpureo & argenteo torque inſignis : quem eminẽtiores
argenteæ pilæ ornabant. Cum ita Franciſc⁹ per inumerabilia occurren
tium uulnera Bracium inſequeretur: effectum eſt: ut ille fugiens: ab
expedito & audaciſſimo Sphortiano equite : cui fulginato erat cogno
men: ſæpiuſq; ut ſeſe dederet: Franciſciq; fidei ꝓmitteret admonitus:
nihilq; reſpondens: in occiput lœtali uulnere ꝓcuteretur: & ita repente
uir bellicoſiſſim⁹ eo uulnere accepto præceps in terram corruit. At bra
cianus exercitus qui iam inclinari & in fugam uerti cœperat: audito
ducis caſu: tum demũ quaqua uerſum funditur: ꝓfligaturq;: & quam
in partẽ ſors ſe obtulerat: quiſq; fugæ ſe mandat. Itaq; cæſoꝝ captiuo
rumq; magnus numerus fuit. Caſtra deinde diripiuntur. In prædam
omnia uertunt̃. Braciana ſigna Flaſcus ad Franciſcũ refert. Pauci Bra
ciani noctis beneficio: quæ inſtabat: per fugam in proxima municipia
atq; oppida euaſere . Quoꝝ in numero fuere Nicolaus picinin⁹ Nico
laus fortebracius Stellæ Bracii ſororis filius: unde Stellæ cognomen
accepit: qui in otriculum municipiũ ſeſe receperũt. Comes aũt populi
in oppidum quod populum uocant ſuæ dicionis: & Petruſiobánespau
lus omniũ poſtremus Sicilianũ proximũ municipiũ ægre confugerũt
Interim Leo Sphortia qui ut ſupra dictum eſt : initio pugnæ captus
fuerat: manumiſſus ad ſuos rediit. Ipſe Bracius ſemianimis clipeo in
caſtra refertur: & quanq̃ eum amicis mitiſſimiſq; uerbis Frãciſcus ad
reſpondendũ : omni adbibita medicoꝝ ope adbortari non deſiſtebat:
Ille tamen nullum ſeu grauante uulnere ſeu indignãte animo uerbũ
emiſit. Die poſtero ad ueſperã expirauit. Miſerant paucis ante diebus
in caſtra ad Bracium Florentini Nerium Caponem Gini filium cum
ſex & ſexaginta aureum nummũ millibus legatũ: qui eum ſtipendii

iure quo Florẽtino populo obſtringebaꝫ: ſubactis aut ſolutis obſidio
ne Aquilanis in Flaminiã cum exercitu aduerſus Philippũ traduceret:
Nam accepta ſuperiore anno Carolo Malateſta duce apud Zagonariã
Flaminiæ uicũ ingẽti clade magno Philippi metu tenebanꝫ: Braciũq;
ob id illius uiribus opponere ſtatuerãt. At Bracius q ut ſupra oſtendi
mus:tantos ſibi ſpiritus ſumpſerat:& tanta dominãdi cupidine flagra
bat:ut non modo Aquilanos in dicionẽ ſuam redigere poſſe putaret:
ſed ad ipſam etiam occupandã urbem Romam Neapolitanũq; deinde
regnum īuadendũ:ſublato maxime e uiuis Sphortia:animũ mentẽq;
uertiſſet:iamq; minitabũd? inſolẽtiſſime Martino pontifici renunciari
iuſſerat:ſe illum eo redactuꝝ:ut pro denario miſſas centum celebrare
cogeretur:ita legato reſponderat: ſe niſi deuicta ea quam obſideret:
Vrbe Aquila:qua breui ſe potituꝝ ſperabat:nunquam loco diſceſſuꝝ.
Quare auꝝ paganicæ municipii caſtris proximi Bracii legatiq; iuſſu
ſeruabaꝫ. Quod ubi Iacobus & Franciſcus poſt pugnam cognouerũt:
municipiũ milite circũſederi imperãt. Huc per noctẽ Nicolaus Picini
nus cum eo qui prælio ſuperfuerat:equitatu ſe contulerat: quo cum
pacti ſunt: ut pecuniæ pars illius eſſet:Pars uictoribus daretur: Ipſi
uero Picinino cũ ſuis incolumi abire liceret. Pecuniã inter ſeſe duces
partiti ſunt. Struxerat interim caudola Picinino inſidias:ut ex itinere
neglecta fide data & auro illum & bonis cæteris exueret. Quod cum
perſenſiſſet Franciſcus: indignatus: nequaq̃ id ſe paſſuꝝ dicit:proin
armari ſui equitatus partem iubet: & Picinino tandiu præſidio fore:
donec tutum in locum peruenĩſſet. Hac tanta uictoria parta:eiuſq; per
loca finitima uelociter rumore perlato:non modo Aquilani obſidione
& īminẽtiſſimo periculo:& Martinus pontifex item & Iobãna Regina
maximo metu liberati ſunt:ſed uniuerſa etiã oppida atq; urbes:quas
in piceno agro in Vmbris atq; æthruſcis Braci? obtinuerat:rebellione
concitata: in priſtinam pontificis eccleſiæq; Romanæ fidem rediere.
Hæc ubi primũ pugna quæ ſane acerrima & cruẽtiſſima fuit:& qualẽ
noſtra memoria paucis locis uidere contigit:Romæ nunciata eſt: Mar
tinus pontifex tanta animi lætitia affectus eſt:ut incredibile dictu ſit
cumq; etiam in argumentũ publicæ lætitiæ per omnia templa ubiq;
æra perſonaſſent:tanta fuit exultantis multitudinis uociferatio atque
tumultus:ut uix plærũq; ſonitus ille ingens audiretur. Exatiata poſt
hæc omniũ lætitia:decreta eſt ab eo tridui per urbem ſupplicatio: ut
fauſtaꝝ rerum fautori in primis deo bonores ac laudes haberenꝫ: cui
ipſe gratias ingentes agere non ceſſabat: eo enim ipſo die quo dimi
candum erat:eucariſtiæ ſacrificiũ celebranti ſibi deumq; optimũ ma
ximum multis lachrymis oranti: ut ſe eccleſiamq; eius a Tyranni &
hominis inſolẽtiſſimi manu liberaret: quod pientiſſime orauerat: ex
ſententia euenit. Poſthæc Bracii corpus Pontificis iuſſu Romã delatũ

eſt: cūq; poſtea in id multis execrationibus deſæuiſſet: quod infeſtus eccleſiæ inſectator & in ea puicatia extinctus eſſet: profano ſolo condi-
tum fertur. His rebus feliciſſime geſtis: Franciſcus Romā a Martino accerſitur: a quo paterno quodā affectu exceptus eſt: quippe qui inter loquendū dilectus ſu? eccleſiæq; almæ filius ab eo ſæpius appellatus ſit. Cumq; eum multis laudibus extuliſſet: plurimiſq; benedictionib? proſecutus eſſet; Vade tandem inquit: dilecte nobis fili: & de nobis in chriſto Ieſu tibi omnia pollicere. Interim ſoluto ad Aquilā eccleſia-
ſtico exercitu: Michael cum Sphortiana manu in agr̃ Romanū profe-
ctus: non procul urbe conſedit. Dein Franciſcus a Pontifice aduerſus Corradum trincium mittit̃: qui cum Fulginatib? imperaret: Braciana-
rum partium factus: eccleſiæ rebus ſemper infeſtus fuerat. Quo cum peruenīſſet: Fulginatiū primum agros paſſim populatus: multa non tam municipia q̃ oppida partim per uoluntariā deditionem in poteſta-
tem redegit: partim per uim metūq; cepit. Dein urbi caſtra admouit: quare Corradus omni ſpe auxilii deſtitut? ad bas cum Frāciſco condi-
ciones deuenit: ut Pontifici eccleſiæq; Romanæ deinceps pareret: & quas Pontifex leges daturus eſſet: acciperet. Quibus confectis rebus: Michael cū eq̃tatus parte ei a Franciſco conceſſa à Martino conductus in Romanū agrum byematū proficiſcit̃. Franciſcus uero in oppidum Aquāpendentē a patre Sphortia iandiu poſſeſſum ſe contulit. Ibi per proxima oppida milite diſtributo bybernādum ſibi ſtatuit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER SECVNDVS.

Vm per otium in Aquapendente Franciſcus agit: & ſtipendii tempus quo Martino pontifici Philippoq; duci obſtringebat̃: effluit: & byems prope conſumit̃: Interim & a Philippo ipſo & a Florētinis q̃ inter ſeſe nō minus armis quam mutuis odiis de rei ſumma certabant: mittunt̃ ad eum legati: quo illum magnis condicionib? propoſitis quiſq; ſuæ partis facere conarent̃. Sed Franci-
ſcus qui ſtipendii negotiū in diem ducere ſtatuerat: quo meli? rebus ſuis conſuleret: nulli ſe certo fœdere aſciſci: nemini tamen conducēdi ſui ſpem adimit: Omnes accōmodata quadā oratione deſtinet. Floren-
tini interea bracianos milites qui ex Aquilana clade ſupfuerāt: bonis denudatos fere omnibus uagantes: Oddone Bracii filio & Nicolao picinino ducibus: conducere: dataq; affatim pecunia: eq̃s armiſq; reſar-
cire atq; ornare nō deſiſtunt. Deinde coacto undiq; baud exiguo equi-
tum ac peditū numero duces iidem ex æthruſcis mouent: in Flaminiā

ut iuſſi erant: profecturi aduerſus Guidonē Antoniū Máfredum fauēti
nis imperantē & Philippi tunc partes ſequentē. Iamq; ſuperato Apen
nini iugo in Amonis uallē peruenerāt: cum per arctiora montis loca
ab ingenti agreſtium multitudine preſſi profligant̃. Oddo à multis
circūuentus interficitur. Nicolaus cum Franciſco filio capitur: Fauen
tiamq; deducit̃: pater in uincula ab Guidone cōiicitur: Filius Mediola
num ad Philippū perducitur. Non abeſt tamen ſuſpicio: quin Nicola?
rei & gloriæ cupidus ut ſolus bracianoꝝ omniū qui poſt Bracii interi
tum ueluti e naufragio cōuenerant: ductor euaderet: perfidia & fraude
Oddonis cædi cauſam præbuerit. Dum Picinin? carcere retinetur: Gui
doni perſuadet: ut relicto Philippo florētinas partes multis propoſitis
præmiis ſequeretur: quibus ille facile adductus utq; etiá florentinoꝝ
beniuolentiá qui dicioni ſuæ eſſent finitimi: beneficio ſibi conciliaret
ad eos deſciſcit: Nicolaūq; in libertatem reſtituit. Cæterum eo anno
qui uigeſimus quintus ad quadringēteſimū & milleſimum a Natali
chriſtiano numerat̃: Blanca Maria pridie Kalēdas Apriles in Septimo
Ticinēſi municipio nata eſt: Quo etiā tempore Franciſc? cremagnola
uir ingentis ſpiritus reiq; militaris ſcientiſſim?: & quo duce multa
Philippo feliciter ſucceſſerāt: cum ægre impatiēterq; ferret: Guidonē
Taurellum in præfectura claſſis ut docuimus: prælatū ſibi a Philippo
fuiſſe: nec minus paulo poſt reuocato ſibi ab genuenſi procuratione
Iacobum Iſſolanū Cardinalē bononiēſem ſucceſſiſſe: cumq; etiam ad
hæc cerneret: ſuos apud Philippum obtrectatores gratia & auctoritate
plurimū ualere: ſeq; quottidie magis atq; magis deſpectū iri: nouiſſi
me uero illius conſpectum adire probibitum indignatione cōmotus
Mediolano exceſſit: & in ſua oppida quæ in trāſpadanis poſſidebat: ſe
recepit: unde paucis dieb? dum principū populariūq; animos explorat:
cōſumptis: a Venetis ſtipendio cōductus: per Taurinēſes perq; Allobro
gas quos nūc ſabbaudiēſes dicunt: Alpes trāſgreſſus & per germanos
iter faciens: in Venetoꝝ fines ꝑuenit: ac terreſtri exercitui non multo
poſt præficitur. Iam prope uer tranſierat: cum tandem Franciſc? Spbor
tia poſt multas magnaſq; a Nerio capone Florentinoꝝ legato condi
ciones propoſitas ad Philippi partes animum deflexit. Itaq; Martino
pontifice & Iobanna regina non annuētibus modo ſed magnope etiā
adhortantib? ita cū Philippo de militia ſtipendioq; conuenit. Vt equi
tes ſupra mille & qngentos pedites trecentos deſtinata mercede aleret
quē quidem militum numeꝝ &ſi Florētini ſe duplicaturos maiorēq;
pecuniam daturos illi ſæpius pollicerent̃: tamen ea omnia prætermit
tenda ſibi duxit: quo Philippi animum cuius amicicià parare maxime
cupiebat: ea oblata occaſione: magis conciliaret. Ineunte igitur æſtate
Maffeo muzano Lauden. in primis legato aliiſque Philippi nunciis
maxime inſtātibus: repreſētata militibus pecunia: ex hibernis educit:

pauciſq; diebus ornato ex ſentẽtia milite atq; in ordines decẽ coacto ex æthruſcoꝝ finibus mouet:& p umbros picenteſq; iuſtis itineribus in flaminiã profectus primo aduentu cæteris philippi copiis : quæ in ea regione erant:ſibi additis in fauentinũ agꝝ irrumpit . Dein caſtra ad ipſa urbis mœnia locat. Tuebatur intus Guidonẽ ac ciues Nicolaꝰ picininus magno militũ robore : quem Florentini eo paulo ante cum præſidio miſerant. Fiebãt crebræ ob id in caſtra eruptiones:obſeſſiſq; intra munitiões confeſtim repulſis pro urbis portis acriter dimicabatur. Frãciſcus tempus fruſtra cõſumere dolens:diffiſus urbem ualido defenſam præſidio obtineri poſſe:obſidionẽ ſoluit : exercitũq; Immolam reduxit:unde tamen non deſiſtebat fauẽtinos quottidianis prope incurſionibꝰ infeſtare. Poſtbæc a Philippo accerſitus circa Idus Auguſtas Mediolanũ petit:ubi ab eo honorifice pbenigneq; exceptꝰ:multis magniſq; muneribus ornatur. Eum certe Philippus unice & diligere: & amare perinde ac filiũ uiſus eſt : quippe quem & magnis laudibus extollere:& maxima de eo præſagire : coramq; prædicare expleri non poterat . Admirabatur enim magis atq; magis quottidie tum illius prudentiã facũdiam egregioſq; mores:tum formæ præſtantiã uultus geſtuſq; dignitatem contemplans. Quare dum Mediolani Franciſcus immoratur:uiros quidẽ præſtantes ſibiq; cariſſimos illi comites adbibuit:qui omnibus eum obſequiis ꝓſequerentur . Poſtea aduentante hyeme:eũ ad ſuos in Flaminiã remiſit:ut inde in ciſalpinã Galliam rediens ſuas in brixianũ agrum copias : ubi ei ſtatiua conſtituerat : traduceret. Sub idem quoq; tempus Picininꝰ a Florentinis e Flaminia reuocatus:in æthruriã aduerſus Philippi copias quibus Guido Taurellus dux præerat:in aretinoꝝ fines cum omnibus ſuis copiis hyematũ mittitur. Is rerum nouarꝝ cupidus:quo ſe maiore bracianoꝝ militum numero auctum uidet:eo maiore ſtudio augendi ſui flagrabat:tanta enim habendi cupido inceſſerat:ut nihil eſſet tam arduũ aut periculoſum:quod & animo & uiribus aggredi non auderet . Itaq; q̃ maximũ poteſt militum numeꝝ undiq; contrabit:quos uel pecunia cõduxerat: uel pollicitationibꝰ pellexerat. Poſtea uero de occupãda Corthona Floretinorum urbe aretioq; propinqua per proditionem agere cœpit. Iamq; omnibus ad capiendam urbem paratis milites non nulli per noctem introducunt:Sed re prodita ad prætorẽq; delata cõfeſtim qui ingreſſi erant per muros coacti fuga ſeſe eiecerunt : & ciues facinoris conſcii capti admiſſi criminis pœnas mox dedere. Ipſe uero Piciniuus ſpe potiundæ urbis deſtitutus in agrum peruſinũ diſceſſit : unde miſſis ad Philippum de ſtipendio nunciis obtinuit : ut ab eo nulla cunctatione maioribus etiã rerum militariũ cõdicionibꝰ q̃ ipſe petiſſet:conducere tur. Quare Picininꝰ per Flaminiã iter faciens in longobardiã ad Philippum proficiſcitur. Cæteꝝ Florentini banc tantam Picinini perfidiam

grauiter ferentes : cum in eum aĩaduertere non poſſent : per ſummũ dedecus illum decreto publico pede ſuſpenſum quod apud eos more maiorũ grauiſſimũ notæ genus eſt patenti loco depingi iuſſerũt. Dum bæc in Flaminia Thuſciaq; geruntur: Florentini quibus per ſuperiora tempora ingentia & aſſidua prope cũ familia uicecomitũ bella fuerãt: Philippi potentiã maxime pborrebãt: Nam adeo terra mariq; opibus creuerat: ut regna illi pro libidine aliis adimere aliis elargiri liceret. Flaminiã pœne totam occuparat: ubi magnas copias eo conſilio alere putabatur: ut per eam regionem uiam ſibi in ætbruriã aperiret: Quas ob res nõ ad reſiſtendum modo potẽtiſſimo boſti ſed ad oppugnandũ omnia conſilia cogitationeſq; cõuertunt. Alphonſum regem quem ei ſciebant infenſum: qđ eum in Neapolitano regno pturbaſſet: ut mari cõmuni boſti bellum inferret: ſollicitant. Ad uenetos præterea mittũt rogatum auxiliũ: qui &ſi nimiam Philippi felicitatẽ plurimũ oderant: tamen quia cum eo pace conuenerãt: erantq; ſocietatis fœderibus con iuncti in quinquenniũ: neque odio neq; metu exagitati facile quieſce bant: quippe qui mallent: belli euentum expectare alienamq; fortunã in conſilio habere quã armis Philippũ laceſſere: boſtemq; ſibi reddere. Florẽtini tamen multos per Italiam tyrános quibus Philippus terrori eſſet: ſibi aſciſcunt. Sed quoniam iminẽtibus in dies grauius periculis terrebant: mari etiam boſtẽ uexare conſtituũt. Triremes regias Petro infante duce ſtipendio conducũt: additiſq; ppaucis quas Piſis paraue rant trium & uiginti longarum nauium claſſem cogunt: adhortatiq; Thomam fregoſum qui quatriẽnio ante Genuam per ſtudia ciuium cũ arce Philippo tradiderat: unde & Serezana & plæriſq; aliis in agro Lunenſi oppidis donatus fuerat: ut patriam ab illius iugo liberaret: plurimosq; inſuper ciuium animos multis pollicitationib? ad uendicãdam ſibi libertatem compleuerũt. Itaque perſuaſus Thomas mari & Baptiſta eius frater terra: Iobãne Lodouico fliſco adiutore: orientalem genuenſiũ oram magno tumultu inuoluere cœperunt. At Philippus contra Genuæ confeſtim armari claſſem imperat : quæ quo celerius inſtrueretur : ipſe accolas Pado flumine Benaco lario & uerbano lacubus exercitatos in ſupplementũ remigũ ex lõgobardia mittit: magno præterea delectu habito ad quinq; peditum millia & trecẽtos equites Nicolao tertio parmenſis Othonis filio duce cui Guerrerio cognomẽ fuit: per Placẽtinosq; fines aduerſus fregoſos fliſcoſq; in ligures aſcendere iubet. Nondum ornata claſſis erat: quæ ex triremibus duo de uiginti conſtabat: cum Nicolaus cũ copiis aduentare cœpit: occupatiſq; finitimis montibus : Segeſtæ iminebat. Deinde cum patenti campo aciem inſtruxiſſet : non detrectauere boſtes certamen. Cõmiſſum eſt prælium equeſtre primũ: & cum utrinq; acriter pugnatũ eſſet : tandẽ incerta uictoria diſceſſum eſt. Poſtridie eius diei cum Guerrerius ſuas

copias rursus in aciem produxisset:tum demum manifesta trepidatio nis signa ædidere:Nam uixdum Philippiani hostem conspexerãt:cum rumore perlato:Fliscũ cum lecta quam ex Taro Pontremuloq; acceperat:iuuentute e montibus descendere:in fugam uersi per inuia quæq; præcipites ferebantur:quos fugientes nisi clauaq; oppidum excepisset: perpauci admodũ euasissent:magnus tamen eorq; numerus insequentibus hostibus captus est:in quibus Iacobus Isseus brixiensis & plæriq; alii ex primorib?uiri fuere.Sed nõ multo post ornatis Genuæ triremibus : quibus duæ onerariæ naues additæ sunt: placuit urbis præsidi in ipsis genuẽsis portus faucibus paratã classem teneri:nequis intra urbem forte tumultus:ubi iam diuersa animorq; studia exarserant:excitaretur. Et quanq̃ aliquando hostilis classis pugnandi potestatẽ faciebat : tamen Philippiani præfecti quibus satis eo tempore & urbem a repentinis motibus:quibus animorq; mobilitas obnoxiam faciebat:& classem incolumẽ seruare uidebaẽ: nauali prælio omnino abstinendũ censuerũt.Florentini ubi mari nequicq̃ proficere cognouerũt:gottbolanasq; triremes nil aliud parere nisi inexplebilẽ quandam pecuniaq; uoraginẽ : dimissa classe ad alia suæ libertatis tuendæ consilia uersi: mari cessere. Itaque fessa bello:multis acceptis detrimẽtis & uiribus prope diffisa florẽtina ciuitas:secundã ad uenetos legationẽ decreuit: quæ & societatẽ offerret:& opem aduersus Philippum peteret.Legati cum res aduersas & pericula longa oratione cõmemorassent : belliq; societatem orassent : & nihil uenetum senatum mouissent:postremo Laurẽtius redolfus qui prudentia gratia & auctoritate in suo populo plurimũ poterat:ultro se Venetias profectuq; si per suam remp.liceret: pollicitus est.Cum hæc ciuis in patriã caritas laudata admodũ esset : Laurenti?Venetias profectus ac in Senatũ admissus enumeratis cladibus Florentini populi cum ingenti sui ærarii inopia alienatos ab se uicinorq; animos omnes edocuisset:& ob id in quanto discrimine ciuitatis suæ salus uersaretur : ostendisset : & negata sibi rursus societas uideretur:Nouissime inquit:Superiorib?annis Genuẽsibus auxilium uestrum implorantib?adesse noluistis.Fecerunt Philippum Genuẽses dominũ.Nos quãdoquidẽ à uobis repellimur:illum regem faciemus. Vos postea imperatorẽ . Ea uerba cum indignãtis & præceps consiliũ capientis esse uiderenẽ:flexerunt tandem Senatorq; animos : fœdusq; aduersus Philippum cum Florẽtino populo ꝓcussum.quæ quidem eo facilius ueneti egere quod Francisc?Cremagnola qui non multo ante ad eos ut ostendimus:trãsfugerat:magnam de Philippi non bono in eos animo suspicionẽ iniecerat:celeris uictoriæ spem afferens:si bellũ aduersus illum susciperet.Quod quanq̃ Philippus intellexerat:tamẽ adduci nũquam potuit:ut crederet uenetos cum quibus perpetua in pace uiueret:fœdere etiã decẽnii icto ad quinquenniũ durante: nulla

præſertim iniuria laceſſitos: arma in eũ ſumpturos. Sed longe præter eius opinionẽ accidit. Nam ueneti firmata cum florentinis ſocietate conuerſis ad belli ſtudia omniũ animis quæ ad gerendũ bellum oportere putabant: clam comparare. Nec Italiæ ſolum potentatus ſed peregrinos quoq; principes in Philippum concitare non deſinunt. Interea Brixienſes gelphæ factionis ciues qui Philippi dominationẽ impatienter ferebant: Petro & Achille fratribus aduocatis auctoribus: qui & apud populũ & municipes ei⁹ factionis gratia & auctoritate plurimũ ualebant: cognita uenetor⁹q; florẽtinor⁹q; ſocietate Cremagnolæ inſup opera cuius familiaritate & patrocinio apud Philippum uſi fuerant: Dedita ea urbis parte: ubi gebellini min⁹ poſſent: ad uenetos deſciſcũt. Nam uetus nouaq; urbiculæ quas bi potiſſimũ inhabitabãt: una cum ſubiecto ſuburbio & arcibus urbis reliquis in Philippi fide perſtabãt. Rebellio aũt facta eſt noctu ad ſextumdecimũ Kalendas Apriles anno: qui fuit a Natali chriſtiano ſextus ac uigeſim⁹ ſupra quadringẽteſimũ ad milleſimũ. Copiæ uenetor⁹q; perpaucæ ac pedeſtres ea nocte in urbẽ receptæ: quas Cremagnola eo ſubmiſerat. Sed aduocati fratres magnã municipum manum ex eadem factione: quos clam collegerant: muro urbis per noctis ſilentiũ fracto ad rem conficiendã ſecum adduxerant. Erat per eos dies Franciſcus Sphortia Mediolani apud Philippũ. Eius uero milites alii apud montẽclar⁹q; alii in proximis urbi municipiis hybernabant. Hi audita urbis defectione: Brixiam protinus contendũt: Atq; eo qui inſecutus eſt: die in urbiculas excepti ſunt: Qui urbem prodiderãt: mox eius uias doliis terra repletis trabibus atq; cathænis muniebant: nequis repentin⁹ impetus rem urbanam prius pturbaret: quã Cremagnola cũ uiribus aduenĩſſet. De his rebus Philippus rumoribus primum: deinde nunciis certior factus: non potuit primo auditu non cõmoueri: præſertim Oldrado lãpugnano præſide: in quo magnã urbis in officio retinendæ ſpem haberet. Sed re poſtea multis nunciis confirmata: arces & urbiculã utranq; ſuo præſidio teneri: dubius trepiduſq; eius animus in ſpem certam recipiendæ urbis reuocatur: quod accitis ex Flaminia copiis coactoq; omni ex parte exercitu: pſtantibus in fide munimẽtis nõ dubitabat amiſſã urbẽ recuperari poſſe. Proinde Franciſcũ eo cõfeſtim maturare iubet: qui incredibili celeritate triduo poſt: quam urbs defecerat: cum cæteris ſuis copiis urbiculas ingreſſus eſt. Reliquæ aũt Philippi copiæ partim in Flaminia eo tẽpore: partim in ætbruria aduerſus Florẽtinos agebãt. Non multo poſt Cremagnola cum ualido equitum ac peditum præſidio urbem quoq; ingreditur. Conſpirarãt præterea eodem tempore aduerſus Philippũ cum uenetis Amideus Sabbaudianor⁹q; dux Eluetii & tres Marchiones: Nicolaus æſtenſis Iohãneſiacobus montiſferrati & Iohãneſfranciſc⁹ mantuan⁹. Alphonſus uero rex uti oſtendimus: una cum Fliſcis & fregoſis iam

res genuẽſes & terra & mari turbabat. In tantis reꝝ motibus ac difficultatibus ſolus munitiones quæ in fide remáſerant Frãciſcus aduerſus boſtes tuebatur: ſubſidium a Philippo expectans .Interim aſſidue non tam diurnis quam nocturnis eruptionibus in urbem factis : boſtem laceſſere cædere pabulatores interdum adoriri: interdũ agros urbi proximos populari ferro igniq; uaſtare:nunquã quieſcere Cremagnolam ſinere: quẽ in eam prope deſperationẽ adduxerat:ut neſciret : quid conſilii caperet:quod uideret ſi Franciſcus maioribus augeretur copiis : neceſſe ſibi fore cum magno ſuo ſuoꝝq; periculo urbem relinquere.Quare quoad poterat pugna abſtinebat: eiq; tantũmodo operi intẽdebat:ut caſtellis e regione portaꝝ eductis per catapultas & plumbeas pilulas bombardaꝝq; moles boſtem a frequenti eruptione coberceret.Interim Philippi exercitus: ſupra quattuor equitum millia cum ex Thuſcia Flaminiaq; ad ferendam obſeſſis opem properaret: ad Scutennam amnem: Panaꝝ uulgo appellant:peruenit: qui Bononiã Mutinamq; urbes interfluit:ubi præter ſpem tranſitu prohibeť:Nam uenetorum cauſa:Nicolaus æſtenſis ita per ſuos fines egerat : ut flumen aquis aliunde deductis auctum cuſtodiiſq; ex octo circiter armatorũ hominũ millibus circa ripam frequenter diſpoſitis neq; uado neque ponte tranſiri poſſet . Quæ res ꝑmagnam Cremagnolæ & muniendi ſui & boſtis eruptione prohibendi facultatem præbuit . Quod cum aĩaduertiſſet Philippus:ueritus: nequid Frãciſco per diuturnã obſidionem mali accideret: immiſſo in urbiculas ualido peditum præſidio : iubet: ut relictis quibus præeſſet:munitionib?: in proxima municipia cum equitatu ſe reciperet . Franciſcus dicto paret: tempuſq; diſceſſui idoneum nactus:per medias boſtium munitiones poſt quadrageſimũ quam eo uenerat: diem: cum ſuis omnibus erumpit: atq; uno conatu per ĩnumerabilia occurrentiũ tæla urbe egreditur.Hunc Cremagnola quem iam captum in manu habere uidebať:magno inſequiť impetu. totis enim copiis quas ubi per exploratores de eius diſceſſu cognouit: ſecreto per ciuium ædes in armis eſſe uiderat : Hac illac circunfuſis conſequi innitebať:cuius ille cum ad montẽclaꝝ concitatis equis contenderet:ferociam ſæpe conuerſus fortiſſime reprimebat:retũdebatq; At poſteaq̃ ad patentiſſimã planiciem:montem claꝝ uocant : uentum eſt: tum inſtructa acie acerrime dimicans : ferebatur in inſequẽtium boſtiũ globos. Sed cum aliquãdiu a Sphortianis ꝑpaucis adoleſcente Frãciſco eorum duce: cũ ingenti prope uenetoꝝ equitatu ueteranoq;: Franciſco Cremagnola fortiſſime pugnatũ eſſet : Franciſcus Sphortia aĩaduertens non poſſe diutius tantaꝝ uirium impetum ſuſtinere : ſe pugna ſenſim explicat: qđ haud difficile fuit: cũ aduerſarius uictoriæ diffidens: ſuos ab eo inſequẽdo cõtinuiſſet: qđ plus ipſe quam boſtis ignominiæ & detrimenti accepiſſet . Quãobrem & hic in montẽclaꝝ

incolumis cũ ſuis ſe recepit: & ille Brixiam ad oppugnãdas urbiculas rediit. Cæteꝝ cum iam maiorem æſtatis partem Philippi duces cum exercitu apud Scutẽnam cõſumpſiſſẽt: data tandẽ eſt a Nicolao Philippi rogatu nõ tam poteſtas quã materia ſecreto faciendi in eo flumine pontis: quo clam celeriterq; confecto: per noctis ſilentia ignorãtibus omnib? flumen tranſierũt: quos nec hoſtes poſteaq̃ eos tranſiſſe intellexerunt: perſequi auſi ſunt. Interim dies nocteſq; muri nouæ urbiculæ uariis tormentoꝝ machinaꝝq; generibus a uenetis quatiebant̃: nec intima Philippi præſidia minore induſtria atque uirtute repugnando tuebantur. Sed poſteaq̃ Philippi copiæ ex Flaminia in brixiẽſem agꝝ puenerunt: & ad ſecundum lapidem una cum Franciſco conſederunt: incluſum hoſtem uariis artibus in pugnã prouocare cœperũt. Aberat per idem Cremagnola tempus: qui ut ferunt: ſibi ab aduenientib? hoſtibus metuẽs: ſimulato lateꝝ dolore: ac demãdata Iobãni franciſco mantuano principi exercitus operumq; cura: ad balnea aponi conceſſerat. Cæterum Franciſcus Sphortia magno recipiendæ urbis Brixiæ: poſtea quam exercitus adueniſſet: ſtudio intentus: quottidie ſocios hortari: inſtareq; non ceſſabat: ut omni cũctatione ſublata per urbiculas urbẽ ingreſſi: hoſtem inuaderẽt: priuſquã a uenetis maiores cogerent̃ uires & a Florẽtinis auxilia mitterent̃: cui profecto ſi fuiſſet obtemperatũ: conſtat omniũ fere iudicio: & Brixiam recuperari: & de hoſtibus celebrem victoriã reportari potuiſſe. Sed id conſilii nemo inter exercitus duces: excepto Nicolao picinino ꝓbarat: Nã angel? ꝓgulanus cæteriq; ductores Franciſci gloriæ inuidẽtes uinci malebant: quã illius uirtute & cõſilio uideri uiciſſe. Quibus diſcordiis factũ eſt: ut & Cremagnola in meliorem ſpem non tam ſuſtinẽdi quam conficiendi ſuſcepti belli adductus ex balneis ad exercitum redierit: & ueneti maiores quottidie copias cõparauerint: Florentini quoq; omni bellico metu in ætbruria Flaminiaq; liberati: Nicolaum Tholentinatẽ quem habebant ducem rei militaris ſcientiſſimũ: cum quattuor equitum & duobus peditum millib? uenetis auxilio miſere: Qui ubi primũ Brixiam uenit: cognita Philippi ducum diſſenſione: maturandũ eſſe ad oppugnãdas hoſtium munitiones ratus: ne ſi forte illi ad ſanitatem reuerſi: idem ſentirent: difficiliora belli gerendi negotia redderentur: foſſam ineundam eſſe cenſet: qua tranſitu hoſtes omnino ad ferendam obſeſſis opem prohiberentur. Id operis cum a Cremagnola mirum in modum laudaret̃: magno foſſoꝝ coacto numero: foſſam deduci ingentẽ iubet ad quinq; paſſuũ millia in longitudinẽ: in latitudinẽ uero ac altitudinẽ pedũ duo decim eamq; ſũmo ſtudio agere uallo & caſtellis quibuſdã frequẽtib? muniri. Quo opere perfecto: copias ex urbe educit: atq; eo quod inter urbis mœnia foſſam q; interiacebat ſpatio: caſtra locat. Conſtabat uenetorum Florentinoꝝq; exercitus amplius triginta mercede conductoꝝ

hominū millibus:Philippi aūt ducis ad tria & uiginti.Equitatus erat utriſq; pœne par. Sed uenetoꝝ peditatus multo ſuperior . Dum hæc ad Brixiam Tholetinatis ſuaſu agunt: Franciſc?Sphortia rei gerendæ pro Philippi cōmodo intentus:ſæpe aduerſarios opere occupatos iuſta acie adoriri uoluit:ſed neminē ex ſociis præter unum Nicolaū Picini num habuit:qui ſecum ſentiret.Omnes aduerſo ſtudio eius ſententiā impugnare & apud Philippum acrius ipſum inſimulare : quod cum uenetis clam conſpiraret.Erant apud Principē illum multi purpurati: quoꝝ conſilio & arbitratu negotia oīa adminiſtrabant: qui eū horta bantur:ne rem tanti momenti:ne ſuam ſuoꝝq; ſalutem unius & Iuue nis & peregrini cōſilio uelut aleæ cōmitteret.Cōmemorabāt præterea Brixiam maiores eius amiſiſſe:Ipſum poſtea nullo ſuo periculo armis recuperaſſe. De his obtrectatoꝝ inuidentiumq; calumniis cum fieret Franciſcus certior:facile a Philippo accepta eſt inſontis purgatio:eiq; deinde ingenti animo dixiſſe Franciſcū ferunt.Si Brixiam a Pandulfo malateſta tyranno occupatā recepiſſet: nondum tamen ipſum è uene torum manibus tantam urbē eripere didiciſſe.Dum his conſiliis ſuſpi cionibuſq; a Philippi ducibus tempus teritur:urbiculæ enixius oppu gnantur: & præſidium durius laborabat : & tandem dirutis aſſiduis tormentoꝝ ictibus urbiculaꝝ muris:præfecti rei frumentariæ neceſſi tate preſſi:deditionē præſidio incolumi ad hoſtes fecere. Perſeuerauit tamen in fide plures menſes arx:quæ ualidiſſima in collis ſummitate ſita urbi ſupereminet . Sed cum nihil auxilii ab exercitu mitteretur: eadem quoq; Antonius landrian?eius arcis præfectus frumēti inopia coactus:per pactionem hoſti arcem tradidit : poſt menſem & annum unū:quo Brixiēſium rebellio ad uenetos facta eſt.Ita nobiliſſima ciui tas Cænomanoꝝ quondam galloꝝ caput ob ducum diſcordiam igna uiam potius atq; ſecordiam in uenetoꝝ dicionem deuenit: Vnde tot mala quæ poſtea uniuerſa Ciſalpina Gallia multos ānos perpeſſa eſt : habuerunt initia:quæ ſane īnumerabilia pœne ac maxima noſtra etiā memoria fuiſſe ſatis conſtet . Nam eo quod inſecutū eſt : biennio ut omittam? ea:quæ poſtea prouenerūt detrimenta : cum Philippo non tam exercitus ſuppleméta: quibus tot tantiſq; uno eodemq; tempore bellis præſſo ſibi maxime opus erat:quam dux deeſſet:magnis prope calamitatib? conflictatus eſt . Edocuerat eum ſæpenumero & litteris & nunciis Franciſcus:ſe plurimū uereri:nequid aduerſi eius exercitus ob ſolam ducum diſcordiā aliquando acciperet : cum nemo inter eos adeo excelleret:cui?imperio reliquos parere non puderet.Itaq; Philip pum hortari:& rogare non ceſſabat:ut aliquem tandem uiꝝ uniuerſis copiis præficeret:cuius auctoritati cæteri obtemperarēt . Se paratum ſemper:qui omni in re illius pareat iuſſis.Deligitur ob id a Philippo Carolus Malateſta Piſauri princeps:quem Philippus propter familiæ

nobilitatē & rei bellicæ quandā opinionē magno amore colebat. Inter hæc Martini pontificis interuentu de pace agi cœptum eſt. Apparebat enim Philippū Brixia amiſſa non inuitum pacis fœdera acceptuꝝ. Sed cum ea quæ in Brixienſi agro municipia ab illo adhuc retinerentur: per pacis condiciones uenetis tradere cogeretur: iratuſq; illius in uenetos animus id pati non poſſet: quod recuperādæ aliquādo per ſummā iniuriā ereptæ urbis facultas ſibi per pacis fœdera adimeret: de bello magis quā de pace cogitandū ſibi duxit. Itaq; q̄maximis poteſt copiis exercitum munire contendit. Idem faciūt ueneti: & quo maiore ui auri abundabāt: eo maiore ſtudio maioreq; conatu ſeſe ad gerendum bellū comparant. Exercitū milite mercede conducto ingentē undiq; cogūt. Claſſem præterea ualidam Venetiis edificandā curant: qua flumine Pado ſubmiſſa: boſtem multis locis fatigarēt. Per idem quoq; tempus cum Genua uariis exulum moleſtiis terra mariq;: Alphonſo & Florētinis fautorib?: aſſidue quateret: Philippus ad iungendā cum Alphonſo pacem conſilia uertit: nec regis animus experti quantum rebus ſuis in Philippo momēti eſſet: a pace abhorrebat. Legationib? ultro citroq; miſſis: pax facta. In fœdere promiſit Philippus Caluum & Bonifacii Corſicæ oppida Regi tradituꝝ. Quod cū inuitis Genuēſibus præſtare non poſſet: arx interim lunenſis portus quē ueneris dicunt: & Ilicenſis Alphonſo tradunt: donec promiſſa a Philippo p̄ficerent: quæ Philippi ſumptu regio præſidio tenerētur. His condicionib? cum redintegrata inter eos amicicia eſſet: pacata maria & tuta genuēſibus undiq; nauigatio fuit præter quam a Florētinis: qui aliquando Myoparonibus & perpaucis triremibus prædonum: non belligerantiū more onerariis minoribus nauigiis inſidiabant. Sed tandem captis triremibus cum ipſis ducibus maritimo bello abſtinuere. Ineunte quæ inſecuta eſt: æſtate philippi duces: eductis ex hybernis atq; unū in locum collatis copiis: Brixiam omni fere ex parte adeo infeſtius premere cœperunt: ut paꝝ ab obſidione diſtare uideret. Cremagnola contra ingenti exercitu contracto ex Mantuanoꝝ finibus in brixianos mouet: & quæ in inferiore brixiani agri parte & circa Olium amnem municipia ſunt: partim ui partim metu capit: aliqua tentata fruſtra expugnatione in boſtium poteſtate relinquit. Demū poſt prælium apud Gotbolengū oppidum de improuiſo factum: ubi non totis ſed parte copiaꝝ ex utriſq; exercitibus neutram in partem inclinātē uictoria fortiter pugnatum eſt: ad Olium profectus ponte ſine controuerſia conſtructo in Cremonenſes traiecit: Binamq; municipiū cum arce haud inualida in ipſa fluminis ripa ſitum adortus: non multis diebus conſumptis ui tormentoꝝ in poteſtatem redegit. Interea iam ueneta claſſis & numero nauiū quas galeones appellant: & milite & armis egregie inſtructa e Venetiis ſoluerat: & flumine pado adnauigās municipiis quibuſdā ſecus flumē

ex itinere captis non ꝑcul Cremona ſteterat: Philippiq; claſſem longe numero ſociiſque naualibus imparem nauibus quattuor per Pacini Euſtachii præfecti ſeu ignauiã ſeu imperitiã captis: in fugam aduerſo flumine uertit: quæ non prius reſtitit: quã Papiam ſe recepit. Quare hoſtilis claſſis Cremonæ propius admota: Caſtella quædam e regione urbis in Pado adꝓhibendos hoſtes tranſitu edificata alia defenſorib? uacua nulla conſerta pugna capit: alia repugnãte etiam præſidio: expugnat: quæ ſtatim incendio ingenti cõcremantᷣ. His uictoriis cum data uideretᷣ uenetis uagandi impune per Padũ poteſtas: præfectus Cremonam prætergreſſus: tandiu aduerſus uim fluminis ſubuehitur: donec Ticini fluminis oſtia nauibus uniuerſis ingreſſus non longe Papia peruenit: qui tamẽ ſuos nauibus continebat: quod exponẽdi in terram militis hoſtili equitatu paſſim prohibente facultas nuſquã dabatur: præter quam in fluminis Adduæ oſtio: ubi expoſitis naualib? copiis oppidum quod Caſtellum nouum uocant: oppidanis timore perculſis ſeſe dedentib? paruo negotio cepit. At ubi nihil ea nauigatiõe ꝓficere: cum omnia à terra hoſtilia eſſent: nec ullum ad ſe terreſtre auxilium mitti poſſe uidet: qua uenerat regrediens in Cremonẽſiũ finibus conſtitit: ex quo fiebat: ut in tanto rerum motu omnia circa Padũ tumultuarie agerentur: Nam Incolas ubiq; per loca Pado proxima terror ingens inuaſerat. His rebus geſtis Cremagnola claſſis fiducia maiore animo maiora ſibi negotia gerenda ſumit. Pado exercitum admouet: unde cõmeatus abunde & ſine periculo eo flumine in caſtra importabantᷣ. Dein cum de occupanda Cremona conſilia iniſſet: ad tria paſſuũ millia ab ea urbe ad uicum quem Sicci Caſalem Cremonẽſes nuncupant: caſtra ponit: ſpe aut per proditionẽ aut per uoluntariã ciuium deditionem aut tandem per longam obſidionẽ eius potiundæ urbis: cum non dubitaret & à terra potẽtiſſimo exercitu: cuius militũ numerus quadraginta millia ſupabat: & a Pado flumine potẽtiſſima etiam ac formidabili claſſe facile obſideri poſſe. At Philippus bis cognitis ueritus id: quod hoſtis in Cremonẽſes conabatur: exercitum tuendæ urbis cauſa eo celeriter deduci iubet: qui cum mille circiter paſſus ab urbanis mœnibus caſtra poſuiſſet: quæ non amplius duobus paſſuum millibus ab hoſtilibus caſtris aberant: Philippus magno comitatu e Mediolano Cremonã profectus: ſuos duces hortari: ac monere coram coepit: incolumẽ in primis ſeruarent exercitum hoſtem ſi citra periculum fieri poſſet: laceſſerent: nam in ſuo urbiſq; conſpectu uagari ſinerent: in ſumma honori ſed præcipue ſaluti conſulerẽt. Duces ne tam ꝓpinquis hoſtibus: ſi prælio abſtinerẽt: ignauiæ accuſarentᷣ: quanq; longe aduerſariis numero inferiores eſſent: uti belli initio ſemper fuerant. Erat enim utriq; exercitui militum numerus: quantus uix ullo italico bello patꝛ memoria referatur: cum ſupra ſeptuaginta hominũ

millia utrinq; in exiguum agri ſpatium cõueniſſent: tamen cõmuni conſilio boſtium caſtra inuadere conſtituerũt. ad id præter pudorem impellebat Philippi præſentia: qua quiſq; ardere uidebaꝫ: ut dignum aliquod ſe facinus ederent: præſertim cum ſcirent eum neminẽ de ſe benemeritũ indonatum dimittere ſolitum. Duces igitur præmiſſis cũ præſidio ſtratorib?: q iter ſubſecuturo agmini ſternerent: inſtructo exercitu in boſtes ire contendũt. Quod ubi perſenſit Cremagnola: con clamãtibus undiq; ad arma militibus: iubet celeriter armari exercitũ: atq; omnes in acie conſiſtere. Caſtra pro cõſuetudine ſua Cremagnola qua boſtes uenturos exiſtimabat: carris uelut muro munierat: nec longe foſſa quædam erat priſcis facta temporib?tranſitu quidem diffi cilis. Hanc aggere ita in altitudiné eduxerat: ut niſi uadis quibuſdam tranſiri nõ poſſet. Inter carro⁊ aũt munitionẽ & eam foſſam patentes intercedebãt campi. Huc Cremagnola ſuos ordines pcedere nec tamen foſſam tranſire imperat. Aditus defenſoribus deſerti uidebanꝫ: quod arte feciſſe fertur: ut intra munitiões facilius boſtes traheret. Philippi autẽ duces poſteaq̃ eo uentum eſt: ſubſtitere toto agmine: expectantes ſi forte boſtes e caſtris ſuas ad ineundum prælium copias educerent. Cenſebant enim Guido Taurellus & Angelus pgulanus qui & ætate & auctoritate cæteros anteibant: non eſſe tranſfoſſam progrediẽdum: victoriã in manu eſſe: ſi prior boſtis foſſã tranſiret: pugnãdiq; poteſta tem faceret. Verum cum aliquandiu utraq; acies ex aduerſo ſtetiſſet conſpectu: & nemo tranſeũdi initium faceret: non ſuſtinuere amplius reliqui Philippi duces cõmittendi prælii morã. Tranſgrediꝫante alios Franciſcus Sphortia ſuis cum ordinibus foſſam non multo labore: quem Chriſtophor?labellanus & Ardicio carrarienſis ſubſequũtur: qui magno in boſtes facto impetu excipiũtur. Confertiſſima dein & acerri ma in apertiſſimo campo a duobus maximis exercitib?collatis utrinq; ſignis pugna conſeri cœpta eſt. Mittitur ad læuam Antonellus quidã mediolanẽſis ex Philippianis equitum præfectus: uir ſane fortis præ liandiq; peritus & manu promptus: cũ ualida equeſtri manu: ut boſtes inde laceſſeret. Is impigre patefacta inter carros uia unde armata acies aberat: in caſtra irrumpit. Calones comperit & inutilẽ prælio turbam tentoria & tabernacula cuſtodiẽtes. Ex iis alios interimit: alios capit: multos armatis mixtos in fugã uertit. Interim Philippiana acies ita boſtem preſſerat: ut ad ſecundam uſq; caſtro⁊ munitionẽ repelleret. Cremagnolæ quo inſidebat: equus irruentiũ ui impulſus corruit. Circa uirum acriter certatum eſt: cum alii intercipere: alii contra ne interci peretur: initerentur. Ob id maior eius ducis familiariũ pars peruicaci ter pugnando capta: ſed alio⁊ ope atq; uirtute: altero ſubmiſſo celeri ter equo ſublatus: Cremagnola ſe ex boſtium manu eripuit. It illico in uniuerſum Philippi exercitum rumor: Cremagnolã imperatorem

interceptū. Qua uoce exaudita: omnes leuis armaturæ equites qui in turmis ire postremi solent: nullo imperio nulloq; ordine existimātes iam fusos hostes prædæq; omnia patere: qua Antonell? hostium castra ingressus fuerat: cōuolant: moxq; magnam castroꝝ partem cursu occupant: quibus ea se primum pars obtulit: quæ mātuani principis erat. Iamq; prope cuncta in castris miscери: ac diripi cœpta erant: cum eo a Cremagnola īmissa est equestris manus: quæ facile palantes & præda occupatos nostros in fugā uertit. Antonellus nullo ab suis subm isso auxilio multitudine obrutus: pedem referre cogitur: & ad suos qua uenerat: non nullis ex hostibus secum abductis ægre se recepit. Ad qngentos aūt ex Philippianis per tabernacula hostiū dilapsi capti sūt. Dimicatū obstinatissimis utrinq; animis uario euentu à secunda diei hora ad summā usq; uesperam: tantaq; in ipso solis ardore exorta est pulueris magnitudo: ut uelut densa nubes præliātiū corpora obrueret & caligātibus omniū oculis: nullo præter quam uocis sono inter sese noscere possent: Franciscus sociiq; optimum iudicant: si sine periculo fieri posset: prælium dirimere. Itaq; cani receptui iubent: quo signo dato milites labore & calore fessi equis prope omnibus laxitudine & uulnerib? confectis pedetentim Francisco moderāte qui ab initio usq; ad pugnæ exitum semp & ducis & militis mun? cōstantissime obierat prælio excedere cœperūt. Quibus tanta fuit in castra redeundi festinatio: ut Frāciscus ipse cum suis tantūmodo in prælio relictus in hostiū poene potestate relinqueret: & certe nisi éét pulueris beneficio seruat? eoꝝ manus effugere non potuisset: Nam priusq; loco discederet: maior exercitus pars in castra iam puenerat. Cremagnola aūt cum uideret: æquatum esse omnibus periculum: non inuitus suos & ipse in castra reduxit. captiuoꝝ poene par fuit numerus. Postea uero quam in castra reditum est: ferunt Cremagnolā dixisse: se qui plures ex suis pugnādo quam ex hostibus manu captos & reddito noīe recognitos indignās sæpi? dimiserit: si ab hoste fuisset cognit?: intercipi abduciq; potuisse idemq; Francisco & Picinino & singulis fere Philippi ductoribus euenisse. Philippus hic lætusq; in conspectu poene suo gesta erant: fit multoꝝ litteris certior: Amideum ducem & Iobānem Iacobū Marchionem: quos supra noīauimus: coacta non multa equitum manu: uercellensem agꝝ inuasisse. Idq; omnia Mediolanū usq; tumultu & pauore impleſſe. Quāobrem relicto apud Cremonā exercitu: Mediolanū confestim reuertitur: mittitq; aduersus Sabbaudianos una tantūmodo equestri coborte Ladislaum pauli Guinisii lucensis tyranni filium: qui facile suo aduentu omné hostium impetum repressit. Cæteꝝ Cremagnola ubi obsidédæ Cremonæ magnis Philippi uiribus pmunitæ facultatem sibi ereptam uidet: ad occupandū Casale maius conuertit: classemq; eo deduci iussit. Hūc aūt insecutus cum lectissimoꝝ militū

manu Franciſcus: ut cognouit : neq; diurno neque nocturno tempore quicquã detrimẽti hoſtibus longe numero ſupioribus inferre poſſe : ad læuam flectit: Binamq; expugnare adoritur: quam paucis ante die bus ut oſtẽdimus: hoſtis in poteſtatem acceperat. Hanc cum expugnaſ ſet: præſidioq; firmaſſet: Cremonã reuertitur : aut diutius patentibus campis propter copiaꝝ paucitatẽ conſiſtere auſus. Quod cum intelle xiſſet Cremagnola: confeſtim ſua in Franciſcũ ſigna conuertit: quem cum ad ſuos celeri itinere ſe recepiſſe cognouit : ad Binam profectus arcem rurſus leui oppugnatione recepit: præſidiũq; in Olium coniici iuſſit : propterea qđ idem a Franciſco pridie eius diei in ſuos quos ibi præſidio reliquerat: factũ audierat. Inde ad obſidendũ Caſale reuerſus oppidum terra Padoq; circũdatum tormentis oppugnare aggreditur. Oppidani autem ut uiderunt quaſſatam ac exciſam eam turrim: quæ portæ munimẽto erat: timore perterriti ne ui a tanto exercitu caperen tur: Antonio piſano præſidii præfecto inſcio: ſeſe hoſti permiſere. Quo recepto oppido: plures ibi dies cõſultandis rebus Cremagnola conſum pſit : Nam alii in Brixianos redeundũ alii in parmenſes placẽtinoſq; Alii in Inſubres uel pado uel Addua ponte iuncto flumine traducen dum eſſe exercitum ſuadebant. Pluriũ tandem ſentẽtia peruicit : ut in brixienſes rediretur ad ea recipienda oppida : quæ adhuc aut Philippi præſidio tenerentur: aut in illius fide uoluntariis animis perſtarent. Itaq; poſteaq̃ totis copiis in brixiẽſium fines reditum eſt : quo etiam Philippi duces cum copiis ut ſuis auxilio forent: tranſierant: Pompilia num municipiũ Cremagnola circunſedit. Carolus Malateſta quẽ ſuis copiis Philippum præfeciſſe diximus: paulo ante in exercitũ uenerat : uir paci quam bello aptior: & ob id non tam apud hoſtes quam apud ſuos exiguæ auctoritatis maleq; Philippi reb? conſultũ tali duce uide batur. Eius aduentu caſtra mutantur: & inter Machalodiũ municipiũ & hoſtilia caſtra tutiſſimo firmantur loco : eo conſilio : ut inde ſpem obſeſſis ferendi auxilii præberent: Nam inter utraq; caſtra: quæ min? quattuor paſſuũ millibus proxima erant : paluſtres fere inacceſſibiles intercedebãt campi: Via tamen eſt manu facta: quæ recta Brixiã ducit municipiis utriſq; adiecta. Hanc uelut palus interſcindit aqua : qua ſublicio ponte iuncta tranſitur. Hũc in hoſtem armato milite nemini prætergredi licebat: Quod cũ diu inter duces de ferenda obſeſſis ope in extremo periculo uerſãtibus diſputatũ eſſet: decretum eſt tandẽ: ut ſeſe caſtris continerẽt: nullamq; omnino hoſti præliandi poteſtatem facerent: tum quod hoſtibus longe impares eſſent: tum quod per eos dies ad oppugnandũ Oragum quod ad hoſtes defeciſſet: Chriſtophoꝝ labellanũ & Albericum zagonariũ comitem cum parte copiaꝝ miſiſ ſent. At Cremagnola Pompiliano in poteſtatẽ redacto: omnia experiri ſtatuit : ut hoſtem æquum in campum alliceret : Qua in re uidetur

Bma

pompiliam municipiũ

Machalodiũ municipiũ

Oragum

fortuna ex ſententia propter ducis imperitiam ad quem belli ſumma delata erat:occaſionē præbuiſſe.Prouocauerat paucis ante diebus Nardus torquatus Spbortian? ex pedeſtri ordine miles quendam ex boſte peditē in ſingulare certamen . Quãobrem mittitur a Cremagnola ad Carolum:qui Nardum in prælium inuitet : paratumq; iam ſuum ad id militem eſſe:maximeq; ad imperatorē pertinere diceret : ut huiuſ modi cõtrouerſias pugna ſingulari confeſtim dirimi curet:quibus auditis:uiſum eſt Carolo:ſuum quoq; peditem qui boſtem iam uerbis laceſſiuerat:certamen nõ detrectare debere.Dies ad quintũ Idus Octobres dictus eſt pugnæ.Is dies ubi illuxit:Cremagnola armari exercitũ imperat:aciemq; uelut ad futurã pugnã in boſtes diſponit.Duelliones magno utrīq; comitatu data fide extra caſtroꝝ munitiões paluſtreſq; difficultates dimicaturi prodeunt.Magna ex Pbilippi exercitu ſpectandi ſtudio inermis multitudo ſine imperio eo accũrrit : quo etiam per pauci ex uenetoꝝ caſtris inermes uenerant . Franciſcus Spbortia:qui duellum eo maxime tempore improbauerat:Carolum adhortat̃:admonet:obſecrat : armari exercitum in acie conſiſtere iuberet.non placere ſibitam propinquis boſtibus, quenq̃ ad duelli ſpectaculum inermem progredi præter eos:quibus id muneris demandatũ eſſet.Idem confirmat Taurellus: Carolus obaudit : & cæteri ductores negligunt . Ipſe tamen Franciſcus diu multumq; deos hominesq; obteſtatus armatus ſpectat:ſuoſq; in caſtris eſſe in armis iubet.Idē facit Nicolaus picininus : cui eo die caſtroꝝ cuſtodia obuenerat.Inter duelli ſpectaculum celeri agmine acieq; uniuerſa ad pugnãdum ut docuimus:inſtructa : boſtis ſuperuenit:ea uia qua Macbalodiũ itur.Pergulan?& Picininus dum per otium obequitant:quaſi de improuiſo in boſtes incidunt.& cognita periculi magnitudine : quo ſui ad pugnam ſe parent : ita ut erant leui armatura:manum conſerere cœperunt . Tumultuarii item milites qui ad ſpectaculũ uenerant:eo concurrunt. Verum & pauci & inermes loca inter paluſtria tãtam uim boſtiũ baud diutius ſuſtinere potuerũt: Nam magno clamore magnoq; impetu equitatus boſtilis uiam omnem occuparat . Et peditatus ad utranq; uiæ ipſius partem effuſus:ex paluſtrib?campis haſtis Scorpionib?Iaculiſq; Pbilippianos milites equoſq; paſſim in latera trãſſodiebat:ex quo omnes paruo momento in fugam uerſi:uelut amẽtes nibil præter terga boſtibus obiecerunt:neq; dum erat in caſtra puentum:cum inde fuga ab omnibus fieri cœpta eſt.Capitur inter pugnandũ Carolus . Franciſcus ex duelli ſpectaculo ad clamorẽ conuolans:ſeſe cũ ſuoꝝ parte in boſtes intulit: pugnamq; fortiſſime conſeruit : hunc urgens:hunc uulnerans:hunc cædens : Pergulanũ ex boſtium trabentium manibus captum eripit . Sed cum ſolus boſtes iam uictores repellere nõ poſſet:tandiu tamen eorum impetum ſuſtinet : quoad ductores reliqui ſalutem ſibi fuga

peperere. Ipſe nouiſſim? magno cum uitæ diſcrimine pedem rettulit. Cremagnola caſtris cum uniuerſis fere impedimẽtis potitus inſequẽ dis hoſtibus abſtinuit: maiore tamen equitatus parte inermi capta. Hac Philippus clade accepta: cõtinuo dat operam ad exercitum armis equiſq; celeriter inſtaurandũ. Deinde ad alienam opem ſibi confugiẽ dum ratus: ad Sigiſmundũ Romanor̃ regem in Germaniã rogatum mittit auxiliũ. Martinũ inſuper pontificem per legatos orat: ut de pace cum uenetis agere pergat: Præterea cum Amideo ſabbaudiano pacem firmat: qua cautũ eſt: ut Philippus Mariam Amidei filiam in uxorem ducat: Vercellaſq; urbem eidem dono tradat. Sed Martini tandẽ opera factum eſt: ut per Bergomi deditionem bellum inter duos potentatus anno ſecundo: poſteaq̃ geri cœptum eſt: ſolutum ſit. Per idem tempus cum Genuẽſes ut ſupra docuim?: & ab Alphonſo rege mari & ab exulibus terra aſſidue turbarent̃: mittitur eo ab Philippo Franciſcus Sphortia: qui in Alexandrino agro ſtatiua habebat: ut Genuæ urbi præſidio eſſet. Is iuſſa faciens: iam Apẽnini iugum inſtructa acie ſuperauerat: cum inter locorum anguſtias præruptaſq; uias ii quos Philippus amiciſſimos exiſtimabat: perfidia uſi: ita undiq; circũfundunt̃: ac de ſuperiore loco magna ſcorpionũ & omni fere miſſiliũ genere Sphortianã manum adoriunt̃: ut non ſecus atque alpina grandine omnia tælis obruerent̃. Duriſſima profecto & borrenda militib? uiſa eſt ea pugnã di facies: præſertim cum nulla pugnandi: ſed ne quidem conſiſtendi ob locorum iniquitatẽ facultas eſſet. Itaq; tanta rei nouitate perculſi: milites diffidere ac dedendi ſui inire conſilia cœpere. Quare Franciſc? mutato pfectionis conſilio omnes qua uenerãt: continuo redire iubet. Poſtremi anteriores fiunt: & primi nouiſſimi. Quod ubi aĩaduertit tumultuaria agreſtiũ turba prædæ ſtudio audacius in milites irruit. & magnis a tergo & ab latere aperto clamorib? ſubiectos acrius cædendo: præcipites agit. Multi ex iis occidunt̃. Plures confecti uulneribus ſternuntur. Gerardus gratianus cotignolan? uir fortis & belli uſu inſignis cum eſſet omniũ fere nouiſſimus: multitudineq; preſſus: equo intra cautes lapſo: ſeſe unius Accolæ fidei crediderat: Sed ab eodem neglecta fide: crudelitate in ſupplicẽ uſo: ubi caſſidem poſuiſſet: Scorpionis cornu in caput percuſſus interiit. Cum aũt in Planiciem quandam baud magnam in conualle ſitam ab agmine per uariam hominũ ſtragem puentum eſſet: Franciſcus omnes in orbem adactos cõſiſtere imperat. Ob id multitudo circũfuſa cædendo abſtinuit: ſeque ad montium radices: qui undique impendebãt: continuit: fremens ac noctis tenebras expectans: miles omni ex parte aditibus montibuſq; occupatis quoquam diſcedere neque audebat neq; poterat. In tanto omnium ſalutis diſcrimine Franciſcus ab Eliana Spinula muliere quidem ingenua & Philippo deditiſſima quæ Rhunchum oppidum non longe

poſſidebat:perbenigne exceptus:a tanta agreſtium īmanitate ſeruatus eſt.Poſtridie uero non nullorꝫ opera genuēſium ciuium ex familia ſpinula factum eſt:ut ea ruſticorꝫ parte ſubmota qua Frāciſcus omnibus intercluſis itineribus in conualle diſtinebaꝫ cū ſuis:unde diſceſſerat: reuerteretꝫ incolumis.Cæterum non multis poſt diebus:ſedato liguꝝ incolarꝫ tumultu : Franciſcus perfidiæ ad Philippū Nicolao gurrerio & Alberico comite auctoribus : inſimulatꝫ quaſi breui ſeu ad uenetos ſeu ad florētinos tranſiturus.Qua quidē re a pleno ſuſpicionis natura principe facile credita:in papiēſem agꝝ qui duos inter amnes Padum Ticinum q; interiacet: in byberna tranſmiſſus Mortariū oppidum ſibi hybernādi locum delegit: ibi biennio fere tanta omniū rerum inopia uitam egit : cum nulla omnino ſtipendia penderentꝫ : ut non temere quenq̄ uel obſeſſum grauiora pertuliſſe conſtet : Quod eo Philippus animo faciebat:quo milites ea penuria adducti : arma equos & quicquid pretioſi haberent:ſenſim conſumerēt.Interim & præfectos equitum & centuriones quos uirtute præſtare nouerat:tum pecunia tum muneribus aliis & pollicitationib? multis ad deſerendū ducē allicere non deſiſtebat.Sed tanta fuit omniū tolerantia:tantaq; in ducē ſuum fides atq; conſtantia : ut nemo præter duos ad ſummū tres repertus ſit:qui incōſtantia perfidiaue eo tempore uſus fuerit.Ipſe Franciſcus recte factorꝫ conſcientia frætus ſæpe Philippū adibat:innocentiā purgare contendebat:qua in re cum cæterorum amicorꝫ:tum uel maxime unius Guidonis Taurelli opera uſus eſt.Verum cū obtrectatorꝫ cauſa principis illius iratum in ſe animū cōperiſſet : decreuit omnia prius extrema patientia toleranda:quam admittere quicquā:quod ſibi uitio aſcribi poſſet.Ferunt de eo retinendo necandoq; bis in conſilio dictis ſentētiis diſputatum:bis Guidonis cauſa qui ſemper ne quid in eum graui? ſtatueretꝫ : obſtiterat:auctoritate ſeruatum:pacata omni longobardia:Florentini qui immenſo ſemp deſyderio lucæ urbis potiundæ exæſtuauerūt : aduerſus lucenſes Nicolao fortebracio duce ſumpſere arma : rati eos quibus per id temporis Paulus Guinigius tyrannus imperabat:facile in dicionem redigere poſſe. Quare Paulus ſuis diffiſus uiribus:& omni alio auxilio deſtitutus:ad Philippum ſupplex confugit. Hunc &ſi pdifficilem ad ferendam ſibi opem iueniebat:propterea quod pacis fœderibus cauebatur : ne Macram flumen Philippus tranſiret:ætbruſcorꝫue fines inuaderet:non deſtitit tamen & rogare : & obſecrare : quo pereunti ſibi ſubueniret:donec tandem Senenſibus deprecatorib?qui metuebant:ne ſubactis lucenſibus:id poſtea bellum in ſeſe tranſferretur: ab Philippo impetrat:ut aliquis ex ſuis ducibus per ſimulatā abitionem ſibi auxilio mitteretur . Redierat per eos dies Franciſcus omni demū perfidiæ ſuſpicione purgata in antiq̄ Philippi gratiam ſtipendiiſq; finitis lucenſibus Senēſibuſq; legatis petentibus

ad eam rem conficiendã idoneus uisus ei expeditioni destinatur. acceptaq; a Philippo & ex appulia a paternis urbibus pecunia : & militem ueteranũ exornat: nouum conducit. conflatoq; paucis diebus exercitu ex longobardia mouet: & supato apénino: in lunenses. inde continuato itinere in lucensiũ fines peruenit. At Fortebracius qui uniuerso lucensi agro occupato castrisq; positis urbem premebat: ubi de Franciſci aduentu cognouit: soluta obsidione: ad oppidum Ripãfractam uocãt: mediũ inter lucam & Pisas: se cum exercitu fœda fuga recepit. Paulus & lucenses tanto periculo Franciſci beneficio liberati : agrum qui ut docuimus: ad hostes defecerat: recuperare summo studio curant . Sed Paulus mercandi quã regnandi doctior : quo se oĩo perpetua sollicitudine metuq; solueret: clam cũ Florẽtinis de dedẽda luca agere cœpit : pactus ingentẽ auri uim: utque a florentinis ciuitate donaret̃. Q đ ubi apud lucenses increbruit: continuo illi Franciſcũ in urbem accersunt: factoq; impetu : tyrannum captiuum cum filiis quinq; ad Frãciſcum perducunt: orant: ut & ciuitatis administrationẽ suſcipiat: & de tyranno a quo exitium ei paratum scirent: deq; liberis supplicium sumat . At Franciſcus &ſi intelligebat: & quid Paulus mereretur: & quid sibi liceret: tamen ne qua infamiæ labe suam innocentiã pollueret : repudiato regno quod ultro à ciuibus offerebat̃ : urbem liberam dimittit. Paulum cũ liberis ad Philippum perduci iubet . His peractis ad recuperandum quod reliqui erat in hostiũ manu agri: rursus educit. Iamq; municipia complura partim ui ceperat: & in prædam uerterat: partim metu uel uoluntariis municipum animis in deditionẽ compulerat: & ad Piſciam oppidum magno munitũ præsidio uentũ erat: cum Florentini Boccacinũ Alamánum ad eum legatum mittunt: quem gratum futurum existimarẽt: propterea quod antiqua cum Sphortia eius patre quo tempore cum Florentinis mereret: amicicia coniunctus esset . Is Franciſco accõmodata oratione persuadet: ne Florentinũ populum qui Sphortiæ patri semp amiciſſim? fuisset: quiq; sibi & suis magno usui aliquando esse posset: iniuria damno afficere pergeret. Fateri se paterni stipendii iure Florentinos magnum argenti pondus ei debere : idq; si lucensi bello excedat : redditurus. Quibus auditis Franciſcus quoniã Philippo nullis stipendiis obstringeret̃ : & a lucẽsibus propter pecuniæ inopiam nihil emoluméti ad sustentãdum exercitũ consequi poterat: ob eamq; rem sibi neceſſe fore intelligebat: ad alienã opem cõfugere: Iudicauit oblatam a Florẽtinis condicionem non repudiandam. Itaq; septuaginta aureum nummũ millibus: tot enim Sphortiæ patri debebant̃ : numeratis redderent. lucensi agro exceſſit : in Apuliam ut ante cõstituerat: profecturus. Lucẽsibus per hunc modum confectis rebus: anno qui fuit a Natali christiano trigesimus & quadringẽtesimus ad milleſimũ: Franciſcus in Galliam Ciſalpinam ex ætbruria reuertitur:

Mirādulæq; ſubſedit:eo conſilio:ut inde in Appuliam ut prædixim?: proficiſceret: cum Florentini maximo rurſus comparato exercitu Gui doneAntonio comite urbinate duce lucā obſidione præmere cœperūt eāq; nullo intermiſſo tempore & tormētis & omni conatu oppugnare contendebāt: cum Philippus ea neceſſitate compulſus ferendum a ſe amicæ urbi auxiliū iudicat.Itaq; miſſo eo cum magnis copiis Nicolao Picinino:Florentini primo impetu pugna ſuperati funduntur:atque cum ipſorum ingenti clade fugantur.Quibus ex rebus turbata pace: ueneti maiore quā antea apparatu bellum Philippo inferre decernūt: nec min? philippus ipſe maiorib? uiribus aduerſus uenetos accingit. Quo tēpore cū Franciſc?ſtipēdio & honorificētiſſimis condicionib? ab utriſq; inuitaret:Martini pontificis opa a Philippo: cui nulla ſoboles uirilis erat:adoptat & in ātiq illuſtréq; uicecomitū familiā cū omnib? liberis poſteriſq; tranſire iubet: & quo maiore ſtudio maioreq; benefi cio obſtringeret:gener deligit:Blanca Maria unica filia adhuc puella deſponſata uexilloq; in quo erat depicta Pantera:oppidiſq; tribus Caſtellatio Boſco & Frecarolo Alexandrini agri non ignobilibus donatis His rebus ex utriuſq; ſententia confectis:Franciſcus eo qui inſecutus eſt anno:ad prima ſigna ueris ex Mirādula cum ſuis omnibus copiis proficiſcens cremonā ſe contulit.Conflato igit ut oſtendim?: ſecundo ueneto bello: mors Martini pontificis Quinti contendentiū animos a nouandis in longobardia rebus aliquandiu ſuſpenſos tenuit. Sed poſteaq; Gabriel cōdulmarius patria uenetus Roman?pontifex declara tus cui Eugenio Quarto nomen fuit: Martino ſuffectus eſt: ueneti maiore animo erecti:baud amplius diſſimulandū cenſuere:qn aperto bello arma Philippo inferrent. Erat per id tempus cum magna copia rum parte in brixienſi Cremagnola: qui ſūma cura ſpē uictoriæ quaſi certam pollicendo:uenetos ad renouādum bellū traxerat. Is contracto baud procul urceis nouis exercitu:ubi plures dies proximos populos ad deditionem animos tentando conſumpſit:in Cremonēſes traiecit: ſpe Soncini oppidi per proditionē potiundi.Quod ubi Franciſcus:qui Cremonæ ut docuimus:agebat:per exploratores cognouit:coacta con feſtim ualida equitum ac peditum manu obuiam proficiſcit:pugnaq; ad ſextūdecimū Kalen.Iunias non longe a Soncino acerrime conſerta: hoſtem fundit:ac in fugam uertit:captis equitibus amplius qngentis ac mille:ex peditatu autē magno numero.At ueneti ubi Cremagnolā fuſum profligatūq; acceperunt:ſuis rebus metuentes:ad bellū geren dum magno ſtudio incenſis omnium animis: ſic q̄celerrime omnia compararūt: ut nō modo hoſtis uim ſuis finibus arcere:ſed & alienos inuadere ſperarent poſſe.Pecunia igitur in milites abunde diſtributa: inſtauratis:auctiſq; copiis:Cremagnolā rurſus in Cremonēſes trāſire imperant: claſſemq; inſuper multo maiore nauiū numero q̄ ſuperior

Mirandula

Renes⁹ luna obſidet⁹ Gundon antonio duce urbinate florentinor⁹

prouinc⁹ magnas à pbo liberat obſidione luna ſus

uenti uolūt ꝛnonari ꝙ pbo

ſcanc⁹ a pbo adoptat⁹ / ꝛ uenet⁹ dolēs

Caſtellatū boſco frecarolo ꝙ ſcanc⁹ donant

Martin⁹ q̄ntus mort⁹

Gabr Codulmar⁹ uenet⁹ pontifex Eugenius 4⁹ dict⁹

uerū non

Soncinū oppidū agro cremonēſi

pug⁹ ap⁹ Soncinū inde uic⁹ ſcanc⁹

fuerat : ac omni bellico apparatu inſtruunt Nicolaum Taruiſinũ eius claſſis præfectum deſignãt. Conſtabat galeonibus maximis ſeptem & triginta : triremibus ac biremibus aliiſq; actuariis nauiculis circiter centum. Hæc aduerſo flumine Pado Cremonæ cũ appuliſſet: e regione urbis eo animo ſubſtitit: ut Cremagnola qui tribus fere paſſuũ milli bus aberat: terreſtri quoq; exercitu uno atq; eodem tempore & Cremo nenſes urgeret: & claſſis adiumẽto eſſet. Contra uero Philippus exercitum claſſemq; parauerat: ſed hoſtili nequaq̃ parem: quæ galeonibus nauibuſq; aliis minoribus circiter qnquaginta ſecundo amne nauiga bat: cuius præfectus erat Pacinus Euſtachius papienſis. Hunc cum in ſe uenientẽ Taruiſinus cognouit : & Cremagnolã cunctantem uidit: obuerſis nauium proris qua uenerat: regrediens: tribus circiter paſſuũ millibus ab Cremona reſedit: quam in partem facile terreſtrem exercitum accedere poſſe: & claſſi auxilio eſſe perſpexiſſet. Franciſcus autem Sphortia & Nicolaus picininus qui Philippi copiis præerant: cum nõ longe a Piſleone oppido caſtra firmaſſent : delectu ex omni exercitu habito: claſſem quæ naualibus ſociis erat fere uacua: compleuerũt: eo conſilio: ut reliquus exercitus & propter paucitatẽ & quod omni eſſet militũ robore nudatus cũ impedimẽtis trans adduam ſublitio ponte qui erat ad Piſleonẽ: ſeſe conferret . Pacinus cui tantis uiribus aucto adoriendi hoſtis creuerat animus: cumprimũ aduentauit in conſpectũ hoſtilis claſſis : confligendũ ſibi putauit : quippe qui ut erat naturæ fluminis peritiſſim?: uerebat̃: quod imbribus paulo excreuiſſet: fore: ut decreſceret: ubi pugna diutius abſtineret : & ita deteriore ſe futur; condicione. Qua re hoſtilem claſſem magno impetu inuadit. Prælium utrinq; ui magna cõmittitur . Cadunt undiq; multi . Cruore omnia fœdantur: tandẽ nocturnis tenebris utrinq; pugna ceſſatũ eſt: amiſſis e Philippi claſſe galeonibus quinq;: qui a claſſe reliqua ſeiuncti & ab hoſtium multitudine preſſi intercepti ſunt . Quo fiebat: ut in Philippiana claſſe haud mediocriter trepidaretur : Quod cum aĩaduertiſſet Franciſcus: duo ſibi uno tempore prouidenda putauit: ut & claſſiariis animum ad confligendũ adderet: & Cremagnolæ ad uenetam claſſem aduentum moraretur. Itaq; duos gregarios equites uelut tranſfugas ad hoſtes ad opem claſſi ferendam iam ſe parantem mittit. Hi cum ad Cremagnolã mane ueniſſent: multa ut erant edocti: de Frãciſco queſti affirmant. Philippi exercitum caſtra mouiſſe & inſtructa acie ad inuadendum eum procedere. Quibus auditis Cremagnola re facile credita continuo ad pugnam ſe parat: neq; loco ubi erat: excedendum iudicat. At Franciſcus & Nicolaus ubi primum illuxit: claſſem conſcendũt: & hoſtilem quæ nauiũ proris contra uim fluminis ex ordine diſpoſitis cathæniſq; inter ſeſe firmatis: hoſtium impetum expectabat: magnis clamoribus uiribuſq; adoriunt̃: Extemplo perturbata ueneta Claſſis

diſiungitur. Pugna denſior atrociorq; quam pridie omni miſſilium genere conferitur. Cõcertabatur enim uno tempore uniuerſis utrinq; nauibus uario euentu : quod modo ueneta: modo Philippiana claſſis inclinare uidebatur. Nouiſſime autem cum non nulli ex Philippianis galeones caperẽtur: & inter cæteros unus cui præfectus erat cum delectis militibus Petruſbrunori? parmenſis ex Spbortiano equitatu uir ſane fortis & rei militaris pitiſſimus: ptimuere naues reliquæ: iamq; cedere & turmis trabendaꝝ nauium cauſa in littus expoſitis aduerſo flumine fugere cœperant. At Franciſc? & uoce & nunciis hac illac Myoparone diſcurrens & nauium rectores & nauales ſocios ipſum etiam Pacinum grauiter increpare: accuſare : milites hortari : & monere: ut claſſiarios ad pugnam redire cogerent. Idem faciebat Picininus: quoꝝ uocibus rurſus prælium magno animoꝝ ardore renouatur: & tandem cum enixiſſime ubiq; pugnaret : decreſcentis fluminis beneficio quidam ex ueneta claſſe Galeones qui ex ſublimioribꝰ erant: gubernatoribus naturæ fluminis imperitis in uadis beſerunt ita: ut nullo remoꝝ impulſu nulla ui nulla denique arte loco ſubmoueri potuerint. Hos Franciſcus leuioribus nauigiis cõtinuo adortus: capta in hoc numero nauis prætoria fuit. Taruiſinus aũt præfectus deſperatis rebus ex Galeone in ſubiectam ſcapham demiſſus fuga ſalutem petiit. Prætoria igitur naui cũ ſignis capta: tantus repente reliquis iniectus eſt terror: tantaq; rerum deſperatio omnes inuaſit: ut uno fere mométo cõuerſis nauibus ſecundo amne euadendi ſtudio curſu contendere cœperint : quoꝝ naues Philippiani magno impetu clamoreq; terribili inſequẽtes maiore earum parte potiti ſunt. Ingentem profecto ea pugna uenetis cladem intulit: nouem enim ac uiginti galeones & reliq̃ fere claſſem uniuerſam amiſerunt. Conſtat claſſem ipſam maximo ac incredibili prope ſumptu fuiſſe comparatá: Nam præter q̃plurimos nauiũ alueos exquiſitis artificum ingeniis exædificatos eo arma tæla cõmeatus & quicquid certis incertiſq; caſibus conducere poſſe putabat : uincendi ſtudium adeo accumulate contulerat: ut mirum uideretur tantam reꝝ omnium copiam ipſas etiam Venetias ſuppeditare potuiſſe. Hoc aũt prælium commiſſum eſt in Pado non procul Cremona anno a Natali chriſtiano primo ac trigeſimo ſupra quadringenteſimũ ad milleſimũ nono Kal. Iulias. Ea calamitas uel ĩ primis cauſa fuit: ut apud uenetos Franciſcus Cremagnola in eam uenerit perfidiæ non lati Taruiſino auxilii ſuſpitionẽ: qua poſtea inſequẽti áno Venetiis eſt publice ſecuri percuſſus. Poſt eam pugnam nihil eſt per æſtatem geſtum memoratu dignum: temptatũ tantum ad Idus octobres a Cremagnola capiendæ furto Cremonæ facinus : Nam per uigilum negligentiá noctu ſcalis muro admotis: Arcem quam Sancti lucæ Cremonẽſes nũcupant: milites qui ad rem conficiendá à Cremagnola miſſi fuerant: cæſis primo

ingreſſu cuſtodibus occuparunt: Eamq; biduo fere obtinuerũt: Cremagnolam cum exercitu qui ad tertium lapidem caſtra habebat expectantes. Sed ubi nulla auxilia mitti: & continẽter a Cremonẽſi populo magno omniũ concurſu ſe oppugnari uiderũt: arcellam deſeruere: quoꝝ pars capta eſt: pars fuga in caſtra ſe recepit. Ferunt ſæpe Cremagnolã dixiſſe: cum de ferendo iis auxilio qui arcellam occuparãt: conſultaretur: uereri ſe ne latentibus hoſtis inſidiis perdendum obiiceret exercitum. Atq; hæc ſecunda fuit cauſa: quæ illi apud uenetos exitium peperit. Autumno iam exacto Cremagnola quod importunis crebriſque hymbribus conficeret exercitus: & quod equi morbo permulti abſumerentur: copias in hyberna deduxit. Sub idem tempus Franciſcus ſuis omnibus copiis aliiſq; paucis adiunctis aduerſus Iohannẽlacobum Montiſferrati Marchionẽ: quod & primo & ſecundo ueneto bello cũ hoſtibus ſenſerat: miſſus imparati hoſtis fines ingreſſus oĩa tumultu ac trepidatione inuoluit populatuſq; multoꝝ agros: non nulla deinde oppida expugnat: ac in prædã uertit. Quare tant? ſubito eius regionis populos armis inſuetos pauor occupauit: ut nullo fere negotio ſeſe Frãciſco dediderint. Ita paucis menſibus per hyemem Iohãneſiacobus omnibus prope oppidis uiciſq; ſpoliatus cũ ipſum etiã Caſale ſancti Euaſii quod eſt oppidũ celebre & regionis caput: Marchionũq; ſedes: ad Franciſcũ deſciuiſſet nullum alicunde auxiliũ ad ſe mitti ſperans: ſuiſq; omnino rebus diffiſus oppida quædam: quæ nõdum defecerãt: Amideo ſabbaudianoꝝ duci & ſibi affinitate cõiuncto uelut illi finitima ſeruanda tradit: Dein Alpes trãſgreſſus: per germaniã iter faciens ad uenetos cõfugit. Dum hæc gerunt: Sigiſmund? cæſar hunnoꝝ rex Philippi hortatu Italiam ingreſſus Mediolanũ ad accipiendã imperatorio more ferream coronam uenit: inde poſtea Romam petiturus. Eius rogatu Iohanni Iacobo Philippus ignouit: oppidaq; uniuerſa quæ in ſua erant poteſtate: reſtituit: cũ idem a Sabbaudiano fieri contenderet: negatum eſt: Mõtiſferrati per hunc modum rebus compoſitis: Franciſcus a Philippo accitus Mediolanũ proficiſcit: ubi intra Idus Februarias inſequẽtis anni publice ac magna cum celebritate Blanca Maria iam annos ſeptem nata ei deſponſata eſt: id quod ſuperiore anno ut demonſtrauim?: pater promiſerat. Cæterum feſſi bello non tam Philippus quam ueneti ac Florẽtini Nicolai Marchionis æſtenſis interuẽtu de pace inter ſeſe agere cœperũt: ad quã præter cæteras belli difficultates illa maxime ipſos de ſummis rebus cõtendentes hortabatur: quod & ueneti Cremagnola iis de cauſis quas ſupra diximus: publice interfecto: imperatorẽ non habebant: & Philippus Nicolai picinini propter id uulnus quod ad Binam ſub occiput acceperat: opera uti non poſſet. Itaq; cum ad Nicolaum componẽdæ pacis delata eſſet poteſtas: ea tandem pax circa Kalendas apriles renouata eſt: & captiui ultro citroque

dimiſſi.Per eam pacem omnia oppida reſtituta ſunt Florentinis:quæ in Piſano uolaterrano & aretino agro Philippi copiæ cepiſſent.Lucēſibus quoq; municipia uniuerſa quæ prius amiſerāt:Florētini dimiſere. Cæterum Sigiſmund?Imperator:ut demonſtratū eſt:exæſtuāte adhuc Italico bello Mediolanū uenerat:nec Philippi potentia opibuſq; frætus magnas copias ex Germania ſecum adduxerat: Ibi per hyemem aliquā diu immoratus & a Philippo honorificētiſſime & magno impendio exceptus:Deinde Parmam Franciſco Sphortia comitante profectus: hyemis reliquum conſumpſit:tandem ineunte uere in ætbruriā tranſgreſſus:in urbem lucam ſe contulit. At Florentini non tam Philippo quam Sigiſmundo infeſti ea maxime victoria elati quam paulo ante aduerſus Philippi copias apud Torporium oppidum nō longe a Piſis adepti fuerant:in lucenſes miſere exercitū: & apud ipſas prope urbis portas caſtra poſuerūt : militeſq; late longeq; peruadentes cuncta ad ipſa uſq; mœnia in conſpectu imperatoris populati ſunt . Poſthæc in Senēſes traductis copiis agriſq; uaſtatis Florentinoꝝ duces parum ad modum in iis locis propter cōmeatus inopiam commorati in Aretinorum fines conceſſerūt per eorum abſentiam adeundi Senas facultatē nactus imperator:eo ſtatim maturauit:At poſt aliquot menſes tandē pontifices qui uolūtate prius eum admittere negauerat: Romam profectus ab eo ſolemniter corona aurea donatus eſt . Poſtea uero Roma abiens:per Tudertes & peruſinos Ariminū petiit:Inde per Rauennatē Ferrariēſem & Mantuanū agrum Italia exceſſit : & quidem tanta uel animi uel fortunæ uarietate: ut infenſiſſim? Philippo abierit : cuius hortatu fiducia atque opibus ex Germania mouerat. Venetoꝝ autem quibus maxime inimiciſſim?in Italiā uenerat : amiciſſimus receſſerit. Certe cum mediolani eſſet:neq; philippus ad eum ſalutandū unquam uenit:neq; rogantem cum exiguo comitatu intra arcem admittere uoluit.Dum per quietem Franciſcus Cremonæ deſedit:rurſus Philippo per obtrectatoꝝ inuidiam in perfidiæ ſuſpicionē uenit : adeo ut cum interficiendū ſecreto ſtatuiſſet:Cremonā miſerit Simoninū Gillinum Alexandrinū cum his mandatis: ut ſi is ad ſe ſponte ueniret : illum ſequeretur.Sin forte aliqua cauſa recuſaret: illico retineret:retentūq; necaret.Franciſcus autem qui hæc omnino ignorabat:nec quicquam admiſerat:cur ſibi timendū eſſet:acceptis Philippi mandatis:Mediolanum pergere maturat . Sed cum laude per noctem quieſcendi gratia conſtitiſſet:fit Contucii peruſini eius apud Philippum legatis litteris certior:a Philippo ſtatutum:ut cum primū Mediolanū appuliſſet : obtruncaret: Ea re cum paucis ex ſuis cōmunicata:omnes eum flentes orant:obſecrant:ne ad necem manifeſtam ultro ac temere prodeat:Sed dum liber eſt:quod deambuladi gratia ad pontem qui in Addua eſt : iam peuenerant:in uenetoꝝ fines ſeſe recipiat. At ille recte factorum

conſcientia frætus:nolle ſe dixit:ubi culpa omnino uacaret:cū abiſſet: perfidiæ inſimulari . Itaq; poſtridie mane Mediolanū ire contendit: non ſine magna tamē ſuſpicione:nequid grauius per maliuolos inuidiam in ſe ſtatueret . Philippus autem a Simonino de illius aduentu certior factus:mutata in melius ſententia:cum nihil in homine doli eſſe iudicaret:ſummo recipi in urbem honore confeſtim iubet . Huic facta eſt obuiam extra urbem ad ſecundum ferme lapidem Maria dux cum ingenti prope & aulicoꝝ & mulierum numero.Quod Franciſcus præter conſuetudinē fieri admiratus magis timuit . Sed in Philippi conſpectū admiſſus omnē formidinē depoſuit:Ita enim remotis arbitris philippum locutum ferunt:Nequaq̄ eam nos ſententiā Franciſce fili ſecuti ſumus:quæ trito quodam prouerbio uſurpari ſolet:Totiens dici poſſe uni ab omnibus eum carere naſo:ut is quaſi ſibi diffidens: naſum tangeret:perinde ac dubitans an eo careret . Nam de tua erga nos fidę & conſtantia ac ſinceritate animi tui nihil unquam profecto dubitauim?:ſed ut calumniantiū de te occurrerem?ſuſpicionibus:fecimus ea de te pericula:quæ pro ingenii tui uigore tibi nequaq̄ occulta fore exiſtimabam?.Quod iccirco à nobis actum eſt:ut quæ de innocētia & bonitate tua perſpecta nobis erant:& cognita:cæteros etiam nō laterent. Deinde quæcunq; hactenus ſibi de eo delata fuerant:aperit. nec quenq̄ præter ſe habuiſſe amicum ducit:qui eius innocentiā tuere tur : Aduentum ad ſe ſuum quarum rerum inſimulabat : eum feciſſe innocentiſſimū:non ſibi qui nihil dubitauerat:ſed aliis inſimulātib?. Propterea bono eſſet animo:& ut fecerat: pergeret benefacere:& quid eius eſſet & uirtutis & dignitatis recordaretur . De ſe aūt omnia ſibi polliceretur:cuius perinde ac filii eſſet rationem habiturus.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER TERTIVS .

1433

Am tertius & trigeſimus a chriſtiano natali ſupra quadringēteſimū ad milleſimū agebat ānus:Ciſalpinaq; Gallia omnis quieſcebat: cū allatum eſt Franciſco Sphortiæ eam appuliæ partem quam ut oſtendimus : paterno iure obtinebat : Iacobum Caudolam armis inuaſiſſe:& iam Serram Capriolam in ſamnitibus oppidum occupaſſe: Qua re cognita uæbemēter cōmotus ſtatuit: omnibus prætermiſſis rebus ſuorum ſaluti cōſulere & opem laborātibus ferre.Itaq; abeūdi uenia a Philippo facile impetrata per autumni tempus maturat omnibus copiis e longobardia,pficiſci:& iam paucis diebus in Flaminiā peruenerat:ſed nondum Sapim flumen tranſierat:

cum omnia in picentibus miſceri cœpta ſunt: & per Italiam Franciſci nomen increbreſcere. Præerat ei puinciæ pro Eugenio pontifice Ioban nes uitellius patria cornetan? ricinatenſis Epiſcopus: cuius ob durioré adminiſtrationé: & quod picentes mobilitate ac leuitate animi nouis imperiis ſtudere ſemper conſueuerũt: cupiebant mirum in modum hominis inſolentis iugum aliquando excutere. Quãplures igit̃ hanc occaſionem nacti Franciſco obuiam ueniũt hortantes: ut ad capeſſen dam prouinciã properaret: cum nulli aut perpauci eſſent futuri: qui ei portas clauſuri ſint: & Camertes tyranni præ cæteris: qui inter ſeſe diſſidentes in fraternũ ſanguinẽ ſæuierant: ad eum de deditione miſe runt. Hæc cum accepiſſet Frãciſcus: ad Philippũ omnia defert: & quid eius ſit conſilii: quidue ſibi agendum eſſe cenſeret: ab eo certior fieri curat. At Philippus qui nõ ægre ferebat: ſi in Eugenii pontificatu res Romanæ eccleſiæ ꝑturbarent̃: quod tum patria uenetus eſſet: uenetas partes ſequebat̃: Franciſcũ non aperte ſed ſecreto edocet: ut picenum inuaderet: Eugeniumq; quoad poſſet: ubique infeſtaret: Quod cum intellexiſſet Franciſcus: exercitũ nouo milite aucto & Laurentio atten dulo cotignolano gentili ſuo ac longo belli uſu inſigni: q apud uene tos ſuperioribus annis meruerat: inter alios ſibi iuncto, compoſitis Appulis rebus ex Flaminia ubi bis de cauſis plures dies cõſumpſerat mouet: & iuſtis itinerib? piceni agri fines ingredit̃: ac primo aduentu urbem Hæſim quæ ab flumine nomẽ capit: aggreditur. Ciues aũt & ſi byems iam aderat & præſidio equeſtri non inualido: Ioſia Aquauiua no præfecto: muniebant̃: tamen poſtridie eius diei præſidio incolumi ſeſe atq; urbẽ Franciſco dedidere. Hæc tam ſubita hæſinoꝝ defectio: tanto cæteros timore conterruit: ut ad Franciſcũ deinceps certatim de deditione legati mitterent̃. Prætergreſſus inde duos potentiam Clen temq; amnes Oppidum quod ulmi montem uelut in monte poſitum picentes dicunt: cum longa pace tum agri fertilitate opulentũ circun ſedit: Nam oppidani bello armiſq; inſueti: mœnibus confiſi præter cæteros in fide manere uidebant̃. At Franciſcus cui non ingrata erat ea ulmenſiũ pertinacia: quippe qui optaret aliquod ſibi offerri oppidũ quod iure belli diripiẽdum militibus daret: ut & ſeſe præda ditarent: & locum haberent: quo ſe deinceps recipere: ſi quid opus eſſet: poſſent: ſpeculatus loci naturam munitioneſq; manu factas: poſtero die omni ex parte inopinãtes oppidanos aggreditur: pugnaq; acerrime conſerta: tandẽ refracto ferreis ſudibus muro: ſcaliſq; admotis fit in oppidum irruptio: moxq; irruentibus paſſim militibus: in prædam uertitur. Eo rumore prouinciam in omnem perlato fit cõtinuo maior quam antea ad Franciſcum dedentiũ concurſus: nullumq; remittitur tempus ab iis: qui nondum ad eum de pactione miſiſſent. Vitellius Ricinatum tanq̃ ad præcipuã prouinciæ arcem ob ſingularem in eam ciuitatem

auximan q oppid⁹ marr exmo dirtō arolum

fidem ſe receperat: ſed ubi uidit tantam animoꝝ mutationē dimiſſa prouincia: mari in proximā brutiorum regionē confugit: unde poſtea Romam ſe contulit. Eius diſceſſu auximani: deinde ricinatēſes com muni omniū conſenſu finitimoꝝ exemplum ſecuti: ad Franciſcū deſci ſcunt. Præfecerat uitellius non tam prouinciæ eius arcibus ſingulis quam aliis etiam permultis in umbris atque æthruſcis: quæ Eugenii præſidio tenebant: ricinatenſes ciues: quos ciuitatis primarios cogno uerat: quoſq; ſibi fideles fore exiſtimabat. Ea igit urbe recepta: Franci ſcus præfectoꝝ familias compræbendi: ipſiſq; arcium prouinciæ præ fectis enunciari mox iubet: niſi arces continuo dediderint: ſuos mortē paſſuros: Quo illi metu territi oppidanis adhuc in Pontificis fide per

firmana arce q̄ ciceſalum dixit Aſculum

manētibus arces dedidere: Nam & Firmanā arcem quod Firmani Giri falcum appellant: quoꝝ urbs prouinciæ primaria habetur: & Aſculanā in ultimis prouinciæ finibus poſitam cæteraſq; cum ipſis etiam urbi bus conſecutus eſt: Quod tanta celeritate factum eſt: ut qntodecimo ferme die poſteaq̄ in picenum agꝝ uentum eſt: uniuerſa prope prouin cia in eius deuenerit poteſtatem: ipſa etiam Ancon urbs antiqua por tuq; nobilis & picentiū caput ſtipendiaria ultro facta. His rebus geſtis iā in umbria atq; in iferiore æthruria tumultuare urbes quæ Eugenio

Anron

pontifici parebant: & nouis rebus ſtudere cœperunt: & non nullæ ſtu dio partiū de deditione ad Franciſcū mittere: eiq; ut ad ea loca tranſi ret: perſuadere. Sub idem tempus Nicolaus fortebraci? qui non multo

Tibur à forth braccaſm occupatum

ante ſub eo pontifice militauerat: alienatus quod ſe ab eo inſidiis peti tum cognouerat: magno tumultu tibur occupauit: oppidiſq; q̄pluribus Romæ proximis in poteſtatē redactis: grauiſſimū Romanis bellum inferebat. Huic oppoſitus erat Michael attendulus rei militaris diſci plina Fortebracio nō inferior. Verum cum cæteraꝝ rerum ac maxime pecuniæ quibus bella adminiſtrant: copia non ſuppeteret: Et iam nō ſemel defraudati ſtipendio milites neceſſario ſegni militia fungerēt: ægre hoſtem ſuſtinebat: & ob eam cauſam nutantibus omnium fere populoꝝ animis & ad defectionem inclinātibus: poſteaq̄ in Pontificis auxilio parum ſpei eſſe cernebatur: quibus braciana factio erat inuiſa: bi tutiſſimū ſibi refugiū in Franciſci Sphortiæ præſidio eſſe cenſebāt. Franciſcus aūt boc rerum ſucceſſu animo erectus ſtatuit occaſionem tantæ rei non prætermittere: ſed iam parta armis firmare: & uocantiū amicoꝝ conſilia ſequi: uireſq; circa ea loca quoad poſſet: extendere. Itaque per hyemem quantis potuit copiis ad eum noui opimiq; belli fama confluentib? non multo argento exercitu aucto: appenninū per

Tudertes

Camertiū fines in umbriam traiecit: & primi Tudertes quorum urbs in umbria eſt egregia: miſſis legatis: ſeſe ei dediderunt: procedenti deinde per eam prouinciā Sabinoſq; & in interiorē æthruriam tranſ

Interamnēſes i. narnia

greſſo facti ſunt obuiam Interamnēſes: Tudertium exemplū ſecuti:

Amerini Tuſcaniēſes &ppinquiores urbi Romæ Otriculani:Malianē ſes Surianēſeſq; quoꝝ arce fama nobili præfecto tradente qui ricinatenſis erat patria:ſine ullo negotio potitus eſt:multa præterea oppida ignobilia partim expugnata diripuit:partim per metum uoluntariáq; deditionem in fidem accepit. Ingruētibus igitur undiq; periculis perterritus Eugenius:ac neceſſitate magis quā ex dignitate agi oportere ratus mittit ad Franciſcum propere Nicolaum Campanū Epiſcopum: qui poſtea cardinalis fuit:ut quauis ratione eum ſibi recōciliaret.Nec difficile fuit uolentem impellere:quod ille animo longe ſupra præſentem fortunam proſpiciens:& ad boneſta propenſior:cum ſatis in præſentia haberet dignitatē ſuam : & exercitus incolumitatē poſſe tueri: oblatas ab Eugenio condiciones libens accepit . Conuenere autem ut Franciſcus accepto Marchionat? titulo:picenum agrum legitimo iure poſſideret:Cætera oppida quæ in umbris atq; ætbruſcis cepiſſet:tanq̄ Romanæ eccleſiæ uicarius obtineret:cuius etiá uexilliſer conſtitutus: primaꝝ enim militiæ partium ea omnino in Italia ſuprema dignitas eſt:quæ boſtis occupaſſet:Eugenio eccleſiæq; pergeret recuperare.His rebus ita conſtitutis : Franciſcus ad Michaelem duo circiter equitum millia:Laurētio attendulo & Leone Sphortia fratre ducibus:cōfeſtim mittit : qui ad eum profecti ita torpentem Eugenii exercitum ac ſibi diffidentē ſubleuarunt:ut qui modo trepidarent:nec ſatis tutum ſibi locum caſtroꝝ munitiones arbitrarentur:bi ultro boſtem ad pugnam prouocarent. Montērotundū primo oppugnare adoriūtur:ſed oppidū natura loci munitiſſimū:cum boſtis facile tueretur:Sphortiani duces ſoluta obſidione ad Tibur caſtra firmant:quos inſecutus fortebraci?: commiſſo ad Homentū prælio fuſus fugatuſq; equites circiter ducentos amiſit . Franciſcus interim Montēfaliſconē quod oppidum Fortebracii præſidio tenebatur:obſidebat:Nec dubium erat:quin Fortebracius ipſe breui eccleſiæ finibus pelleretur : niſi Philippus de fœdere inter Eugenium Franciſcūq; icto certior factus:idq; moleſte admodū ferens:Nicolaum picininū cum uiribus in ætbruriá miſiſſet: qui per ſimulationē curandæ ualitudinis ad balneas ſenenſes uenerat.& quanquam Franciſcus ut prædiximus: Faliſconem obſidione premebat:& Michael aduerſus Tiburtinos caſtra habebat : Nibilo tamen ſecius Fortebracius nō tam ætbruſcum eccleſiæ patrimoniū quam romanos ciues & uetralla multiſq; aliis columnēſiū oppidis:crebris incurſionibus uexabat : Et ob id ſiue quod Romani grauiſſima diuturni belli incōmoda amplius perferre non poſſent:ſiue quod Picinini in ætbruriam aduentus multoꝝ animos a pontifice alienaſſet : Romæ in dies omnia turbulentiora erant:nec ſanari ulla ratione hominū mentes poterant:donec correptis armis infima plebs ſeſe in libertatem aſſeruit: Eſt.n.natura mortalibus inſitum libertati ſtudere & ſeruitutē odiſſe.

Portæ urbis præſidio firmantur: excepta appia: quam Michael & ſocii cognito urbano tumultu tiburtina obſidione extẽplo relicta: eo aduolantes præmiſſis leuis armaturæ equitibus occuparunt: eaq; præſidio munita ad diui Pauli Baſilicam conſederũt: inde latium late populabantur. Sed nec ſatis Eugenius auctoritatis habere uidebatur: præſertim quia pontificatũ pacatiſſimũ a Martino ſuſceptum confeſtim ipſe magnis turbationib? inuoluiſſet. Iamq; concilium Baſileæ cogebatur: & quidam eo cardinales profecti erant: Eugeni? interim apud ſanctum Griſogonum obſidebatur: quem ne inde abiret: omni aditu præcluſo circũſepſerant: atq; ita aliquot dies indigna quæq; perpeſſus: tandem mutata ueſte exceptus paruo lembo per Tiberim inter iaculantiũ tæla ex utraq; ripa multis ſecundo amne terraq; inſequẽtibus Romanis: oſtiam uix incolumis aduebitur. Ibi triremẽ nactus Piſas inde Florentiam petiit: mox ad Franciſcũ mittit: qui eum de iis quæ acciderant: edocerent: mandarẽtq;: ut uniuerſi eccleſiaſticæ dicionis populi eidem uelut præcipuo eius eccleſiæq; romanæ uicario ac uexillifero parerẽt. Romani aũt ubi Pontificem conſequi neq;erunt: in præſules reliquos ubiq; per urbem impetu facto: bonaq; adhuc illis a fuga ſuperfuerãt: in prædam uertunt: Nam multi partim amicoꝝ beneficio: in proxima urbi municipia confugerãt: partim in Hadriani molẽ ſeſe receperant. inde ad Picininũ legatos mittũt: qui eum ad accipiendã pro Philippo duce urbis curã accerſerent: donec in baſilienſi conuentu de pontificatu deq; eccleſiæ rebus decerneret. Quibus cognitis: Picininus haud ſibi cunctandũ exiſtimauit: quo minus amicæ urbi & fortebracio ſuæ factionis duci à duobus exercitibus pœne intercluſo opem ferret. Itaq; contractis magna feſtinatione copiis: in umbriam repente irrupit: Exploratiſq; itineribus paucis diebus in ueterbinoꝝ fines peruenit: Fortebracioq; ut erat ante conſtitutũ: ui cinior factus nouum & ipſe aduerſus Eugeniũ incẽdium excitabat. Nam Fortebracius urbis rebellione audita: factis cum romanis cõfeſtim induciis: Picinino obuiam properauit. Spbortiani item de Picinini aduẽtu rumore perlato: haud multũ morati: Appia porta Romanis tradita per pontes tranſtiberinæ regionis abire permiſſi: aliquanto maiore circuitu quo tutius ꝓficiſcerentur: e regione inferi maris ad Franciſcum contenderũt: qui paulo ante dimiſſa Faliſcorũ obſidione ad Riſpãpanum non longe a Tuſcania ut ſuis qui Romæ erant: auxilio eſſet: conceſſerat: & forte euenit: ut eodem die & Michael Franciſco ad Riſpampanũ: & Fortebracius picinino apud ueterbiũ iungerent. Quibus coeuntib? ducibus uniuerſæ duarum in Italia maximaꝝ in re militari factionum ſibi inuicem infenſaꝝ uires ad decertandũ inter ſeſe cõueniſſe uidebant. Præerant enim hinc Franciſcus & Michael: Inde Picininus & Fortebraci? factionum principes: uidebaturq; omnis fere Italia ad euentum tantæ rei

ſuſpenſa . Initio autem quanquã inſignes prope inter eos inimicitiæ inſigneſq; iniuriæ intercedebãt: ac factionum ſtudia non tam ducum quam militũ animos acuebant: continuerũt ſe tamen complures dies legatis Philippi ducis id maxĩe conantib?: q ne duces quos ſibi Philippus uendicabat: cum alter gener quẽ etiam filium appellare ſolebat : alter copiarum imperator eſſet : inter ſeſe confligerent. At Franciſcus ueterbinis quos uelut paternos} boſpites admodum caros habebat : opem ferre cupiens: ne eor̃ ager incurſionib?uaſtaretur: motis caſtris e conſpectu braciani exercitus per eos campos qui uetrallam Veterbiumq; interiacẽt: profectus inter ea oppida ad diui Martiani templũ conſedit. Quare & Veterbinos ſua propinquitate ab hoſtium populationib?tutos reddidit: & ut magna ex proximis amiciſq; oppidis commeatuum copia in caſtra ſine periculo comportaret̃: effecit. Cæterum cum inter duos exercitus contrariæ factionis duor̃ ferme milliũ paſſuum ſpatia intercederẽt: ut eſt militantiũ genus procax & cõtumeliis intemperãs: ultro citroq; conuicia iactabant̃ : Et præ cæteris Fortebracius ipſe multa de Franciſco obloqui dicebatur : quodq; eius milites nitidi & ad ſpecula compti deliciis magis quam armis ſtuderẽt: & cantandi ſaltandiq; multo quam pugnandi doctiores eſſent. Addebat bracianos ſuos ueſtibus obſitos breui de tam cultis ſphortianis triũphum acturos. Quæ cum Franciſco ex audientiũ indignatione ſæpius renunciarentur . Non pati amplius potuit : quo minus ad Philippi legatos querelam deferret: adiiceretq;: ſe Fortebracio propediem oſtenſur̃: an Sphortiani baſtis gladiiſq; pugnare didiciſſent. Itaq; rei indignitate commotus aduocatis ducibus ordinumq; præfectis: in hunc modum locutus eſt . Nullum ego ſocii neq; uidi: neq; à peritis rerum audiui beſtiar̃ genus gigni: qđ non quandoq; feritate depoſita: manſueſcat. ſoli nebulones braciani ſunt ætate noſtra : quor̃ inſolentia ſuperbia atq; temeritas augeat̃. Id uero malũ quæ peperit: aluit etiam ignauia: quibus cum hactenus illis res fuit: dum famæ per iactãtiam ſtudent qua plura quam armis geſſerunt : magnam ſæpe cladem intulerunt . Soli ſumus cõmilitones quibus nec Bracianor̃ laruæ timorẽ incuſſerunt: nec uani rumores nubem oculis obduxerunt. Potuiſtis me adoleſcente duce ſternentẽ omnia Bracium: à quo bi omnes habuere initia: apud Aquilam ad internicionẽ delere : cuius præclari facinoris gloria effectum eſt : ut nos tota pœne Italia ad unum omnes capitali odio perſequant̃: & ubi uirtute armiſq; ſuperare nõ poſſũt: dolis inſidiiſq; quibus artibus ſibi a natura inſitis ſemper ſtuduerũt: ad noſtrã perniciem utantur. Seſe Coclites & Coruinos ſinguli iactitant . Nos uero lenones Ganeoneſq; & infimos hominũ dicunt. huiuſmodi probris & contumeliis inſectant̃. Deum teſtor īmortalem: ſi ueſtra modo aderit ſententia: ſi is ad decertandũm uobis paratus erit animus: quo ſemper

bacten? quoſq; congredi auſos obtriuim?: me inſequẽti die prima luce collatis ſignis pugnãdi copiam Bracianis factuꝝ: & ſiue noſtꝝ ſuſtinebunt impetũ: ſiue nobis inſequẽtibus terga dabunt: non prius cædendo deſiſtam quá uniuerſæ Italiæ oſtendam: bracianos fraude fallaciis iactantiaq; & nullis aut uiribus aut uirtute ad id nominis peruenisſe Nam ſiquid adhuc laudis Nicolaus picininus adeptus eſt: id nõ ſuæ ſed Philippi ducis cætero ꝝ belli ducũ uirtuti & militũ robori tribuendum eſt. Memineritis aũt in primis me qui bacten? pro gloria proq; uictoria totiens una uobiſcum conflixerim: cum hoc nunc latronum grege de uita deq; fortunis omnibus in certamen deſcenſuꝝ. Dici profecto nequit: quanta omniũ alacritate oratio hæc excepta: & q̃maxim? eueſtigio ſublatus ſit clamor. Poſtero aũt die ante lucem omnes arma protinus expediant: & quiſq; ſiquid pretioſi habeat: ſeſe ornet: Franciſcus edicit. Deinde inſtructa acie per montis decliuum in hoſtes ire contendit: Ex itinere Michaelem Troilum & Zarpellionẽ cum electa equitum peditumq; manu præcedere agmen hoſtemq; nulla cunctatione ad ipſa uſq; tentoria adoriri imperat: ſeq; ſtatim cum reliquis copiis ſubſecutuꝝ dicit. Inde inſpecturus ſiquid poſterius ſupereſſet: ad inſtruẽdam aciem ad poſtremos redit: & circunſpectis diligentius ordinibus & ad rem gerendam cõfirmatis pro tempore militũ animis ad eos qui prope aderant: inquit: O cõmilitones timorem mittite: & uſitata animoꝝ alacritate atque magnitudine in hoſtes ignauos impetum facite. Quibus dictis ad anteſignanos properabat: cum urbanus Sanctoaloxius dertbonenſis ex Philippi legatis primarius: qui apud Picininũ noctem ſuperiorem egerat: fit ei obuius amiſſo equo metu ob rei nouitatem perculſus: & ad terram ſeſe proiiciens: Franciſcum ſupplex orare: obteſtariq; uæbemẽtius cœpit: ne tantũ ſineret admitti facinus: neue Philippi patris res quæ ſuæ eſſent: in manifeſtã perniciem mitteret: probiberetq; celeriter: ne ſui in Philippi milites manus coniicerent: & in prædam uerterent. Ad hæc Franciſcus ſe experiri oĩo uelle reſpondit: an ferꝝ & arma tractare ſui milites ſcirent conducere enim Philippi fortunis: ut eorum alter q̃primum contunderet: quod eo pacto eſſet utrunq; obſequentiorẽ habiturus. Sed cum pacem urbanus deprecari non deſineret: At ego Franciſcus ait: Si mihi mei parue rint: iam puto prælium cõmiſſum: nec facile dirimi poſſe: Veꝝtamen poſteaq̃ mihi per tuas preces urbane quẽadmodũ inſtituerã: perſequi non licet: Tubicen citus eat: qui ſi ii qui præmiſſi ſunt: nondum in hoſtium aciem irruperint: pugnãq; inierint: iubeat: ne longius progrediantur: prælioq; abſtineant. His idcirco Franciſcus Tubicinem cum mandatis ad Michaelem miſit: quod certo cõiectura exiſtimaret: iam ſuos in hoſtes impetum feciſſe: nec poſſe nuncium ita uelociter ad Michaelem peruenire: quin eſſet pugnari cœptum: & prælium magno

accenſum tumultu. Erat conuallis quædam tranſitu ꝑdifficilis exupe
randa: priuſquã hoſtibus propinquaret. Dum hac tranſeunt: diutius
quam putarat Francicus ſui tardantur. Quare aduolante mox Tubici
ne: ad eius iuſſum ſubſtitere: ex quo factum eſt: ut Braciani qui paulo
ante Sphortianos maledictis ſuperauerãt: ac deleuerãt: ingenti pauore
territi: eorum conſpectum ferre nequierint: Nam &ſi colligendi reci
piendiq; ſui ſatis erat ſpatii datũ: eo præcipiti tamen tumultu ſeceſſe
runt: Vt equoꝝ lora complures ſucciderint: multiſq; relictis ſarcinis:
Vetrallam celeri curſu nullo ordine nulloq; imperio ſeſe receperint:
& circa eius oppidi munitiones caſtra poſuerint: ita maxima ac indubi
tata victoria de bracianis precibus legatoꝝ Franciſco extorta eſt. Ferũt
Picininũ Sphortianis ordinibus cõſpectis omni bellico ornatu inſtru
ctis dixiſſe. En aſpicite quali comitatu qualiue familia Mediolanẽſiũ
ducis filius ad nos uiſendos properat. Dein in fortebraciũ cõuerſum
acerbiſſimis eum uerbis increpaſſe: quod ſua petulantia Franciſcum
temere laceſſendo in ſe concitaſſet. Signo igitur receptui dato: poſtea
quam in caſtra reditum eſt: urbanus cæteriq; Philippi legati duces
utroſq; conuenire: deq; concordia rurſus maiore adhibita opa agere
cœperunt. Inter reliqua ab Franciſco poſtulabant: ut ab inferendo
deinceps Eugenio pontifici bello ſeſe braciani abſtinerẽt: neue ulteri?
aduerſus urbem Romam progrederent: Quod illi &ſi Mediolanenſiũ
legatoꝝ teſtimonio & iureiurando recepiſſent: tamen motis intẽpeſta
nocte caſtris Romam contenderũt. Orta uero prima luce Franciſcus &
hoſtium cognita profectione inſequendi conſilium intermiſit: ratus
id quod erat: tantũ eos iam itineris confeciſſe: ut non facile conſequi
poſſet: ſed aduerſus Faliſconẽ rurſus ducit: oppidumq; oppugnare ag
greſſus: ſpem ſibi fecerat hoſtes non diu ad ferendam obſeſſis opem
moraturos: atq; illud quod maxime optabat: futuꝝ ut iuſta acie inter
ſeſe confligerent: Verum ea res nihil eos ab inceptis deterruit: urbẽq;
petentes cum Romanis quẽadmodũ inter ſeſe uiuendum eſſet: tranſ
egerũt. Deinde per Miluium pontem trans Tiberim exercitu traducto
in Sabinos irruperunt. Mallianũ primo aduentu: qđ oppidum Franci
ſci præſidio cuſtodiebat: territis oppidanis ad defectionẽ compulerũt.
Braciani Malliano potiti: Otriculum Franciſci etiam piæſidio firma
tum inuadunt. Troilus & Zarpellio ad tuenda amicoꝝ oppida cum
cohortibus præmiſſi: in quibuſdam Narniẽſium municipiis alter capi
tur; alter obſidetur. Quibus rebus cognitis: Franciſcus quod Narnien
ſes quoq; ad defectionẽ inclinare audierat: relicta cõfeſtim Faliſconis
oppugnatiõe: itineribus nullo tempore intermiſſis ad hoſtem ire con
tendit: ſumptoque ex itinere omni peditatu equitatuq; non multo
Michaeli imperat: ut iuſtis itineribus cũ reliquo exercitu ſubſequere
tur. Ipſe aũt Narniam ingreſſus ciues in fide confirmant: quos iam

recepiſſe intra urbē Picinini legatos : & de deditione inter ſeſe ſtudio partium contendere repererat:in boſtē ire pergit: & per montana loca pediti quam equiti accōmodatiora boſtiū caſtris appropinquat. Exterruit non mediocriter bracianoꝝ animos tam repentin? Franciſci aduētus:cum illum priuſquam de Faliſcone mouiſſe cognouiſſent:in eoꝝ conſpectum aduenīſſe cernerent . Itaq; Otriculanoꝝ & Zarpellionis obſidione dimiſſa circa ipſa Malliani mœnia cū omnibus copiis ſubſederunt.Franciſcus cum ad eum iam Michael peruenīſſet : Narniam prætergreſſus ſub ipſo Otriculanoꝝ oppido ſecundū flumen Tiberim caſtra locat: & adeo prope boſtium munitiones acceſſit:ut a Bracianis caſtris non amplius duobus millibus paſſuum abeſſet . Erant autem exercitus utriuſq; res in eam hominū opinionē redactæ:ut Spbortiani cum uiribus & omni copia rerum tum militum animis longe ſuperiores putarent̄ . Contra uero bracianos & cōmeatus & pabuli copia deficiebat:qui cum pugnam omnino detrectarēt:ſeſe munitionib?continebant.Nec iis ſi inde abire conarent̄ : facilis aut tuta dabatur caſtroꝝ mutatio:quod a fronte boſtilis inſtabat exercitus: latere ab altero flumen obſtabat:& ab altero & poſt terga aſperi illis & pœne inuii montes impendebāt.Quib?rebus fiebat:ut Franciſco tunc facilia ſecūdaq; omnia eſſent:niſi eius felicitati fortuna inuidiſſet . Nam paucis poſt diebus perpetuis grauiſſimiſq; affectus febribus optimum iudicauit: omiſſis belli curis ualitudinē omni ſtudio curare. Et quanq̄ Michaeli nec rei militaris ſcientia nec auctoritas deerat:tamen nibil magni aggredi abſente Franciſco auſus ſatis habere uidebat̄:ſi dum ille conualeſceret:incolumem rei ſummā ſeruaret.Inter bæc Philippus per legatos inter bos duces de pace agere nunquam deſinebat : & tanto eam ipſam rem ſtudio efficiendam curabat:ut eodem tempore ſeptem eius legati eadem de cauſa in bis caſtris reperti ſint . Nam tum maxime Philippi copiæ quas in Flaminiā Bononiēſibus auxilio miſerat:a potētiſſimo uenatoꝝ Florentinoꝝ exercitu adiūctis cæteris quos uel odiū uel metus ſtimulabat:premebant̄:& ob eam rem illud in primis efficiendum ſtudebat:ut Picinin? cui maxime fidebat:ab æthruſco bello amotus in Flaminiā reuerteret̄.Legatis igitur id magnopere curantibus:& Bracianis id ipſum cupientib? quod Franciſcus etiā à gerendis rebus aduerſa ualitudine ꝓbiberetur:in bas tandem condiciones uentum eſt : ut Picininus & Fortebraci?quæ per æſtatem in eccleſiæ finibus oppida occuparāt:reuocatis inde præſidiis Franciſco pro pontifice Eugenio dimitterent.Dein Picininus in Flaminiā maturaret:& Fortebracius ad ea loca quæ ante in æthruria atq; umbria poſſidebat diſcederet . Compoſitis rebus Frāciſcus ui morbi preſſus circa Kal.Sextiles Tudertū defertur:exercituſq; in Tudertes bybernatū deducitur.Picininus Philippi imperata faciens ſuis omnib?copiis in Flaminiā traiecit.

Fortebracius contra percuſſum nuperrime fœdus Romam accerſitus Romanis Hadriani molem oppugnare conantibus auxilium allaturus trans tiberim intra urbem nō longe a diui Petri templo conſedit. Sed a Zarpellione eo confeſtim cum equitatu ab Franciſco immiſſo pulſus : Tifernum & Aſſiſium quēadmodum erat ante conſtitutum: remigrauit. Cæterum cum eſſet Florentiæ Eugenius: &ſi per diuturna inteſtinaq; bella pecunia exhauſtus, grauiq; inſuper ære alieno preſſus ſoluere Franciſco ꝑmiſſa militiæ ſtipendia non poterat: tamen multa ab eo tentata ſunt : quæ quietem pacemq; interturbare uidebantur : nam Bononiēſes quorum in urbe tunc cannetula factio principatum obtinebat: ui & armis cogere ad ſua imperia conabatur. Ex quo turbationes ortæ ſunt in Flaminia pergraues & pœne ad bella reditū. Bononienſes enim ab eo uexati: ab Philippo auxilia in eam prouinciam acceſierunt. Eugenius ob id maiore ſtudio uenetos epiſtolis legationibuſq; & Florentinos coram hortari rogareq; enixius non deſiſtebat : ut & auxilia aduerſus Philippū in Flaminiā mitterent: & pecunia eum iuuarent: qua Franciſco ſtipendia penderentᷤ: cum de ſuo ipſe pendere non poſſet : Sed ad dinumerādam pecuniā nequaquam adduci potuerunt: cum dicerent: ſe plurimū dubitare : ne Franciſcus cum Philippo & bracianis ſecreto ſentiret. Placuit tamen eis : ſuas copias aduerſus eas mittere: quas Philippus in Flaminiā miſerat : ne is maioribus in ea prouincia uiribus creſceret . Itaq; Catamelatā ueneti cum magno equitatu ac peditatu & Florentini Nicolaum Tbolentinatē cum omnibus eorum copiis eo proficiſci iuſſerunt : Qui unum in locum coacti caſtra apud Caſtellum bononiēſe babebant. Et Picininus ubi in Flaminiam deſcendit: iis ſibi copiis quas eo ut oſtendimus: Philippus præmiſerat: additis: circa Immolam cōfederat. Itaq; ea caſtroꝝ propinquitate non multis poſt diebus factum eſt : ut commiſſo non longe ab Immola prælio : uenetoꝝ Florentinoꝝq; exercitus profligareᷤ: duxq; copiarum Florentini populi Nicolaus Tbolentinas & Petrus Iohānes paulus urſinus & Euſtorgius fauētinus captiui mediolanū ad Philippum miſſi ſunt : quorum primum Philippus retinuit : alios miſſos fecit. Inſequentis autem hyemis initio Eugenius recuperandæ urbis Romæ inire conſilia cœpit : Nam Roman? populus pontifice ſummo Florentiæ agente: quantum ea res ſibi conduceret: facile intelligebat: & ob eam cauſam plæriq; pœnitētia ducti: admiſſa aduerſus Eugeniū flagitia grauiter obteſtabanᷤ . Supererant ciues admodū pauci: quos grauioris conſcientia facinoris & ueniæ deſperatio ſtimulabat : & ob id nondum reuerſis ad ſanitatem mentibus armis opus erat : quibus dubii confirmarenᷤ: & peruicaces opprimerenᷤ. Itaque cum per uim morbi adhuc Franciſcus impediretᷤ: quo minus ei negotio intendere poſſet: mittitur ad eū rei ipſius conficiendæ gratia Iohannes uitellius

patriarcha : quem picentibus præfuiſſe diximus . Is a Franciſco parte copiaꝝ ſumpta: quibus leonem fratrem præfecerat: Romam proficiſci tur: urbē ſine ullo negotio recipit : Franciſcus condulmarī? cardinalis uenetus ac uicecācellarius Eugenii nepos quem in ipſa ciuitatis defectione Romani compræbenderāt : ac in uinculis ad eum uſque diem retinuerāt: liberatur. Sub idem tempus Camertes gens inter picentes admodū nobilis opibuſq; potens eorum dominos ex Varana familia ab eccleſia romana ſibi olim impoſitos: ut erant prouinciæ eius reguli plæriq;: & longa annoꝝ ſerie per ſucceſſionē dominātes Berardi filios & Gentilempādulfum eorum patruum per publicum tumultū adorti interemere. Res autem quomodo habuit ut dilucidius appareat: paulo altius repetam . Rodulfo Gentilis filio duæ fuere uxores : ex prima Gentiliſpandulfus & Berardus ex ſecunda Petruſgentilis & Iobānes nati ſunt uis. Gentiliſpādulfus & auar? & crudelis: Berardus ingenio mitiore fratris ſuaſu mite bonumq; ingenium in crudele mutauit & peſſimum . Duo bi ætate iam graues quod ſuis metuerent liberis : a petro Gentile & Iobanne fratribus minorib? natu: ne cum ipſi exceſſi ſent e uiuis filios ſuos principatu ſpoliarent: & in ſeipſos conuerterēt: huiuſmodi in eos moliuntur inſidias. Erat legatus in picentibus pro Eugenio pontifice Iobannes uitellius: de quo ſupra mentionē facim? animo ingenti & ingenio ſubdolo & ad omne facinus prōptiſſimo: Is permagnū auri pondus pactus de interimēdis fratribus Petrogentile ac Iobanne cogitans rei conficiendæ cauſa Sanctūſeuerinū quod oppidum diſtat a Camerio decem millibus paſſuum : ſe recepit quattuor fratres ad ſe accerſit: ſeniores duo aiunt ſe ex pedibus laborare hortantur minores duos quod & Iuuenes eſſent: & omnem laborem perferre poſſent: eo accederent . Iobannes qui erat ex omnibus natu minor & acriore quodam ingenio reſpondit: ſe nullo pacto ad legatum iturum At Petruſgentilis qui ingenio erat facili & manſueto & ſibi nullius conſcius culpæ: perlibenter iturum: & quid ille ſibi uellet: auditurus & fratribus renūciaturuꝝ dicit ex compoſito ea hora Camerino diſcedit: ut Sanctūſeuerinū ueſperi ingrederetur: quo ubi peruentū eſt : ita oppidi portæ occludunt: ut nullus Camerium perferri nuncius poſſet . Mane autem Gentilis ac Berardus re omni cognita in ipſius Gentilis cubiculum cum uix dum illuxiſſet: Iobānem fratrem accerſi iubent . Is autem nihil mali ſuſpicans: uenit ad fratres. Tum Gentilis ut cām boneſtam aliquam præberet facinori : exclamare cœpit. Tu Iobannes ea omnia machinaris aduerſus Romanā eccleſiam: quibus & te & nos perditum eas. Tum ille ut erat animo minime ignauo: reſpondit continuo: quæ loqueris: non intelligo ſomniare profecto uideris mihi quibus dictis conuertitur inde habiturus: Sed cum oſtium cubiculi egrederet: qui Satellites a Gentile ac Berardo ad teterrimū atrociſſimūq;

facinus perpetrandū in insidiis locati fuerant: innocentissimū iuuenē gladiis aggressi pluribus confectum uulneribus interemerūt. At uitel lius Petr̄gentilem Ricinatum perduci ac publice obtruncari iussit: ea insimulatione: quod diceret illum pontificalē nummū deprauasse: & æs pro argento atque auro expendendū fabricasse. His facinoribus ex sententia duor̄ superstitum fratrum perpetratis principatus qui quat tuor fuerat: in duos diuiditur Gentilēpandulfum ac Berardum: Berar dus illico Tholentinū quod ei in patrē contigerat: se recipit: oppidum sane amœnum & ad omnes Picentium motus maxime opportunū. Id oppidum prius Iohanni in portionem obuenerat: is quia perhumanū atq; liberalem in oppidanos se præstitisset: ab omnibus mirifice ama batur. Quo factum est: ut a quibusdā oppidanis qui Iohanni carissimi extitissent: accersito Fosebino cotignolano: quem Francisc̄us Sphortia picentibus præfecerat: Berardus obuiā cum uniuerso populo ad eum repellēdum uelut infestum uenientem progressus impetu facto inter fectus sit. Quæ quidem res &si reliquo populo atrocissima uisa est: tamen ob recentem Iohānis necem æquo animo tulerunt. nec multo post Camertes quoq; Gentilispādulfi ac Berardi in fratres crudel itate & impietate permoti publico etiam tumultu insurgentes: & Berardi filios & ipsum etiam Gentilēpandulfum facinor̄ omniū & autorem & ducem per multa ac uaria supplicior̄ ludibria necauerunt. Id quod diuino quodam iudicio esse factitatum una atque eadem fuit omniū opinio: præsertim quod non multis post annis principatus rediit in filios eorum: qui īnocentissime perierant Petrigentilis & Iohannis. Camertes igitur regulor̄ iugo liberi quod per sese remp. tueri posse diffiderent: missa paulo post ad Francisc̄ū legatione: ei tributarii facti: certis legibus uiuere permissi sunt. Per idem tempus Lodouicus ande gauiēsis quem abdicato Alphonso Iohannā reginam adoptasse: sibiq; in regno succesSorem instituisse initio docuimus: bellum aduersus Iohannēantoniū tarentinor̄ principem gotholanas partes sequentem: Iacobo caudola duce: magnis copiis gesserat. Ver̄ bellicis incōmodis insuetus & caloribus maximis in appula regione confectus in graues ꝑpetuasq; febres incidit: & Cusentiā in ulteriores brutios rediit: unde prius reginæ iussu discesserat. Vbi paucis post diebus magnitudine morbi pressus: excessit e uiuis. Eius obitus ob mansuetū miteq; inge nium quo plurimor̄ uoluntates sibi facile cōciliauerat: magno uniuer sum prope regnum mærore affecit: magnāq; factioni andegauiensi retinendi regni curam intulit. Redierat superioribus annis feruente adhuc gallico bello in Siciliam noua classe Alphonsus: sperans fore: ut uel ab Iohanna uel ab factionū altera rursus in regnum accersere tur: quam quidem spem non modo aluerat Philippus: uer̄etiam auxe rat: ꝑsuaseratq; Regi ut in Italiam reditum maturaret. Quod non eo

certe consilio fecerat:ut Regiæ in Italia uires inualescerēt : sed ut ab se euocati regis amicicia uenetis timorē incuteret. At cōposita postea pace : tum demum patuere animi patuere doli : & simulationū plena fuisse omnia:cognitum est:Nam statim languescēte priore amicicia : aliter uterq; sentire:aliter loqui:& contraria consilia agitare: & in mutuam sæpe perniciem multa moliri . Verum mors Lodouici spem Alphonso adeundi regni magnopere adauxit . Proinde amicos hortari : Aduersariosq; uero alios propositis præmiis sibi cōciliare: alios minis terrere non cessabat . Cæterum initio anni eius qui subsecutus est : quod non tam Philippi quam uenetorūq; Florentinorūq; omnium animi belli magis quā pacis artibus intenti uiderentur:tum maxime ueneti Florētiniq; societatis fœdere iuncti:apud Eugeniū pontificem instare uæbemētius non desinebant:ut Franciscus Sphortia bello quod aduersus Philippum gesturi essent:dux præficeretur : præmiū ob eam cām quodcunq; magnum depensuri.Nec minus & ipsorū & Philippi item legati Tuderti apud Franciscū agentes multis maioribusq; quam unq̄ antea:condicionibusq;delatis utriq; contrariis studiis suarū partiū facere innitebantur.Sed ille & præteritarū rerum memor & quod iam compertissimum haberet:tanto Philippū studio Nicolaum picininū prosequi: & illum tantam sibi auctoritatē sumpsisse:ut perdifficile foret:se non modo primas apud Philippū partes : sed ne quidem æquas habiturū : cum minime fieri posse constaret : ut duo belli duces sibi inuicē æmulantes idem sentirēt: statuit in præsentia certiora potius quam spem antea non satis firmam ab se cognitam sequi.Itaq; hortante pontifice instantibusq; uenetis Florētinisq; simul & suis item omnibus id magno pere cupientibus: Captabrigæ equitum præfecto : & scribæ contucio perusino quos Florentiam ad pontificem ea de causa legatos miserat: scribit:ut quod de ineundo foedere eis mandauerat : scriptis tandem firmarent. Quo foedere cautum est:ut pontificis ecclesiæq; romanæ Franciscus ut prius fuerat constitutum:foret uexillifer:piceni agri & a summo pontifice & cardinaliū collegio Marchio declaratus eam pro uinciam iure optimo possideret.Tudertinorūq; insuper Tuscaniēsium & aliorūq; quorundam in æthruscis atque umbris oppidorūq; uicarius esset perpetuo cōstitutus . Cæteris uero oppidis cederet : quæ ecclesiastici iuris obtineret.Præterea ab uenetis Forentinisq; equitum trium millium & peditum mille stipendia in biennium acciperet : copiarumq; omniū quæ apud eum bello gerendo pro uenetis ac Florētinis futuræ essent:Imperii summā obtineret.Postremo rerum earūq; omnium quas ubiq; in Italia possideret:uenetis Florentinisq; suo sumptu præcipuæ foret tuendarū curæ.His rebus constitutis:Eugeni?Francisco imperat: ut Fortebracio Romanæ ecclesiæ omniū infestissimo bellum inferat. Cōplura.n.& in umbris & in æthruscis ecclesiasticæ dicionis oppida

eius præſidio tenebant: quoꝝ erant Aſſiſium: Tifernum : Faliſco: & Tibur primaria: qbus ex locis cuncta per regiones crebris incurſioni bus peruadebat. At Franciſcus & amicis ferendæ opis & comprimẽdi hoſtis maiorem in modum curæ intentus pontem in Tiberi faciendũ cenſuit: ut iis qui in inferiore æthruria a Fortebracio premerent: auxi lia ſubmittere poſſet: cum neq; uada ad tranſeundũ reperirentur: neq; pons integer ullus ſupereſſet. Nam qui lapideus fuerat urbi proxim? ſiue fluminis impetu abſumpt? ſiue uetuſtate collapſus ſiue humana ui demolitus iampridem corruerat: quaꝝ rerum neceſſitate coactus : quod nulla nauigioꝝ per loca tranſeundi fluminis facultas dabatur: conſtruẽdi pontis rationem excogitauit: eamq; inuſitatam & memora bilem. Octo enim ꝑgrandes ualidoſq; funes pro fluminis latitudine ex fulginatico lino: ubi eius generis copia eſt immẽſa: faciendos cura uit. Ex his ſex a ueſtigiis priſtiniſq; diruti pontis molibus diſtentos ita direxit : diſpoſuitq; : ut quattuor æqualiter ſubſterni coniungiq; poſſent craſſioribus tabulis & item utraq; etiam latera reliquis paulo altius diſpoſitis funibus muniebant: & ne pons ob fluminis latitudi nem fluctuaret: aſſeres complures inſtar columnaꝝ ad firmitudinem machinis infixit in flumẽ. Eo ponte perfecto cum omniũ admiratione ac ſtupore propter celeritatẽ facilitatẽq; operis copias traducere cœpit. Iam uer aderat militaria pontificis uenetorum Florentinorũq; ſigna ad Franciſcum delata magna celebritate accepta grande ad ornãdum exercitum argenti pondus e Florentia afferebatur: cum ei renunciatũ eſt: Fortebraciũ ut erat ad dicacitatem alacer: iactare & palam pronun ciare cœpiſſe eius ſeſe pecuniæ partem ſibi omnino uendicaturꝝ. Auro igitur Cortonam allato: Franciſcus delecto equitatu ac peditatu quem ſatis aduerſus hoſtẽ eſſe arbitrabat: eo per fines peruſinoꝝ proficiſci tur. Ex itinere Fortebracio & profectionis cauſam: & qua ſibi eundum redeundũq; eſſet: renunciari iubet: ut ſi de pecunia illa partienda quic quam cogitaſſet: obuiam prodiret. Sed ille nihil præter magnifica glo rioſaq; uerba conatus : Aſſiſii ſe continebat . Franciſcus accepta non longe a Cortona pecunia Tudertũ reuerſus in milites diſtribuit: quos ſumma feſtinatione exornãdos curat. Tbalianũ foroiulianũ præterea nõ obſcura tunc inter militaris diſciplinæ ductores fama cũ ſexcentis equitibus mercede conducit. Nam Michael a Iohanna accerſitus in Appuliam conceſſerat : & Laurentius ingraueſcente iam ætate: uelut militiæ emeritus: militibus Franciſci curæ relictis : Ferrariam ſe con tulerat: ubi rem familiarem ad ſuſtentandã ſenectutem parauerat. Vt uero primũ pabuli copia in campis adeſſe cœpit: exercitũ apud Fracti cellam coegit : quod eſt oppidum non longe a Tuderto: ubi dies com plures ea de cauſa cõſumpſit. Deinde in Aſſiſinos duxit: quorum urbs ualido Fortebracii præſidio ſeruabatur. Et quanquam Franciſco nulla

fractivella

Assisium

ſpes erat ꝑ oppugnationē eius potiundæ urbis ſitu præſertim ac muro munitiſſimæ:Futurum tamen ſperabat:Fortebraciū ipſum aut pudore aut neceſſitate compulſum ſibi aliquādo præliandi poteſtatem factuꝝ Itaque expugnatis caſtellis quibuſdā in eo loco caſtra locat:ubi ſacellum eſt Matri Mariæ uirgini dicatum: & diui olim Franciſci domicilium:ubi Angeloꝝ babuiſſe uiſiones creditᵉ:& ob id Fano ipſi Sanctæ Mariæ angeloꝝ nomen inditum eſt.Hinc Franciſcus crebris ad ipſas uſqꝫ urbis portas incurſionib?Aſſiſinos infeſtabat : Incluſum boſtem in prælium prouocabat : tentabatqꝫ multis modis:ſi forte æquum in campum allicere poſſet.At ille uiribus impar nunquam eduxit:nunq̄ urbanas munitiones egreſſus pugnādi copiam fecit. Inter hæc crebri in æthruriam rumores afferebantᵉ:iam Piciniuum ex Ciſalpina gallia magnas Philippi copias ducentem mouiſſe:& in Flaminiā properare: Franciſcumqꝫ filium cum parte copiaꝝ in æthruriā miſſurum.Quam ob rem placuit Eugenio & Florentinis: ut Frācıſcus dimiſſo aduerſus Fortebraciū bello in Flaminiā contra Piciniuum obuiam proficiſceretur.Verebantur enim ne ſubactis iis regulis qui Romanæ eccleſiæ in Flaminia parebant:Picinin?in æthruriā aut in agrum picenum tranſiret . Sed ea res Franciſcū magnopere angebat:qđ uideret ſuo diſceſſu uniuerſam prope umbriam boſti prædæ relinqui:præſertim ſi Franciſcus Piciniuus Fortebracio : ut dicebatur:iungeretur:qui probibentibus nullis impune per regiones uagaturi eſſent. Quare ut tanto pro uinciæ periculo occurreretᵉ:uiſum eſt Leonem fratrem cum equitibus mille quingentiſqꝫ peditibus in regione ea dimittere:qui Tudertinos cæteroſqꝫ populos ab boſtium incurſionib?populationib?qꝫ tueretur: egitque præterea cum Eugenio : ut uitellius cum eccleſiaſticis copiis quas aduerſus Faliſcos babebat Leoni adderetur : quo boſtem maioribus copiis preſſū maleficiis iniuriiſqꝫ inferendis facilius probiberēt. His rebus conſtitutis : Franciſcus per agrum peruſinū atqꝫ Tifernatē iter faciens:ad id oppidum peruenit:cui Burgo Sancti Sepulchri nomē eſt:quo in loco cum exercitu conſtitiſſet:ſecuſqꝫ Tiberim milites tendere iuſſiſſet:extemplo abortis nubibus ueſtiri cælum & ſerenitas in caliginem uerti cernitur : ingenteſqꝫ continuo imbres ab ipſius uſqꝫ Appennini cacumine torrenti adeo immenſo præcipites ferri : ut qui exiguus admodum eſſet antea Tiberis alueus in cumulum ingentem excreſceret:uniuerſuſqꝫ exercitus ea illuuione obrutus & ad internitionem delect?fuiſſet:niſi Eufreſinæ nobili loco natæ & animo ingenuo mulieris beneficio adiutus : ſe a tanta calamitate eripuiſſet.Nam illa cum ad montis radices oppidum poſſideret:& amnis uim naturamqꝫ longo uſu probe intelligeret:cognito periculo opportune Franciſcum per nunciū edocet ut ab iminentiſſimo exitio & ſibi & ſuis proſpiciat: Nec tamen mulieris nunci?admiſſa equa ad Franciſcū paratis menſis

lotiſq; manibus iamiam cœnatuꝝ prius uenit: & mandata expoſuit : quam iam erumpere amnis horrida rapacitate formidabilib?q; uorticibus circũiectos cãpos inundare ac terras alte lateq; diluere: & rapere omnia: uaſtareq; cœpiſſet: quo nuncio & ſubito portento territis omnibus : mox totis caſtris concurſatur: & ingens exoritur trepidatio : & mortis formido omnes inuadit. Refigũt alii tentoria. alii arma capiũt: & quicquid ſibi carius erat & primum offerebatur : corripientes : in proximos editioreſq; tumulos confugiunt. Alii in ephippiatos equos ſucciſis loris inſiliẽtes: eodem ſe recipiunt. Fuere nõnulli quos undiq; torrentis rapacitas aut ipſo impetũ corripuit: aut dum cum rebus ſibi cariſſimis enatare: aut ad proximas arbores euadere conantur : abſorbuit . & ita non arma ſolum permulta atque tentoria & res precioſiſſimæ : uerum etiam equi ipſi ac uiri ui aquarum enecti perierunt . In tanta autem rerum difficultate ac formidine nox ipſa tandem ſuper ueniens terribiliora fecit omnia : inſomnis & ſumma cum animorum moleſtia exacta. Vbi uero illuxit : tum omnes ſingillatim detrimentis quæ acceperant: cognitis: maiore quadam animoꝝ ægritudine ſunt affecti: cum circũquaq; exquirentes arma ac ueſtes ornamentaq; cætera quæ amiſerant: non modo ea nuſquam inuenirent: ſed ne ueſtigium quidem illum in quibus locis antea cõſtitiſſent: recognoſcerẽt. Et uſq; adeo turbulentiſſim? fuit impetus ille aquaꝝ : ut omnia euerterit: & cum ſaxis & luto tum etiam arboꝝ truncis & trabibus cuncta oppleuerit: atq; fædauerit . Fuit is ſane Franciſco caſus cladi ab hoſte acceptæ ſimilis: ut eum plures dies per ea loca ad reficiendũ tot detrimentis exercitum tardauerit . Picininus interim in Flaminiã contendere: & iam adeſſe nunciabat: quibus quidem rumoribus compulſus Franciſcus magna celeritate appenninũ ſuperat: & tridui peracto itinere Cæſennam appulſus Sigiſmundũ pandulfum & Dominicũ malateſtas fratres ariminẽſes cũ copiis ſibi aſciſcit. Dein ad flumen Sapim aduerſus Picininũ tranſire conantem caſtra firmat : Vtq; omni tranſitu hoſtem probiberet: qui in agro Foroliuiano conſtiterat: & per montanos ſaltus iter in æthruriam facturus dicebat: ea quoq; itinera interciſis ubique arboribus multaq; alia adhibita materia intercludenda cuſtodiendaq; curat. Venerat enim in Flaminiã Picinin? cum exercitu non modo ſuis ſed aliis etiam multis Philippi copiis munitiſſimo . Franciſcus uero multo minoribus illi ſeſe Sapi intercedente amni oppoſuerat: expectans affuturas propediem promiſſas à uenetis Florentiniſq; copias: quibus auctus hoſti apertis campis reſiſteret . Sed cum nihil inde auxilii ad eum mitteretur: Picininus crebrius nunc flumen repertis uadis traiicere tentabat: nunc Appenninũ: accito ad ulteriores eius montis radices Fortebracio ut inde uiam aperiret : tranſire conabatur : nouos in æthruriam umbriamq; motus excitaturus : & ob id

Franciſcus deſtinere artibus hoſtem diutius q̃ putarat:non ſine ingẽti ſuo exercituſq; periculo cogebat̃.Pontem interea in eo flumine mille ab urbe Cæſenna paſſus edificari curauit:quo & pabulatum trans flumen mittere : & hoſtem quandoq; adoriri poſſet.Eo confecto Ponte : leuia interdum prælia cõmittebant̃: & in his Franciſcus picininus:& cum eo Sacramor Parmenſis ex Philippianis ductoribus unus : dum per inſidias hoſtilis exercitus pabulatores adoriri inniterent̃:a Troilo & Zarpellione qui illis præſidio erant: ꝓfligantur:& in fugam conii ciuntur:maiorq; eorum pars cum ipſo Sacramore capitur:quoꝝ ſupra equites centum numerus fuiſſe affirmatur. At ubi Fortebracius omnibus præcluſis aditibus nihil per eos ſaltus proficere poſſe uidet:Tifernum regredit̃. Interim fit a Corrado trincio fulginati tyrãno multis nunciis certior:leonem Sphortiam quem cum equitatus peditatuſq; parte præſidio in umbris a Frãciſco relictum diximus : paruo negotio opprimi capiq; poſſe cum uniuerſis copiis: nulla,n.munitione caſtra haberi:uigilibus nullis cuſtodiri: excubias nullas fieri : Speculatores nullos circũmitti:omnia per ſummã negligentiã atq; inertiam adminiſtrari : quibus cognitis rebus Fortebraci?ſumpto expedito equitatu de prima uigilia mouet : & q̃maximis põt nocturnis diurniſq; itineribus aduerſus leonẽ contendit: & nõ multo temporis ſpatio ſexaginta circiter paſſuum millia emenſus ſub ipſum prope meridiem ſentientibus nullis in leonis caſtra peruenit:eumque nihil hoſtile timentem : quod hoſtem longius abeſſe putaret:incautum inermẽq; opprimit:nec minus milites omnis inermes dormiẽteſq; occupat reſiſtentib?nullis Leo ipſe cum magna militum parte capitur.Pauci admodũ qui initio fugæ ſe mandarãt:in ꝓximum Montẽfalcũ euaſere quoꝝ in numero fuit Francutius Sanctoſeuerinas ex præfectis equitum uir fortis & manu promptus.Fortebracius caſtris potitus fulginatiũ etiam auxilio frætus ad montẽfalcum obſidendum:quod eſt umbroꝝ oppidum non longe a Fulgineo poſitũ:ducit.Oppidani implorato ab uitellio auxilio obſidionem aliquandiu ægre ſuſtinent . Vbi uero nihil opis ferri & omnia fere ad ſalutem neceſſaria deficere uident : impetrata præſidii incolumitate:fecere hoſti deditionem . Sed Francutius qui ſe tutum ob fidem ab hoſte datam fore exiſtimabat : ſubmiſſis a Fortebracio percuſſoribus : non procul ab caſtris per inſidias ſummãq; perfidiam interficit̃.Ea uictoria elatus inſolẽtiorq; factus Fortebracius in Picentes animũ conuertens traducere eo copias conſtituit.Itaq; Camertem inuadit aggr:ubi non nulla primo impetu municipia dedentibus ſeſe municipib? occupat : agroſq; longe lateque populatus ipſam demum caput gentis urbem omni uacuam præſidio incurſionib?uexare cœpit: ut ea ſubacta liberior inde ſibi in agrum Picenũ pateret aditus . Hac nunciata clade grauiſſimo animi uulnere Franciſcus percutitur:Nam

Leo sforcia capt~ Montefalcum oppido

præter fratris quoꝝdam q; aliorum captiuitatē ac cædem diſſipatoſq; milites: plurimū uerebatur: ne uictor hoſtis camertib? ſuam in ſententiam actis: in agrum picenum deſcenderet: & prouinciā defenſoribus uacuam mobilitati ſua natura obnoxiam facile ꝓturbaret: ac omnia tumultu terroreq; ꝑmiſcens ad defectionem populos impelleret. Itaq; pontifice magno ſtudio inſtante a uenetis impetrat: ut promiſſæ tandem ad ſe copiæ mitterent̄: quæ non multo poſt magna celeritate: Cathamelata & Thaddæo æſtenſi ducibus ei ſeſe iunxerūt. Florentini quoq; paulo ante ad cuſtodiēdos Appēnini aditus: ne hoſtis ut demonſtratum eſt: in æthruriam penetraret: Chriſtophoꝝ Tholentinatē Nicolai filium cū duobus Iobāne & Baldoino fratribus miſerant. Franciſcus ut & Camertibus amicis grauiter laborantibus q̄celerrime auxilium ferret: & īminenti picentium periculo occurreret: Thalianū foro iulianum & Mānum barrilem ex ueteranis equitum præfectis de quo ſuperioribus cōmentariis mentionem fecimus: cum ſuis copiis ei profectioni deſtinauerat: quibus non nullas etiam de exercitus numero turmas addiderat. Hos auxiliaribus uenetoꝝ copiis firmato exercitu in picenum mox maturare iubet: & quid ab eis fieri uelit: oſtendit. Hi poſteaq̄ eo ꝑuenerunt: Alexandro Sphortiæ Franciſci germano fratri: qui ei prouinciæ præerat: & ſupra ducentos iam equites ex multis delectos conduxerat: ſeſe iungunt: ac delectu ex omni prouincia habito ſpe benegerendæ rei alacres in hoſtem ire contendunt. Fortebracius autem caput montis quod uocant camertium municipiū haud procul ab urbe ſitum ſūmo ſtudio oppugnabat: nec cognito hoſtium aduētu & caſtris loci ſitu munitiſſimis & uiribus animoq; confidens deterretur. At Sphortiani duces ingenti animoꝝ alacritate ſuperata locorum iniquitate eum adoriuntur. Fortebracius qui ſe munitionib? continere conſtituerat: hoſtiūq; impetum ſuſtinere poſſe putarat: tamen ſuperatis ab Sphortianis munitionib?: pugna decertare compellit̄: nec diu hoſtes ſuſtinuere: ſed circūquaq; fuſi fœdam in fugam uertunt̄: quos Sphortiani acrius inſecuti: magnum eorum numeꝝ ceperunt. Ipſe aūt Fortebraci? ubi ſuos inclinare remq; omnino perditam uidet: in fuga ſalutem ponit: Sed qua ire ſibi obuenit: calle fugientiū multitudine occupato: partem in alteram flectit: ꝑſilientiſq; equi lapſu ex anguſta admodum uia in ſubiectū præcipitium proruit: Feſtinatio. n. plærūq; improuida eſt & cæca: nec minus is qui eum inſequebat̄: Chriſtophorus foroliuianus Alexandri eques ſublimi uectus equo: eodem profuſus eſt: humi proſtratus: citius ſe in pedes attollit: hoſtemq; continuo opprimit. Fortebracius tamen non uincit̄ animo & altero humi genu fixo: ita ut erat oneratus armis ſeſe in pedes erigere innitebatur: Sed cum manu iam a Chriſtopboro deprębenſus admoneret̄: ut ſe Alexandro dederet: magna animi ferocia reſpondit: non eſſe adhuc deditionis

tempus: ſperans: ſuoꝝ aut fugientiū aut pugnantium beneficio poſſe ab boſtis manu ſe eripe: & ut erat animo ferox enſis cuſpide in boſtis faciem ictus geminat: quare a Chriſtopboro ira uæbementi concito in oculum lætali accepto uulnere rurſus humi deuoluitur . Deinde ad Alexandꝝ ſemianimis in clipeo perlatus : intra municipium qđ obſe derat: curandus mittitur : nec multo poſt dum Camertū defertur: uitā deſeruit. Hunc tandem Fortebraci? humani diuiniq; iuris contemptor: & Romanæ præſertim eccleſiæ: acerrimus per omnē fere ætatem per ſecutor finem habuit. Alexander Foroiulianuſq; caſtris boſtium cum impedimētis omnibus potiti: quicquid ante Fortebracius in Camerti bus ceperat : confeſtim recuperant . Inde copias in Aſſiſinos ducunt : quorum in arce Leoſpbortia aſſeruabat: qua re ciues omni ſpe auxilii deſtituti baud multum morati: impetrata Fortebracii uxoris cum ſuis bonis incolumitate: ſeſe atque urbem dedidere: Eugenio pontifici ita leo in libertatem reſtitutus eſt . De bis rebus ut geſtæ erant: nuncio in Flaminiā perlato : & Franciſcus maxima afficitur lætitia: & Picini nus non mediocriter animo conſternat: factumq; deinde eſt: ut breui temporis ſpacio : Nicolao Marchione æſtenſi ſequeſtro: rurſus inter Eugeniū uenetos ac Florentinos & Philippum pax renouata ſit : qua quidem pace cauebatur: ut Immola & qcquid Piciminus in ea regione occupaſſet : Romano pontifici reſtitueret: Picinin? & reliquæ Philippi copiæ quæ in Flaminia eſſent: in Galliā reuocarent quas ob res Franci ſcus prouincia boſte nudata : cum Sapim tranſiſſet. reconciliato ponti fici Antonio Ordelaffo Foroliuianis imperante: in Bononiēſium fines exercitum duxit . Quod ubi cognouit Baptiſta Cannetulus cānetulæ factionis princeps : & Eugenio infenſus metu territus: ex urbe ſtatim profugit : At Antonius bentiuolus alterius factionis princeps cuius precipua opera urbs recepta fuerat ardentiorib? ſtudiis imméſaq; læti cia à multitudine in patriam ſuſceptus: nō multis poſt diebus Baldaſ ſaris offidani eius urbis pro Eugenio præfecti iuſſu indicta cauſa & nulli obnoxius culpæ ſecuri ꝑcuſſus eſt. Quod facinus tam atrox atq; indignum plurimoꝝ animos in ea ciuitate à Pontificis beniuolentia atque fide prorſus auertit . Franciſcus Picinini diſceſſu omni pacata Flaminia: Bononia recepta reductis ad Cotoniolam paternum Flami niæ oppidum copiis: cum delecto ſuorum comitatu Florentiam ad ui ſendum ſalutandumq; Eugeniū profectus bonorificētiſſime a Ponti fice ac Florentinis excipitur. Et quanq̄ rebus ſeriis intendebat: tamen ut ſatiſfaceret populo: quē mutuo ſemper amaſſet coluiſſetq; baſticos ludos & præclara ſpectacula edidit: & ita ſibi maiore quadā beniuolen tia animis bominū deuinctis peractiſq; iis rebus : de quibus cū ponti fice Florentiā acturus uenerat: ad exercitum rediit. Quodq; byems im minebat: in picētes bybernatū cōceſſit. Dū bæc in umbria Flaminiaq;

geruntur:Iobãna ſecunda ætate iam confecta:Renato Lodouici fratre quẽ ſupra e uita exceſſiſſe diximus: ſibi bærede & in regno ſucceſſore inſtituto naturæ conceſſit . Eius mors maiores prioribus in eo regno motus ſeditioneſq; excitauit : Nam & Pontifex Neapolitanos uelut cæteroꝝ regni populoꝝ primores admonuit:Siculoꝝ regnũ cis Meſſanẽſe fretũ Romanæ eccleſiæ iuris ẽẽ:nec ulli ſubiiciẽdũ regi:niſi quẽ ipſe ex uetuſto more cõſtituiſſet: eccleſiæq; Romanæ tributariũ declaraſſet:& ob id ſe propediem Iohannẽ uitellium patriarchã Alexandrinum legatum eo cum copiis miſſuꝝ : Sed regni proceres Ciuitateſq; omnes diſcordiis ſeditionibuſq; ſtudentes:diuerſi diuerſa agitare conſilia:ſeque contrarias in partes ſcindere cœperunt. Alii renatum Andegauiẽſem.alii Alphonſum regem expetere.Aliis qui a Romano pontifice fuiſſet rex declaratus:placere . Neapolitani uero Eugenii legatis reſponderũt:nequaquã uitellium legatum admiſſuros:ſed Renatum unicum ſibi regem depoſcere . At Iobannes Antonius tarentinus qui ſuperiore anno bello preſſus ex Sicilia ab Alphonſo auxilia acceperat: & Capuam præfecto arcem tradente:occuparat:& alter Iobannes Antonius martianus Sinueſſanoꝝ dux:chriſtopborus Caietanus Fundanoꝝ & Franciſcus pando lauretanoꝝ comites ad Alphonſũ miſerunt: futurum polliciti:ut regno breui potiretᵉ:ſi eo celeriter aduenirẽt.Alphonſus inuadendi regni occaſionem nactus: claſſem quam paratam habebat:cõſcendit:& in procbitam Enariamq; Neapoli adiacentes inſulas traiecit. Inde in Sinueſſanũ littus adnauigauit : Vbi primũ expoſito in continentẽ biſpano ſiculoq; milite:ab Sinueſſano duce exceptus eſt & q̃maximũ potuit : nouo mercede conducto milite exercitum cogere curauit:ad quem primi Vrſinus & Dulcius anguillarian?ex gente urſina:uitellio ſub quo militauerãt:relicto cum equitatu acceſſerunt . Interim Iacobus caudola & Michael attendul?Neapolitanoꝝ iuſſu capuã Tarentinũq; ipſum qui ei urbi ut demonſtratũ eſt:auxilio ierat:obſidebant . Cæteꝝ Caietani quoꝝ in ultimis Campaniæ finibus maritima ciuitas eſt:præter Neapolim regni totius fere nobilior:diffiſi uiribus aduerſus potentiſſimũ regem ingruentẽ ad Philippum & Genuenſes mittunt:qui petant auxilium:quo ab ui & iniuria tuti:legitimo regi urbem ſeruent . Philippo iubente miſſus eſt eo confeſtim Franciſcus ſpinula cum trecentoꝝ militum præſidio : data ei naui oneraria una admodum magna unaq; triremi : & cum eo quoq; una profectus eſt Octolinus Zoppus Alexandrin?Philippi legatus eo conſilio:ut procerum animos omni arte ab Taraconenſiũ ſtudiis auerteret:philippoq; conciliaret:quoꝝ aduentus trepidam Ciuitatẽ in magnã ſpem erexit. Quod cum moleſtiſſime ferret Alphonſus:non multo poſt contracto terreſtri exercitu terra mariq; Caietæ inſtabat:ſperãs urbem inualido munitam præſidio & rei frumentariæ penuria iam laborantem neq;

longa obsidione neq; multa etiam oppugnatione in potestatem redi gere posse: quam ob portum magno sibi usui ad obtinēdum regnum futuram intelligebat. Hanc undiq; adeo angustius cinxit: ut ne mitten dis quidē nunciis relicta sit Caietanis facultas. Dein tormētis muros quatiens: assiduis quoq; præliis nullā obsessis quietē dabat. Hæc ubi Genuæ cognita sunt: &si rem piculosam & suis uiribus longe impa rem suscipere genuēses uidebant̃: tamen placuit: adhortante maxime Philippo: laborantibus auxilium mitti. Mouebat Genuenses pudor: ne intemptatis armis regi cessisse: & amicum populum qui ad eorum opem confugisset: deseruisse uiderentur. Mouebat præsidii paulo ante cum Francisco missi salus: quibus nisi celeriter opem tulissent: prodi disse eos iratis hostibus accusarent̃. Mouebant præterea magnæ ciuiū opes quas ex uniuerso prope regno Caietam uelut in tutissimū portū mercatores contulerāt. Itaq; classis nauiū onerariaꝝ duodecim decerni tur. Eiusq; Blasius axaretus plebeio ortus genere sed spectatæ uirtutis uir dux deligitur. At ubi Alphonso ab exploratoribus renunciatū est iam Genuæ instructam esse classem: & parum à cursu abesse: quattuor & decē onerarias ex duab? & uiginti delectas armato milite complet. Erat Regi magna uiroꝝ copia: quos præmioꝝ spes ex multis regioni bus ad eum traxerat. nam magnus ulterioris hispaniæ principū nume rus quos aduersa factio domo expulerat: ad ipsum confugerat: speran tes fore aliquando: ut ab eo in patriam reducerent̃. Ex citeriore uero ac ex balearibus insulis omnis fere nobilitas, omnisq; iuuentus iam pridem classe regem Siciliam petentē secuta erat. Regno aūt Neapoli tano intestinis ut demonstratū est: discordiis laborante: non ii modo quos uel malefactoꝝ pœnæ met? uel aduersarioꝝ odia patria eiecerāt: sed plurimi etiam qui eum sibi dominum ac regem futuꝝ sperarent: eius sibi gratiam beneficio consequi conabant̃. Ex Sicilia quoque in continentē traiecturus iuuentutem eius insulæ se sequi iusserat. Erat præter bas quas cōmemorauim? copias: magna equestriū pedestriūq; uirorum mercede conductoꝝ manus, terra tamen quam mari aptior. Ex bis tantis tamq; florentibus copiis Rex fortissimū quenq; ad eum numerum delegit: ut adiunctis naualibus sociis sex millia uirorum efficerent: Et ne futuræ pugnæ timor quenquam deterreret: se omniū primum & nauigationis & prælii ducem futurum pronunciat. Fit ad naues omniū concursus: aurum argentum uestis preciosaq; suppellex tanto in naues studio congerit̃: ut ad certam uictoriā properari uidere tur. Conscēdente Rege conscenderūt una Iobānes rex Nauarræ: Heneri cus ac Petrus infans regis fratres & regnoꝝ omniū proceres: quibus turpe uidebatur: non esse suo regi in omni fortuna socios. Hæc dum a rege aguntur: classis Genua soluens: Alphonsum cum suis quattuor decim onerariis nauibus undecimq; triremib? omni instructis ornatu

baud procul insula portia obuiũ habuit . Coiuere classes nonis sextili bus leui admodũ uento & tranquillo mari.Genuẽses primo congressu nouẽ tantum nauibus totius hispanæ classis impetum excepere. Tres uelut subsidiarias post principia reliquerant : quæ pro callentissimi ducis iussu dum cursu diuerso uentos captare nitunt̃ : longius paulo euectæ : ab Taraconẽsibus fugere creditæ sunt . Quare cum iam sese uictores Taraconenses arbitrarent̃ : enixius genuenses premebant : quoꝝ naues qđ singulæ a duabus acrius oppugnarent̃ : ægre hostium uim sustinebant.Sed posteaq̃ tres illæ subsidiariæ uento crebrescente passis uelis in hostilem classem inuectæ sunt:omnem spem uincendi hostibus ademere . Nec multo post captæ omnes hispanæ sunt naues præter unam quæ inter pugnãdum e cæteraꝝ conspectu uento ablata est. Petrus autem Iunior Alphonsi frater exceptus triremibus in Sici liam profugit.Capti sunt in eo prælio præter duos reges Alphonsum & Iobánem:Henericꝰ regum frater & militiæ quæ diuo Iacobo dicata est:princeps:IobánesAntonius tarentinus: Iobannes item Antonius Sinuessanus:Iosias aquauiuanꝰ:Antonius rogerii Fundani filius,& supra centum proceres ducenti aurati equites & alii q̃plurimi insignes nobilitate atque opibus uiri.Prædæ uero tantum:quantũ non temere ex ullo nauali prælio.Hac tam memorabili parta uictoria:Blasius cum utraq; classe Caietam petens:portum tenuit.Inde oblatum est ingens insolitumq; hominũ oculis spectaculum:cum quinq; & uiginti uastæ magnitudinis naues angusto loco coactæ : qui uix eas capere posset : cernerent̃.Iam nuncii aduersæ pugnæ in regia castra ꝓuenerant:Iam ad obsessos tantæ rei perlato rumore patefactis continuo portis præsidium omne simulq; Caietanus populus eruptione facta castra adoriũtur : & resistentibus nullis cuncta mox in prædam uertunt.Ferunt in uentum esse in iis castris barchinonensẽ quendam legatum:qui cum paucis ante diebus leui quadam febricula afficeretur:audita suorum clade mox ingenti animi dolore perculsus intra paucas horas animã effiauit.Eius uictoriæ ubi Venetias allatus est nũcius:maiore dolore uenetos omnes,quam Philippum Genuẽsesq; gaudio affecit:grauisq; omniũ animos timor occupauit:cum dicerent:nullam iam in opibus nullamq; in humanis consiliis spem supereſse reliquam : quin Philippus dux rerum in Italia potiretur : si parta à genuẽsibus uictoria uti sciret.Paucis deinde interiectis diebus:captiui reges eorumq; fratres cum tota nobilitate Philippi iussu Mediolanũ a Blasio ꝓducunt̃: Eam rem genuenses quãgrauissime tulerunt merito triumpho se indigne spoliatos uociferantes.Alphonsus ꝓbumane a Philippo exceptus non multis post diebus impetrata alloquendi facultate:& in arcem portæ Iouis admissus illius uirtutes magnitudinẽ animi ac mansuetudinẽ sũmis laudibus extulit.Postremo se suoꝝq; fortunas ei cõmendauit :

eaque oratione adeo Philippi animũ flexit ut ſiquid uel odiorum uel æmulationis gloriæ inter eos hactenus interceſſiſſet: deleuerit. Fama eſt Alphonſum Philippo mutuis colloquiis familiarẽ factum: unica iniecti timoris cauſa: illius mentem in ſuam ſententiã traxiſſe: cum ſe de cõmunibus utriuſq; rebus cogitantem dixiſſet: aĩaduertere Renatum Lodouici fratrẽ Neapolitano regno nullo fere negotio propediem potiturum: nec quietũ: donec ad occupandũ Ciſalpinæ Galliæ imperium aut Karolum regem aut alios galliaꝝ principes: quorum potentiam Iobãnes Galeacius eius pater ſemper exhorruiſſet: ſollicitatos adduceret: atque ita non ſibi Philippum ſed Gallis uiciſſe: & genuenſiũ uictoriam quæ Alphonſum perdidiſſet: Philippo quoq; perniciem parituram. Id ne accideret in manu eius eſſe. poſſe eum ſi uelit: regnum gallis eripere: poſſe rurſus id ipſum pro uoluntate illis reddere. His colloquiis Philippum magnopere cõmotum iam tum animum induxiſſe: ut in regnum Alphonſus reduceretur: Nam ut erat ſingulari & inaudita quadam prudẽtia ſecum animo uerſabat inſolentiã arrogantiamq; gallorũ: qui nullis terminis libidinem imperandi metirentur: ſed Italos maxime omnium haberent odio. Ad poſtremũ ut omnem iniuriaꝝ memoriã recentium beneficiorũ magnitudine aboleret. Sex permagnas onerarias naues Genuæ parari mandauit: regem in campaniam remiſſurus Caietanoq; legatis qui genuã ad agendas de beneficiis acceptis gratias ueniſſent: ad ſe ire iuſſit: multiſq; argumentis ſuaſit: ut ſeſe atque urbem Alphonſo dederent. Nec multo poſt ſocietatis fœdere icto eum cum ſuis omnibus in ligures magno comitatu remiſit. Manſit Alphonſus plures dies in lunenſi portu: quem ut dixi mus: ueneris uocãt: Petrum fratrem cum triremibus expectans: Nam priuſquã Mediolano diſceſſiſſet: & Iobannes rex & Henericus fratres a Philippo dimiſſi in biſpaniã redierant: Tarentin⁹ autem Sinueſſanus: Ioſias: & plæriq; alii proceres in Campaniam uecti maiores in regno motus renouarũt: & Petrus certior factus a Tarentino triremi ex Campania panormũ delato Alphõſum fratrem a Philippo liberatum: quod antea multorũ tantum rumore cognouerat: cum quinq; roſtratis nauibus in ligures eius tranſportandi cauſa traiicere quãprimum ſtatuit: oneraria una frumẽto onuſta quod in lunenſem portum: qui præſidio tunc regio tenebat: importaret addita: proſpeꝝq; paulo poſt uentum nactus e Sicilia ſoluit: & iam Enariam præterierat: cum ſubita coorta tempeſtas onerariam a roſtratis diſpulit. Oneraria uæbemẽtiore uento impulſa ante diem tertium in lunenſem quo deſtinata erat: cum frumento peruenit. Dum uero Petrus in caietanũ ſinum non procul ab urbe cum longis nauibus ſe recepiſſet: Caietani nonnulli ab aduerſariis factionis andegauiẽſis pulſi clam ad eum uenerunt: ſpemq; dederunt: Caietam nullo negotio ſi eo propius accederet: per noctem capi

posse:quod in ea urbe complures essent:qui multis ab inimicis affecti iniuriis præsentē rerum statum odio haberent : & secum de tradenda urbe sentirent:Et qđ ab aduersariis qui nihil hostile timerent urbana mænia negligētius custodirent. Petrus his cognitis:remq; tanti momenti atq; fortunæ præter spem omniūq; opinionē oblatam minime negligendam ratus urbi admouit : ut polliciti erant Caietani exules hispanas cohortes in urbem per noctis silentium introducūt:& capta continuo muroꝝ parte:patefactisq; portis Caietanis reliquis facinoris consciis adiutorib? urbem inuadunt:Petrus mox cum reliqua multitudine eodem accitus:eiecto præsidio urbe nullo labore potitur:ita urbs & situ & uetustate egregia ac bello & paci in eo regno ꝓpportuna in Taraconensiū Alphonsiq; regis potestatem deuenit:qui non longe ab ea paucis ante mensibus tam insignem calamitatē acceperat.Dederat eius conficiendæ rei occasionem non mediocrem paulo ante Isabellæ Renati regis coniugis in eam urbem aduentus:Nam mortua Iobāna miserant in prouinciā Neapolitani legatos : qui renatum in Italiam adducerent.Sed is britānico bello in eo prælio quo omnis prope transalpina gallia ingenti clade obruta est:captus pœnes Philippū burgundionum principem retinebat. Legati ea spe derelicti:ut Isabella interim dum ipse dimitteretur:Neapolim proficisceret petierunt.Ea igit cum duobus adolescētulis filiis nauem ingressa Caietam primum peruenit: cui adhuc Octolinus præerat : Et iam Philippi fides Caietanis suspecta esse cœperat : & ob id Isabella hortatu eorum qui renati uiri studia sequebantur : inde recedens Octolinum cum præsidii parte ea simulatione : quod eius consilio in rebus gerendis uti uellet : secum Neapolim traduxit:Quibus rebus feliciter gestis Petrus quod intelligebat pro regis commodo non esse sibi impræsentia ex urbe discedendum: iussit Petrum pilionem cum rostratis in liguriam ad Alphonsū nauigare:qui secundis uentis breui lunensem portum tenuit : Vnde Alphonsus postea solués triremibus iisdem Caietam delatus est. His atq; aliis rebus irritatis in Philippum genuēsium animis: inita sunt de cōiuratione consilia:orto a primoribus ciuitatis initio:qui se ultro pro liberanda patria auctores polliciti uigesimo Kalendas Ianuarias sumptis armis Frāciſco spinula cōiurationis principe cæso urbis præfecto Opicino Alzate præsidioq; eiecto libertatem pepererunt. Sub idem tempus Fabrianēses quorum oppidum in picentibus est mercatorum & Incolarum industria non ignobile:imitati finitimoꝝ Camertium exemplum:clauelloꝝ familiam durius sibi & auarius dominantem funditus deleuerunt.Erat enim natu grandior ætateq; iam confectus Thomas clauellus qui oppido dominabatur : cuius filius ætate maior Baptista patris indulgētia munera fere omnia pro arbitrio obibat.Is supra facultates elatus animo cum opes nō suppeterēt:plurima

per tyrānidem exercebat: neq; rapinæ neq; libindini cuiquā parcebat. Omnia diuina humanaq; ꝑmiſcebat. Quæ mala ubi diutius oppidani ferre non poſſent: irritatis animoꝝ incendiis clam & per inſidias ſe inuicem alii alios cohortati: duodecim ex primoribus oppidi ad coniurandum in tyrannos induxerunt. Ii poſteaq̄ ex conuento ſigno dato quid faciendū eſſet: ad facinus perpetrandū conſtituiſſēt: die quodam ſolemni ubi reguli omnes cum uniuerſa fere familia conueniſſent in templum: cantantib? ſacerdotibus eum ſymboli locum: quo uerba hæc continētur: & Incarnatus eſt de ſpiritu ſancto: repente ſtrictis gladiis undiq; coniurati omnes proſiliunt: reguloſq; ipſos impetu facto ante ſacratiſſima templi altaria eo etiā ſacerdote facinoris conſcio ſpectāte qui chriſtianam boſtiam cōſecraturus erat: & ſignum ad ineundum patrandūq; ſcelus dederat: cum uniuerſa eorum familia quæ ibi tunc erat: permultis confoſſos uulneribus miſerabiliter trucidant. Deinde ad ædes cōuolantes reliquam familiā ſine diſcrimine ſex? & ætatis miſerabilius interficiūt. nec defuit ut ferunt: qui regiæ uirginis cadaueri per nefandiſſimā ueneris uoluptatem admiſcuerit Nemo omnino ex tanta tamq; florenti familia ſuperſtes fuit: præter unum Guidonem: qui militiā ſecutus domo tum aberat. Hac horribili inauditaq; cæde per coniuratos perpetrata: & accito ad libertatem populo: poſteaquam nefarii ſcelerum auctores ubiq; odium atrociſſimi facti in ſeſe apud omnes increbruiſſe dediciſſent: diffiſi ſibi ipſis opibuſq; ſuis: quoniā multis clariſq; Italiæ familiis clauelli affinitatibus uincti erant: a quibus ultionem formidarent: q̄primum ad Franciſcum mittunt: qui ei ſeſe & oppidum dedant: nec eos Frāciſcus &ſi tam ſceleſti immaniſq; facinoris exemplū abhorret: in fidem accipere recuſauit: ea potiſſimū cauſa motus: quod ſciebat Fabrianenſes alia atque alia effugia petere: eorumq; principatum a multis ambiri: & ob id oppidum ipſum ſuo præſidio muniēdum curauit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER QVARTVS.

TCamertes recentiū fœderum obliti nouare res in Franciſcū & belli inire conſilia cœperunt. Acceſſerat Camerium Thaliani ſcriba quidam. Hūc ex primoribus urbis non nulli in intimum colloquiū uocant: & ubi longo ſermonis ambitu ſatis Foroiuliano fidelem cognouerunt: bæc illi affirmare conantur: graue in Franciſci Spbortiæ animo aduerſus Thalianum cōflatum iam eſſe odium: multaſq; addunt: & affingunt cauſas: cur ille rem crederet:

ſuadent Foroiulianum q̄primum edoceat: ſibi magnopere a Franciſco cauendum:quod niſi faciat: in maximo & fortunaꝝ ſuarum omnium & uitæ periculo uerſari.poſſe ſi uelit : ad eos ſuis omnibus copiis ſe recipere : qui & urbe & opibus ei nunquam eſſent defuturi. Hæc ubi Foroiulian?accepit:nondum enim fidem mutauerat:ſtatim Franciſco renunciat:qui rei indignitate permotus:qđ homines de quibus eſſet multis de cauſis benemerit?:tantum auderent in ſeſe facinus temptare:ad eos mittit:qui publica concione ea exponant:quæ a Foroiuliano audierat:petantq; ut uel ipſi in ciues ſuos fontes aïaduerterent : uel eos ad ſe mitterēt: & cum utrunq; facere negaſſent: eos bello laceſſendos p̄ſequendoſq; ſtatuit . Itaque eductis ex hybernis celeriter copiis aſpera admodum hyeme utpote Ianuario menſe: Camertiū fines inuadit:ac primo impetu Mutiam oppidum Camerio proximum occupat: pagoſq; late longeq; populatus:omnia circunquaq; magno tumultu ac terrore permiſcet. Municipia alia ſponte ſeſe dedentia recipit repugnátia prædæ militibus exponit.Serauallis oppidum cum oppugnare adortus eſſet:plus ſibi quam putarat:negotii attulit . Sed amotis confeſtim machinis quaſſatiſq; muris : oppidani quod nulla ſibi auxilii ſpes relicta eſſet:ſeſe Franciſco permiſere.His fracti malis Camertes ad Franciſcum oratores miſerunt:qui omnem defectionis culpam in paucos conīicerent:Camertium cæteroꝝ innocentiā purgarent:pacem dein peterent:atque orarent:& eas acciperent condiciones:quas uictor hoſtis dare uoluiſſet . At Franciſcus &ſi intelligebat: quid Camertes mererent̄: nec ulla omnino dignos uenia eſſe:in ſupplices tamen clæmētia uſus p̄humaniter benigneq; excepit:nihil de prioribus legibus ab eo immutatū eſt: niſi quod Serauallē & municipia quædā alia per pauca ſuis præſidiis teneri uoluit:ut ſi fallere rurſus fidem Camertes temptaſſent: prærepta illis eſſet rei conficiendæ facultas . His rebus confectis copiiſq; in byberna remiſſis : Franciſcus cum paucis Fabrianum ſe contulit : quo poſteaq̄ Fabrianenſes in eius ueniſſent poteſtatem:nōdum acceſſerat.Eius oppidi non tam pulchritudine & amœnitate quam ædificioꝝ decore & publicaꝝ ædium amplitudine & opeꝝ celebritate mirum in modum delectatus eſt:ſed nec minus populi frequentiā admiratus:quod adeo & opificum & mercatoꝝ numero refertum cōperiebat : ut multis Italiæ urbibus eiſq; nobilibus non modo conferri:ſed præferri etiam poſſe uideretur.Inde Gualdum in umbris oppidum Nuceriæ propinquū ſuperato Appennini iugo ſibi adeundū quoq; duxit:confirmatiſq; oppidanoꝝ animis:Auximum reuertit: & quæ bello gerendo per ſubeuntem æſtatem uſui fore putabat:ſumma cura comparare cœpit.Iam enim multis Eugenii nunciis redeundum ſibi in Flaminiā cum exercitu cognouerat.Itaq; omnibus ad profectionem comparatis rebus nōdum exacto uerno tempore cum domeſticis

Senagallia

cohortibus peditatuq; uniuerſo Senãgalliæ proficiſcitur: eoq; cæteras conuenire copias imperat. Sedenti apud Senãgalliæ Franciſco. mittuntur ab Antonio Ordelaffo: qui dicerent: plurimũ uereri: ne aduerſus ſeſe Pontificis iuſſu quem multis indiciis ſibi infenſum intelligebat: bellum moturus eſſet. Proin orare: & obſecrare eum per ueterem amiciciam: perq; ſacr̃ cõpaternitatis ius: ut ſi qua cauſa bellũ ſibi illaturus eſſet: prius eũ edoceret: ne imparatus incautuſq; opprimeret. Ad hæc Franciſcus ſancte teſtando: reſpondit: ſe nihil de pontificis in eum animo ſcire: nihilq; ſibi adhuc de gerendo bello indictum: niſi ut cum primum per pabuli copiam liceret: exercitum in Flaminiã traduceret: Quod ſi Antonius intelligat Pontificem ſibi eſſe iratum: ſaluti ſuæ conſuleret: eo enim pacto ipſum prudenter actur̃. Illud autem ſe oĩo effectur̃ recepit: ſi forte bellum in Antoniũ Pontifex decerneret: non prius ſe illi uim allatur̃ quam bellum indixiſſet. Nec multo poſt cum iam copiæ omnes in caſtra cõueniſſent: in Flaminiã ducit: & nõ longe ab urbe Foroliuiana caſtra ponit. Poſt hæc dies plures pax eſſe uidebatur: milites tuto in urbem cõmeare atque inde neceſſaria quæq; comportare: Ciues item in caſtris impune uerſari: in campis agriculturæ quiſq; intendere: omnis enim belli ſuſpicio abeſſe: cum repente Pontificis legati qui apud Franciſcũ in caſtris erant: edicunt: ut q̃primum nulla Ordelaffo facta denũciatione foroliuianor̃ agros boſtiliter inuaderet: Quæ res cum non mediocriter Franciſci animum pmouiſſet: legatis reſpondit: quãdoquidem ita Pontifici ſedeat ut bellum Ordelaffo inferatur: ſe eius dicto obtemperatur̃ Cæterum illud in primis petere: quod ius belli ſibi uendícat: priuſquam uis ulla Foroliuianis inferatur: bellum ſibi liceat Ordelaffo indicere: ne contra fidem illi ab ſe datam per iniuriam quicquã fiat. Legati nihilo ſecius inſtare non deſiſtebant: ut ſine mora oppido caſtra admouerent: incurſioneſq; late ubique fierent: Ita enim fieri oportere aduerſus Pontificis eccleſiæq; contumaces: contra quos nullum perfidiæ genus omittendum cenſerent. At Franciſcus qui nihil eſſe homini turpius quam fidem fallere putabat: in ſententia perſiſtebat: cum diceret: ſe nullo unquam pacto fidem amico præſertim datam quæ uita ipſa ſibi carior eſſet: uiolari paſſur̃. Itaq; Antonio per caduciatorẽ enũciari iubet: bellum in diem tertium fore: Interim nihil boſtile timendum ſatis conſtabat moleſte Spbortianos pœne omnes tuliſſe: qđ aduerſus Foroliuianos boſpites bellum ſibi gerendum eſſet: Nam uſq; ad maximã eius noctis partem quæ præſcriptum belli diem præceſſerat: liber & in urbem militibus & in caſtra ciuibus fuit acceſſus: Nec ulla inſuper Spbortianis futuri belli lætitia: nec alacritas ulla qualẽ ſolet militibus ſpes prædæ afferre: fuit. Exacto triduo: Franciſcus ad oppugnandũ Foropompiliũ profectus: non multo tempore nec multo labore admotis muro tormẽtis

Foropompilij

eo oppido potitur: arcemq; dein expugnat: Mox ad pontem qui nunc Rhuncus dicitur: progredit. Is locus non amplius mille & quingētis ab urbe Foroliuio paſſibus abeſt. Inde firmatis caſtris totus fere foro liuianus ager crebris excurſionib? exagitatur: & nullo metu uagantibus circūquaq; militibus uexat. Aduenere per eos dies in caſtra Sigiſmundus Malateſta ex Arimino & Dominicus eius frater ex Cæſenna: & ſuis omnibus copiis ſeſe Franciſco iunxerunt: iis immixti uenere complures uiri agreſtes: cum prædæ ſtudio tum odio graui in Foroliuianos quod inter Foroliuianum & Cæſennatem populum ueteres inimiciciæ atque ingentes iræ de finibus interceſſerāt: hi potiſſimum omnib? belli cladibus finitimoꝝ agros uaſtare cœperunt: craſſanteſq; magis magiſq; in dies a nullo ædificioꝝ incendio nulloq; maleficio temperabāt. Hæc inſolita belli ratio & a militari uſu aliena Sphortianis non placebat: qui omnibus bellis quæ ſibi uendicare non poſſent: ipſis etiam hoſtibus conſeruare cōſueſſent. Proin ruſticos maledictis inſequebant: quod in agros innoxios uires experiri: odiaq; euomere uelle uiderent. Inermibus etiam ceſſuri: cum nullum eſſet manifeſti? muliebris animi ſignum quam uim inferre: ubi nemo contra innitatur. Deferebant hæ militum uoces ad Pontificis legatos: qui in caſtris erant: ob eamq; rem palam ab iis de Franciſco deque exercitu obloqui cœptum: quod non ſatis recte neque fideliter pro Pontifice bellum gereretur. Hanc tam imeritam Franciſcus infamiæ labem ægre ferēs conari aliquid ſtatuit: quo purgare ſuam innocentiā poſſet. Eduxerant Foroliuiani munitiones crebris excitatis caſtellis aliquāto ab ea porta longius quæ caſtra ſpiciebat: atq; inde uelut ex propinquo urbi loco: cum uellent: erumpebāt: obſidenteſq; multis ſæpe incōmodis afficiebant: quippe qui facto impetu ubi maioribus premerent uiribus: in munitiones refugiebant. Quod cum aīaduertiſſet Franciſcus: cohortes quaſdam ex equeſtri pedeſtriq; numero delectas armis & clipeis egregie ornatas ſe ſequi iubet: munitiōeſq; ex improuiſo aggreſſus primo impetu expugnat: Foroliuianos in fugam uertit: ac permultos ex iis capit: Nam ciues qui portæ præſidio erāt: ueriti ne hoſtes ſuis īmixti ſimul irrumperēt: obiectis continuo portis extremos excluſere. Hoc accepto detrimēto foroliuiani haud temere urbanas munitiones egrediebantur. Sed quid per eos dies Franciſco acciderit: operæpretiū eſt: ob rei nouitatem: haud ſilentio præterire. Erant in agris ad oppidum uſque ſata non ſolum iam grādiuſcula: ſed uſqueadeo matura ut ad meſſem oppidanos hortarent: qui ut tutius id operis exigerent: armatorum militum cohortes præſidio habebant. Franciſcus uero cum cæteris turmaꝝ præfectis nullum periculum ueritus conſueuerat per ea loca inermis animi recreandi gratia obequitare: matura frumenta luſtrans quæ adeo excreuerāt: ut & denſitate & altitudine ſua facile

insidiantib? latebras præberent. Cum igitur obequitans uiam quãdam angustiorẽ frumentoq; circunseptam esset ingressus: hostes qui intra frumenta delituerãt: & a fronte & a tergo ita ut erant dispositi: eum circũsistunt: cumq; oculis omnia plustrantes: malatestaq; quos adesse putabant: uidissent neminẽ: continuo humi abiectis armis: ad Francischum certatim occurrũt: dextramq; eius perinde ac uenerãtes deoscula bantur: facti ueniam petentes. Dein nequaquã princeps clarissime in quiũt: hic delituimus: ut te offenderem?: quippe qui tuam salutem ac felicitatẽ nobis cõmunem tecum esse ducimus. Nec enim nos fugit: quam inuito animo hoc aduersus nos bellum susceperis: sed ut hostes nostros & iandiu inimicissimos malatestas ut meriti sunt: digna afficeremus pœna. Nos aũt tibi quem numinis instar colimus: nõ modo nullas pararemus insidias: sed pro tua salute atque dignitate corpora etiam ipsa nostra ingruentibus telis omnibus obiicerem?. His dictis tum a Francisco phumaniter excepti mox ad suos rediere. Cæterum Ordelaffus: ubi se arctius obsidione premi: & quæ ad tuẽdam urbem continendũq; in fide populum usui essent: deficere ac omni demum auxilio destitutum uidet: de urbe dedenda cogitare cœpit. Itaq; adhortante etiam Francisco: ut cedendo potius præsenti fortunæ sibi suisq; consuleret: quam frustra conando uitæ alimenta consumeret: suam suorumq; incolumitatẽ pactus: urbem Pontifici tradidit: quem quidem abeuntem Franciscus cum uniuersa familia ac suppellectili q̃diligentissime cõseruauit. Recepto Foroliuio Franciscus a Pontifice accitus: in Bononiẽses cum exercitu proficiscit̃. Profectionis hæc fuisse causa circũferebatur: quod cum Nicolaus picinin? soluta Albingaunẽsi obsidione ex liguribus in hæmyliã rediens circa Parmam magnis copiis desedisset: & ingentem illius propinqtas Eugenio timorem inferret: ne rursus in Bononiẽses Flaminiáq; descẽdens: nouos in ea prouincia motus concitaret: eum illius uiribus opponere Pontifex constituisset. Sed longe aliter: ut postea cognitum est: res habebat. Constat enim eo tempore undiq; in Francisci caput dolos paratos esse: & insidias simul in eius exercitus perniciem. Eugenius enim post recuperatã Romam: Fortebraciũ ad internicionẽ deletum: & receptam demum Bononiam elatus: qđ nihil ad pristinam Romanæ ecclesiæ dicionem felicitatẽq; deesse uideretur: præter quam picenus ager: & id etiam agri quod in umbris æthruscisq; Franciscus possideret: ad eas quoq; res ecclesiæ imperio uendicandas mentem uerterat. Accedebat ad hæc quod non nulli cum ab Frãcisco Pontificis animũ auertissent: ad id eum magno pere adhortabant̃: quorum princeps erat Baldassar offidanus uir sane ingenio prauo ac perdito & ad omne facinus paratissimo: qui tum apud Pontificem gratia plurimũ & auctoritate ualebat. Is ad rem conficiendam delectus æstatis initio sumptis ecclesiasticis copiis & Petro

Iobánepaulo ex gallia Ciſalpina accerſito quem paulo ante Eugenius ea de cauſa ſtipendio conduxerat: Comitibus cunei qui lugum & alia perpauca in Flaminia caſtella obtinebant: bellum inferre cœpit: & ab Franciſco ubi is in Bononiẽſes peruenit: partem copiarꝫ petiit: non qa earum aduerſus inermẽ præſertim boſtem egerẽt auxilio: ſed ut diminuto copiis eius exercitu: ad ſalutẽ pro iis quæ in illius exitium parabantur: redderetur infirmior. Franciſcus aũt earum reꝝ ignarus: q̃q̃ moleſte ferebat: qđ contra dignitatẽ ſuam ſe Romanæ eccleſiæ uexillifero exercitum habente ab alio duce in eius prope conſpectu bellum adminiſtraret̃: tamen omnia æquo animo ferenda ſtatuit: & ut Pontifici morem gereret: Baldaſſari eum omnẽ equitum ac peditum numerum: quem petierat: conceſſit. Sed cum eas poſtea cobortes quas ad Baldaſſarem miſiſſet: ad ſe Franciſcus confecto eo bello remittendas magnopere cõtenderet: id facere offidanus recuſabat: alias atque alias moræ cauſas innectens: quinetiam Nicolaũ picininum crebris & litteris & nunciis ſollicitabat: rogabatq;: ut Franciſcũ ipſum quẽ ſegniter & ſine ulla cuiuſq; rei ſuſpicione tempus terere diceret: cum uniuerſis copiis improuiſus adoriretur: quem ipſe quoq; ab altera parte circunuenturus eſſet: & ita perfacile fore: ut nuſquã illi aut conſiſtendi aut reſipiſcendi facultas ulla ſupereſſet. Dum bæc aguntur: & bononiæ pontifex agit: quidam primarii ſacerdotes in caſtra ad Franciſcũ uenerunt utrum ad exploranda eius conſilia an animi cauſa incertum. Hi cum multa eſſent inter loquendũ ut fit: perurbane cõmentati: oſtenderunt pergratum ſibi fore: ſi inſtructus ſicuti fit: ad conſerendã pugnã exercitus in aciem educeretur: quã quidem rem Franciſcus nibil mali ſuſpicans cum perlibenter ſe factuꝝ reſpondiſſet: poſtridie eius diei omniũ primum lautiſſimũ parari cõuiuium iuſſit: eoſq; cum uniuerſis comitibus plures item alios: qui uiſendi ſtudio uenerant: ſub arborum uirentium umbra mira arte conſtructa comiter excepit. Cõuiuio autem uariis precioſiſq; dapibus peracto equeſtres pedeſtreſq; copias multo argento ſericoque præter arma & equos inſtructas & uelut ad dimicandũ paratas prodire in campũ edixit. Et quãquam ſubdubitare uidebatur: an ii amico an potius inimico ad eum ueniſſent animo: tamẽ ea prudentia eaq; modeſtia egit omnia: ut nibil ſuſpicari uidere tur: & bilares a ſe illos ac uoluptatis plen? dimitteret. Sub idem quoq; tempus duo ex pedeſtri ordine Braciani milites improbo quidem & perdito ingenio uiri: incognito habitu Franciſcum adiere. Ii auaricia ducti quæ inter cætera mala fidẽ uiolat: crudelitatẽ parit: & ad ſcelera quæq; animũ impellit: ei audacius pollicerent̃: ſeſe Nicolaum picininum Franciſco ipſi infeſtiſſimũ: qui per id temporis ut oſtendimus: in Parmẽſibus ſedebat: necaturos: ſi præmium adeſſet ipſo facinore dignum: idq; cum nullæ per noctem circa illius prætorium uigiliæ

fierent:ſed negligenti?uelut in ſumma quiete ac pace ſecuriore animo uiueretur:perfacile factu fore affirmant:quod ubi Franciſcus audiuit: admiratus peditum audaciam perfidiã & diritatem:ita illis reſpondit non ſe inſidiis neq; dolo ſed armis ac uirtute uincere boſtẽ didiciſſe. Quod ubi picininus intellexit quanquam aperte pro factionũ ſtudiis oderat nunquã tamen niſi de eo boneſtiſſime loqui ſuſtinuit:ac ſæpe numero obtrectatorib?qui apud pbilippum eius dignitatẽ labefactare uerbis conabant̃ ſe oppoſuit affirmans comitem Franciſcum:ita enim appellabat pium miſericordẽ ab omni crudelitate abborrentẽ & melio ra ſemp conſilia ſequentem ad exitium duci nõ poſſe.Sed ut eo unde digreſſi ſumus:redeamus. Baldaſſar qui nibil maiore ſtudio molieba tur: quam ut Frãciſcum pro immani quadam animi diritate e medio tolleret:diem ex die ducens : & fraudes fraudibus annectens:aſſidue Picininũ ut docuimus:ad facinus incitabat:quem ubi aĩaduertit ſiue Pbilippi iuſſu ſiue ꝑiculi magnitudine deterritum minus alacrem id negotii ſuſcipere:tempuſq; e manibus effluere:alio conſilia ſua machi nationeſq; conuertit.Eo enim Franciſcus erat ingenio morumq; boni tate:ut cum ipſe nibil per dolos acturus eſſet:ita nec alios opinaretur uſqueadeo ad humana natura deoque abborrere : ut cuiuſquam uitæ inſidias pararent:extremamq; perniciem molirentur:præſertim cum boſtes longius abeſſent . Itaque ſecurus liberiore animo cum ſuis de quibus nil dubitabat uitam agebat:nibil ab Baldaſſare ſceleris ſuſpi cans : ob eamq; rem ita ſe omnibus facilem præbebat:ut nemini fere ad eum aditus non pateret. Ducebat̃ enim eo laudis ſtudio:ut omnes omni tempore ubicunque eſſet : & adire ſeſe & alloqui pro uoluntate poſſent. Nam in huiuſmodi gloriæ celebritate eius animus plurimũ conquieſcebat: Quæ quidem uiri humanitas ac facilitas eo maiorem ſpem patrandi facinoris Baldaſſari afferebat:quod arbitrabat̃ facilius Franciſcum ipſum nibil mali opinantem per ꝑditionem perfidiamq; incautum opprimi poſſe:quin etiam locus ipſe ubi tunc erat:uidebat̃ ad inſtruendas inſidias aptiſſimus. Erant Spbortiana caſtra ad Rbeni fluminis ripas locata : quoꝝ etiam partem is interfluebat amnis: qui cum haud facile infra Bononiam uadis tranſiri poſſit : ſublitio ponte quem polletranum uocant : iungitur : qui quidem pons e regione finitimæ Flaminiæ:ex qua impetus fieri poſſe uidebatur:turri quadã clauditur: nec inde admodum longe Molendinum abeſt:caſaq; lateri cia:cuius parietes Franciſci tabernacula attingebãt:quo in loco noctur næ excubiæ procubitoreſq; ſemper aderant : igneſq; fiebant aſſidue . Franciſcus ut plærunq; conſueuerat:nondum ſatis ueſtibus indutus: cumprimum e cubiculo prodibat : eo ueniebat : ſalutanteſq; milites comiter excipiebat : Quod cum offidanus didiciſſet : ratus ſibi illius interimendi opportunitatem oblatam : duodecim ex pedeſtri numero

milites ſagitãdi peritos delegit: eoſq; ubi quid fieri uellet: edocuiſſet: intra turrim per noctem iubet occultari: cumq; ad ꝑpetrandum facin? conſtitutum eſſet tempus: fit nocte ſuperiore quæ diem neci dictum antecedebat: per occultos nuncios Franciſcus e Bononia certior: niſi celerrime ſibi caueret: caſtraq; mutaret: ꝑculdubio per inſidias acerba morte perituꝝ. Neq; enim is qui nuncios miſerat: quem Nicolaum Cardinalem Campanũ Franciſci amiciſſimũ fuiſſe accepimus: de ſagi tariis quicquam dixerat: neq; quopacto illi mors inſtrueret: cognoue rat. Quibus auditis Franciſcus cumprimum illuxit: repentinæ profe ctionis cauſam diſſimulãs caſtra mouet: & ad id oppidum ducit: cui Gelfo nomen eſt: Qua quidem in re facile intelligi potuit: quãta eſſet fortiſſimi uiri manſuetudo cum mirabili coniuncta prudentia: qui & ſibi & ſuis ab offidani inſidiis mature cauit: & cum Pontificis Eugenii copias prætergrederet: potuiſſet inimicoꝝ uires ſine ullo fere labore ulloq; periculo penitus delere: quod certe iccirco noluit: ut omnibus conſtaret: nullam ab ſe nouandaꝝ rerum cauſam: ſed a Pontifice per hominem improbum Baldaſſarem natam. Cæteꝝ offidanus: ubi uidit ſuam ſe de tranſſigendo occidendoq; Franciſco ſpem fefelliſſe: eumq; tuto in loco conſtitiſſe: rurſus ad Picininũ litteras miſit: quibus illum non modo bortabatur: monebatq;: uerum etiam increpabat: quod ſua tarditate ſuaque negligentia pateretur Franciſcum Sphortiam & ſibi & Pontifici Eugenio infeſtum e manibus labi: qui facile: ſi modo ipſe affuiſſet: non ſuperari ſolum ſed capi ac e medio tolli potuiſſet: biſce litteris miſſis offidanus ad uicũ quem Richardinã Bononienſes nomi nant: ſuis omnibus copiis conceſſerat: cumq; litteræ eſſent ab explora toribus interceptæ: & ad Franciſcum perlatæ: ea certe occaſione non mediocriter lætatus eſt: quod proditis tandem Eugenii inſidiis iure poſſet meritoq; de uno Baldaſſare doli maloꝝq; omnium inuentore ultionem ſumere. Nam uix quicq̃ magis quam nominis notam uere batur. Itaq; non amplius cunctandum ad ulciſcendũ ratus: de ſecunda uigilia citato agmine mouet: copiiſq; longius ab boſtium excubiis cir cunductis: ne ab offidani caſtris ſentirent: in ipſo prope diluculo præ miſſis leuis armaturæ equitibus: in boſtilia caſtra irrumpit: & tanto omnium ſilentio tantaq; celeritate iter ꝑfecerat: ut uno atque eodem tempore & præcurſores caſtra inuaderent: & ſpeculatores adeſſe Sphor tianas copias ſublatis clamoribus nunciarent. Irrumpentib? aũt Petro brunorio & Zarpellione qui poſt calippos ſubſequebant: Tubicen Franciſci iuſſu Baldaſſarianis militibus magna uoce pronunciabat: ſi eſſe omnino incolumes uellent: abſtinerẽt armis: & proditorẽ ſcelera tiſſimum Baldaſſarem uinctum ad Frãciſcum illico ꝑducerent: Quo edicto ab omnibus audito Sigiſmũdi Malateſtæ & Dominici fratris milites metu territi q ſe cõtinuo captiuos fore arbitrabant: reuocatis

ad ſalutem animis in partem ſeceſſere: ſpectatoreſq; quietem agebãt. At Petruſ Iohanneſpaulus q uniuerſis Eugenii copiis præerat: cæteris in aciem pro tempore coactis militibus: & Baldaſſarẽ ipſum qui legationis munere pro pontifice fungebat̃: & ſe primo congreſſu enixius tueri: ſed paulo deinde poſt ægrius pugnare cœpit. Nam ubi ſe uidit propter paucitatẽ multo inferiorem: in fuga ſalutem ponit: futurum arbitrat? ut ſi copias ſeruaſſet: breui a pontifice Eugenio uiribus auct? pari Marte rediret in pugnam. Cæteꝝ Sphortianis uæbemẽtius effuſo curſu inſequentibus dux ipſe inter fugiendum capitur cum uniuerſo prope equitatu: caſtraq; mox direpta. Malateſtæ autem intacti ſeruant̃ Baldaſſar uero dum pugna tumultuoſius conſeritur: non tam animo quam equi celeritate frætus ex ipſo hoſtiũ globo dilapſus ad oppidũ Budrium ſe recepit: quẽ ad locum cũ Sphortiani eum eſſent inſecuti: ferociuſq; direptionem & omne contumeliæ dedecoriſq; genus interminantes: edicunt: ni oppidani q̃primum Baldaſſarem ipſum uinctũ tradiderint: fore: ut omnem illam uim ſæuiciamq; in ſeſe conuertãt: qui hominem perfidum proditoréq; ſuo oppido recepiſſent: tegereq; dein conarentur. Quibus auditis oppidani prædam ueriti Baldaſſarẽ diligentius conquiſitum e latebris tandem muliebri indutum ueſte frumẽtarioq; reſperſum puluere ne agnoſceret̃: uitam deprecantem multaq; pollicentẽ eruunt: & ad Frãciſcum raptim agunt: quem poſtri die eius diei in firmanã arcem perducẽdum cuſtodiendũq; mandauit: ubi poſtea: ut ferunt: deambulando a ruenti ex alto tegula in caput percuſſus uitam pro eius ſcelere infeliciter finiuit. At ubi de his rebus Bononiæ renunciatũ eſt: cõtinuo uæbemẽter trepidatum: ab iis præſertim qui eccleſiaſticã factionem ſequebantur: cum uiderent iam dolos inſidiaſq; omnes in lucem prodidiſſe: ac iuſtam Franciſcũ ulciſcendi ſui occaſionem eſſe nactum. Quare non poterant plurimũ non formidare: ne ille ad urbem infeſtis ſignis exercitum ageret: ac eo maiore curialium omniũ animi terrore quatiebant̃: quod ſciebant nõ omnes bononiẽſes idem ſentire: ſed alios alias ſequi factiones: Et ob id haud temere ſibi timebant: Nã his rebus cognitis ea quæ inſecuta eſt nocte, & factio bentiuola quæ Eugenio ob obtruncatũ immerito Antonium ut prædixim? : & Thomam Iambeccariũ: plurimum erat infenſa: & nõ minus Cannetula: quod illius dominationẽ ægre ferret: miſerũt clam ad Franciſcũ nuncios hortatum: ut cum exercitu urbi appropinquaret: futurum polliciti ſe aut ſumptis armis eum in urbem introducturos: pontificéq; confeſtim capturos: & uniuerſam eius curiam prædæ militibus conceſſuros: aut ſi forte ei urbem ingredi non uideretur: idem aduerſus pontificem ſuoſq; omnis facturos: Illoſq; deinde in eius poteſtatem cum uniuerſis eorum bonis tradituros. Ad hæc Franciſcus quod & ſi iuſta ſibi erat in Eugenium pontificem ulciſcendæ iniuriæ

cauſa pro iis: quæ in ſuam pernicié per hominé impuriſſimũ paraſſet: tamen cum ſuo ingenio mãſuetudine quam ultione uti didiciſſet: nec ſe urbi caſtra admotuꝝ dixit: nec etiam permiſſuꝝ: ut Bononiẽſes ſua ope aut conſilio ac ne ipſo quidem nutu in pontificé manus iniicerét: aut ſuis moleſti quicquam inferrent: qđ & nefas eſſet: & ab religione chriſtiana longe alienum. habere penes ſe Baldaſſarem ipſum maloꝝ omnium auctorem atq; miniſtꝝ. eum mœritas ſcelerum pœnas daturum. Quas ob res renunciarét iis qui eos miſiſſent: ut à nouandis in pontificem rebus abſtinerent: & quẽadmodum adhuc fecerant: illi fidem ſeruarét: eiuſq; parerent iuſſibus. Inter hæc Eugenius ad Franciſcum ſui purgandi gratia legatos mittit: qui exponerét: quæ Baldaſſar tentaſſet: ea omnia nõ modo ſuo iniuſſu: ueꝝ etiam ſe inſcio inuitoq;: ab eo ut erat homo audax & temerarius: eſſe tentata: Non enim ſe eo eſſe animo: ut qui chriſti uices gerat in terris: huiuſmodi quicquam per nefandum facinus machinaret: neq; etiam Romanũ põtificem ea eſſe immanitate naturæ: ut quod in quouis hominũ deteſtabile execrabileq; duceret: ipſe per ſuos aggredi auderet. Quod res ita ſe habeat: facile Franciſcum poſſe ex Baldaſſare ipſo quem captiuum haberet: uel cognoſcere uel extorquere: neq; ſupplicium illius ullum deprecatuꝝ: quo minus ueritas depromeret: & ſiquid forte in pontificem culpæ iniiceret: id exiſtimandũ: ſui purgandi cauſa & metu pœnæ dicturum Itaq; eum non ſolum monere: hortariq;: ſed etiam ſi fas eſſet: rogare nequid acerbius & præter manſuetudiné ſuam ob unius temeritatem aduerſus romanã eccleſiam committeret: Quibus ſine ulla animi perturbatione auditis: Franciſus ita reſpondit. Se nequaquã ſuſpicari eo eſſe pontificem maximum in ſe animo: ut unquam uel per hominem ſceleratũ Baldaſſarem uel per alium quépiam Baldaſſaris ipſius hortatu atq; opa tantum in ſe ſceleris admittere cogitaret. Quare ſatis ſibi eſſe factum: qđ ad ſe ueniſſent: inocentiã pontificis expoſuiſſent: irent ſacroſancteq; affirmarent: eadem ſe eſſe perpetuoq; fore fide ac pietate in pontificem: qua ſemper antea extitiſſet: nec cuiuſquam iniuria uel contumelia ab eo animi inſtituto unquã diſceſſuꝝ. Proinde non modo a ſe boſtile quicquam non timeret: ueꝝ etiam iuberet: qcquid ſe facturum uellet: quando omnibus in rebus eius uoluntati eſſet obtemperaturus. Hac oratione omni Eugenio formidine liberato: non multos ibi dies cõmoratus: Cotoniolam cum uniuerſo exercitu conceſſit. Dum hæc in Bononienſib? geruntur: Florentinus populus exulum metu nõ mediocriter timere cœpit: præſertim cum Picininus illorum ſuaſu in magnam ſpem gerendaꝝ rerum pellectus iam Philippi iuſſu magnis copiis in æthruriam traieciſſet. Franciſcus autem quem Florentini ex omnibus unum arbitrabant: tantum boſtium impetum nõ ſuſtinere ſolum: ſed etiam ſuperare proſternereq; poſſe: & ipſe in æthruriam

accerſitus ingruentib⁹ hoſtium copiis opponitur. Cæterum ut tantam belli molem a Florentinoꝝ finibus auerteret: præſertim quod ferebaꝫ Picinino eſſe in animo Flumen arnum tranſire ad Sanctam Gondam: quod eſt oppidum inter Florentiã Piſaſq; poſitum: in iis locis ſtatiua habuit: totumq; Octobrem conſumpſit: cum hoſtis nondũ lucenſem agrum præteriſſet. Inde in Piſanos propter inſtantem hyemis acerbitatem hybernatum deduxit. In proximũ uero annum Picininus hortantibus maxime rogantibuſq; Lucenſibus Bargam oppidum admotis per hyemem copiis expugnare aggrediꝫ. Fuerat autem Barga iampridem antiquo iure ſub lucenſium dicione: ſed non multo ante a Florentinis occupatum firmiſſimo tenebaꝫ præſidio: nec parua quidem ſpe Picinus eius q̃celerrime potiundi oppidi ducebatur: quod aĩaduerterat: ꝑdifficile fore a Florẽtinis per ſaltuoſos cõfragoſoſq; montes obſeſſis ferri auxilium poſſe. Contra uero ſibi ex propinquo lucenſium agro & rem frumentariã & cõmeatus omnes ſine ullo uel periculo uel labore abunde ſuppeditari. At Florentini cum in tanto diſcrimine Bargenſiũ res uerſaretur: non poterant non uæbementer animo ſollicitari: cum uiderent: ſi minus Bargenſibus ſubueniſſent: magnum rebus ſuis imminere periculum. Facile.n. municipũ animi ex finitimoꝝ diſcrimine commutari conſueuerũt. Itaq; ut omnes intelligerent: nihil eſſe apud populum Florentinũ antiquius quam ſociorum ſuoꝝq; ſalutem atq; dignitatẽ tueri: Franciſco imperant: ut nulli rei magis quam Bargenſium incolumitati ſtudeat: quoꝝ imperio cum ille omni ſtudio obtemperare inſtituiſſet: præmittit ad Bargã nullo intermiſſo tempore tris ex ſuis equitum præfectos rei militaris peritiſſimos: Nicolaum piſanum: Petrum Brunorium: & Zarpellionẽ cum expedita militum quingentorum ac duoꝝ millium manu & eorum quidem propter locorum iniquitatem maiore ex parte peditum: quos ad eiuſmodi belli uſum maxime accõmodatos exiſtimauit. At Picininus de hoſtium aduentu certior factus ſuiſq; uiribus frætus expectare illorum impetum nihil que de obſidione mutare conſtituit. Sphortiani cum ad id municipiũ ueniſſent: quod Bargæ proximum eſt: acie inſtructa: montem qui Bargæ ſupereminet: longo circuitu ſubire contendunt: & ſuperatis collibus pulſiſq; inde hoſtibus: diluculo ad oppidum ꝑueniunt: Nec Braciani qui ſeſe iam ad pugnam cohortante Picinino parauerãt: ſegnius pro oppidi portis ad excipiẽdum hoſtilem impetum perſtabant. Cæterum Sphortiani oppidanoꝝ numero aucti reſeratis cõtinuo portis magno animoꝝ ardore erumpentiũ undiq; ſublatis clamoribus tanta ui tantoq; impetu ex ſuperiore loco feruntꝫ in hoſtes: ut nullis Picinini conatibus nulliſq; uiribus retardari potuerint: hoſtes fuſi in fugam circunquaq; uertuntꝫ ſuo cum maximo non dedecore ſolum: ſed etiam detrimento amiſſis tum equis quamplurimis tum etiam machinis &

impedimentis fere omnibus in ea pugna captus est inter cæteros fortissime dimicãs Iuuenis tum genere tum uirtute insignis Lodouicus gonzaga Iobãnis Francisci mantuani principis filius qui postea ei in principatu successit .Is bellandi cupidus & à Philippo duce clanculum sollicitatus: a patre discesserat : & pro Philippo ipso apud Picininum merebat: qui ad Franciscum perductus: benigneq; exceptus egregieq; donatus facta abeundi potestate remanere & sub Francisco militare maluit. Reliquos Bracianos qui in ea fuga intercepti sunt: ademptis equis armisq; Franciscus libere ad ducem suum remisit. Hoc accepto detrimẽto: Nicolaus ut erat impiger: & animo acri: spe potiundæ Bargæ amissa : quo eiusmodi ignominiæ notam aliqua ex parte deleret: per summam hyemis asperitatẽ rursus eas omnes copias contrabit : quas bargensi prælio euasisse incolumes cognouerat : & usitata celeritate municipiũ pisani agri cui Sanctæ Mariæ ad castellum nomẽ est: oppugnare adortus: nullo uel paruo labore seu fraude seu negligentia eorꝝ qui in præsidio erant: assecutus est : præsidioq; imposito liberius excursionib⁹ crebris latrocinantiũ more Pisanum agrum infestabat: ac uiris pecoribusq; abductis ad ipsam usque urbem Pisas cuncta ab ea parte quæ ad lucenses pertinet: populationib⁹ inuoluebat : Quo belli genere longe aptiores braciani erant : quam signis collatis manum cũ hoste conserere. His igitur populationib⁹ ac rapinis cum late longe que omnia terrore Picininus compleret: & tamen acie cum Francisco apertis campis congredi minime auderet: in agꝝ lunẽsem retrocessit: ac Serazanam oppidum regionis celebre & alia Florentinorꝝ plæraq; castella circa Macram flumen sita nõ multo negotio sibi uendicauit : Nam regionis eius populi seu metu seu rebus nouis studentes quod Florentinorꝝ iugum excutere cuperent: ultro sese dediderunt. Qđ cum animaduertisset Franciscus: ueritus ne cæteri municipes atque oppidani ea permoti causa: uicinorꝝ sequerent exemplum: maturãdum sibi putauit : ne hostis opportunitate usus in dies maioribus augeret uiribus. Quare cum uix satis pabuli copia in campis esset : exercitũ ad Sanctã Mariã admouit: municipiũq; ipsum ita acriter oppugnare aggressus est: ut paucis post diebus: muris plærisq; in locis frequentib⁹ bombardarꝝ ictibus quassatis ac dirutis: & municipes & qui in præsidio erant relicti milites impetrata salute Francisco cesserint. Quid autem in ea oppugnatione acciderit: nõ absurdum est memoriæ litterarꝝ mandare. Cum turris quædam cæteris eminentior quã pro arce eius municipii hostes custodiebant: assiduo tormentorꝝ ictu quateretur: tandem inopinantibus custodibus magno fragore extra municipium corruit. Interruendum aũt eorum unus qui in præsidio locati fuerant: genitrici Mariæ sese q̃deuotissime cõmendauit: Et quod miraculosissimũ est: ex cæteris omnib⁹ eius præsidii tam præcipiti ruina obrutis atq; obtritis

Ludouicus gonzaga capt⁹

& Marcy ad castellũ municipiũ

Serazana

ſolus ipſe qui Campanæ pulſatui in turris ſũmitate præerat: ſignũq; dabat ut reliqui ſibi cauerent: quotiens ſublatis pluteis bombardæ ſaxeas moles eſſẽt emiſſuræ: ipſe inq̃ ſpeculator incolumis intactuſq; euaſit cum incredibili quadam omnium admiratione ac ſtupore: His confectis rebus: Franciſcus propere inde mouet: & per lucenſes in lunẽſem agrum copias ducit. Eius aduentu caſtella oppidaq; omnia quæ per ſuperiorem hyemem hoſtis occupauerat: confeſtim in antiquam Florentinorum fidem rediere: Nam Picininus paulo ante reuocatus a Philippo in Galliam fuerat. Cauſa uero reuocandi fuit: Quod ueneti poſt captũ ſuſpicione perfidiæ obtruncatũq; publice Franciſcũ Cremagnolam: continuo præfecerũt uniuerſis eorum copiis Iohannẽ Franciſcum Mantuanũ principem. Is cum rurſus in bella reditum eſſet: pro iis quæ contra pacis fœdera Picininus ut demonſtratum eſt: aduerſus Florentinos in æthruſcis egerat: collectis uenetoꝝ iuſſu undiq; copiis per Borgomẽſes ad Adduæ ripam peruenit: quo flumine ingenti quadam celeritate ponte piſcatoriis nauiculis iuncto in Mediolanenſes exercitus partem traiecit: Sed repulſis continuo iis qui tranſiſſent: a Philippianis ducibus: coactus eſt mantuanus ipſe non paruo quidem detrimento retrocedere: pontemq; reſcindere: ductiſq; dein tamen in tranſadduanã oram copiis circũquaq; magno terrore omnia compleuerat. At ubi Picininus huic factus eſt obuiá cum Philippianis uiribus: non difficulter omnẽ eius impetum repreſſit: & ita repreſſit: ut amiſſa maiore impedimentoꝝ parte: in brixienſes redire coegerit. Quibus quidem rebus geſtis Picinin? relicta Philippi exercitus parte aduerſus uenetoꝝ copias rurſus ex Gallia in liguriá Pontremulũq; uerſus celeri agmine rediens ſeſe Florentinoꝝ uiribus oppoſuit: ſatis ſibi ſuperq; ducens ſi perinde ac Iſtmos inter Ioniũ ægeumq; pelagus & uenetis uideretur & Florentinis minime contemnẽdus. Erat autem Nicolaus ipſe in aggrediendis rebus & celeritate & animi fiducia quadam incomparabili adeo ut audacior quam prudentior iudicaretur. At Franciſcus Sphortia longe ſecus & habebatur: & erat: Nam ut animi magnitudine nemini cædebat: ita nihil aggrediebat̃: nihilq; agebat: qđ caſui potius & fortunæ: quam rationi & conſilio dandum eſſet: quibus artibus factum uidemus: ut Nicolaus &ſi præclare maximaq; facinora nõ ſolum iniit: ſed etiam obiit: quandoq; tamen ſeipſo exiſtimatus ſit longe inferior: quem & ſæpe ſuperatũ & magnas accepiſſe clades uidimus. Franciſcus contra quẽadmodum nunquam uictus eſt: ita maximas ac memorabiles victorias conſecutus eſt. Picininus in agro Pontremulenſi ſe continẽs ſatis habuit: ſi Florentinoꝝ uires Galliæ aditu prohiberet. Franciſcus ut Florentinis rem gratam faceret: eiſq; obſequeretur: ad lucenſe bellum ſe contulit. Erant. n. Florentini in lucẽſes: & ob mutuas uetereſq; iniurias & quod Nicolaum Picininũ ſuperiore

anno in eorum fines cum exercitu recepiſſent: & commeatu & omni re iuuiſſent: implacabilib⁹ accenſi odiis. Et quoniam Picininus cum eſſet in Galliam accerſitus: urbem lucam reliquerat firmiſſimo muni tam præſidio: cui præerat Moretus Sanazarius Iacobuſq; Ionates Pa pienſes & Sacramor parmenſis uiri fortes & longo belli uſu ſcientiſſi mi: non dubitabat: ea urbe ſeruata: quæcunq; amiſiſſet: paruo labore recuperatur⁹. Idcirco Franciſcus ea primum municipia oppugnare ag greditur: quæ erant in campeſtri planicie ſita: & ea prope uniuerſa nō multo negotio ad deditionē compulit: in iis capta ſunt caſamaior Nu cianum & id oppidum cui Monticarolo nomen eſt: arce munitū pœne inexpugnabili. Deinde ad Montana caſtella conuerſus ea quoq; metu perculſa in deditionem accepit. Quæ omnia Frāciſcus ut fidem ſerua ret: continuo Florentinis tradenda mandauit. Cæter⁹ ne illud quidem hoc loco reticēdum cenſemus admirabile & inauditum pœne ſingula ris continētiæ exemplum. Municipio ui capto quod Caſanoua appella tur: prædæq; militibus conceſſo. Rapiebant᷑ omnia ut fieri ſolet: nullo humano diuinoq; iure ſeruato. omniaq; militum libidini parebant: cumq; & mulieres & uirgines nō militiæ ſolum primoribus ſed ipſis quoq; infimæ condicionis famulis ꝓmitterent᷑. Puella quædam facie liberali ac uenuſta militum manibus ad explendam libidinē trabeba tur: hæc inter lachrymas crebra uoce clamabat: Ego me ipſi Franciſco comiti dico quod audientes milites: ne ducis iram aduerſus ſe concita rent: abſtinuerūt omni in puellam contumelia atq; maleficio: eamq; ꝓduxerunt ad Franciſcū tunc & Iuuentutis ardore & corporis tempera mento ad libidinem uenereaſq; illecebras procliuē & militari conſue tudine nihil ſe turpe ob id admiſſur⁹ exiſtimantē. Is puellam intutus eiuſq; forma ac pulchritudine non mediocriter illectus nequid tamen admitteret: quod accuſari poſſet: quæſiuit ex ea: num ita eſſet animata ut ſibi morem gereret: potius quam iis proſtitueretur: a quibus eſſet deducta? Illa parata ſum inquit: omnibus in rebus tuæ obſequi uolun tati: modo me ab horum manibus eripias. Quibus auditis: Franciſc⁹ iuſſit eam duci intra prætorium: atque diligenter ſeruari. Cumq; ad multam iam noctem conceſſiſſet in cubiculū: ubi puella continebat᷑: eam omniū primum rogauit rurſus: an eodem eſſet animo quo antea in ſe fore annuiſſet: cumq; illa in priore ſententia perſiſtens ſe omni bus in rebus ei libentiſſime paritura reſpondiſſet: iubet: ut exuta ueſti bus ad tunicam uſque ſe tranſferret in lectum: idemq; ipſe continuo facit: cumq; iam in uirginē incaluiſſet: illa uerecunda & magna cum reuerentia facie confeſtim oculiſq; conuerſis ad proximā uirginis Ma riæ imaginem quæ de more in cubiculo ſeruabatur: ait: O domine mi per intemeratā illam uirginem Mariam Saluatoris noſtri genitricem te etiam atq; etiam oro: & obteſtor: ne me uioles: ne me incōtinenter

attractes : neque uirginitatē meam quæ mihi anima ipſa carior eſt : polluas:ſed intactā potius & nulla turpitudinis labe inquinatā ſponſo meo quem habes captiuum atque uinctum:per tuam clæmentiā & per diuinam miſericordiā reſtituas. Quæ quidem uerba Franciſci animū tantopere ꝓmouerunt : ut omnem uim libidinis illico ſuppreſſerint: flamaſq; reſtinxerint : Puellam tamen interroganti quare antea non modo non petenti:uerum ne cogitanti quidem ad ſuam ſe uoluptatē tradidiſſet: Fertur: non inepte quidem illam reſpondiſſe:ſe uulgo iam pridem audiſſe: nihil eſſe apud eum iuſticia ac pietate antiqui?: quaq; ſe uirtutū ſpe frætam ea pro tempore locutam: quæ ſibi tandem ſuæ que boneſtati uſui forent : quibus uerbis Franciſcus maiore in uirginem pietate cōmiſerationeq; commotus iuſſit eam bono eſſe animo : quæ nullam eſſet iniuriam paſſura:ſed ſuum etiam ſpōſum qui apud gregarios milites quoſdam captiuus erat in uinculis:cōfeſtim aſſecutura: Id quod etiam Frāciſcus effecit:Nam ſua pecunia ſponſum redemit:qui cū eſſet coram adductus : & triſti lachrymabiliq; uultu ſponſam intueretur: quod putaret eam eſſe compreſſam : leniter illa uerecundeq; ſubridens Noli inquit:ſpōſe mi quicquam de mea pudicicia ſubuereri : Nam hui?clæmētiſſimi principis bonitate & gratia eadem ipſa nunc ſum: qualis eram ante captiuitatē . Tum etiam Franciſcus re cognita ſancte cōſtantiſſimeq; iurauit: nullam a ſe puellam nec ab alio quopiam paſſam eſſe iniuriam. Quibus Sponſus auditis ſublatis ad cælū manibus atque genu flexo q̄maxime potuit:Franciſco gratias agens: Tu inquit:mi domine non fallis eam:quæ de te eſt fama apud omnes pulcherrima:Nemo enim te uno inter homīes neq; humanior eſt neque clæmētior:Referat tibi Deus omnipotēs quæ ipſi non poſſumus:digna meritis tuis præmia. Iuſſerat interim Franciſcus multam in medium ſupellectilē comportari: quam ex ea municipii direptione fuerat per ſuos milites domeſticos conſecutus . Hanc cum puellæ adderet in dotem:eam illa nequaquā accepit:ſed gratias agens inquit: maxima ſunt in nos tua beneficia princeps clariſſime : Verum banc ego ſupellectilē ſi acciperem: iudicarent oēs uicini eam eſſe proſtratæ caſtitatis mercedem. At ipſa eo ſum animo: ut mori malim quam infamia huiuſmodi laborare. Tum Franciſcus liberali utroſque exceptos cōuiuio eoſdemq; laudatos dimiſit. Cæterum Franciſcus magna iam parte lucenſis agri potitus: ad ipſam urbem ductis copiis caſtriſq; circum mœnia poſitis ad negotia eius obſidendæ oppugnādæq; urbis ſe cōuertit. Erat luca nō modo altiſſimis muris altiſſimaq; foſſa & uallo munita: uerum etiam ut demonſtratū eſt: multo ualidoq; præſidio ēt ad erumpendū ne dum ad ꝓpugnandum parata. Et Franciſcus incluſū hoſtem frequentib?leuibuſq; prælijs in pugnam eliciebat. Erat enim ea urbs non tam ciuibus atque incolis quam peregrino milite longe

frequẽs:ex quo fiebat:ut laceſſiti iis prælijs lucenſes ac milites egreſſi urbem perſæpe manus cum boſte conſererent. Cedentibus conſulto Sphortianis:quo eiuſmodi arte obſeſſi audacius prodirent in pugnam id quod etiam Franciſco ex ſententia contigit: Nam lucenſes externiq; milites animo elati:quod non reſiſtentib? boſtibus ſuperiores ſe eſſe putarent:effuſis uiribus erumpunt:& magno animoꝝ ardore ferunt in boſtes. Frãciſcus qui iam inſidias per ſegetes parauerat: iubet ſuos tandiu cedere: quoad boſtes in inſidias traxiſſent: Tum Sphortiani tanta ui uertuntur in boſtes inſidiaꝝ ignaros:ut cum ſuſtinere impetum non poſſent:effuſo curſu pedibus ſalutem quærerent. alii interimuntur: alii capiuntur:alii hac illac fugientes in urbem ægre ſe recipiunt:parumq; abfuit:quin in ea pfligatione & uictores ſimul & uicti urbem ingrederent. Fuit ex eo die lucenſibus cautior pugnandi cura: quod nõ amplius ita temere egrediebant: ſatis ſibi ſuperq; putantes ſi mœnia tutarent. Inter hæc cum ueneti a Philippo ita acriter bello premerent:ut rebus ſuis haud mediocriter metuerẽt: præſertim quod IohannẽFranciſcũ mantuanũ non bono in ſe eſſe animo intelligerent: quippe qui Mantuæ ſe contineret: & potius cum boſte quam ſecum ſentire uideretur: finito ſtipendii tempore:quo ſibi antea obſtringebatur: hoc unum ſuæ ſaluti remediũ arbitrantur:ſi Franciſcus Sphortia relicto lucẽſi bello ſibi auxilio proficiſceret. Quare & eum rogabant: & Florẽtinos pro communi ſalute adhortabant:ut q̃primum is tranſiret in Galliam aduerſus Philippũ. At Florentini quoꝝ animi ut docuimus: ſemper ardẽtiſſimo fuere in lucenſes odio inflamati: non facile adduci poterant: ut uenetoꝝ poſtulatis aſſentirent:quæ quidem res nec Franciſco ipſi placebat: qui &ſi aliquando a Picinino turbatus lucenſem obſidionem ſoluiſſet: tamen eo in Montanã regionem ſaltuoſoſq; montes repulſo: rurſus ad oppugnandã urbem regrediebatur: quam ſi eius oppugnãdæ facultas daretur:non dubitabat ſe ad deditionem redactuꝝ. Sed ubi in dies acrius aduerſus uenetos bellũ ingrueſceret: & ipſi uæhemẽtiore quodam ſtudio Frãciſci in Galliam aduentum efflagitarẽt:uictus deniq; ſtatuit:annuentib? Florentinis dimiſſa lucenſi obſidione uenetis opem ferre. Itaque prius quam ab eo bello ætbruriaq; diſcederet:magnis uirib? impetũ facit aduerſus ea municipia:quæ circa Auſerem amnem ſunt:& urbi lucæ propinquiora:& ad huc in lucenſiũ fide perſtabant. Quibus captis Florentiniſq; traditis eoque præſidio impoſito ut nullus ne minimus quidem cõmeatus in urbem importari poſſet: Ipſe celeri agmine cum uniuerſis copiis ex ætbruria mouet:& ſuperato Appẽnino: ad menſem Octobrem paucis diebus ad Regium lepidi uſque proficiſcitur:quod progredi longius Padumq; tranſire ex fœdere quod ſibi erat cum uenetis ac Florẽtinis cogi nõ poterat:Nam honeſtatis eam ſemper Franciſc?babuit rationẽ:

ut aduerſus Philippum ſocerum copias nunquam niſi grauiter laceſſi
tus: duceret: nec illi ſua præſentia detrimenti quicquã afferret. Picini
parma nus autem contra ſe confeſtim Parmam contulit: copiaſq; circa eam
urbem locis tutis diſpoſuit. Franciſcus cum eſſet Regii: non mediocri
Philippo terrori eſſe cœpit: cũ undiq; ſe ab hoſtibus breui preſſum iri
intelligeret. Itaq; nuncios propere ad Nicolaum æſtenſem mittit: qui
eum cum per ueterem amicitiã rogent: tum etiam fidei iure qua ob
acceptum iam ab ſe Regium erat obſtrictus: admoneant: ne uenetis
ueteribus ſuis hoſtibus quã ſibi uiro amiciſſimo & fraterna quadam
coniuncto neceſſitudine adeſſe malit: Quibus Nicolaus auditis: quod
ſua ſponte ut ſuis etiam rebus proſpiceret: facturus erat: non diſſimu
lanter Philippi annuit poſtulatis. Quare continuo ad Franciſcum lega
tos mittit: qui eũ doceret: nullo pacto ſe paſſurꝝ: ut ex ſua urbe Regio
ſuiſq; finibus bello Philippus laceſſeret: quod turpiſſimũ ſibi fore iu
dicaret: ut qui a Philippo Regium dono acceperit: ab ea poſtea urbe
bellum aduerſus eundem inferri pateretur. Hoc ſi fieret: futurꝝ ut per
fidiæ accuſaret ab omnibus. Quod Franciſcus non inuitus audiuit:
qui non libenter eſſet in Philippum bellum moturus: Qua re cognita
ueneti per legatum ſuũ Andream Maurocenũ magna in ſua ciuitate
& prudentia & auctoritate uirum multa a Nicolao adhortatione petie
runt: ut ſuam mallet quam Philippi amicitiã ſequi. Non enim eum
ignarum eſſe oportere: Philippum non diu ſupfuturꝝ: qui unus eſſet
ſine liberis maribus & mortalis. At uenetorum ſenatum ſempiternũ:
quare ſi ſaperet: prudenti? ſecum ageret. Cæterꝝ Nicolaus neq; adhorta
tionibus ullis neq; etiam occultioribus minis ſententia amoueri po
tuit: neq; item pollicitationibus multis maximiſq; adduci: ut ab bone
ſtate officioque diſcederet. Legatus a Nicolao re infecta cuius cauſa
uenerat: ad Franciſcũ celeriter profectus multis ab eo precibus multis
propoſitis præmiis contendit: ut Padum ſaltem traiiceret: ſeque aliis
uenetorꝝ uiribus iungeret: quem cum fruſtra rogaſſet: denũciauit tan
dem illi ſi ſecus faceret: fore: ut nullum deinde à uenetis ſtipendium
acciperet: uelut qui nulli iis uſui fuiſſet. Ad hæc Frãciſcus non inuitus
reſpondit: ſe quoq; omni fœderis iure quocũq; uenetis obſtringebat:
liberum eſſe: poſteaq̃ ab illis factum eſſet eius ſoluẽdi fœderis initiũ.
Dein paucis poſt diebus in æthruriã reuerſus in agrum Piſanum rur
ſus hybernatũ conceſſit. Per eoſdem dies a Florentinis diſceſſum eſt
ab ſocietate quæ ſibi antea cum uenetis fuerat: tum ob negatũ Franci
ſco ſtipendium: tum etiam quod ſatis aperte intelligerẽt: non placere
uenetis: ut ipſi quoꝝ ope & Brixiam & Bergomũ adepti fuiſſent: Luca
potirentur: quod in hodiernũ uſq; diem a multis iactatur. Quibus con
ſtitutis rebus Philippus ad Franciſcum mittit: qui eum hortarent: ut
pro ea quæ ſibi erat cum Florentinis beniuolẽtia: & ſumma in primis

cum Cosmo medice familiaritate operam daret de soluendo bello: qđ Florentini aduersus lucenses non sine graui utroq; impendio atque detrimẽto tandiu gessissent: Quod eo facilius ac libentius Franciscus Florentinis persuasit: quod Philippus se cum Florentinis ipsis pacem factuꝝ dixisset: & spem nõ dubiam Francisco ipsi dedisset de tradenda propediẽ Blanca uxore: quam antea ut demonstratũ est: eidem se daturum promisisset. Missis igitur Pisas ad Frãciscum a Philippo de pace legatis nõ difficiles sese Florẽtini ad res lucenses componẽdas præstiterunt: qđ tam diuturni belli detrimẽta cum intolerabili prope ærarii sui ciuiumq; sumptu permoleste ferrent: legatis agentibus interuẽtu maxime Franciſci pax tandem lucensib? rei frumẽtariæ inopia & omni pœne commeatu durius laborantibus concessa: restituta municipia & oppida fere omnia: quæ antea amisissent perpaucis tamen quibusdã retentis conseruãdæ pacis & societatis gratia: Nam societatis quoq; fœdus inter eos initum & inter Philippum item ac Florẽtinos Franci sco eodẽ autore pax renouata. Cæterum Philippus quo magis in dies singularem Franciſci prudentiã & animi magnitudinẽ secum mente uersabat: eo magis ad eum diligendum incendebaꝫ: Videbat. n. quantum momenti quantumue accessionis rebus suis futuꝝ esset: si eum arctissimo nodo sibi adiungere posset. Itaque blandiendo paterna quadam auctoritate atque caritate monendo: pollicendo: donãdoq; nihil omnino prætermittebat: & ut planius intelligeret: non uanam esse nõ simulatã eam matrimonii gratiam: quam in despõsione Blancæ filiæ fecerat: Dertbonã & Astam dotali nomine ei tradidit: hac adiecta condicione: ut socero se excepto ipsi liceret: aduersus quos uellet: arma inferre: & abstinere quibus collibuisset: quod pspiciebat ea esse Franciscum ingenii bonitate: ut nihil contra decorum nihil contra officium facturus uideretꝫ. His rebus compositis cum omnia in ætbruria pacata essent: Franciscus omnem suam cogitationẽ studiumq; conuerterat ad transferendũ in Appuliam bellum: quod sibi necessarium fore arbitrabatur: tum ut reuiseret: cõfirmaretq; eorum oppidoꝝ atq; urbium populos: quos in eo regno ex paterna bæreditate ut docuimus: fuerat consecutus: tum ut Renato regi auxilio esset: cuius partes & ipse & sui omnes iandiu aduersus Alphonsum quem sciebat infenso in se esse animo: defendissent: Nec id quidem Philippus improbabat: nam & si miti erat ingenio & animo longe elato: non poterat tamẽ in Alphonsum non cõmoueri: qui non tam accepti oblitus beneficii quam odio & liuore quodam uæbemẽter ardere uideretꝫ: cum intelligeret Philippum sua captiuitate gloriam adeptum sempiternã: suum uero nomen quod amplissimũ per omnem Italiam fuerat: obscurius redditum: ita Franciscus soceri hortatu: ineunte uere in Appuliam aduersus Alphonsum signa uertere cõstituit. Dum hæc in ætbruria gerunt: Eugenius

pontifex Ferrariam ſe contulerat: ad excipiẽdum Iohannem palæologũ græcorum Imperatorẽ: qui Venetias aduentare dicebatur. Cauſa eius in Italiam aduẽtus hæc fuit. Quod in Baſilienſi concilio de quo ſupra mentionẽ fecimus: excitatus fuerat ad uniendam orthodoxam fidem Dei ab Eugenio negotiũ eius conficiendæ rei ſuſceptum: quo illius concilii exiſtimationẽ minueret. Itaque Imperator prius auctoritate eius concilii permotus cum eo loci ſe uentum dixiſſet: ubi Papa & concilium foret: Indicto Ferrariæ alio conuentu cũ illuc Pontifex acceſſiſſet: perfacile eo quoq; græcos traxit. Hic cum aliquandiu de unionis negotio agitatum eſſet: ſuperueniẽte peſtilentia græci cum pontifice Florentiã ſe tranſtulerũt. Vbi poſt aliquot menſes: unitatẽ ac concordiam iniere: ſublatis circa fidem quibuſdam erroribus. Fuit græcorum numerus qui Florentiam ierunt: ſupra qngentos: in his præter Imperatorem Demetrius eius germanus frater & Patriarcha Conſtantinopolitanus cum plæriſque Archiepiſcopis ac inſignibus ſacerdotibus: multi præterea cum Imperatore proceres ac litterarum non ſacrarum modo ſed gentilium etiam peritiſſimi. Miſerat ſub idem tempus Nicolaus picininus in Pelignos: quos nunc uno noĩe Brutios appellant: Franciſcum filium cum militũ manu: qui Alphonſo ſuppetias ferret. Is ubi in eam regionem peruenit: Aſculanis qui in Picentium finibus ſiti Brutiis finitimi ſunt: exulum hortatu bellum intulit: eorumq; agros populabundus ad ipſas uſque urbis portas incurſionibus prope quotidianis grauius premebat: parumq; abfuit: quin per proditionẽ exulibus ipſis auctoribꝰ eam urbem occũpauerit. Sed miſſo propere a Franciſco cum equitatu Iobãne Sphortia fratre: ita hoſtis impetus repreſſus eſt: ut aduerſis præliis quibuſdã repulſus in umbriam qua uenerat: redierit: Vnde poſtea tranſmiſſo per agrum peruſinũ Appẽnino: Fabrianenſes exulum quoq; ſuaſu ſpe potiũdi oppidi turbare cœpit: municipiis non nullis per deditionem captis rurſum Franciſcus Iohannem fratrem & Nicolaum piſanum cum uiribus celeriter proficiſci iubet: qui cum numero illi impares eſſent: neque eum Fabrianenſiũ finibus pellere: neq; amiſſa recuperare municipia poſſent: eodem a Franciſco Thalianus foroiulian? ſuis cum ordinibus ſupplemẽto mittitur: cuius aduentu Picininus territus in umbros reuertit: municipia rediere in Fabrianenſiũ fidem. Thalianus poſt hoſtium fugam: in Camertes ut erat a Franciſco iuſſus: copias ducit: q paulo ante Picinini confidentia fræti: ab Franciſci amicicia atq; fœdere turpiter diſceſſerant. Sed ubi Thalianum eorum fines intraſſe cognouerũt: eum rurſus per nuncios clanculum tentare cœperunt: ut relicto Franciſco ad ſe tranſiret. Idem pollicitationib? multis Picinin? facit: Nec fuit difficile homini auaro & uenali perſuadere qđ magnopere appetierat. Nam cũ boneſtiſſimæ illi militiæ cõditiones ſũma inſuper præmia proponerent: quæ eſſet a

Philippo duce consecutur? : hostis imperatori suo factus relicta cesæ colũbæ municipii obsidione:arma in ea municipia repẽtino ac magno tumultu uertit:quæ in Camertibus Sphortiano præsidio tenebantur. Dein se Picinino iungit:& adiutorib?Camertibus quicquid agri in ea regione q̃ inter umbros Picentesq; positã dixim?:Fráciscus obtinebat: partim metu uoluntariaq; deditione:partim ui & longa obsidione in priorem Camertiũ dicionem redegerũt. Per eosdem ferme dies Spole tani aduersus Pyrrhum Abbatem casinensem: quem Eugenius ponti fex eorum urbi præfecerat:ob diuturnã durioremq; illius adminiſtra tionem rebellione concitata arma sumpserant:arcemq; quo se recepe rat Pyrrhus:ita undiq; circunsepserãt:ut nihil eo cõmeatus importari posset . Quare præfectus ad extremam rei frumẽtariæ inopiam dedu ctus ad Picininum Thalianumq; qui proximi erant:quãuis Romanæ ecclesiæ ciuitatibus infesti:mittit:qui peterent auxilium : prædamq; illis opulentam pollicerent̃. At duces ea spe facile adducti confestim omnibus copiis eo proficiscunt̃:ac fugatis iis primum qui arcem obsi debant:immissisq; qui fores refringerent:urbem continuo toto exerci tu ingrediunt̃: obsistentibusq; nullis occupant : & a nullo maleficio nullaq; iniuria tẽperantes uicatim diripiunt.Non multis post diebus graui bonusti præda reliquere urbem omnibus bonis spoliatã. Picini nus in Perusinos suos:Foroiulian?a Philippo accitus in Galliã profici scitur: At Franciscus Sphortia ornato atque instructo rerum omnium copia exercitu ad prima signa æstatis ex Pisano mouet:& iustis itineri bus non prius restitit:quã Cortonẽsem agrum ingressus: haud longe a Thrasimeno lacu castra posuit . Eius aduentus rumore in umbros regionesq; finitimas perlato : Assisini territi quorum in agrum iam exulum suasu Iohannes Sphortia puenerat cũ iis copiis quas in Picen tibus habuerat : eo consilio:ut fratri in Neapolitanũ regnum profici scenti se adiungeret : ad Franciscum legatos mittunt:qui sese ei atq; urbem dederent:quos Francisc?ut res diesq; ferebat : minime aspernã tus:præsertim ut a Braciana factione quam sectabant̃:auerteret : po stulatis omnibus haud difficulter impetratis:lætos Assisium remisit. Contra arces uero quæ urbi impendent:& tunc in Cosmi Medicis Flo rentini erant potestate : ab Eugenio acceptæ pecuniæ causa traditæ nihil temptatũ.Sub idem tempus Nursini aduersus ceretanos bellum gerebant:finitimos suos antiquis odiis atq; discordiis infestos:iamq; Cæretani eo redacti erant:ut cibarioꝝ penuria assiduisq; oppugnationi bus uim belli diutius sustinere nõ possent. Itaq; ubi acceperũt Franci scum in propinquo iã esse:illico eius signa sustulerũt: simulq; missis ad eum nunciis ut sibi in tanto rerum discrimine auxilium ferret: fa cile quod supplices petierant:exorarunt . Nec tamen segnius Nursini in bello persequi perseuerabant : Nam delectu undique ex proximis

municipiis habito:ut eſt agreſtiũ multitudo non parua:longe maiore ui maioreq; conatu oppidum oppugnabãt: ſperantes prius quam ab Franciſco auxilia mitterent: eo ſe oppido potituros. At Franciſc? legatis ad Nurſinos miſſis phumaniter eos monet:ut omni oppugnatiõe atque iniuria Cæretanor; abſtineant:ſuos enim iam factos eſſe:Quæ ubi Nurſini audierunt:ſtulte reſpondẽt:mirari ſeſe non mediocriter: quid ſibi Franciſcus uelit:cum nullo iure auxilium ferre poſſit Cæretanis:quos ipſi eor; culpa in numero hoſtium habeant:& iam oppugnationibus fameq; coactos:in proximũ euerſuri ſint.Hoc reſponſo legatis in caſtra reuerſis Franciſcus Nicolaum piſanum & Petr;brunoriũ cum ualida peditũ manu paruoq; equitatu pro locorum natura iubet confeſtim Cæretanis in extremo conſtitutis periculo ſubſidium ferre. Hi imperata die noctuque facientes tanta celeritate eo maturarũt: ut prius Nurſinor; caſtra capta:quam de eorum aduentu quicquã cognitum ſit: ac ab erumpentibus Cæretanis Nurſini partim capti partim per iram cæſi: ſupra quadraginta cum ſe proximo Nari flumini præcipites cõmiſiſſent:fluminis rapiditate omnes abſumpti.Cæretanis per hunc modum obſidione liberatis Iohánes fratris iuſſu: Piſano & Brunorio cum peditatu ſibi additis Nurſinor; agrum inuadit:Franciſcus cum reliquo exercitu Fulgineo admouet. Dominabatur adhuc ei urbi Corradus trincius:qui Bracianas partes ſecutus:bracianos omnes nõ tam Franciſco quam Romanis pontificibus infeſtos & iuuerat ſemper & aluerat.Quibus de cauſis & ſi eum principatu omnino Franciſcus ſpoliare inſtituerat: quod non difficile erat: regulum omni militari & domeſtico & peregrino auxilio deſtitutum domo pellere:tamen quod pacem ſuppliciter orabat: quodq; pontifici eccleſiæq; romanæ fidem & ipſi Frãciſco amicitiã pollicebat:præſertim ne id cœpto in pelignos itineri moræ eſſet:in eum bello duxit abſtinendũ.Itaq; Corrado reconciliato atq; in amicitiã aſcito quam ſolidiore etiam uinculo confirmãdam duxit:eius filia Leoni fratri in matrimoniũ data mox exercitum in Nurſinos agit. Eius præſentia tantus illico omniũ animos pauor occupauit: ut ꝓximis oppidis municipiiſq; omnib?paucis diebus aliis ultro deditis aliis ui captis nihil reliqui eſſet: niſi ad ipſam urbem Nurſiam obſidendam exercitus uerteret: nec mille paſſibus amplius Franciſcus aberat: eo conſilio: ut poſtridie caſtrorum corona urbem cingeret: cũ Nurſini & recenti clade & tot deinde acceptis detrimẽtis perterriti in caſtra legatos ad Franciſcũ mittunt:pacem miſericordiãq; petentes.Eius legationis principes erant Benedictus reguardat?Philoſophus ac medicus illuſtris & Iacobus ſilueſtrin? uterq; antiqua familiaritate Franciſco beniuolẽtiaq; coniuncti.Hi poſteaq̃ exponẽdæ legationis copia facta eſt:miti oratione Franciſcum rogant: ut Nurſinis ignoſcat:in miſeros ſuppliceſq; clæmentia utatur: Nam quod actum

erat præter ipſius uolũtatem: id omne prodiſſe non prudentium uirorum conſilio ſed uulgi temeritate atq; impetu: debere apud eum iam pridem increbruiſſe: quod prouerbii loco de Nurſinis dici ſolet. Cum enim de rebus publicis cõſultandis in concionem coguntur: alta uoce proclamabat præco: Exeant omnes litterati & ſapientes: Quod Franciſcus audiens ſe a riſu continere non potuit: ſubditq; continuo. Ignoſcatur igit̃ ſtultis & indoctis: patiamurq; litteratos & ſapiẽtes exorare: quod a nobis petunt uiri amiciſſimi atq; optimi: Et ita impoſito leui tributo quod propediem penderent: paceq; data: qcquid agri ceperat: q̃liberaliſſime eis reſtituit. His confectis rebus: in pelignos procedit: ac infeſto exercitu Ioſiæ aquauiuani omnium primũ fines ingreſſus: cuncta circunquaq; tumultu ingenti cõplet: cuncta excurſionib? longe lateq; uagantibus per loca militibus populat̃. Quod ut faceret: Ioſias ipſe fuerat in cauſa. Is enim Tharaconenſiũ partium factus nunquam deſiterat aſculanos ſibi finitimos: qui ut oſtendimus: Franciſci dicionis erant: armis laceſſere: Franciſcũ picininum exuleſq; ſuis finibus ſuiſq; oppidis receperat: copiis auxerat: cõmeatu & opibus iuuerat: quo bellum aſculanis inferrẽt: conatuſq; erat illorum urbem per inſidias ſibi uendicare: quod effeciſſet: niſi fulginatus quem Bracium peruſinum in aquilana pugna ad necẽ uulneraſſe diximus: obſtitiſſet: Nam cum is forte eo ad reuiſendam familiam profectus eſſet: cõcta repente amicoꝝ manu urbem ab illius proditoꝝq; inſidiis ſeruauit. Vt autem in eam regionem Franciſcus uenit: Ioſias timore concuſſus: interamnam ſe recepit. At Franciſcus celeri agmine eodem ſe contulit. Ioſias uero de boſtis aduentu certior factus: confirmatis ad reſiſtendũ ciuiũ animis: cum diceret: ſe breui cum uiribus regiis redituꝝ: ſaluti ſuæ conſulens: inde paulo ante abierat: auxilium ab Alphonſo petiturus. Interamnẽſes igitur præſentis periculi magnitudine territi: oppugnationemq; ferre poſſe diffiſi: Franciſco ſeſe dediderũt. Qua recepta urbe ita cæteri populi animis ꝓſternati ſunt: ut nullo ferme negotio Fabianenſes & alia plæraque Ioſiæ oppida interamnenſiũ exemplum ſecuti ſint. Nec multis poſt diebus qcquid urbiũ ac oppidoꝝ eſt ab Truento ad Aternũ uſq; flumen: in Franciſci deuenit poteſtatem. Fuere oppida non nulla quæ cum temere in fide permanere niterent̃: nullo labore expugnata ſunt: ac militibus prædæ conceſſa. Per idem tempus Renatus captiuitate tandem ſolutus Neapolim claſſe aduectus: cum inueniſſet rem Neapolitanã prope obrutã & in magno poſitam diſcrimine quod Alphonſus maiorem regni partem conciliatis proceꝝ ac populorum animis in ſe traduxerat: cõfeſtim coactis iis copiis quas pro tempore cogere potuit: accitoq; Iacobo caudola aduerſus ea oppida quæ boſtis præſidio non longe a Neapoli tenebant̃: eduxit. Alphonſus aũt quo Iacobum a Renati auxiliis auerteret: ex Campania in pelignos

mouit : Caudolanoꝝ agros oppidaque omni belli clade uaſtare cœpit. Quare Iacobus grauiter permotus relicto rege ad ferendam ſuis opem celeriter contendit: impetumq; Alphonſi primo aduentu repreſſit: Nec multo poſt eodem quoq; Renatū cum reliquis copiis ptraxit. Alphonſus uero & qđ a Renato & Iacobo urgebat̃: & quod etiam de Franciſci Sphortiæ in brutios aduentu certior fiebat: Increbreſcebatq; quottidie rumor: illum ad Renatum propediem uenturꝝ : e conſpectu boſtis in loca montuoſa ac tuta ſe recepit. Dein in Campaniā rediit: ueritus ne ſi Franciſc⁹ Renato iungeret̃: ſolus tantis uiribus reſiſtere non poſſet, Erant enim ob Franciſci in brutios aduentū omnia apud Alphonſum mutata & formidinis plena: Iamq; diffidere rebus ſuis cœperat: qui ſe uictoré fore paulo ante arbitrabat̃ : & niſi ad Philippi opem confugiſſet: ubi facile ſuæ ſalutis remedia inuenit: actū procul dubio de regno erat: Iam Franciſcus Aternum ſecundis procedens rumoribus ad interiora regni tranſire parauerat: quo ſe Renato iungeret: cū multa prope uno tempore inopinanti occurrunt: quæ non mediocriter eius animū pturbarunt: conſilia mutarunt : & cœptum aduerſus Tbaraconenſes bellum non retardarūt modo: ſed omnino alio uerterunt. Philippus. n. ubi uidit Alphonſum ad ſe ſupplicem confugiſſe imploratū auxilium haud moratus: omiſſis iis quæ nō multo ante ut oſtendim⁹: Franciſco promiſerat: eum crebris & litteris & nunciis rogat: obſecrat: & deniq; monet : ne in Alphonſum regem qui eſſet ſibi ſumma neceſſitudine artiſſimoq; fœdere coniunctus : pro Renato Rege quem inimiciſſimū omnium haberet : quicquam moliatur: ne ſuis bellum inferat : neue longius aduerſus eum progrediat̃: ſed in picentes retrocedat. Præterea Florentinos per nuncios hortatur: admonetq;: ut Franciſcū quem ſua pecunia alerent: ab omni Alphonſi iniuria amouerēt: qui ſi non audierit: ſtipendia illi pendere abſtineant: nullaq; re amplius iuuent: quod niſi fecerint: ſe confeſtim bellum in æthruriā moturum dicit. Deſcenderat Nicolaus picininus ex æmylia cum exercitu in Flaminiam per ſimulationē in umbriam tranſeūdi: ut inde poſtea in Pelignos proficiſcens: Alphonſo auxilio eſſet: quo tempore Franciſcus ex æthruria mouerat: eodem acceſſurus. Is cum regionem eam omni militari externo que præſidio uacuam inueniſſet: facile in ſuam poteſtatem redegit: & Foroliuianos primum deditione ultro facta ſibi aſciuit: & Hoſtaſium polentanū paulo poſt a uenetis cum ipſa urbe Rauēna cui imperabat: deſciſcentē ſuæ partis fecit. Inde poſtea rediens Immolam dedētibus ſeſe ciuibus in fidem accepit. Poſt hæc conſpirantib⁹ non nullis bononienſibus ciuibus Bononiam flectit: quam facile a pontifice Eugenio per factionem bentiuolam auerſis omniū fere animis occupauit. Hæc tam repens tot urbium defectio tantaꝝ reꝝ mutatio & tanta Philippi fortunis acceſſio Florentinoꝝ animos q̄maxime terruit: cū ne iis qdem

terminis quietuꝝ eum existimarent. Quare Franciscū hortanť: rogant que: ut suæ amicoꝝq; salutis uellet habere rationem : quod erat: ut a cœpto in Alphonsū itinere susceptoq; bello desisteret. Erat enim tunc Philippo in ea re obsequēdum: quod si secus fieret: necesse Florentinis fore: ut stipendia in reliquum tempus ei negarent : prius quam ipsi bellum Philippi in sese concitarent. Quibus ex rebus Frāciscus facile cognouit: non bono in se Philippum esse animo iam consilia mutasse: nec quicquam eorum quæ sibi promisisset: seruatuꝝ: præsertim quod & Blancam filiam iam suis legatis ad eam traducendā Mediolanum missis tradere negasset: & promissas pecunias pendere recusasset. Hæc &si grauia erant: & minime ferenda uidebanť: cum in ipso potissimū uictoriaꝝ cursu ab inito aduersus Alphonsum bello cuius se uictorem fore non dubitabat: abstinere cogeretur: tamen ne Florentinis deesset: quorum amicicia non seruare solum: sed augere instituerat : Visum est ei soceri uoluntati assentiendū. Itaq; factis cum Alphonso induciis ea lege ut si forte alteri bellū alter inferre uellet: id prius per bimestre indiceret: in agrum picenum uersis signis ad Saxoferratū copias egit: quod est oppidum baudquaq̄ ignobile non longe a Fabriano situm populo frequēs & agri fertilitate opulentū. Quo eo libentius accessit: ut acceptas per superiora tempora ab Regulo eius oppidi iniurias ulciscceretur. Eo ubi peruenit: continuo oppidum expugnare adortus: non multo labore ui captum in prædam uertit: ubi totum fere Septembrē reficiendi exercit? causa cōsumpsit. Inde postea in Tholētinates duxit: qui superiore anno a finitimis camertib? sollicitati defecerāt: admotis que dein oppido castris uineis machinisq; cæteris muro adactis: oppidani ita territi sunt: ut paucis post diebus sese Franciſci fidei permiserint. Camertes interim omni externo auxilio destituti: rursus de pace ad Franciscum legatos miserunt: quos quia byems suberat: non repudiandos censuit . Itaque reconciliatis per hunc modum Camertibus stipēdiariisq; tertio factis rebusq; aliis pluribus eadem æstate secūde gestis Franciscus copias per Picenū agꝝ dispartit? in byberna cōcessit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER QVINTVS.

Nter hæc Philipp? renouandi aduersus uenetos belli tempus idoneum nactus maioribus quam unquam antea: uiribus eo animū mentemq; uerterat . Multa enim eodem fere tempore per Italiam successerant : quæ illū ad id & bortabanť: & incitabant. Florentini supiorib? bellis ei semp infesti: relicta ut prædixim?:

uenetoꝝ ſocietate quieſcebāt. Alphonſū recentiſſimo beneficio artiore quodam fœderis iure ſibi obſtrinxerat. Franciſcum Sphortiā a uenetis auerſum amicum potius quam aduerſariū futurum ſperabat. Fuerat præterea in baſiliēſi concilio ipſius maxime Philippi opera Amadeus ſabbaudian⁹ princeps romanus pontifex declaratus: cui felici nomen fuit: eo conſilio: ut Eugenius qui uenetis fauebat: in ſuo pontificatu turbaretur. Iobannēfranciſcū mantuanū inſuper qui hactenus uenetas partes ſemper ſecutus fuerat: ſibi aſciuerat. Poſtremo Flaminia prope uniuerſa in dicionem redacta illi parebat. Quibus rebus: apparebat Philippum ſuis opibus facile uenetos ſuperaturꝝ: ac pro uolūtate illis præſcripturꝝ. Itaq; Nicolaum Picininū pacata Flaminia in æmyliam reuocat. Is quid ab eo fieri uellet: edoctus mox in Cremonēſes traiecit & contracto undique exercitu Caſalemaius quod ſuo præſidio ueneti firmauerāt: obſedit. Oppidani ubi aliquandiu oppugnationē ſuſtinuiſſent: & nihil auxilii mitteret: dedidere ſe boſti. Catamelata interim quem ueneti poſt Mantuani diſceſſum ſuis copiis præfecerant: circa Olii ripam cum exercitu boſtis tranſitu probibendi cauſa ſubſtiterat. At Piciminus: cui nihil erat magis curæ: recepto Caſali quam in boſtiū fines tranſire: pontem in Olio qua boſtis aberat: Iobannefranciſco adiutore faciendum curat: quo perfecto exercitum in brixienſes: repugnantibus nullis: traducit. Catamelata quod longe eſſet boſtium uiribus impar: optimū iudicat in primis exercitus incolumitati cōſulere. Proin copiis ad balneolum uicum Brixiæ proximū ductis foſſa & aggere caſtra munire contendit. Piciminus in ſumma boſtium trepidatione ac tumultu Brixiēſium fines ingreſſus ad dexteram flectit: quæ ad orientem ſpectat ſolem: Mantuanūq; cum militibus ad quattuor millia ſibi adiungit. Fit ex ea re q̄primum tantus municipum ad eum de deditione concurſus: ut omnia ad ipſum uſq; Benacum in Philippi uenerint poteſtatem. Dein ad læuam occidentemq; ſigna uertens ad Balneolum unde paulo ante Catamelata abiens intra urbis clauſtra ſe contulerat: caſtra locat. Mantuan⁹ cum ſuis Mintium tranſgreſſus in Veronēſes irrumpit: & quicquid citra Atheſim & circa Benacū ueneti poſſidebant: in dicionem redegit: Valegio cum ipſa arce & latericio ponte quem unū omnino ueneti in Mintio obtinebāt: potitus. Picininus quod agri in plano relinquebat̄: paucis diebus in fidem accepit: non nullis captis equeſtribus præſidiis. Dein ad montanā regionem conuerſus Rboadum oppugnare aggredit̄. Catamelata contra eductis copiis per ſaltus montanoſq; colles tueri oppidū conabatur. Piciniuus obſidione ſoluta in eum proficiſcit̄: & non longe a Rboado collatis ſignis prælium haud leue committit̄. Cum oppugnatū eſſet utrinq; aliquandiu fortiſſime: diſceſſum eſt pari ferme euentu. Catamelata Brixiam unde pridie diſceſſerat: Piciniuus ad oppugnandum rurſus

Rhoadum reuertit: eoq; recepto: Iseo qđ est oppidum in sebino lacu: unde Olius manat amnis: situm: expugnato ac in prædam uerso: regionem reliquam non multo negotio ad deditionē compulit. Catamelata interim relicto Brixiæ præsidio: Veronam cæteras copias traducere statuit: ueritus ne si diutius ibi desideret: ab imminēti hoste: intercluſis undiq; itineribus: aut fame tandem cum ipsis ciuibus perire: aut in hostium manus uenire cogeret. Supererat in tanta rerum difficultate unum tantūmodo ad salutem iter: quod erat per montanos saltus: & id quidem perdifficile & non satis tutum: Nam quo minus per planiciem iter faceret: intercluſis omnibus a mantuano aditibus: Mintius prohibebat. Catamelatæ tamen tentare placuit: si flumen uadis uelut in medio æstatis feruore transire posset. Sed cum de prima uigilia mouisset: & occupatas a Mantuano e regione fluminis ripas inuenisset: Brixiam irrito conatu rediit: unde haud diutius imoratus per Alpinos confragosos; montes maturat pficisci: & die quinto non sine magna difficultate ingentiq; omnium periculo Veronam peruenit: amissis tamen octingentis circiter equitibus. Cæteq; Picininus Brixiensi agro perdomito: hostibusq; fugatis: Brixiæ admouit eo quidem animo: ut ad eam obsidendam oppugnandāq; urbem uires undiq; intenderet. At ueneti tanta belli magnitudine pressi nullum remittebāt tempus ad ea excogitanda quibus & potētissimi hostis uim in præsentia sustinerent: & iminentissimo urbium suarum Brixiæ ac Bergomi periculo consulerēt. Quare non solum nouo militum supplemēto augeri suum exercitum: sed alium etiam belli ducem rerumq; suarum defensorem parari oportere rati: rursus ad Franciscū Sphortiam animum mentēq; uerterunt. Itaq; ad eum legatos propere mittunt rogatum: ut dimisso Philippo sibi auxilio esset: quod ut faceret: magna ui auri magnisq; condicionib? propositis contendebāt: multa de mutabili Philippi ingenio cōmemorantes: qui non diu sciret in eadem manere sententia: & ob id non posse spem certam in eo haberi ullā. Venetos contra quicqđ se facturos recepissent: inuiolate præstare. Florētinos præterea de renouanda societate hortantur: idq; ad cōmunem salutem plurimum pertinere demonstrant. Ii cum uiderent Philippum antiquum hostem iam bello superiorem factum in diesque maioribus augeri uiribus: quem consumptis uenetoq; opibus nequaquam ab se temperatuq; existimabant: facile ad sustinēdam rem uenetam animum induxere. Itaq; repercusso fœdere: Francisco suadent: utriusq; reip. causam aduersus Philippum armis tuendam suscipiat: & in Galliam cum primum liceret per tempus: trans Padum ad ferendam uenetis opem proficiscat. Franciscus uaria animo agitare consilia cœpit: Philippum in primis inuitus deserebat: unde uxorem iamdiu exoptatam habere expectabat: cuius causa aliquando mediolanēsem principatum: Philippo liberis maribus

carente:conſequi ſperabat. Accedebant contra multæ indignationū ira rum q; cauſæ:quæ ab illi⁹ principis amicicia longe eius animū aliena bant:memoria ſcilicet præteritor⁹ temporum:negata adhuc uxor:quā ſibi tradere recentiore fœdere promiſerat : & ob eam cauſam nuptias Firmi parari:amicos inuitari:legationes ad celebritatem ab ſuis mitti iuſſerat:pmiſſa itē pecunia non ſoluta non ſeruata de bello in Alphon ſum gerendo data fides . Poſtremo facile intelligebatur:neque tantis Philippum affluere opibus:ut uno eodemq; tempore duobus ſummis imperatoribus ſuppeditare pecuniam poſſet: neq; ſi illi earum rerum copia eſſet:utroſq; de belli gloria inter ſeſe decertantes poſſe diu apud eundem militare:quod neceſſarium eſſet:ut altero depreſſo : alterum ſubleuaret:atq; præferret:eiuſq; rei iam factum eſſe periculum.Quod &ſi Philippus per legatos Franciſcum in amicicia continere ſtudebat: & multa pro illius dignitate atq; commodo ſe factu⁹ dicebat: tamen non obſcure perſpiciebat̃: illum aliud moliri:cum Picininū non tam rebus bellicis præfeciſſet:quam omnem ad eum adminiſtrandæ reip. auctoritatem detuliſſet:quod genero poſthabito feciſſe depræhendeba tur:quāuis illi enunciaſſe Picininum feratur:Si Franciſcū Sphortiam ad ſua ſtipendia traduceret:ſi filiā ei in matrimoniū traderet:ſe illico ab eo diſceſſu⁹. Hæc Franciſcus diu multumq; metitus uenetor⁹ tan dem partes ſequi inſtituit : cum præſertim pecuniæ inopia maxime premeret̃:nec amplius eo duntaxat ſtipendio quod a Florentinis perci piebat:milites alere & in fide continere poſſet. Itaque fœdus in quin quēnium bis condicionibus firmatur : ut uiginti ac ducenta aureum nummū millia quot ānis Franciſco ueneti Florētiniq; ſimul pendant. Quicquid urbium oppidor⁹ue in Italia poſſideat:ſuo ſumptu aduerſus quoſcunq; tutentur.Ipſe Franciſcus uenetæ Florētinæq; militiæ ſum mus ubique per Italiam imperator ſit . Trans Padum pro uenetis ad biennium uſq; contra Philippum bellum gerat. Tria equitum millia pedites mille pro ſtipendio ducat.Eugeni⁹pontifex & genuēſes Philip po plurimū infeſti ad ſocietatem adduntur . Horum omnium bellica ſigna ad Franciſcum tanquam cōmunem omnium ducem deferunt̃: qui acceptam affatim pecuniam eo anno: qui fuit a Natali chriſtiano nonus ac trigeſimus ſupra quadringēteſimū ad milleſimū in milites diſtribuit:moxq; ineunte æſtate inſtantibus uenetis : cum octo milli bus delectiſſimor⁹ equitum ex agro piceno mouet : ac per Flaminiam factis in Foroliuianū rbauennatēq; agrum excurſionibus in æmyliam traducit:& non longe a Ferraria cum ad Padum caſtra poſuiſſet:noctu repentinis maximiſq; imbribus amne axaucto uix defuit:quin ſupera tis aggeribus ſubiectæ ualles uorticibus undiq; obruerent̃: exercituſ que omnis perderet̃: Quo quidem tempore:quod prodigii ſimillimū fuit:non ſine terrore ingenti inaudita quædā ſerpentū uis & Franciſci

& aliorum permultoꝝ tentoria circunſedit . Cæterum ex tam ſubito formidabiliq; diſcrimine ſumma celeritate per Ferrariã ad foſſas clau dianas copiis omnib? incolumis ſe recepit: quem ad locum iam ueneti permulta nauigia cõuexerant : quibus conſtratis craſſioribus tabulis uniuerſum exercitum die noctuq; in continentẽ traiecit: continuatoq; itinere circa idus Iunias in agrum patauinũ peruenit . Eius aduentu tanta ſubito rerum mutatio facta eſt : ut ueneti qui antea uicti uide bantur: & prope in deſperationẽ fortunaꝝ ſuarum adducti: reſipiſcere ac dein bene ſperare cœperint : Nam Picininus poſt diu enixeq; oppu gnatam Brixiam obſidionẽ ſoluerat: & relictis circa eam per caſtella ac municipia ualidis militum præſidiis: ut dediticii in fide continerent: & in urbem nihil frumenti importaretur: in Veronenſes tranſierat : Atheſimq; tranſgreſſus uenetam aciem rurſus fugauerat : & Veronæ ac Vicentiæ imminebat: nihilque obſtare uidebatur : quin Patauium uſque cuncta peruaderet: in poteſtatẽq; redigeret . Catamelata autem & ductores cæteri territi ne conſpectum quidem boſtium ſuſtinebãt: & iam impoſitis Veronæ ac Vicentiæ præſidiis : intra patauina clau ſtra ſeſe reduxerunt: ubi & ſi tuti erant: plurimũ tamen trepidabant . Hos cum ſibi Franciſcus adiunxiſſet: omnium primum adhortandos duxit. Itaq; aduocata concione: eam habuit orationẽ: quam ad ſanãdas infirmoꝝ mentes oportere exiſtimauit. Quæ enim hacten? accidiſſent non ducum imprudentia: non militum ignauia: ſed magnis boſtium uiribus accidiſſe demonſtrat. Adeſſe nunc ſe cũ florentiſſimo exercitu quem uideant: non animis minus ad pugnandũ repellẽdumq; uagan tem boſtem quam militarib? ornamentis paratiſſimũ . Proinde bono eſſent animo: ſuum quiſq; munus obiret: ſeſe deinceps omnem belli molem ſuſceptuꝝ: curaturꝝq;: ut res ueneta ad priſtinam fortunã reſti tuatur. Hæc noui imperatoris oratio ita a militib? præfectiſq; excepta eſt: ut omnium animos non mediocriter ſubleuauerit : adeo ut e con cione dimiſſi iamiam in manibus habere victoriam uiderentur: cum talem ſe nactos eſſe ducem dicerent: qualem nulla unquam fere ætas tuliſſet. Amiſerant eo bello ueneti oppida q̃pl urima : Nam quicquid agri eſt a Bergomo Vicentiam uſque præter ipſarum urbium muroꝝ ambitus: nihil omnino in uenetoꝝ poteſtate relinquebaẽ. Conceſſerat autem ex fœdere Iohãnifranciſco Philippus qui cum ut demonſtratũ eſt : cõmunibus conſiliis id bellum aduerſus uenetos mouerat : ut ſi Verona & Vicentia caperentur: illius iuris eſſent : ex quo quicquid ex Veronenſi Vicentinoq; agro partũ fuerat: mantuani præſidio munie batur . Inter reliqua uero capta oppida leonicum Vicentini agri man tuano milite tenebatur . Hoc primum Franciſcus oppugnandũ ratus ex Patauino eo copias ducit: caſtriſq; circa oppidum poſitis tormenta muro celeriter admoueri iubet. Eius curandæ rei Petrobrunorio uiro

impigro negotium datur. Is operi intentus pilula plumbea ex oppido emissa humeꝝ traiicitur dexterum: uulnere pene lœtali: ob id aliquantulum ab opere cessatum est. Sequitur hunc Petri casum aliud maius incõmodum. Erant oppido proxima ædificia permulta fœni stramento rumq; plena. In his non exiguus militum numerus stationes habebat qđ cum aĩaduertisset obsessus hostis: ex propinquo muro in strameta faces iaculatus magnã ædificioꝝ partem incendit: Nam cum aridam materiam facile ignis corripuisset: breui momento cuncta uno fere incendio flantibus uentis comburunt̃. Ferebatur enim longe lateque per castra irreparabilis flama: quare omnia ubiq; tumultuarie agebantur: & quanuis diurno tempore casus accidisset: & alteri alter subsidio esset: tamen tanta celeritate ædificia tabernaculaq; ignis inuaserat: ut equos ꝑmultos ac bona partim oĩo absumpserit: partim semiusta uix miles seruauerit: Quo tempore si hostis qui non longe aberat: exercitum ita tumultuantẽ inuasisset: non dubium est: quin insignem eo die ueneti calamitatẽ accepturi fuerint. Sed ea res nihil omnino leoni censibus profuit: Nam paulo post omni spe derelicti cum Picininus in cuius prope conspectu oppugnabant̃: ferre auxilium nunquam sit ausus præsidii rerũq; suarum incolumitatẽ grandi pecunia pacti dedidere se uenetis. Ante Francisci aduẽtum Picininus castra Veronæ adegerat: urbanaq; mœnia ad Episcopi portam nullo intermisso tempore quatiebat. Sed posteaq̃ appropinquare Franciscum increbruit: obsidionem confestim deseruit: Suapeq; reuersus quod est oppidum ad montis radices inter Veronam Vicentiamq; pari fere interuallo positum: natura & opere ꝑmunitum: ex eo oppido ad paludes Atbesimq; flumẽ usque fossam instituit. Hanc magno fossorum coacto numero aggere & uallo paucis diebus ingentem eduxit: pontemq; in eo flumine construxit: quo ex mãtuano agro sine ꝑiculo in castra cõmeatus comportabantur: quod satis in præsentia habebat: si hostem Veronã proficisci conantem transitu prohiberet: cum uno eodemq; tempore quas post terga reliquisset: urbes obsiderent̃: easq; tandẽ rei frumẽtariæ inopia pressas deditionem facturas speraret. His cum se munitionib? continere: delitescere quodãmodo uidebatur: faciebatq; insuper miserabilis leonicenoꝝ condicio: ut reliquis qui proximi erant: quãtum in Picinino Mantuanoq; auxilii sperandum esset: exemplum facile præberet̃. Quare cætera uicentini agri municipia quæ à mantuano obtinebant̃: expulsis certatim præsidiis rediere mox in uenetoꝝ fidem. Cæterum cum essent omnino uenetis per planiciem præclusa itinera: nec hostis ad pugnam inuitus elici posset: & Veronensib? subuenire spemq; laborantibus cæteris dari oporteret: magnis Franciscus curis premebatur. Itaque cum montanũ tantũmodo iter supereſſet longum sane & difficile: nec id quidem liberum: sed impeditũ & periculosum: comparatis

ex pane toſto dierum octo cibariis: e Vicentino mouet: & continuato per ſaltus confragoſoſq; montes itinere ad templum diui Iobānis qđ ad Roniam uocant: ima in ualle ſitum die tertio peruenit. Huic collis impendebat editus quidem atq; arduus: qui perpetuo iugo ad Suape ptinet: cui oppido Picinini caſtra ut prædixim?: proxima erāt. Is collis Franciſco ſi pergere in itinere uellet: exuperandus erat. Hunc hoſtis duobus caſtellis firmoq; præſidio munierat: pbibereq; uenetos tranſitu innitebatur. At Frāciſcus nihilo ſegnius biduo poſteaq̄ eo ueniſſet: quod totum militibus quieti datum eſt: relictis ad ſiniſtram caſtellis copias quadrato agmine ſubire collem iubet: quem ab ſuperiore loco præmiſſa magna peditatus parte: quo plurimū uenetus exercitus abundabat: per noctem occuparat. Picininus contra: cum ad caſtella uſque totis item copiis per collem diſpoſitis ueniſſet: tranſeuntes uenetos laceſſere cœpit: peditatūq; paulisper loco deturbat. Franciſcus id conſpicatus Troilum & Nicolaum piſanum cum turmis ex Sphortiano militum robore delectis in hoſtes immittit. Pugnatur utrinq; acerrime & cōfertiſſimo prælio. Conuallis quædam locus erat pugnæ: quam duo aduerſi colles efficiebant: quorum in altero ad ſiniſtram: ubi caſtella erant: Picininus magno militum globo eminebat: In altero Franciſc? contra magnis ſtipatus uiribus conſtiterat. Sed cū aliquandiu pugnatum eſſet pari fere pugnæ euentu: Picininus ubi uidet nihil in hoſtem proficere: ſuos paulatim prælio reuocat. Idem Franciſcus facit: cum animaduertiſſet hoſtem oppoſitis caſtellis inſequi non poſſe. Picinin? in caſtra rediit. Franciſcus cum in planū deſcendiſſet: hoſtibus a tergo relictis caſtra ponit: unde uenetis Veronā eundi facultas reddita eſt. Poſt hæc ut hoſtes trans Atheſim repellerent: Veronam toto exercitu petit: eamq; traiecto flumine prætergreſſus ad tertium lapidem conſedit: impetum in mantuanos ſe factur? multis argumētis ſimulans: Quo perculſus metu Mantuan? Picininum adit: hortatur: rogatq;: ut aut omnes ultra Atheſim aduerſus hoſtem pergerent: aut ſibi redire in mantuanos liceret: quo ſuis auxilio eſſet. Quibus Picininus uocibus pmotus præſidio ſuapi impoſito: ultra Atheſim exercitū reduxit. Quod ubi Franciſcus cognouit: lætus cum res ex ſentētia ſucceſſiſſet: nequid a tergo hoſtile relinqueret: ad Suape oppugnandū continuo regreditur: Eoq; poſt longam oppugnationē per deditionem recepto: rurſus per Veronēſem traductis copiis. Benacū petit: Quod ea ratione factum eſt: ut brixienſi populo iam prope fame pereunti ſubueniret: quod unum maxime eo tempore uenetis erat curæ: Nam iampridem uti demonſtratū eſt: intercluſis a Brixia itineribus: nihil eo frumenti importabat. Itaque ut per Benacum iter aperirent: claſſem triremium in eum lacum non ſine magna difficultate deduxerant: Sed Philippus maiorem parari iuſſerat: paratamq; oppoſuerat: qua Brixia ita duriter

premebatur: ut dubium non eſſet: quin breui in Philippi poteſtatem redire cogeretur: niſi eo ſe frumento ſuſtẽtaſſent: quod a Philippianis ipſis auaricia lucriq; magnitudine ductis & ſubmittebaꝫ a paucis: & ſupportabaꝫ a multis. Eo igitur conſilio Franciſcus ad Benacum profectꝰ eſt: ut ipſe terreſtri exercitu & claſſis lacu oppida quæ in citeriore ueronenſiq; ripa ſunt: ad deditionem cogerent: quare non dubitabat fore: ut cæteri quoq; populi qui circa lacum incolunt: ad defectionẽ compellerenꝫ: quæ certe uia erat ad brixienſiũ ſalutem peropportuna. Itaq; eo ubi peruenit: Bardolinum mantuano tunc præſidio munitũ ex continenti editoq; loco caſtris poſitis obſedit: utq; ab parte altera quæ lacu abluiꝫ: claſſe obſideretꝫ: fumo interdiu: noctu uero frequenti igne claſſiariis eo ſuum aduentum ſignificat. Sed illi qui in aduerſa longioreq; lacus ripa ſtationem habebant: ſeu aduerſantib⁹ uentis ſeu metu boſtilis claſſis: ſedem mutare non auſi loco minime diſceſſerũt: quod primo certe aduentu facere: Bardolinũq; tuto adnauigare potuiſſent: cum boſtilis claſſis nondũ e Piſcheriæ portu prodiſſet. At Picinus boſtium cognitis cõſiliis: ad ſuam claſſem toto exercitu aduolat: eamq; delecto milite complet: quæ & numero nauiũ & magnitudine longe uenetam ſuperabat. Itaque eductis continuo e portu nauibus mediũ lacum occupat: Bardolinũq; maiore præſidio firmat: & uenetæ claſſi ad Franciſcum traiiciendi omnino facultatem adimit. Per hunc modum Franciſcus plures dies ad Bardolinũ claſſem operiens nequicquam conſumpſit: Quo tempore graui morbo uniuerſus prope exercitus affectus eſt: cum perpauci fuerint ex gregario præſertim milite: qui non uæbemẽtiſſimis perpetuiſq; febribus laborauerint: adeo ut a peſtilenti morbo parum abeſſe iudicaretꝫ: Quæ quidẽ res ſeu propter aeris intemperiẽ immẽſoſq; calores uelut auguſto menſe: ſeu propter cibariorꝫ inopiam: cum niſi pane toſto eoq; longa die ituq; corrupto & immaturis fructibus ueſcerenꝫ: accidere putabatur: ex quo fiebat: ut permulti quottidie perirent: & magna pars exercitus languens iaceret. Proinde Franciſcꝰ mutare caſtra multumq; ſaluti cõſulere ſtatuit. Itaq; ad Zeuium ueronẽſem Vicum mantuaniſq; propinquũ finibus profectus reſedit. Is uicus in ſolo fertiliſſimo poſitus: & loci natura ſaluberrim⁹: ædificiiſq; ita frequens: ut non modo uiris ſed iumentis etiam tectum præberet: breui refectis propter pabuli copiam iumẽtis incolumẽ & confirmatũ reddidit exercitum. Inter hæc Picininus Vigaſium ueronẽſis agri municipiũ retrocedit: caſtriſq; circa arcem poſitis atque aggere: uallo & foſſa qua maxime paludes deerant: ingenti circunſeptis ipſe cum delecto militum robore ad lacum reuertitur: militem confeſtim claſſem conſcendere boſtilẽq; adoriri iubet. Hi magno impetu in uenetas naues facto: eas non multo labore expugnant: quibus fere omnibus captis: quicquid circa lacum uenetis reliqui erat:

hoſtibus deditur:præter arcem quam penede uocãt:cui paruus ſubiici tur uicus.Ea certe ſola in toto lacu tunc uenetis fidem ſeruauit.Hæc ubi uenetis clades nunciata eſt:ingentem ſane omniũ animis mæro rem intulit: quod retinendæ Brixiæ ſpes omnino ſublata uidebatur: ob eamque cauſam egere cum Franciſco ueneti legati qui in caſtris erant: hortante maxime inſtanteq; ſenatu:ut nihil omitteret intenta tum:quo alicunde occurrendi tanto imminenti Brixienſiũ diſcrimini uiam poſſet aperire.Itaque &ſi ad eam rem conficiendã magnæ undi que imminebant difficultates:& hoſtibus ad prohibendũ ob recentem victoriam occupatis locis omnibus unde aditus ad obſeſſos futurus ſperabatur:facilia omnia erant:tamẽ nequid inexpertum relinqueret: ut & perituræ urbi uel opem ferret:uel ſaltem ferendæ ſpem afferret: & uenetoꝝ uoluntati: tantæq; expectationi ſatiſfaceret: iter ſibi per montes tentãdum putauit.Sed prius quam ex Zeuio diſceſſiſſet:uene tum ſenatum iterum atque iterum edocuit:monuitq;:ut Veronẽſem urbiculam quæ ad Mantuã ſpectat:diligentius cuſtodiendã curarent: quod confectus eſſet ſenio præfectus:& propter longum muroꝝ ambi tum maiore indigeret præſidio: Tum impedimẽtis Veronæ dimiſſis: cum expeditiſſimo quoq; inde mouet:& per acrenſem uallem:pergens ad lacum quem diui Andreæ nuncupant: multo ac difficili emenſo itinere peruenit: ſuperatoq; deinde altiſſimo colle Penedam appulit: & in ſubiectam uallem deſcendit:quam fluuius Sarca in Benacum de fluens interſecat.Ibi ſatis latam planicie nactus caſtra locat. Erat ad dexteram Arcum oppidum:ad ſiniſtrã uero ripa tridentina quæ arcem & portum habet. Hæc omnia ferme hoſtium præſidio tenebantur: Tenna item caſtellum ſublimi admodũ colle ſitum qua iter potiſſimũ ad Brixiam faciundũ erat.Hoc igitur caſtellum Franciſcus expugnare adortus tormenta machinaſq; admoueri iubet: & ne e lacu ab hoſte auxilia mitterent: ppugnacula & caſtella quædam collibus qua tráſe undum erat:ad Tennam magna celeritate excitat:præſidioq; firmat. Hoſtes Franciſci ad ea loca aduentu cognito confeſtim Piſcheriam pe tunt:copiiſq; magno nauium coacto numero per ſummã opportunita tem ad ripam Tridentinã tranſportatis:Picininus eo ſe poſtremo con fert.Mantuan?ad ſubminiſtrãda quæ bello gerendo uſui eſſent:piſche riæ immoratur.Picininus in primis Franciſcum operibus prohibere: & ab oppidi oppugnatione deterrere contendit. Pugnat nunc pedeſtri nunc equeſtri certamine.Nulla militibus quies datur:Philippiani op pido pro munimẽto utebantur. Vnde pro uoluntate egreſſi audacius prælium inibant. Repulſi eodem redibant. In his prælliis præter gre garios milites capti ſũt ex primoribus multi.Tandem eo res adducta eſt:ut uniuerſis copiis magno utrinq; impetu in pugnam deſcenſum ſit:& cũ aliquandiu uario euentu pugnatũ eſſet:inclinare Philippiana

acies cœpit. Venetos iuuabat: quod Brixienſes qui paulo ante a Brixia acciti per rhætios montes eo puenerant: de ſuperiore loco lapidibus hoſtes cædebant: quo illi detrimento affecti pauoreq; conterriti: & a Sphortianis acrius impulſi terga uertere fœdaq; fuga alii ad naues: alii in oppidum ſeſe receperunt: alii per inuios ſaltus notaſq; ſemitas ſibi ſalutem quæſiere. Magna eorum pars capta: quorum in numero fuere Carolus Gonzaga Iohänis francíſci mantuani principis filius: Cæſar martinégus: Sacramor uicecomes adoleſcens: ipſe etiam Picini nus interceptus creditur ſed ſtatim dimiſſus: qui ut erat corpore im becilli: ubi effugium omne ſibi præreptum uidet: Tennam confugit: quæ ut docuimus: a Franciſco oppugnari initio cœpta erat: ſed eo die tumultuantib? cunctis & fugientib? maxime hoſtibus nullæ circa oppi dum cuſtodiæ fiebant: quem nemo fugiente niſi Theutonus quidam eius ſatelles ſecutus eſt condicione humili: cæterum corporis uiribus eximius. Ibi cum per diem dux delituiſſet: inſequenti intempeſtaq; nocte ſeu ſacco ut fertur: ſeu aliis obſitus pannis uelut miles uulneri bus affectus ab eodem humeris qui erat uaſto in primis corpore per media hoſtium caſtra confragoſoſq; ſaltus: nō nullis etiam ut ferunt: ex ueneto exercitu ſcientibus ripam ad ſuos exportatus eſt. Hac uicto ria parta magna ferendi Brixiæ auxilii opportunitas oblata uidebat. Sed non diu uenetis eius uictoriæ gaudio uti licuit: quod non multo poſt maior calamitas inſecuta eſt. Nam dum hæc ad Penedam Tenná que geruntur. Mantuanus qui ut prædiximus: piſcheriæ ſubſtiterat: Veronæ per insidias capiendæ rationem ſpeculatus: quod urbicula negligétius a uigilibus cuſtodiebat. Rem ad Picininum defert. Qui mirum in modum lætus rem utcūq; foret: multis de cauſis ſuſcipien dam iudicat: præſertim quod iis in locis diutius manere non poſſet: atque ea tam opportuno tempore occaſione oblata: diſceſſiſſe inde & non fugiſſe uideretur: & ſi forte negotium p̄ficeretur: magnā acceptæ ignominiæ partem deletam exiſtimabat. Itaque clauſis oppidi portis quæ ad hoſtilia caſtra ſpectabant & præſidio ripæ Tennæq; relicto: Piſcheriā mox cum copiis claſſe reuebitur. Mantuanoq; initi facinoris auctore ſibi addito Veronam per noctis ſilentia contendit: ſcaliſque continno ad urbiculæ parietes poſitis muroꝝ partē ſentientib? nullis cæſiſque uigilibus occupat. Foribus dein patefactis: urbiculam tota acie ingreditur. Nam ueneti neque præfectum mutauerāt: uti Franci ſcus monuerat: neque præſidium auxerant: Iamq; laxatis in urbem pontibus illuxerat: cum id Veronenſes extemplo ſentientes ac tanto perterriti exanimatiq; periculo ac illac cōcurſare cœperunt. Mittuntur propere ob eam rem non nulli ex primoribus ad Picininum ciues: qui orarent: ut immeritæ ac innocētiſſimæ urbi parceret: milites ab exci dio probiberet. Hi & ſi humi prouoluti ſupplices quod iuſſi erant:

feciſſent: ac ſeſe ei inſuper ciueſque reliquos & fortunas ſuas omnis dediditſſent: tamen a uictore inſolenti nihil certi impetrare potuerūt. Is enim nihilo ſecius ſtatim toto agmine irrumpit: & primo impetu uicus qui ſe primus obtulerat: miſere diripit̃. Sed tamen poſtea cum totam pnaſiſſet urbem: Mantuani rogatu qui incolumē quam diſſipatam urbem malebat: iuſſit milites capitali impoſita pœna omni ciuiū maleficio atque iniuria abſtinere. Impedimēta uero ueneti exercitus quæ ibi ut prædixim⁹: Franciſci iuſſu relicta erant: prædæ ubique conceſſit: & ita præter arces & Braidam portam nihil uenetis reliqui fuit. Præſes prætorq; ubi cognouerūt urbiculā ab boſtibus teneri: cōtinuo urbem quæ omni erat præſidio uacua: deſeruere: & ueterem in arcem ſe receperunt. Cæteꝝ dum Philippiani opulētiſſimæ intendunt prædæ nemo erat: præter mantuanū principem qui cogitaret: quo conſilio quibuſue artibus captam urbem ab imminēti boſte tuerentur. Totum illud triduum nihil magis iis curæ fuit: quā ſcrutari omnia: rimariq; ciuium ædes: & abdita quæq; ſummo ſtudio inquirere. Arcem tantū modo ſancti felicis quæ in monte ſita eſt: unde auxilia ab obſeſſis expectabant̃: & Braidam portam leui quadam oppugnatione obtinere tentauerunt. Scripſit Picininus ea uictoria gloriabund⁹ ad Coſmum Medicem florentinum uelut ad eum qui eſſet habitus in ſua ciuitate princeps & Franciſci Sphortiæ amiciſſimus: ſe Veronam cepiſſe: Sed Franciſco comiti accidiſſe id quod olim Iobāni Buccicaldo acciderat: qui cum eſſet Genuæ pro Carolo francoꝝ rege præfectus Mediolanū uenerat: eo conſilio: ut eius urbis imperio per ciuium traditionē potiretur: quod propter Iuuenilē & duram Iobannis mariæ uicecomitis qui tunc mediolanēſib⁹ dominabatur: adminiſtrationē: uacillare iam cœperat. Sed magna inde ſuoꝝ ſtrage pulſus dum Genuā redire properat: genuenſes concitata mox rebellione regioque electo præſidio ſeſe in libertatem uendicauerūt: & ita Buccicaldus dum mediolanēſem adipiſci principatum ſtudet: genuenſem amiſit. Quod idem Franciſco euenerat: qui dum Brixiæ ſuccurrere conatur: Veronam amiſerat. At inclinante iam die eam urbem eſſe captam ad Franciſcum nuncius coram detulit: Quæ quidem res primo auditu neque credita eſt ab eo: neque aliis enunciata. Is enim nuncius cum a non nullis ex familiarib⁹ ſuis qui Veronæ cū impedimētis remāſerāt: eueſtigio miſſus eſſet: litteras non attulerat: ob eamq; rem cum magni eſſet: quod renunciabat̃: momenti: non uidebatur hominis unius humillimæ quidem ſortis & pauore exanimati uerbo credēdum: & ob id expectandū cenſuit: donec ab magiſtratibus urbis de ea re fieret certior: & iam nox aduentarat: cum multoꝝ litteris nunciiſq; ea re cōfirmata abeundū inde: & omni celeritate conficiendum ſtatuit: ne boſtes diutius in ea urbe conſeneſcerent: eaq; uictoria gloriarent̃: quā dolo magis quam uirtute eſſent

conſecuti. Multa enim eum uno tempore ad rem celeriter conficiendã & mouebant: & impellebant. magnitudo rei in primis & tantæ urbis quaſi ante oculos amiſſio: cuius cauſa ſatis aperte intelligebaꝫ: quic quid adhuc ueneti intra Mintium retinerent: propediem in hoſtium manus deuenturꝰ. Pudor ſi cunctaretꝫ: iis qui arcibus ſe tenerent: perditæ urbis recipiendæ gratia auxilium ferre. Illud etiam periculum ſubibat: quod familiæ ſibi cariſſimæ quæ ipſis in arcibus obſidebatur: imminere uidebat. Præterea ſua exercituſq; ſalus: quippe qui in montibus eſſent ſine ullo cõmeatu: ubi omnia per ſummã byemis aſperitatem pœne hoſtilia haberent: & ſiq eſſent ea in regione incolæ: q adhuc uenetis parerent: cognita urbis captiuitate: non dubium: quin omnes ſibi hoſtes futuri eſſent: & itinera undiq; intercluſuri. Itaq; cum Catamelata & Iacoboantonio Marcello ueneto legato primum cõmunicato conſilio: dein accerſitis quibuſdam aliis de exercitu ducibus: animo infracto quid ſui ſit conſilii: oſtendit: Et quanquam omnes ingenti dolore affecti metuq; ꝑterriti ad recuperandã amiſſam urbem: de qua actum omnino iudicarent: profectionẽ damnabant: & ad Vicentiam tuendam ducendum eſſe celeriter exercitum cenſerent: ipſe tamen in recipiendæ Veronæ ſententia perſiſtens: eo maturandũ iudicauit: adhortatuſq; omnes: & Marcellum præcipue: qui præter cæteros amiſſæ urbis caſum deflæbat: ut bono eſſent animo: ſiqua ex arcibus in fide perſtaret: quæ ſibi aditum præberet: ſe & urbem receptuꝝ & uictoriã de hoſtibus reportaturꝝ non dubitabat. Miſſi ſunt ab eo omniũ primũ ex equitatu delecti: qui celeriter ad pontem quem in Atheſi nauibus ædificari antea curauerat: & ad Cluſii uſque anguſtias ſexdecim circiter paſſuum millia a Verona diſtantes aduolarẽt: adituſq; præoccupatos diligentius cuſtodirent. Verebaꝫ. n. ne hoſtes cepiſſent eos aditus: aut mox capturi eſſent: qui ad uictoriam maxime ꝑopportuni eſſent. Ipſe uero de ſecunda uigilia magno omniũ ſilentio cum paucis diſcedens exercitum ſe ſubſequi: Catamelatãq; in poſtremis eſſe iubet: qui impedimẽtis machiniſq; cum parte copiaꝝ præſidio eſſet. Hoc modo progrediente exercitu. Tanta per eam noctem uis frigoris humana preſſit: abſtrinxitq; corpora: ut cum torpere omnes cœpiſſent: articuli qui extremi ſunt: ſenſum quaſi penitus amiſſerint. Nam multorum aduſti ſunt pedes: aduſtæ manus: ſed plurimoꝝ pedum manũq; digyti & pueros equitum non nullos nimius inſolituſq; gelu rigor exanimauit. Multoꝝ etiam oculos labefactauit: neq; prius ullum aliud remedium ſalutare inuentũ eſt: quam illuxit: ſolq; illuſtrare terram cœpit: tum demum membris uigor rediit. Cæterum Franciſcus ex itinere a præmiſſis cognoſcit: aditum utrunq; hoſte uacuũ reperiſſe: & in eoꝝ eſſe poteſtate. Quare magna leuatus ſollicitudine eo maturius ire contendit. Tranſgreſſus dein Atheſim & cluſinas fauces ad uicum quem

ſancti Ambroſii appellant: deſcendit. Ibi caſtra ponit: unde duæ erant ad Veronam uiæ: altera per planicię breuior quidem ac facilior: altera per colles monteſq; longior: ac iniquior. Hanc ſibi faciędam delegit: quod exiſtimabat hoſtes ſiquid ad arcendum prohibędumq; ad Veronam iter conati eſſent: facilioré illam potius uiam quam alteram ſiue arboribus interciſis ſiue aggerib? ſiue alia materia intercluſiſſe. Ducto igitur inſequenti die per montes exercitu : cum ad ſiniſtram ambire urbem: & alio progredi uideretur : deſperata re Vicentiam uerſus ire credebatur : ob eamq; cauſam philippiani duces quod ſibi paulo ante timuerant ſe liberos eſſe rati neq; extra urbana moenia prodire: neque intus tueri urbem parant. Omnia ab iis ſpe ſtulta negligętius agunt. Sed ubi uenetam in ſe flecti aciem & urbi appropinquare uident: tum demum concurſare omnes per uicos ac trepidare coeperunt . Iam ſol occiderat: cum Franciſc? baud procul urbis moenibus ſubſiſtere agmę iubet. Dein domeſtico peditatu equitatuq; ſumpto: quoꝝ uirtuti plurimum confideret . Felicianam arcem ingreditur : ac refecto celeritate ponte: quem hoſtes pridie exuſſerant: in inferiorę urbis partem: quam a reliqua quæ multo amplior eſt: flumen diuidit: prim? omniū deſcendit: & magno undiq; ſublato clamore in Franciſcum Nicolai picinini filium: qui ſe ualida militum phalange adueniętibus obtulerat: impetum facit: quem pugna aliquątiſper acrius conſerta fundit : fugatq;. Multi ex hoſtibus terga dantes capiuntur. Ipſe Picininus cuneo facto celeri curſu per pontem mediū ad ſuperiorem urbis partem ſe recipere contendit . Sed pars illa pontis eius: quæ tolli: laxariq; ſolet: & latericiam utranq; partem iungit : fugientiū multitudine preſſa : ingenti fragore in amnem corruit: una eos qui deſuper erant : equites circiter nouem præcipites trahens: quos gurges continuo abſorbuit : Exinde qui citra flumen remanſerunt: mox omnes capti . Cæteri uero & qui tranſierant: & qui trans flumen prius erant: pontis caſu ſeruati ſunt : quod cū alii duo pontes ſublatis iis partibus quæ tutelæ urbis cauſa tolluntur: mantuano præſidio tenerentur: eos inſequendi Sphortianis facultatem flumen ademit . Poſt hæc factis iam tenebris & præſidiis ad prohibendas nocturnas eruptiones circa pontes poſitis: Franciſcus Catamelatā cum reliquo exercitu deſcendere de monte in eam uallem imperat: quæ ad Atheſim pertinet: ibiq; milites per eam noctę ſtationes facere eo conſilio: ut cum illuxiſſet: per ueterem arcem quæ latericiū in eo flumine pontem habet iis tunc caſtris proximū toto exercitu in reliquam urbis partem quæ ab hoſtibus tenebatur: irrumperet . Non enim uiſum eſt: ut tātus exercitus in urbem introduceret: quod uerebatur: ne a multitudine incondita ac famellica per noctem quæ latrocinantib? audaciam præbet: uerteret in prædam. Mittunt præterea Troilus ac Zarpellio cū paucis in arcem: ut quid hoſtes agerent: inde

cognoſcerẽt.Fit ab iis non multo poſt Franciſc⁹ certior: boſtes deſerta urbe in urbiculam ſe recepiſſe: Qua re cognita ſumpta ſtatim ea mili tum manu quã ſecum paulo ante habuerat:rurſus ad pontes aduolat: quibus nulla cunctatione receptis copiiſq; traductis fiunt totam per urbem diſcurſiones.Ciues autem occluſis boſtiis ædibus ſeſe contine bant: & quiſq; pro ſe aut funalibus incenſis aut ope alia lumen e fene ſtris tranſeuntib⁹ dabant:caniſtris quoq; cibum petentibus efferebãt . omnes uno ore diui Marci nomen inuocantes uelut gratulabundi:qđ in uenetor̃ fidem rediiſſent. Magnus uirorum numerus ex Mãtuano delectu captus eſt:quẽ Iobãneſfranciſcus per eos dies ad ſe euocarat : & partim portar̃ arcibus partim prætorio partimq; locis aliis per urbẽ cuſtodiendis diſtribuerat.Picininus ac mantuanus qui ut diximus:in urbiculã ſe reduxerãt:diffiſi uiribus urbicula etiam deſerta per plani ciem illam Veronẽſem patentiſſimã effuſo curſu totam noctem ierũt: nec reſtiterunt:donec alii Mantuam alii ad proxima municipia perue nerunt.Ipſi autem duces cum paucis Valegium ſe receperunt. Sfbor tiani tamen eos inſecuti multos in ipſa fuga ceperunt : qui aut ſero Verona exierant:aut quos ſarcinæ impedimẽtaq; alia itineri tardiores reddiderant.Sic Verona die tertio poſtquam capta eſt:per hunc modũ recepta : profligatis fugatiſque boſtibus ac multis ex iis cum maiore impedimentor̃ parte captis:Franciſcus poſtero die exercitum omnem fame frigoreq; prope confectum : ut ſe a tantis laboribus incõmodiſ que reficeret:per urbem proximaq; rura diſtribuit. Ciues territos ora tione conſolatus : quibus nullam eſſet ab exercitu iniuriam nullum ue maleficiũ inferri paſſurus.Dein quicquid de ſuo ex boſtium præda recognoſcerent:quod illi fugientes ex urbe abſtuliſſent : reſtitui man dauit:Quæ quidem res ciuitatem prope exanimatam uelut eam quæ imminentẽ metueret cladem : mirum in modum ſubleuauit.Itaque Veronenſes tanta eius ducis clæmentia ac manſuetudine permoti ne accepti beneficii ĩmemores uiderentur:decem aureum nummũ millia ei dono elargiendaq; diſtribueret in milites: conſtituerũt . Cæterum ueneti quos Brixiæ cura ſollicitabat:dum Veronæ per quietem exerci tus agit:non deſtitere Franciſcum per legatos orare: ut rurſus eadem loca peteret:unde paulo ante diſceſſerat: ut patefacto itinere brixienſi populo iam fame pereunti ſubueniret̃ . Franciſcus autem quanquam aperte intelligebat : ſi iterum per ſummã byemis iniquitatẽ Ianuario menſe in regionẽ montanã per ſe infæcũdam atque incultam & bello inſuper exinanitã copiæ ducerent̃:ubi nulla neque equor̃ pabuli neq; hominum cibarior̃ copia eſſet: parum ſeu nihil ſe profectur̃ : exerci tumq; non niſi grauia detrimenta acceptur̃: tamen ne contradiceret uenetor̃ uoluntati has tantas difficultates deſpiciens ſe obtemperatu rum dixit.Itaque cũ expeditiſſimo exercitu Verona egreſſus:ad eadem

ipſa caſtra reuertitur: quæ ad Tennam ante habuerat: eoq; foſſoribus ex omni ueneto⁹ propinqua regione accerſitis : Foſſam ab iis caſtris ad montis uſque radices : in quo Tenna ſita eſt: deduxit : quæ ripam Tridentinã ad læuã excludebat. Adiecit præterea ei munitioni caſtella quædã editis in collibus conſtructa: quæ uiam a peneda ad ſuperiora loca qua Brixiam itur: tutã efficiebant. Interim ueneti roſtratas naues quas per eos montes edificarant : inſtaurandæ claſſis cauſa quam per ſuperiorem æſtatem ut docuimus: amiſerant : in lacum deducendas curauerunt: Quod ſane præter ſumpt⁹ magnitudinẽ: incredibile omnibus fieri poſſe uidebatur : tanta erat rerum omniũ ad eam reficiẽdam claſſem difficultas. Sed ingens retinendæ Brixiæ ſtudium omnia affatim ſuppeditabat: omnia facilia factu reddebat. At Picinin⁹ his rebus cognitis nulla ſecordia aut ignauia uſus collectis magna celeritate iis copiis quas ex Veronenſi fuga colligere potuit: nauibuſq; impoſitis: ad ripam & ipſe quoq; Tridentinã rurſus claſſe defertur. Inde ut ante ſolebat: in ueneta caſtra quæ non amplius paſſibus mille a ripa diſtabant: crebro & magno quidem impetu erumpebat : Quare fiebat: ut cum non iuſta ſed tumultuaria acie dimicaret̃: maiora non nunquam ueneti detrimenta acciperent. In his præliis captus eſt præter cæteros obſcuræ famæ milites Dominicus malateſta Sigiſmundi frater Cæſenæq; regulus qui tunc ſub Franciſco merebat. Is enim dum cupidius hoſtes inſequitur: quod aut iuueniliter : aut ſtudio ut quidam poſtea affirmarunt : fecerat : circũuentus in hoſtis deuenit poteſtatem: qui tamen facta non multis poſt diebus cũ Carolo gonzaga cõmutatione in libertatẽ reſtitutus ad Franciſcũ rediit. Catamelata præterea repentino correptus morbo: quem apopleſim uocant: & uocem & membro⁹ omnium motum amiſit: ita ut neceſſe fuerit lectica Patauium deferri: ubi poſtea ea ui morbi preſſus diem obiit . Accedebat inſuper ad hæc incommoda : quod propter anni tempus magnitudine niuium terra obſita in montana præſertim regione exercitus magis atq; magis in dies abſumebat̃: quem omnia ſimul ad uiuendi uſum neceſſaria deficerant . Quas ob res cum difficile eſſet: niſi magno omniũ detrimẽto diutius in his locis ſub diuo præſertim exercitũ poſſe contineri: Franciſcus miſſa ad brixienſes ea frumenti copia quam pro tempore potuit: dimiſſoq; Penedæ Petrobrunorio cum maiore peditatus parte: qui & claſſi & munitionib⁹ præſidio eſſet : inde mouet: & ſuperato Penedæ iugo ne ſimilis fugæ profectio uideretur: præmiſſa in byberna copiarum parte: ipſe cum reliqua ad uicum quendã cui Baldus mons altiſſimus impendet: reſedit: ubi dies aliquot ĩmoratus niuibus etiam die noctu que creſcẽtibus: Veronam bybernatũ conceſſit. His tot rebus a Franciſco præclare geſtis hunc annus finem habuit. At Philippus eo qui inſecutus eſt anno: certam cladem cernens: ſi Franciſc⁹ in bello pro uenetis

perſeueraret: agitare animo cœpit: quemadmodum ille ut e Ciſalpina gallia excederet: cogi poſſet. Itaque Picininum cum exercitus parte in medio feruore gallici belli in Flaminiã proficiſci iubet: eo imperio: ut inde fauentinis fratribus Guidoneantonio & Euſtorgio ſibi aſcitis: in æthruriam aduerſus florentinos traiiceret. Exiſtimans florentinos eo bello preſſos: Franciſcũ in æthruriam reuocaturos: idq; illum eorum cauſa quibus eſſet non minus quam uenetis ſtipendii iure obſtrictus: ipſis etiam uenetis inuitis non recuſaturꝰ. Picininus imperata faciens coactis in Flaminia copiis circa uer primum ſuperato Apennini iugo: in agrum mugellanũ deſcendit: & cum aliquot dies circa Policianum deſediſſet: recepto tandem eo oppido in Caſentinates tranſiuit. Quæ res Florentinoꝝ animos maiore metu ſubleuauit. Timebant enim ne per marinã fluuium ductis copiis inter Pratum & Florentiã cõſiſteret: ubi & cõmeatum habere abunde potuiſſet: & impedire iter: quo frumẽtum a Piſis importabaꝫ. Nã ad cæteras quoq; difficultates rei frumentariæ inopia acceſſerat. Picininus ſiue quod non intellexerit: ſiue qđ timuerit: ac opportunitate relicta: in Caſẽtinates deflexit loca montana & ſaltuoſa & ab urbe remotiora: qua in re ut multi putant: ſecutus eſt Franciſci comitis puppii conſiliũ ſecreto illum uocantis. Nam ubi eo peruenit: Bibiena multiſq; aliis captis oppidis Franciſcus ipſe cum Puppio cæteriſq; caſtellis ſuis ad eum defecit: cõmeatuq; iuuit: quo maxime eius exercitus laborabat. Inde ad caſtellum ſancti Nicolai Florentinoꝝ oppidum ſitu ac milite ꝑmunitum caſtra ponit. Quod cum diu oppugnaſſet: exacto tandem menſe Aprili: duo de triginta quam circũſepſerat: die fame magis quam armis per pactionẽ obtinuit. Hoc tam repentino atque inſperato Picinini in æthruriam aduentu: Florentiæ ut fieri ſolet: a timenti populo haud mediocriter domi foriſq; trepidari cœptum. Hoſtes turmatim latrocinantiũ more uſque ad urbis mœnia uagabantur: Fœda trepidatione ac fuga circum urbis muros omnia complebãtur. Intus uero non ſine magnis ſuſpicionib? uiuebatur: tum quod infima plebs rei frumẽtariæ: ut prædiximus: caritate premebatur: tum quod præſentem reip. ſtatum: non omnes æquo aĩo ciues ferebãt. Erat tota urbs agricolaꝝ cum uxoribus & liberis plena. Bouesq; ac pecora uias omnes compleuerãt. Vbiq; agrorum uaſtationes fieri: & querelantiũ uoces exaudiri. Omnia pauore ac tumultu miſceri. Nec ulla ope nec ullo humano conſilio uim boſtium tunc reſp. arcere poterat. Ciuitatẽ uelut inopinãtem omni fere militari præſidio imparatam potentiſſim? boſtis offenderat. Terrebat autẽ magis quam premebat inter cæteras repentini belli difficultates ciuium animos: & eorum præſertim qui pu. rei ſummæ præerant: exulum inſolentia: qui boſtilia caſtra minabundi ſequebanꝫ. Terrebat præterea uno atq; eodem tempore ſubita atq; inſperata Sigiſmũdi pandulfi & dominici

malateſtæ fratrum ariminēſium ad hoſtem defectio:& Petri Iohanniſ pauli urſini qui erat unic? tunc Florentinæ militiæ ductor & Baldoini Tholentinatis apud ipſos Malateſtas retentio:Nam metuentib? fratribus ipſis audito Picinini in Flaminiā motu opemque ob id ab amicis implorātibus:& dominicus a Frāciſco quem captiuum ab hoſte factū ut oſtendimus:poſtea cum Carolo gonzaga cōmutauerat:cū ſexcentis circiter equitibus domum redire permiſſus eſt : & item Baldoinus e Piceno ab eodem & urſinus ab Florētinis ad eos auxilio miſſi. Acceſſit ad id etiā Borſii æſtenſis Nicolai Marchionis filii ad Philippū abitus: quem ſuperiore anno ueneti ac Florentini communi ſtipendio conduxerant. Is enim cum Angelus acciarolus Florētinoꝝ legatus inſtaret: ut ad ferendam laboranti patriæ opem maturaret:ex paternis mutinēſium finibus moues paululumq; itineris progreſſus non in æthruriā ut legatus expectabat : ſed ad dexteram ut Philippo auxilio eſſet: iter ſibi fore dixit:a quo meliora firmioraq; ſtipendia conſecuturus eſſet: liberis populis pro ſui natura ægre pecunias pendentibus . Interim florentini ut ſunt in rebus aduerſis difficultatibuſq; uiri & prudentes & fortes & ad comparandas uires impigri atq; profuſi magna celerita te magno peditum coacto numero oppida quæ in hoſtium frontibus erant:præſidio firmant & Franciſcū Sphortiam in primis in quo oīs ſpes eorum reip . tuendæ aduerſus Philippi potentiā Picininiq; impetum ſita uidebatur:ut ad ſe maturaret:magno ſtudio a uenetis contendunt. Cæteꝝ cum id moleſtiſſime ueneti ferrent:Brixia nondum fame ac obſidione liberata: placuit ut in bello Franciſcus aduerſus Philippi copias in gallia pergeret: ſed partem ſui equitatus in æthruriā mitteret . Qua re miſſi ab eo ſunt incredibili celeritate ex Patauino agro Florentiā Boſius Sphortia frater Troilus roſſianēſis & Nicolaus piſanus cum ueteranis cohortibus ſex & Michael attendulus ex Piceno cū ualido equitatu eodem accedere iuſſus. Præterea ab Eugenio pontifice qui per id temporis florentiæ agebat:Lodonic? patriarcha aquilegienſis cum uniuerſo eccleſiaſtico exercitu in agꝝ aretinum accitus: Hūc enim paucis ante diebus cōpræbenſo Romæ ac e uita ſublato Iobāne uitellio patriarcha Eugeni? ſuis copiis præfecerat: Nā uitellius poſtea quam ad florentini cardinalatus Alexandriniq; patriarchat? dignitatē euectus eſſet:tantam ſibi arrogantiā & in re militari auctoritatē ſumpſerat : ut ferendus non uideretur : eccleſiaſticis enim cum præeſſet copiis:ſpreto paſtoris imperio:omnia ſuo arbitratu nutuq; adminiſtrabat. Iamq; cum Picinino romanæ eccleſiæ infeſto ita pontifice inſcio egerat : ut non tam aduerſus florentinos quam aduerſus eas urbes & oppida quæ in umbris atque æthruſcis & in Piceno agro Franciſcus poſſidebat:eo cum eccleſiæ uiribus adiutore:bellum inferret. Vrſinus etiam dimiſſus tandem a malateſtis:Florentiā rediit. Itaq; Florentini

coacto undiq; haud multo tempore magno exercitu magno metu ac periculo liberantur: quod facile ſeſe ſuoſq; fines tuerentur: boſtemq; populationib? prohiberent. Qua re Picininus ubi cognouit in Florentinos nihil pficere poſſe: ſpemq; urbanæ rei per exules aduerſus Coſmianam factionem nouandæ incaſſum cecidiſſe: in agrum peruſinū progreditur: eo conſilio: ut per factionis ſuæ fautores urbis principatum obtineret. Ex itinere autē Burgum ſancti ſepulchri romanæ eccleſiæ oppidum in umbris nobile: dedētibus ſeſe ultro oppidanis: in poteſtatem accepit. Inter hæc nullum a Franciſco remittitur tempus. dum milites diſtributa primo uere pecunia ornantur: mittitur in montanā regionem cum peditatu Petruſbrunori?: qui profligata in Benaco lacu Philippiana claſſe: ac maiore nauium parte capta: Stephano contareno uenetæ claſſis præfecto: Rippēſium oppidum expugnat: quo capto oppido cæteri earum partium populi ubi ſuperiore hyeme: uti demōſtratum eſt: Franciſcus cū exercitu fuerat: in uenetoꝝ dicionem rediguntˇ. Circa nonas uero Iunias coactis in ueronēſi agro copiis omnibus quæ parcius quam opportuerat: propter pecuniæ inopiam ſe inſtruxerant: Franciſcus per boſtium fines ad liberandum iam fame pereuntē populum longo itinere tranſiturus: commeatu & pane toſto dierum octo comparato: ubi illuxit: mouet: & magno itinere confecto ad Mintii amnis ripam peruenit. Ibi caſtris poſitis pontē nauibus iis quas uebiculis ex flumine Atheſi ſecum adduxerat: ingenti celeritate iungendū curat: uerit?ne ab boſte ex ulteriore ripa prohibereˇ. Itaq; per inſequētem noctem uel ignorantib? uel timentibus boſtibus: eo ex ſententia perfecto opere: poſtero die non longe ab eo ponte exercitum traducit: quod non uidebatur eo die ob copiarum impedimentoꝝ carrorumq; multitudinē ſingillatim tranſeuntiū longius eſſe progrediendū: cum omnia circunquaq; boſtilia eſſent: oppidis municipiiſq; uniuerſis per regionē a mantuano principe occupatis. Inde trinis caſtris non longe a Brixia conſedit. Ex itinere uniuerſa quæ Benaco adiacent: brixienſis agri municipia in fidem recepit. Salodium quod eſt regionis Emporium: Brunorio cum peditatu & Scariocto fauentino cum equeſtri turma: quos eo Franciſcus miſerat: a terra & contareno claſſe quod lacu ab orientali abluitur parte: expugnatur: ac in prædam uertitur. Acceſſit in caſtra ad Franciſcū magno ciuium comitatu Franciſcus barbarus Brixiæ præfectus. Gratulatˇ eius aduentu gratias ingentes agit: quod triēnio fere per omnes difficultates obſeſſam liberauerit urbem. Cæterum ex Philippianis copiis quas Picininus in Brixiēſi Iobānifranciſco mantuano obtemperaturas reliquerat: nullæ adhuc in conſpectum prodierant. Mantuanus ſeſe Mantuæ: ſuas aūt copias oppidis continebat. Thalianus & Lodouicus uermius cum reliquo Philippi exercitu: cognito boſtiū aduentu: diffiſi brixienſi ceſſere agro: & trans Olium

apud Soncinum conſtitere : ut inde urceanis auxilio eſſent : quorum oppidum poſt terga relictum ualido equitū præſidio munierāt. Proce dente deinde exercitu tantus ad Franciſcū factus eſt municipū concurſus : ut intra triduum non tam ſuperior Brixienſis ager qui ad alpes pertinet: quam inferior: qui in plano eſt: præter urceanos: qui boſtiū ut prædiximus : præſidio tenebant : in uenetoꝝ fidem redierit. Franciſcus in urceanos exercitum ducit . Inter Philippiana caſtra & urceos Olius amnis interfluebat. Pons erat in eo ſublicius qua ad Soncinēſes pertinet: caſtello & ponte altero qui & tollebatur: & relaxabatur manibus permunitus. Thalianus aduentantib? boſtibus equites peditesq; haud multo numero flumen traduxerat: ut caſtra ponentes laceſſeret: ſpemq; auxilii urceanis afferret. Via eſt: qua ab eo ponte ad urceanos itur: non admodum lata : & ab parte utraq; paluſtribus campis ſentibus foſſiſq; impedita . Hanc boſtes conferta acie occupant . Hos præcurſores a Frāciſco edocti: ut boſtes quoad poſſent: longius a fluminis munitionib? traherent: adoriunt : commiſſoq; prælio: Sphortiani tum propter paucitatem : tum quod ita ſibi erat imperatū : terga uertunt: boſtibus laxis habænis inſequētibus . Quod cum ex ſententia Franciſco contigiſſet: ſtatim eo immittit prætorianos equites duce Zarpellione additi pedites ueterani . Hos turmas duas quas ſtationarias uocant: ex omni exercitu delectas ſubſeq; iubet. Hi tanto in boſtes ferūtur impetu: ut illi ne quidem aſpectum ferre potuerint. Terga dant : & ultra flumen reuerti contendunt: quos Sphortiani premendo: nuſq; conſiſtere patiuntur: cum ad pontem curſu uentum eſſet : intermixti boſtibus tranſeunt: ut facultas tollendi pontis iis qui præſidio erant erepta ſit: ponte occupato: Franciſcus qui ſuos adhortando atque impellendo prælio ſemper aderat: caſtellum continuo expugnat: præſidioq; impoſito: tum demū ordines tranſire iubet: & in boſtes qui non longe a Soncino in acie conſtiterant: impetū facere. Iamq; in boſtilib? caſtris tumultus ac trepidatio & ſarcinæ ubiq; colligi & Cremam uerſus præmitti ceptæ . Conſeritur pugna primo congreſſu acerrima : ſed cum ægre uim Sphortianoꝝ aduerſarii ſuſtinerēt: funduntur: & in fugam circunquaq; uertuntur. Soncinēſes portas claudunt: neminem oppido recipiunt. ſpemq; eo euadendi omnibus adimūt. Ex muro præliantes fugienteſq; ſuos intuentur. Mox caſtra diripiuntur. Magna equitatus pars cum impedimētis fere omnibus in ipſa fuga capit. Præda paſſim patet. Venerat eo mane in Philippiana caſtra Borſius æſtenſis cū ſuis miro inſtructis ornatu: auro quoq; & argento præter militarem uſum refertis: q ſicuti nouiſſime in caſtra uenerant: ita nouiſſimi in prælio fuerant. Ob id omnes fere in boſtium deuenere poteſtatem. Foroiulianus ubi uidet ſe boſtibus circūueniri nec itinere aperto euadere poſſe: equo deſilit: abiectiſque armis : in uirgulta ac dumos ſe abdit: & per

limoſas paludes die delituit. Nocte Cremam ægre ſeſe recepit. Hac tam inſigni & inſperata ex boſtibus parta uictoria qđ obiectus amnis quo pro caſtroꝝ munitione ipſi utebantur: intrāſmeabilis eo maxime tempore undiq; reddebatur: eoſque tueri & ſeruare omnino debuerat: Franciſcus milites opima bonuſtos præda cis flumen reuocat: ubi magnam exercitus partem cum impedimētis in acie reliquerat: oppidumque caſtroꝝ corona cingit. Cæterum boſtes qui oppido præſidio erāt: dum ad Soncinū pugnatur: erumpentes cōſeruere certamen. Poſtridie eius diei & urceani & Soncinēſes omni ſpe auxilii deſtituti miſſis de deditione in caſtra legatis ſeſe atque oppida præſidio incolumi Franciſco pmiſere. Quibus confectis rebus: Olium traiecit: ac factis undiq; in Cremonēſes excurſionibus: binis caſtris in trāſadduanos profectus totum borgomēſem agrum biduo recepit: nec min⁹ deinde uniuerſos qui in ea regione ſunt populos ad ipſam uſq; fluminis adduæ ripam incolentes præter Carauaginos in deditionē accepit. Philippus accepta Soncinēſi clade duabus tam prædaris urbibus Brixia & Bergomo diuturna obſidione liberatis: quæ erant ad deditionē prope redactæ totq; regionibus oppidis magis quam uicis frequētibus uno fere tempore amiſſis: tum demum cognouit: non ſano conſilio Piciniuum fuiſſe in æthruriā tranſmiſſum. Quibus ex cauſis ad remedia quæ impræſentia ad ſuaꝝ rerum ſalutem expedire putabanť: cōuerſus oppidum Cremā uelut tranſadduanæ oræ caput omnino ſeruandum iudicat. Adduā ne ſuperēt boſtes ſummo ſtudio uiribuſq; innitendū. Cremonā præſidio firmandam. Piciniuum ab æthruſco bello reuocandum: & nudatas in ſuper copias ſumma celeritate reficiendas: exercitumq; inſtaurandū. ad quas res conficiendas ita prouidit. Lodouicus Sanctoſeuerinas qui Soncinenſi pugna abfuerat: cum ſuis ad tuendam Cremam mittitur. Borſius Cremonā: qui ei urbi præſidio ſit. Reliquæ copiæ quæ prælio ſuperfuerāt: in laudenſium mediolanenſiūq; fines traducunť: ubi iam populi paſſim magnitudine acppinquitate boſtilis exercitus perterriti tumultuare ac pecora bonaq; ſibi cariora in urbes tutaq; loca conferre cœperant. Foroiuliano & uermio ut Adduæ ripam quæ ad laudenſes mediolanēſeſq; pertinet: die noctuq; perluſtrent: atq; explorent: negotium datur: boſteſq; ſi tranſire conentur: tranſitu probibeāt. Piciniū litteris nunciiſq; de iis quæ acciderant: certiorē facit: Iubet æthruſcis rebus poſtbabitis in longobardiā cum exercitu q̄celerrime redeat. Ipſe interim copias omnibus bellicis rebus Soncinēſi prælio exutas equis armiſq; renouare contendit. At in uenetoꝝ caſtris ſæpe aduocato concilio diſputatum eſt de ponte in addua conſtruendo: quo exercitus in Mediolanēſes traduceret. Nam poſteaquam ad oppidum quod Ripaltam ſiccam uocant: ſecus Adduam ſitum millia paſſuum uiginti ab urbe Mediolano recedens uentum eſt: comparata ad faciendū pontem

materia : ueneti legati id maiorem in modum conabant̃. Quod cum a Franciſco ſæpe tentatum eſſet : difficile factu comperiebat : duabus rebus maxime obſtantibus: & quod ita per eos dies imbrib? niuibuſq; flumen excreuerat: ut omnia circunquaq; illuuione replerent̃. Et quod boſtes ut demonſtratũ eſt : ex aduerſa ripa: nequid in flumine operis iniretur: facile probibebant. Quod cũ ita eſſet : Franciſcus ne tempus fruſtra conſumeret: Carauagio admouit : Nam cæteris tranſadduanis ſubactis : ſoli Carauagini & Cremenſes in Philippi fide manebant . Cæterum dum oppidani machinis oppugnatur: Leo Spbortia franciſci frater: cui tormentor̃ cura demandata fuerat : bombardula ex oppido aduenienti in aduerſum dextrum fœmur ita uulnerat̃: ut ſemianimis in terram proruerit : quem Franciſcus acerbiſſimũ fratris caſum ſane ac debuit: grauiſſime ægerrimeq; ferens mox obſeſſis enunciari iubet: ſe inde nunq̃ diſceſſur̃: quin de fratre ultionem ſumat. Qua re Carauagini ingenti metu territi ueniam pro iis petentibus Triuillianis : in fidem accepti ſunt. Dum hæc in tranſadduanis geruntur : Picininus quem ſpes Peruſiæ potiundæ longe fefellerat: quãuis urbe eum ciues honorificẽtiſſime excepiſſent: His reb? cognitis: in Corthonẽſes mouit urbemq; per proditionẽ capere nixus . Inde profectus inter Tifernum & Burgum cum exercitu conſtitit . Interea Pontificis Florentinor̃q; exercitus duces cum aliquandiu circa Aretium ſtetiſſent : & poſtea ad oppidum Anglare acceſſiſſent: cognito Picinini aduentu boſtiũ præſentiam ueriti caſtra quæ prius erant longius : ad ipſa Anglaris mœnia deduxere: quo etiam tempore interceptæ ſunt litteræ & ad Picininũ perlatæ : quas Florentini idcirco ad Nerium caponem & Bernardum medicem in caſtris legatos dederant : ut prælio abſtinerent : etiam ſi boſtis eos ad pugnam prouocaret: incolumitatiq; tantũmodo exercitus ſtuderent : cum ſcirent boſtem quem Philippus in Galliam magna feſtinatione accerſebat: non diu in bis locis futur̃. Hæc tanta timoris ſignificatio audaciam Picinino adauxit. Itaq; re cum fauentinis fratribus aliiſq; perpaucis cõmunicata: prius quam in Flaminiã deſcẽderet: temptare prælii fortunam conſtituit nõ dubitans: collectum & inconditam male inter ſeſe conſentientiũ ducum multitudinẽ profligatur̃: & de ſuperatis pontifice ac Florentinis ultionem ſumptur̃: & Italiam poſtea pro libidine moderatur̃ . Ea re conſtituta : caſtris clam noctu cũ paucis egreſſus: & quo in loco cõſediſſent boſtes: ſpeculatus tertio Kalendas Iulias quo die annua diuor̃ Petri & Pauli apoſtolor̃ feſtiuitas celebratur: ad meridiẽ ſub ipſo ſolis ardore uaſa colligere: & uelut eſſet in Flaminiã tranſiturus: Burgum omnes petere iubet: cumq; eo appuliſſet: ſarcinas & impedimẽta deponi: & cui ordinẽ primũ ducere eo die obuenerat : ad ſiniſtram in boſtes flectere imperat. Ipſe cũ cæteros ordinũ præfectos: qd fieri uellet: edocuiſſet: oppidanis humaniter

appellatis: & uti ſe ad inſpiciendam de hoſte uictoriam ſequerentur: inuitatis: in priorem contendit ordinē. Præuiderat autem coniectura quid apud hoſtes tunc fieret: quod poſtea per exploratores planius cognouit: Nam cum in ea hoſtis propinquitate militem ante meridiem frumētatum pabulatūue emitterent: ſtructam paratamq; in quācunq; dimicationē repentinumq; hoſtis impetum pro caſtris aciem habere conſueuiſſent: eo die in ueſperam declinante: negligētius omnia agebantur: ac emiſſis temere frumentatorib? qui in armis uſque ad meridiem ſteterant: Reliqui per tentoria calorem lenibant: adeo ut niſi ueteranus Michael attendul? de ſummo accliuo ut armatus obequitabat tenui primo poſt denſiore, pſpecto puluere ad arma exclamaſſet: facile eos potuiſſet: quod crediderat Picinin? incautos inermeſq; opprimere. Anglare nanque oppidum ſub imis Apennini radicibus in caſtigato leniter colle ſitum: ad eam partem in orientem uerſam: quæ ſpectat ad Burgum: accliuū habet aſcenſu baudquaquā difficilem. Qua uero in parte deſinit: planicies paſſuum circiter millia quinq; incboat ad Burgū uſq; perpetua. Hanc ab accliuo non magnus interſecat torrēs: ſed dextera læuaque ripis munitus: & uiam quæ Burgum uerſus ad lineā eſt directa eo interciſam torrente lapideus pons iungit. In eum igitur pontem aduolans Michael ſuos undiq; accurrentes conſiſtere iubet. Hunc ſubſecutus eſt ſimonetus ex caſtropetro ductoꝝ in pontificis exercitu primarius: Mox aduolat urſinus. Tunc duces ad torrentem uelut præcipuam caſtroꝝ munitionē de ſumma gerendæ rei pro tempore cōſultantes: præmiſſis ab hoſte ad tæli iactum appropinquātibus conſtituere: ut tripartito acies ad ſuſtinendū hoſtis impetum in ſtrueret. Michael cum Spbortiano equitatu frontē obtineret. Dexteræ alæ urſinus. Siniſtræ Simonetus & Petrus meuaniēſis cum parte eccleſiaſtici equitatus præeſſent: utque Spbortianis omnibus mediis dextrum cornu Florentin? mercenarius miles: ſiniſtꝝ eccleſiaſtica cobors reliqua tenerent. In ſubſidiis apud Patriarcbam apoſtolicum legatum ſigna conſiſterent: & quicquid erat equitatus reliquum peditatus aūt in ſummis torrentis marginibus locaretur. Ita cum locus eſſet boſtibus periniquus. Florentinis uero ad tuenda caſtra peropportunus. Fit primo congreſſu in eos: qui pontē obtinebant: impetus quos Michael cum facile repuliſſet: tum Euſtorgius & Franciſcus Nicolai picinini filius magno equitatu irruentes illum ponte deturbāt: & in accliuum uſque pugnādo inſequunt: rarior enim adbuc erat in omni florentina acie armatus eques: cū pabulatores ex campis celerrime acciti nondū arma induere potuiſſent: & ob id multi inermes in prælīū occurriſſēt. Michaeli autem laboranti cum opem attuliſſet Simonetus: boſtibus ad pontem uſque repulſis: pugnatur acriter circa pontem: torrentiſq; uada toto utrinq; fere peditatu. Sed ubi Michaelē uidet locum tenere

Simonetus in ſiniſtrum cornu : ut erat ante conſtitutum: reuertitur: quod cum ſecundo ac tertio eſſet factitatum : alios recentiores Picinini ordines īmittit: quibus Euſtorgio filioq; additis: rurſus in Michaelem magnus fit impetus: totaq; in eum undiq; pugna refertur : qui tandiu Sphortiano ſtipatus milite impetū ſuſtinet: ut Nicolao piſano ad ſiniſtrum pontis uadum capto: ipſe etiam parum abfuerit: quin ab hoſtibus circūuentus caperetur. Tunc confertiſſima acie urſinus & Simonetus magno animoꝝ ardore ex ſuperiore loco in prælium deſcendunt: & Piſano recepto hoſtem referre pedem compellunt. Hos item Braciani redintegratis uiribus numeroq; pugnantiū aucto tanto pontem uadaq; præſidio firmauerūt: ut nullum amplius exiſtimarēt futurum hoſtium impetum: quo inde pelli poſſent. Ex quo fiebat: ut in ea quæ inter pontem & accliuum qnquaginta paſſus planicie interiacet: denſiſſime fortiſſimeq; prælia conſererent̃. Nam cum binc accliuum Florentini inde torrentis ripas uadaq; Braciani pro munitionibus haberent: in libero qui intercedebat campo nullus erat: niſi quem uirtus feciſſet ſuperiorem: tantaq; pugnabatur utrinq; pertinacia : ut multi fractis haſtis deficientibuſq; gladiis aut diſiectis aut manu delapſis præliantes inter ſeſe cunctis percuterent. Per hunc modum cum quattuor circiter horas dubia uictoria pugnatū eſſet: braciani tādem uinci cœperūt: quod duabus maxime de cauſis accidebat: tum quod ex ſuperiore loco uti demonſtratū eſt: cæderentur: tum quod cum aduerſarii: qui tunc primum arma ſumpſiſſent: Appulis Calabriſq; recentioribus ipſi contra germanis minoribus longoq; labore per maximos calores ſtrigoſioribus atque defeſſis uterentur equis: facile & proſternerent̃: & conficerent̃. demum uno atque eodem tempore omni fere ex parte ponte uadiſq; depulſi in reliquā in uia ſtantem aciem magno omniū clamore aguntur. Ex quo inter ſeſe prementes ita in anguſtū conflictabantur: Via enim ab parte utraq; foſſa muniebat̃ : ut nullo inter ordines relicto ſpatio : nec ſe explicare: nec tueri poſſent. Itaque inclinata acie terga uertunt : & qua uenerant: in turpiſſimā coniiciunt̃ fugam. Picininus deſperata uictoria : uix & anxie ad burgum ſe cum paucis recepit. Peditatus eſt omnis mox diſſipatus. Signa oīa capta: & Florentiam continuo relata . Tentoria ſimul cum impedimentis in prædam uerſa. Ex equitatu pauci admodū euaſere. Euſtorgius in Piſani poteſtatem deuenit. Capti ſunt ex burgenſib? ſupra mille ducentos: qui Picinini fiduciam ſecuti: quem uictorē fore haud dubie credebant: populariter in hoſtes exierant. Deniq; hæc fuit uictoria: finē bello impoſitura: ſi duces eam ſequi uoluiſſent. Sed nec dux unus erat : cui omnes parerent: nec ductoribus cunctis idem animus: ob id diſſidentes: ſpatium illi abeundi dederunt. Tertio demum poſt pugnam die : cum ille iam tranſmiſſo Apennino in urbinates abiiſſet: in burgenſes duxere: quoꝝ

oppidum & quicquid per eam regionem Picininus occuparat: in dedi
tionem acceperunt. Posthæc bibienam & cætera prius amissa Florenti
ni feliciter recuperarunt . Oppida uero quæ Franciſci puppii comitis
fuerant per Casentinates obsessa : in potestatem redegerunt'. Totum
deniq; Casentinum agrum qui nunquam Florentini populi paruerat
imperio: sibi subiecerunt. Picininus posteaquam copias omnib? exutas
armis collegit: in Flaminiã reuersus: ciuitates præsidio firmat. Deinde
in Galliam ad Philippum redit: omni deuicta transadduana : præter
Cremam ut supra ostendim?: regione: paceq; pro ea per inducias cum
Lodouico Sãctoseuerinate composita: leoneq; fratre Carauagii relicto:
ubi paucis post diebus magnitudine doloris ex uulnere confect? e uita
migrauit: omissoq; omnino transeundi fluminis negotio: Franciscus
in Cremonẽses duxit: nec per ea loca diutius immoratus: agro undiq;
per uoluntariã deditionem in fidem recepto: & quod si ad obtinẽdam
Cremonã uires conuertere uoluissẽt: sine classe eã obsidere non posset:
in mãtuanos traiecit: Marchariãq; adortus quod est oppidum in ipsa
Olii fluminis ripa situm: & pontẽ habet: qui ad Cremonẽses pertinet
& arcem muro uetustissimo munitam: dedẽtibus sese oppidanis: præsi
dio firmauit: arcemq; deinde magna tormentor? ui oppugnare aggres
sus tandem expugnauit. Interim Asulani & quicqd erat inter Olium
Mintiumq; amnes Brixiensis Mantuaniq; agri præter municipia per
pauca ad ipsum usque mantuanũ claustrum : in uenetor? Francisciq;
uenere potestatẽ. Nam ita erat inter ipsos cautum: quod si Mantuam
eo bello cepissent : Franciſci esset: Si Cremonã Mantua relicta Cremo
nam retineret: si tandem Mediolanũ Cremona item dimissa: Mediola
num obtineret. Mantua eadem difficultate quam de Cremona dixim?
obsideri ea tempestate nullo pacto poterat: ubi Iohãnesfranciscus Mar
chio una cum Lodouico Sãctoseuerinate quem ad eum Philippus post
Franciſci e transadduanis discessum auxilio miserat: magnis uiribus
sese continebat . Quãobrem ueneti quæ adhuc oppida & in brixiensi
& in Veronẽsi agro in hostium erant manu: per æstatem obtineri ma
gno studio cõtendebant. Pischeria est in extremis Veronensiũ finibus
oppidum: & in ipso Benaci lacus ostio positum: unde Mintius amnis
initium capit . Arcem habet duplicem cum altitudine & latitudine
muror?: tum altissima etiã fossa munitissimã: pontesq; item geminos:
quor? alter sublicius ex oppido: alter latericius ex arce ad Veronenses
spectant: Quod cum Mantuani firmo tenerent' præsidio: brixienses a
Veronensib? transitu intercludebat : magnasq; uenetis gerendo bello
difficultates afferebat: ob eam rem cũ potiundi eius magno tenerent'
desyderio : eo Franciscus ductis copiis : oppidum à terra binis castris
facto in eo flumine cõfestim nauibus ponte & classe a lacu circũsedit.
Oppidum non multis post diebus expugnat : ac in prædam uertit .

Deinde ad oppugnandā maiorē arcem maiore conatu cōuerſus. Nam ſeptem ingentis magnitudinis bombardas eo deuebi iuſſerat: muros nullo intermiſſo tempore quatiendos curat. Sed duæ potiſſimū difficultates ibi eum diutius quā putarat: moratæ ſunt: altera quod modo ſulfur: modo ſaxeæ pilæ deficiebant: ſine quibus nihil agere in ædificium poterat. Altera quod arx utraq; adeo uetuſto ac denſo latericio & altiſſima latiſſimaq; foſſa aquæ plena ex Benaco deriuatæ munieba tur: ut nulla machinatione nullaq; ui niſi aſſidua oppugnatiōe dirui: uinciq; poſſet. Itaq; poſt trigeſimū quam oppugnari cœpta eſt: diem: & Arcella quatriduo poſt per deditionē tandem in uenetoꝝ dicionem redacta eſt. Interim Philippo: duabus tam inſignib? acceptis cladibus: nulla erat ut prædiximus: cura maior: quam ut Franciſcus Sphortia aut eius uoluntate ab uenetoꝝ auxiliis amoueret̃: aut ſuſpectus illis redderetur: & quod adhuc uiribus aſſequi non potuerat: id arte conandum putauit. Ad eam rem conficiendam Nicolaum Marchionē æſtenſem ſibi adiutorē parat: quem ſciebat apud Franciſcū ueteris hoſpitii cauſa & auctoritate & gratia plurimum poſſe. Hunc igitur Mediolanū ad ſe accerſitum: & quid fieri uellet edoctum Ferrariam redire & Blancam Mariam adoleſcentē: quæ ut demonſtratū eſt: Franciſco fuerat deſponſata: ſecum ducere iubet. Is cum ſuam calamitatē ex Philippi & Iohānis francisci mātuani calamitate pendere haud dubie intelligeret: omnia quæ Philippo uſui fore exiſtimaret: libentiſſimo quidē animo & ſuſcipiebat: & peragebat. Itaque Mediolano proficiſcens: Blancam cū non paruo Mediolanenſiū ciuium comitatu ſecundo Pado deuectā Ferrariam ire iubet. Ipſe Mantuam deflectens Frāciſcum litteris nunciiſq; rogat: ut in amœniſſimā mantuani uillam quam Marmirolum uocant: data fide publica: ad colloquium uenire non grauaret̃: ubi de pace deque coniugio agere poſſint. At Franciſcus qui non ignorabat: quorſum hæc tenderent: ita Nicolao reſpondit. Non eſſe ſibi iniuſſu ueneti ſenatus ad hoſtis loca eundum: nec a Senatu ipſo ſi ſapiat: permittendum. Quo reſponſo Nicolaus accepta fide Capriana primum: deinde Piſcheriam in caſtra profectus: pbenigne a Franciſco excipitur: qui cum multa de pace diſſeruiſſet: Franciſci plurimū intereſſe dixit: ut philippi fortunæ quibus ipſe aliquando potiturus eſſet: non modo non conſumerent̃: ſed ſeruarentur: augerent̃q;. Satis ſuperq; eius honori & dignitati factum eſſe: cū uenetis non ſolum Brixiam ac Bergomum extremo prope periculo liberauerit: ſed tot etiam amiſſas regiones oppidis municipiiſq; frequentes reſtituerit: rem uenetam in tuto iam eſſe & Florenti reꝝ ſtatu poſitam. licere ei abſq; bonoris ſui offenſione trans Padum cum ſuis copiis reuerti. Se autem compertiſſimū habere: Philippum æquis cōdicionib? pacem cum uenetis Florētiniſq; factuꝝ & Blancam quoq; filiam quam hactenus obſtinate totiens ei

tradere negaſſet : uel in caſtra uel quocunq; uoluerit: trāſmiſſuꝝ. Ad hæc Franciſcus ſe ſcire uenetum ſenatum pacis eſſe cupidiſſimū : nec eam in præſentia recuſatuꝝ: & ob eam rem ad illum eſſe eūdum: pace compoſita de Blanca : quid agendum ſit: ſe amicos quorum ipſe eſſet primus: conſultuꝝ . Hæc omnia Franciſcus cum Paſchale maripetro legato cōmunicabat: & uenetis per litteras ſignificabat: quod maximo certe fuit de illi⁹ fidei cōſtantia teſtimonio. Nam ea Nicolai ad Franciſcum profectio adeo uenetis omnibus & ſuſpecta fuit & formidoloſa: ut incredibilē pœne uenetoꝝ animis timorem intulerit. Fama autem per id ipſum tempus conſtans fuit: Nicolaum cum maximo teneretur deſyderio : ut Blanca Leonello filio quem ſibi ſucceſſorē in principatu inſtituerat: nuptui traderetur: ſæpe a Philippo: ut id efficeretur: contendiſſe: ſed illum ſemper recuſaſſe: attamen non ægre tuliſſe: rumorem hunc ad Franciſcū perferri: quod eo conſilio filiam Ferrariā miſerat : ut & ſponſæ & ſpei magnæ fortunæ amittendæ metu adductus: uenetos deſereret. Et cū non mediocriter Philippus dubitaret: nedum filia Ferrariæ eſſet: aliquid in eam æſtenſes molirent̄ : iis mandat: quorum curæ cōmendarat: ut omni adhibita diligentia: ita agerēt: ut rē puellæ ſaluam redderent. His rebus peractis Franciſcus lunatenſi etiam arce duodecim a Brixia paſſuū millia poſita ſitu & opere munitiſſima poſt longam oppugnationē per deditionem tandem recepta exercitum in Veronenſes traducit : Valegioq; potitus : lateritium pontem qui in Mintio ſuberat admirabili ppe ſtructura a Iohanne Galeacio uicecomite Mediolanēſiū principe conſtructum : ui tormentoꝝ coacto præſidio in poteſtatem redegit. Dein quicquid Mantuanus in Veronēſi obtinebat agro : leniaco propter aquaꝝ magnitudinē quibus undiq; muniebatur: dūtaxat excepto: per autumnū uenetoꝝ reſtituit imperio. Cæteꝝ cum importuna magnis cōtinuiſq; ferme imbribus byems ingrueret: exercitum ne in campis fruſtra labefactaret̄ : in byberna remittendum duxit . Itaque uenetas copias: ut quotannis facere conſueuerāt: trans Atheſim bibernatū redire imperat: ſuas in brixienſes partiendas mittit. Ipſe autē Veronæ propter urbis amœnitatē ſibi byemādum conſtituit. Interea Lodouic⁹ cardinalis legatus & Florentini exercitus duces trigeſimo die poſtquam Picininum profligauerāt: in Flaminiā deſcenderunt. Eorum aduentum Sigiſmundus & Malateſta fratres ueriti ad pontificis fidem Florentiniq; populi amicitiā rediere. Sed non multo poſt Malateſta rurſus ad hoſtes tranſiuit. Sigiſmund⁹ tamen pontifici Florentiniſq; parebat : Nam ita inter ſeſe pro communi ſalute conſtituerant : ut alter Philippianas partes: contrarias alter deinceps ſequerentur : quo uictor poſtea uictum apud uictores ſeruaret. Caſtra circa Foroliuium duces poſuere: ubi cum aliquandiu nequicquā ſtetiſſent: ad Balneacauallū: duxere. Oppidāi ubi nihil auxilii a fauētinis fratrib⁹

& a Franciſco picinino quẽ Nicolaus pater Bononiæ præſidio reliquerat: ad ſe mitti uident: poſt octauum obſidionis diem ſeſe legato dedidere. Idem facere poſtea Maſſa lõgobardoꝝ & ignobilia quæq; immolenſis agri municipia. Dominabat᷑ per idem tempus Rauennæ Hoſtaſius polenta: qui cum eſſet bracianaꝝ partium & non ſatis regnandi peritus: reguli fere omnes proximi: ad occupandã eam urbem uertiſſe mentẽ uidebantur. Quibus rebus ciues propinquis maxime boſtibus ueriti ne duriorem inuiti tyránidem ſubirent: Hoſtaſium deponunt: & ad uenetos q̃primum mittunt petitum auxilium: quoꝝ mox præſidium intra urbem recipiunt. Hoſtaſius per hunc modũ urbis dominatione ſpoliatus ad uenetos ſibi cõfugiendũ putauit: quo inde aliquid ad ducendum in reliquum tempus uitam conſequeret᷑. Sed longe illi aliter quam putarat: euenit. Miſſus. n. in Inſulam cretam intra paucos dies cum unico filio extinctus eſt: ita urbs nobilis ex eo tempore uenetis acceſſit. His rebus in Flaminia confectis autũnoq; iam fere exacto exercitus eadem difficultate qua Franciſcũ in Gallia coactum dixim⁹: diuiditur Eugenii & Florentinoꝝ copiæ in æthruriam atque umbros: & Michael cum Sphortiana manu in Picentes hyematum rediere. Sub idem tempus Eugenius pecunia delinitus & florentinis Burgum in umbris & Balneacauallũ: & lugum in Flaminia oppida quidẽ ex romanæ eccleſiæ patrimonio non ignobilia: accepto magno auri pondere: Nicolao æſtenſi poſſidenda conceſſit. At Philippus tot bellis totq; ceptis incommodis ærario exhauſto uectigalib⁹ etiam in bienniũ fere creditoribus obligatis: Poſteaquã ad eum Picinin⁹ rediit: omnes eius cogitationes ad comparandã ex ſubditis pecuniam cõuerterat. Sed ne ſibi ipſe odia ſuorum conflaret: id Picinino negotii dat. Is igit᷑ nulla cuiuſquã habita ratione aulicis quantas potuerunt pecunias conferre compulſis: uectigalia auxit: tributaq; ciuitatibus impoſuit. Qua ex re uniuerſa prope longobardia uelut in prædam conceſſa: nõ multo temporis ſpatio tantam pecuniæ uim coegit: ut tribus centenis aureum nummũ millibus amplior cenſeret᷑: qua in milites affatim diſtributa: Picininus nullum per ſubeũtem hyemem tempus remiſit: donec non tam ſuas quam reliquas Philippi copias: quas apud Soncinum Franciſcus profligauerat: armis equiſq; reſarciuerit: ac ornatiores quã prius erant reddiderit. At Franciſcus quod maiorem quam unquam antea: ab boſte motum impetumq; fieri expectabat: Venetias ad conſultandum de rebus bellicis proficiſcit᷑: ubi dum conſiliis agendis tempus teritur: crebri ad eum rumores afferebant᷑: copias boſtium inſtrui: & circa Padum Adduamq; cogi: Quibus cognitis & uenetos ciues quos in republica magnam habere auctoritatẽ cognouerat: hortari: & ipſum apud Senatũ uæhemẽtius inſtare non ceſſabat: quo & pecuniæ & quæque bello gerẽdo uſui fore putabat: maturi⁹ comparaꝝt᷑: ne cunctãdo

ac parcendo celeritate ab hoſte præuenirent̃: Sed ut ſunt natura liberi populi ad deliberandū tardiores & ad dependendam præſertim pecuniam difficiliores: ex die in diem res ducebat̃: cum exiſtimarēt hoſtem nequaquam per hyemē eductu⁊. Sed Picininus qui imparatum incautumq; hoſtē opprimere conabatur: ingenti celeritate & contra omniū opinionē uno atque eodem tempore uniuerſis Philippi copiis Padum Adduamq; traductis atque unum in locum conuenire iuſſis inſcientibus hoſtibus qui in frontibus erant: in Brixienſes traiecit. Municipes repentino hoſtiū aduentu perterriti ad Picininū de deditione mittūt. Sphortiana manus cui Iohannēſphortiā fratrem Frāciſcus præfecerat: ut erat per hyberna multas in partes diuiſa: cognito periculo: diffiſa munitionib⁹: diuerſa in loca quæ ſibi ꝓxima tutaq; eſſent: q̄celerrime ſeſe conferre conſtituit. Itaque Iohannes cum eo qui ſibi propinquior erat equitatu: Brixiam proficiſcitur. Reliqui ordinum præfecti partim urceos partim Aſulam petierunt: maior numerus: intercluſis itineribus ne Brixiam peterent: in oppidum claras q̄ ſibi propius offerebatur: ſeſe receperunt. Hos Picininus toto agmine inſecutus oppidum continuo expugnare aggreditur. Præfecti aūt quorum Squarcia monopolitanus Kabotbus natiōe tbeotbon⁹ & bector Ricardus bortbonēſis primi erant: territi ac in acie ſtantes quid ſibi conſilii caperent: neſciebant. Nam aliis ut in extremo periculo fieri ſolet: eruptione facta ea porta quæ ad Brixiam aditum habet: ſi iter ſibi ferro parare & Brixiam ad ſalutem contendere poſſint: experiri placebat. Alii ut ſeſe oppido tuerentur: cenſebant. His diſputationib⁹ nemo erat interea: qui equo deſcenderet: & ſeſe tælis e muro defenderet. Perpauci ex oppidanis: cū mœnia ambulatoriis ꝓpugnaculiſq; carerent: ægre ſe tueri cœperunt. Quod ubi animaduertit Picininus: maiore conatu undique oppidum inuadit: muros defenſoribus uacuos armati milites facile impetum: ſcalas agunt: & murum ferreis ſudibus ſuccidere annitunt̃. Nec diutius oppidani pugnā ſuſtinuerāt: cum ſua ſuorumq; impetrata ſalute recipere hoſtes per muros in oppidum cœperunt. Quare captis refractiſq; cōtinuo portis: fit omni ex parte a multitudine magno impetu intra oppidum irruptio: & ita mox equitatus omnis qui ad duo equitum millia conſtabat: captus eſt: boniſq; omnibus exutus: & præfectorum principes in uincula coniecti. Hac hoſtium uictoria regionis eius municipia: quæ adhuc in uenetoꝝ fide perſtiterant: magno omnium concurſu ad hoſtes deſciſcunt. Nam tantus omnes pauor inuaſit: ut biduo fere uniuerſus brixienſis ager q̄ in plano eſt: urceanis Aſulaniſque & aliis perpaucis exceptis qui aut præſidii aut arcium timore in officio continebant̃: ad hoſtem defecerit: & quicqd inſuper Franciſcus per æſtatem in Tranſadduanis Bergomenſibuſq; & in Mātuanis receperat: concitata partim metu partim uoluntariis animis

incolentiũ rebellione: in Philippi & Iobãniffranciſci mantuani fidem redierit . Sub idem tempus Zarpellio qui ex humili admodum loco per Franciſcum ad magnã rei militaris laudem famamq; peruenerat: auaricia ac ſtudio non tam militiæ q̃ rei familiaris augendæ ductus ad Philippum Picinini opera tranſfugit : a quo ꝑbenigne exceptus & militia ac ſtipendio magnope auctus municipio etiam in papienſibus non humili donatus eſt. De his rebus Franciſcus multoꝝ litteris nunciiſq; certior factus maturat e Venetiis proficiſci : & magnis itineribus Brixiam contendit . Ex itinere copias omnes quæ trans Athesim hybernabãt: ſubſequi iubet. Picininus ſiue qđ hoſtis præſentiam uereretur: ſiue quod per hyemem Februario menſe diutius apertis campis caſtroꝝ metatiõibus probiberetur: ultra Olium remigrauit: Thaliano in brixienſibus præſidio dediticiis relicto: Soncinũ ex itinere obſedit: quo paulo ante Michael griptes patria uenetus cum ſexcentis circiter equitibus a Franciſco præſidio miſſus uenerat: & cum aliquandiu oppugnaſſet : dedentibus ſeſe incolis ; oppido ſimul & præſidio potitus Michaelem Mediolanũ ad Philippum perduci iuſſit . Inde exercitum omnem in hyberna dimiſit. Idem Franciſcus facit. Nam & ipſe Veronam rediit : & copias quæ nondum Athesim tranſierant : in ſtatiua remiſit: nulla maiore cura Franciſcus in præſentia urgebatur : quam ut ſine mora exercitus & inſtrueretur : & augeretur: cæteriq; belli apparatus compararẽtur: ut cũprimũ pabuli copia in campis ſuppeteret: eductis copiis hoſti tempus præriperet. Itaque & nudatas nuper claris cohortes inſtaurare: & reliquas reficere nullo intermiſſo tẽpore curat: equitatum omnem quem anno ſuperiore Florentinis auxilio miſerat: ex picentibus ubi hyemabat: in gallią reuocat. De Michaele attendulo ita cum uenetis egit: ut eum ſtipendio conducerent : & Catamelatæ ſuffectum : copiaꝝ ſuarum ducem deſignarẽt . Omnis autem ueneti Florentiniq; exercitus imperii ſumma ut prædiximus: ad Franciſcum fuerat ex fœdere delata . Sed apud uenetos lente omnia peragebantur indignante franciſco atque ita ægre ſtipendia militibus exoluebanť: ut prius Iuniæ Kalendæ aduẽtarint. & Picininus magnis copiis rurſus in brixienſes tranſierit: quam uenetoꝝ exercitus unum in locum cogeretur . tandem contractis non longe a Piſcheria copiis & poſt Idus Iunias Mintium traductis : iuſtis itineribus in brixienſes franciſcus properat. Picininus interim apud Cinianum municipiũ haud longius quã duodecim a Brixia paſſuum millibus caſtra ponit : ita aquæductibus foſſiſque munit : ut nemo fere niſi uadis quibuſdam eo ingredi poſſet. Franciſcus ubi in brixienſiũ fines peruenit: minus quinq; paſſuum millibus hoſtium caſtris appropinquat: exploratiſq; itineribus ac perſpecta locorum munitionũq; natura: concilium aduocat . Dein ſæpe ego inquit: audiui ſocii: Nihil magis belli duci expedire: poſteaq̃

hymtus

Cinianu municipiũ

ex bybernis eduxerit: quam boſtem ſi aderit: nulla cunctatione & uiri bus uniuerſis & animo ingenti inuadere. Ex boc enim id capi cõmodi quod illi apud populos minuitur auctoritas & militibus animus: buic uero augetur: & ſuis additur uirtus: idcirco mibi eſt in animo: poſtero die prima luce boſtes inuadere: quos nõ longe a nobis abeſſe uidetis. Scitis quid abſentibus nobis per byemẽ partim populoꝝ mobilitate partim noſtroꝝ ignauia atq; ſecordia egerint: & quantum poſtea æſta tis initio non noſtra culpa ſed aliorum inertia brixiẽſibus detrimenti intulerint. Nunc uero munitionib? incluſi diſtinere nos & in noſtris finibus bellũ ducere conari uidentur. Hos igitur adoriamur & noſtris finibus arceamus: quibus & numero militum præſtamus & robore ſi non ſuperiores: attamen impares nõ ſumus. Nec illa res nos deterrere debet: quod ſeſe munitionib? circunſepſerint: quin prælii fortunam experiamur: quod ſi pugnandi poteſtatem fecerint: cõſequemur: quod quærimus: nec dubitandũ: quin inde uictoriam referamus. Sin uero ſe caſtris continuerint: boc certe nobis non deerit: fore omnibus aper tiſſimum: per nos non ſtetiſſe: quo minus confligeret. Dein poterim? ad eorum caſtra propius accedere: qua ex re id neceſſario futurum arbi tror: aut eos nobis præliandi copiam facturos: aut brixienſi agro ceſſu ros. Quibus dictis ſententias ſingillatim exquirit. omnes eodem aĩo eius conſilium maiorẽ in modum laudant ubi illuxit: ordines quem admodum pugnaturi eſſent: inſtruit: cobortes duas quas ſubſidiarias appellant: ut ad omnem caſum paratæ in ſubſidiis eſſent: inſtituit: ſingulæ ex delectis toto exercitu equitibus centum conſtabant. Impe dimenta ad dexteram diuerſo pariq; cum ordinibus itinere procedere iubet. His magnum ſtratorum numeꝝ qui uiam pararent: adbibet: Quibus conſtitutis rebus inſtructa acie in boſtes contendit: & iam Ciniano appropinquauerat: & nondum poſtremi e caſtris egreſſi dice bant: cũ orta inter ordines uox ad eũ aduolat: boſtes magno numero nouiſſimos inuaſiſſe: & ob id ad arma conclamari: Qua re continuo Franciſcus Troilo & Petrobrunorio qui eius lateri aderant: imperat: ut procedenti agmine ipſi paululum e regione boſtilia caſtra præter greſſi ad dexteram qua munitiones deſinerẽt: latiorq; in caſtra aditus pateret: prælũ paruo tamen leuis armaturæ equitatu inirent: boſteſq; quoad poſſent: æquum in campum donec ipſe eo adueniſſet: allicere conarent. Idemq; a Michaele ſeruari mandat. Ipſe citato gradu: ubi ad poſtremos uenit: nibilq; boſtile comperit: ad principia reuertitur. Interim boſtes ubi in ſeſe Franciſcũ uenientem cognouerũt: armato exercitu: munitionibus ſeſe continere conſtituerũt: & leui prælio pro caſtris contendere ob eamq; cauſam equites pediteſq; perpauci emiſſi Troilo & Petrobrunorio obuiam facti: in eos ſeſe inferunt: prælioque cõmiſſo philippiani continuo repulſi terga uertũt: & intra munitiones

cursu aditibus notis se recipiunt : moxque dein duabus uno tempore portis haud longo inter se spatio distantib? Picininus nō multo tamē milite eruptiones facere & ab latere aperto uenetā aciē lacessere cœpit: eamq; ne progrederet̄ : loco limoso hostibus iniquo & sibi popportuno moratur: ueritus: ne si longius procederet: liberum in castra inueniret aditum. In his Zarpellio transfuga uersabat̄ : qui non ut dux milesq; quēadmodū ante solebat: rem gerebat: sed ut dux tantūmodo a tergo alios hortari: moderariq; uidebatur. Quo ubi Frāciscus uenit: conspicatus rem iniquo loco geri: Troilū grauiter increpat: qui temere ab hoste tractus eo pugnā deduxisset: ubi sui iniquiore loco præliari cogerent̄ cumq; responsum esset: nullum faciliorem repertum esse aditum: nisi qua hostes prodirent: statuit: qua parte erat pugnari cœptū: eos urgere ex qua sæpe non tam equestri quā pedestri manu hostem intra munitiones actum aditibus repagulisq; deturbare acriter contenderat. At illi contra obstinatissimis animis qđ nisi a duabus partibus oppugnarentur: ne pedem quidem referebāt: Quin potius cū sese facile muni mentis tuerent̄ : uenetos omni missilium genere cædebant: & a munitionibus procul arcebant: Nam ex occulto ut ex aggeribus ædificiisq; frequētibus eos uulnerabāt: maximeq; multis equos uulneribus confodiebant. Per hunc modum cum a mane ad meridiem usq; per ardentissimos calores utrinque fortissime pugnatum esset: Placuit tandem Francisco: non ampli? tam iniquo loco aduersus potentissimū Philippi exercitum certare neque maiore incōmodo milites ad solis ardorem afficere. Itaq; receptui cani iussit: & non longius tribus passuum milli bus ab Picinini castris ad uicum quod Cadignanū uocant : consedit. In eo prælio ex uenetorū exercitu capti sunt equites circiter uiginti: & ii omnes ex prætorianis Francisci qui eo die omnē fere prælii summā sustinuerūt. Vulnerati autem quamplures in his Troilus & Flascus giraſius : sed grauiore affectus uulnere Flascus alterius oculi lumen amisit: & blese deinceps locutus est. Ex hostibus capti fere totidem. Vulnerati multo plures: in quibus Zarpellio numerabat̄. Desyderati ppauci. Cæterum equorū strages utrinq; ingens fuit. Non multo post repertus est per exploratores liber in Picinini castra aditus paulo inferius ab eo loco: ubi pugnatum est : idque Troili errore accidisse cognitum. Quod ubi Franciscus resciuit: multo quidem quam antea: molestius tulit : cum exploratam ex hoste uictoriam unius culpa amisisse diceret: & ob id rursus ad oppugnāda hostilia castra postero die redire decernit. At Picinin? id ipsum ueritus per eius quæ insecuta est: noctis silentium: ponteuico exercitum omnem in Cremonēses traducit: Fluminisq; ripam passim custodibus tueri imperat : & uenetos transitu prohibere parat: Franciscus his cognitis: biduo post inde mouet: & ad læuā iter faciens: non procul à flumine Olio castra firmat. Municipes

interim brixiẽſis agri boſtium metu liberati: in fidem redeunt: Franciſcus : cum nihil aduerſariis in brixienſi reliqui eſſet : de tranſeundo flumine inire conſilia cœpit : quod &ſi multis locis ſæpe tentaſſet : tamen prohibentib⁹ boſtibus: minime conſequi potuit: ob eamq; rem fallere boſtem opus eſſe: idque longius ab utriſq; caſtris ſibi conandũ ratus hac uſus eſt arte. Vicus eſt ad Olii ripam cum turri a ſuperiore fluminis parte ſitus : quod Pontolium appellatur. Inde ſublicius ad Cremonẽſes pons ptinet: qui non longe a bergomenſiũ finibus abeſt: boſtium tunc præſidio firmatus: Hunc Franciſcus re prius explorata repentina ac improuiſa profectione occupare conſtituit. Itaq; ſtratoꝝ præfectis imperat : ut ad læuam iuxta inferiorem amnis partem iter exercitui ſternendum curent. Pronũciari deinde tubicinum præconio iubet: poſtridie eius diei mane ſe caſtra motuꝝ ſecũdo amne profectu rum ſimulans: quo id fama ad boſtem perferretur. Nocte de ſecunda uigilia motis magno ſilentio caſtris ad dexteram quattuor paſſuum millibus amplius a flumine Olio ire contẽdit. Ex itinere chriſtophoꝝ Tholentinatẽ & Tiberthum brandolinũ cum expedito equitatu præ mittit: qui ingenti celeritate: ut erant edocti: ubi ad locum appulerũt: præſidium inopinans incautumq; opprimunt : ponteque & turri ſine ullo negotio potiuntur. Franciſc⁹ interim non prius ab itinere reſtitit: quam eodem ſupra triginta paſſuũ millia emenſus occidente iam ſole toto exercitu peruenit. At Picininus qui boſtem ſecũdo amne iturum exiſtimabat: poſteaq̃ per ſpeculatores multo iam die de illius diſceſſu occidẽtem uerſus intellexit: continuo & ipſe aduerſo flumine relictis impedimẽtis pergere maturat. Sed ubi Pontoliũ ab boſte occupatum cognouit: magno dolore affectus: conſtitit : animaduertitq; ſe unius Franciſci Sphortiæ calliditate ea in re ſuperatum. Potitus per hũc modum eo ponte Franciſcus bidui quiete militibus data : exercitum traducit. Picininus contra inter Romanum municipiũ & flumen ſerium caſtra ponit: qui inde non minus tranſadduanã oram quã eam bergomenſis agri partem quæ in ſua erat poteſtate: ab boſtiũ maleficio atq; iniuria tutam redderet : & oppida præcipue quæ in frontibus obtinebat: ualido militum præſidio firmat. Cæterum Franciſcus exploratis circunquaq; locis omnibus ut Bergomẽſibus opem ferret : qui omni fere commeatu intercluſi rei frumẽtariæ inopia plurimum laborabãt: & nequid poſt terga boſtile relinqueret: optimum iudicat: ſi ad oppugnandum Martinengũ oppidum copiæ ducerentur. Itaque biduo poſt e conſpectu Philippi exercitus qui trans flumen in armis erat: iter faciens: Martinẽgum circunſedit: quo pridie eius diei Picinin⁹ Iacobum gaiuanẽſem uirum fortem & rei militaris non imperitum ac Petrum Fregoſum ingenti animo & uirtute iuuenem tum apud Philippũ rei militari operam nauantẽ cum eqtibus ſupra mille ducentos præſidio

miſerat. Caſtris ad oppidum in coronam poſitis: Frāciſcus priuſquam oppugnationē inciperet: foſſis aggeribuſq; munire ſua caſtra ſtatuit: qua maxime ad boſtilia caſtra patebant: cum utraq; non amplius duo bus paſſuum millibus inter ſeſe diſtarent. Itaq; coacto magno foſſoꝝ numero dat operam: ut nullo intermiſſo tempore quod de muniendis caſtris inſtituerat: celeriter perficeret̃: Sed tanta fuit operis magnitu do propter eius lateris caſtroꝝ longitudinē: ut triginta ferme dies in eo opere faciendo conſumpti ſint: quo perfecto: oppidum magna bom bardarum mole oppugnari cœptum eſt: caſtelliſq; e regione excitatis muri tormentoꝝ ui fundit? exciſi. At obſeſſi materia iam intus parata tantum noctu aggeribus ſufficiebant: quantum interdiu ruina pate bat. Picininus ubi multis undique accitis copiis exercitum adauxit: laborantibus ſuis opem ferre ſummo ſtudio cōtendebat: & iam muni tionibus aliis atq; aliis e regione boſtiliū munitionū eductis ſenſim minus paſſibus mille uenetoꝝ caſtris appropinquarat: atque eo quod intercedebat: ſpacio crebra interdiu prælia cōmittebant̃: & adeo crebra ut neq; diurno neque nocturno tempore ulla Spbortiano militi: qui in frontibus ſtationes haberet: quies daretur: Philippiani quibus una tantūmodo erat cura laceſſendi boſtis & ferendi obſeſſis auxilii: dies noctesq; ueneta caſtra infeſtare: pabulatores cōmeatuumq; uectores & præſidia ſimul magnis ſæpe uiribus adoriri. In eoꝝ caſtris propter locorum naturam nullus timor nullus fere labor. Omnibus omnia tuta erant. omnia pro uoluntate Picinino imperatori ſubminiſtrabāt̃. Recentioribus & non paruo quidem numero ut oſtendim?: copiis Phi lippi exercitus creuerat. Commeatus ex inſubribus ex ciſadduanis Cre monēſibuſq; abunde & ſine ullo militari præſidio in caſtra tuto com portari. Pabulationes per feraciſſimos regionis agros late & nō longe poſt terga patere & ſine ullo metu fieri. Contra omnia Franciſco & duriora erant & difficiliora. Plura. n. uno tempore prouidenda agenda que occurrebant: oppidi oppugnatio & in boſtis præſertim conſpectu qui eſſet eqtatu ſuperior & peditatu non inferior: exercitus conſerua tio quottidiana pœne parandoꝝ præſidioꝝ cura: quod & aduerſus aſſi duas prope obſeſſoꝝ eruptiones & repentinos boſtium in munitiones impetus quāplures armatas ex inſtituta lege cobortes habere neceſſe eſſet. Præterea ne itinera quibus in caſtra commeatus importabant̃: impedirent̃: neue pabulatores turbarent̃: præſidia haud parui equita tus quottidie pcul caſtris emittere oporteret. Quibus de cauſis fiebat: ut exercitus quottidianis prælis fatigatus magis atq; magis in dies conficeret̃: neque ullæ ſuppleméto ſupererant copiæ: potiundi oppidi nulla ſpes: cum nullo pacto Franciſcus tam propinquis boſtibus com mittendū cenſeret: ut per uim obtinendi eius fortuna tentaretur: per obſidionem nequicquā proficere poſſe ſperabat: cum nihil quod ad

perferendam obſidionē pertineret:obſeſſis deeſſe intelligeret:Nam op pidani paulo ante : quicquid iam maturi in agris frumenti fuerat:in oppidum conuexerāt : pecuſq; item omne cuius non paruus illis erat numerus:& pabulū eodem contulerant.Præterea iacobus:quod prope diem obſidione cingi expectaret:inutilem multitudinē & quoꝝ ſuſpectam fidem habebat:oppido eiecerat . Accedebat ad has difficultates grauior pabuli inopia:id quod erat ad alendum exercitum maxime neceſſarium.Fecerat enim & magnitudo exercitus & diuturna eo in loco mora:ut pabula quæ propinqua caſtris erant:ita eſſent conſumpta:ut nihil amplius ad alendos equos & iumenta exercitus reperiretur:niſi longius ultra decimum lapidem pabulatum iretur adeo:ut qui mane caſtris ea de cauſa egrederentᷣ:pœne ueſpera reuerterentᷣ:& quo longiꝰ ibatur:eo maiore præſidio erat pabulatoribꝰ opus . His incommodis exercitus durius laborare & queri admodum cœpit:& ob id Frāciſcus grauibus anxius curis ſæpe de ſoluenda obſidione agitarat. Sed illud huic rei in primis repugnabat:quod non ſine magno exercitus piculo tam proximis boſtibus:inde diſcedere poſſe intelligebat . Quod cum didiciſſent boſtes audentius ueneta caſtra interdum adoriri:interdum pabulatores turbare:præſidia interdum laceſſere:& premere undique nullo intermiſſo tempore conabantᷣ : & ob id ſæpe interdiu : ſæpius noctu ad arma in Sphortianis caſtris concamari:tumultus & plærūq; inanes oriri:cōcurſationeſq; fieri : & deniq; incertis rumoribus ſæpe totis caſtris tumultuari. Quare Franciſcus maiore in dies labore maioreq; cura angebatur.Nulla enim erat illi neque corpori neq; animo quies.Hinc creber inſolentis boſtis impetus eum uexabat:hinc pudor irriti de potiundo oppido conatus : & imminens exercitus periculum premebat.Quod nec ibi diutius manere nec ſine ingenti omniū diſcrimine propter boſtium propinquitatē ut demōſtratū eſt:mutare caſtra poterat.Sed duæ maxime res in his difficultatibꝰ eum iuuabant:ſcientia rei militaris & uſus ducum atq; militum:qđ omnes niſi inſtitutæ a Franciſco de tuēdis caſtris leges inuiolatæ ſeruarentᷣ: certum exitiū præuidebāt:& ſiquid præter leges agendū eueniebat:omnes tot quotidianis præliis exercitati erant:ut qd fieri oporteret:non minus ipſi ſibimet imperare quam ab alio edoceri poterant . His tot conflictatus curis Franciſcus ſtatuit tandem ſoluendā obſidionē:ac exercitus ſaluti conſulendū . Itaq; conuocatis in concilium ducibus uenetiſq; legatis & cōmemoratis difficultatibus ac periculis : quid eo rerum ſtatu ſibi pro communi omnium incolumitate agendum eſſet:quid unuſquiſq; ſentiret:exquirit.Placuit omnibus : inde oīo diſcedendū:exercitumq; Bergomum uerſus qua ampla occurrebat planicies:ducendum:Quod cum Franciſco placuiſſet:decernitur : ut biduo aut ad ſummū triduo poſt relicta obſidione caſtra mutarentᷣ. Frāciſcus ut re incolumi quod

de mutandis caſtris decretū erat: efficere poſſet: ita prouidendū duxit. Vt quo die inde diſcedendum eſſet: prima luce uniuerſus exercitus in armis atq; conſtitutis locis in acie conſiſteret . Dein collectis ſilentio ſarcinis impedimēta quæque & omnis prælio inutilis turba mox præcederet: iiſq; præſidium adhiberet eiuſmodi. qđ ſiquid hoſtes magnis etiam uiribus in impedimēta ipſa conarent: arcere uim poſſet: & ubi longius ab oppidi & munitionū cæterarꝫ anguſtiis proceſſiſſent: tum demū ordines ſingillatim ac molli gradu iuſtiſq; interuallis ad læuā ſubſequerent: Peditatus autem omnis in poſtremis collocaretur: & ſi hoſtibus quēadmodū ſæpe iactauerant: ſiue à tergo ſiue a latere aperto procedentib? turmis: uenetā inuadere aciem ſtaret animus: leui prælio tandiu cōtenderetur: quoad in apertos campos toto exercitu peruentū eſſet: ubi expeditius totis copiis confligi poſſet: & ita Imperator rebus præſentibus exercituſq; ſaluti ſatis fore conſultū putabat. Sed attulit in re tam ancipiti ſalutem ex inſperato fortuna. Philippus. n. inſolitis quibuſdā Nicolai picinini in primis & alioꝝ ſuorum ducum poſtulatis permotus ad iramq; concitatus clam nuncium in ueneta caſtra ad Franciſcum mittit Antonium Guidobonū derthonēſem ſibi fideliſſimum: & Franciſco non ingratum: qui ubi ad eum per noctis ſilentia in tentorium perductus eſt: ita exponit: Philippus a quo miſſus ſum: ſatis ſcit: te q & acri ingenio & prudentia calles: non obſcure animaduertere : quanto in periculo & tuæ & uenetoꝝ Florentinoꝝq; res pendeant: cum neque diutius propter rei frumētariæ pabulique inopiam poſſis Martinēgum circunſedere: neq; propter ſui exercitus propinquitatem ſine manifeſta pernicie hinc abire: & ob id ſe de certa ac propinqua uictoria minime dubitare: Sed nihil eum indignius ducere quam qui dominus ſit : indignis ſuorum poſtulatis perinde atq; captiuum aſſentiri . Eo enim res ſuas adductas eſſe: ut in medio belli feruore a Nicolao picinino quem ad tantam dignitatē extulit: Placentia efflagitetur: a Lodouico Sanctoſeuerinate Nouaria: a Lodouico uermio Derthona: a Thaliano foroiuliano Boſcum & Frecarolum in Alexandrino agro: a ductorib? cæteris alia atq; alia minus æqua . Quare non uidet quid durius ſibi hoſtes ipſi imperare poſſint : ſi uictoria potirentur : quam qđ ſui ſecundis in rebus non ſoluti ſtipendii cauſa ut ipſi aiūt: ab ſe extorquere nituntur. Itaq; eam in ſententiam uenit: ut & bonori tuo atq; commodo & uenetoꝝ ac Florentinoꝝ ſaluti quāoptime conſulat inſtituit: modo ipſe uelis: ſicuti certe uelle debes: ex hoc tempore finem iam tandem bello imponere: teque de pacis condicionibus arbitrum facere : & quodcunq; agri in bergomēſibus Nicolaus hoc bello cœpit: tuæ dedere poteſtati: & a Martinégo quod obſides: initiū factu-
rum. Præterea Blancam filiam ſponſam tuam tibi tradit: & dotis noīe Cremonam & uniuerſum Cremonenſem agrum cis Padum : duobus

duntaxat exceptis oppidis Piſleone qua in laudenſes tranſitus eſt: cui? tamen loco Pontremulū in lunenſibus dabit rem certe non ingratam Florentinis futuram: & Caſtelloleone quod a Thaliano poſſidetur: & id etiam ipſum celebrata pace daturus eſt: quæ quidē omnia ſi facere decreueris: mittet ad te clam legatum uirum tibi ut noſti: amiciſſimū Euſebium caymum: qui pro eo legitime tecum tranſiget. In te igitur prudētiſſime fortiſſimeq; dux eſt omnis & belli & pacis condicio: quā ſi admiſeris: fideique publicæ litteras dederis: ut tuto ad te Euſebius accedere ualeat: hic q̄primum cum mandatis eum uidebis. Hæc cum intellexiſſet Franciſcus: quæ non min? eſſent e re ueneta ac Florentina quam ſua: haud reiicienda duxit: tam neceſſario præſertim tempore: quo omnium ſalus in extremo prope diſcrimine uerſaret̄: moxq; læta fronte ſibi placere reſpondit: quæ Philippus pater offerret. His igitur rebus conſtitutis: cum rediſſet ad Philippum Antonius: mittitur confeſtim clam ad Franciſcum Euſebius cum iiſdem mandatis: quibus cum antea ad eum Antonius ierat: qui cum propoſitas iam condiciones coram affirmaſſet: & publica inſuper attuliſſet documēta: quibus Frāciſcum ipſum de pacis condicionibus Philippus arbitꝝ delegerat: ſperans uenetos belliq; ſocios qui tunc deterioris eſſent condicionis: idem facturos: Franciſc? ea omnia uenetoꝝ legatis qui in caſtris erant nec de his rebus quicquam antea audierant: diligenter enunciauit: cauſaſq; cur id feciſſet: edocuit: quaꝝ illa præcipua fuit: ut conſuleret communi omniū ſaluti: cum neq; manere ibi diutius poſſent: ut ipſi nouerant: neque inde ſine manifeſto exercitus periculo abire: ob eam que rem nō expectandū putauit: quid ueneto ſenatui placeret: ueritus: ne interim mutaretur Philippi animus: & ſecunda quæ offerebatur fortuna: redderetur aduerſa: Quæ quidem legati audientes non modo probauerunt: ueꝝ etiam ſingularē Franciſci prudentiā diuinis quibuſdam laudibus extulerunt. Miſerat Philippus eodem fere tempore ad Nicolaum picininum urbanum iacoppum papienſem legatum ſuum qui ei renūciaret omnia: quæ fuerant cū Franciſco firmata: iuſſeratq;: ut cumprimū in hoſtium caſtris bellum per inducias ſolueretur: idem ipſe in ſuis caſtris faciendum curaret: Quibus intellectis: Picininus plurimum indoluit: queſtuſq; eſt de Philippo mediocriter: quod neq; ſuiipſius neq; exercitus ullam haberet honoris exiſtimationiſq; rationem: quippe qui certam uictoriam perinde atq; ſuperatus e manibus labi pateretur: & ob id cū nullo pacto adduci poſſe uideretur: ut dicto audiens eſſet: Tum urban? addidit: ni q̄primum pareret Philippi iuſſis ſe mox reliquum exercitum aduerſus eum conuerſuꝝ: additurumq;: ſi opus eſſet: uenetam etiam aciem: Quæ uerba ita Picinini terruere animum: ut ꝓbumaniter reſponderit: quod domino ſuo placuiſſet: ſibi placeat: neceſſe fore. Itaq; ſublatis per hunc modum omnibus belloꝝ

flamis:eo consilio ut composita deinde pace quies tandem populis tot bellis diu multumq; fatigatis daretur : mox in eo spatio quod inter utraq; castra iacebat: frequētes militum congressus ex utroq; exercitu & ducum ipsoꝝ cōgratulationes mutuiq; complexus fieri cœpti sunt. Post biduū uero & Franciscus cum uniuersis copiis inde moués haud procul Bergomo castra posuit: & Picininus in orā transadduanā retro cessit: continuoq; & Martinengū & cætera municipia atq; oppida non tam bergomēsis quam Cremonensis agri per Philippi legatos Franci sco ut erat ante constitum: tradita sunt. His rebus peractis Franciscus in Cremonēses ducit : castriſq; non longe a Soncino positis Venetias cum paucis proficiscit̃. Causa proficiscendi fuit: quod se apud uenetū senatum perfidiæ insimulari audierat: & ob id profectionē eam Philippus litteris nunciisq; improbare non destitit : quod uerebatur : ne id genero accideret : quod Carmaneolæ accidisse memoria teneret . Sed Franciscus recte factorum conscientia frætus : in sententia perstitit : coramq; senatui de iis quæ apud Martinengū gesta erant : satisfecit: cum aperte ostenderet: & exercitum seruatum suo consilio: & rem uenetam ac socioꝝ quæ maximo in discrimine uersabat̃ : non modo seruatam: sed etiam auctam esse : & tamen utrum pacem ueneti an bellum uelint: in manu eorum esse. Purgatio hæc apud uenetos miro omniū assensu accepta fuit: gratiæq; actæ: & arbiter insuper componendæ rei non minus a uenetis ipsis ac Florētinis quam a Philippo constitutus. Post hæc ad exercitum cum legatis de pace rediens Caprianæ aliquot dies immoratus est: ibiq; de pacis condicionib? agi cœptum: Sed quoniam multæ ac uariæ binc atque inde inter legatos cōtrouersiæ discutiendis rebus oriebantur : uisum est arbitro his disceptationib? super sedendum : donec Cremonam in potestatem accepisset: ubi cōmodius faciliusq; rem tanti momenti conficere posset. Itaq; legatis Caprianæ relictis inde in Cremonēses se transtulit: ubi propter autumni tempus copiæ per municipia ac uicos iam distributæ erant . Inter hæc Philippus qui non minore studio conficiendis rebus quam Franciscus ipse animum intenderat : Blancam filiam ut erat ante constitutū: magno nobilium ac purpuratoꝝ comitatu Cremonam miserat: eo consilio: ut & ipsa Francisco in matrimoniū: & urbs in dotis ius uno atq; eodem tempore nulla adiecta cunctatione traderent̃. Non multo post dictus est celebrandis nuptiis dies: qui fuit ad nonum Kalendas Nouēbres . Is ubi dies uenit: Blanca magno proceꝝ ac nobilium ex Philippi curia Cremonensiūq; ciuium numero comitante urbē egreditur: & ad Diui Sigismundi ædem paululum a mœnibus distantem processit : eodem Franciscus e Castelleto municipio paulo ante meridiem uenit: magnū & ipse agens comitatum: & quod spectaculū pulcherrimū fuit: decem equitū turmas ex omni exercitu delectas equis armis argento & auro

Arbitor Franc⁹ & pacis ifstitutꝰ

Caprianā

& Blanca Cremonā mitt⁹ ꝰ Franc⁹

Beatrix Cremona ꝙ nouū dotis

affatim ornatas : in quibus aderant duces cæteri ductoresq; exercitus omnes. Præmiserat Franciscus Cremonã Petrobrunoriũ cum peditatu qui arces portasq; urbis præsidio firmaret : quod cum diligentissime feciſſet: idque ex sententia factum Frãciscus cognouisset: Blancam bis antea desponsatam tertium in eo templo desponsauit : cærimoniisq; dein cæteris connubii eius rite solutis una cum sponsa Cremonam & sponsus & princeps ingressus: summo bonore summaq; omnium lætitia excipitur: consalutatq;: & maiorem demum in arcem quam sanctæ crucis uocãt: pfectus: ubi omnia q̃splendidissime parata erant: desedit ita Franciscus & diuino consilio: & sua uirtute uxorem illustrẽ sextum decimum agentem annum forma insuper & moribus præstantissimã: & urbem præclaram atque opulentam uno eodemq; tempore consecutus: etiam potiundi aliquãdo principatus in spem minime uanam uenisse uidebatur : hinc postremo ad ingentem eius uiri gloriã summa uidebatur affluxisse felicitas: cum nihil aut iucundius aut gratius eo tempore illius anim? uel excogitare: uel desyderare posset: Sub eosdem quoq; dies Pontremulũ eidem traditum est. Omnia demũ Philippus quẽadmodum se facturum receperat: sancte persoluit: nihilq; ad rem perficiendam prætermisit. Quod fuit profecto præter multorum opinionem: cum nihil eum seu parum de iis quæ pollicitus esset: præstiturum existimarent : Quas ob res lætissimi dies quamplures celebrati sunt. Tabernæ ubique per urbem occlusæ. Iusticium indictum. Magnifica ac lauta conuiuia peracta. Vbiq; ioci. Vbiq; plausus erant. Sonos cantusq; omnia resonabant. Innumeri & admirabiles agebantur ludi. Iucunda quoq; militum fortissimorum certamina quottidie in omniũ conspectu edebantur . Erat præterea ciuitatis totius facies lætitiæ plena adeo: ut ipsi quoq; parietes gestire & lætitiam præ se ferre uiderent: cum omnes ex tam turbulẽtissimo rerum statu ac ex sũma prope calamitate se ereptos: & ad summã quietem ac felicitatem ope diuina potius quam humana perductos esse prædicarent . Erat huius tantæ lætitiæ borolandus palauicinus maximi uir animi non modo particeps sed & minister : nascentis olim francisci gloriæ fautor ac apud philippum grauissim? semper assertor: tunc præ cæteris ueluti omnium consiliorum moderator: ob eamq; causam picinino primũ suspectus mox infestissimus redditus est: metuebat enim nicolaus ne præ graui generi apud socerum auctoritate fauente borolando breui ipse euilescceret: sed cum francisco ipsum in tanto rerum successu criminari ac aperte adoriri non auderet: borolandũ ipsum insimulari ac uariis calumniis deferre non destitit quoad non tam consentiẽte quam denegare ei philippo quicq̃ nõ audente cum parte copiarum padum trãsgressus securo ac recte factorum cõscientia nihil hostile metuenti bellum intulit uel potius incautum oppressit omnibus paternis ac auitis oppidis spoliatũ: quæ quidẽ

borolandus palauicinus

non præſcripto neq; ſententia philippi geſta fuiſſe ſatis hoc argumẽto apparet: quod picinino mox mortuo omnia ei ſine fraude ſumma fide reſtituit. At Franciſc⁹ ad pacis ſtudia cõuerſus legatos aduocat Franciſcum barbadicum: & Paulum thronum uenetos: Franchinũ caſtilioneũ Nicolaum arcimboldũ iureconſultos: urbanum Iacoppum & Simonium gbilinum Mediolanẽſes: Angelum acciarolum & Nerium caponem Florentinos & Baptiſtam cicadam genuẽſem eundemq; iureconſultum: uiros ſane primarios & reꝝ non ignaros: poſtulatiſq; omniũ cognitis ac diligentius penſatis: Franciſcus tandem arbiter propoſitis iam condicionib⁹ ipſis annuẽtibus legatis: ſententiam dixit. Vt certis deinceps legibus in pace uiueretur: captiui utrinq; dimitterent̃: Quod ſuæ dicionis eſſet: ueneti retinerẽt: Idem Philippus Florentini Genuẽſeſq; facerent. Fines etiam præſcripſit. Paruere eius dicto potentatus omnes: qui hactenus de imperio diu inter ſeſe decertarãt. Solus Mantuanus princeps grauiter queſtus eſt: quod Aſulam: quod Ionatum: quod Piſcheriã oppida quidem non ignobilia: quæ eo bello amiſerat: uenetis adiudicaſſet: quodq; leniacum quod in Veronẽſibus oppidum adhuc obtinebat: uenetis ipſis reſtituẽdum cenſuiſſet: quem tamen Philippus admouit eſſe omnino arbitri iudicio parendum.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER SEXTVS.

Vm hæc ſupiore triennio in Ciſalpina Gallia æthruriaq; geruntur, Alphonſus per eam occaſionẽ tantos ſibi ſpiritus p uniuerſum prope Neapolitanũ regnũ ſumpſerat: ut paꝝ abeſſet a certiſſima regni totius poſſeſſione: Nam & in Calabris recepta per proditionem cuſentina arce ciuitas quoq; dedita eſt: & cuſentini omnes cum reliqua prouincia parebãt: in Appulis Iohãneantonio principe Tarentino adiutore: cuncta fere p̃ domuerat: urbs tantũmodo Mãfredonia & alia quædam oppida quæ Franciſci Sphortiæ præſidio tenebantur: ſuperfuerãt: quæ illius Imperio aduerſarent̃: in Pelignis & reliqua Brutiorum prouincia: Soli duntaxat Aquilani Renato dedituſſimi in fide perſtiterũt: & id etiam agri quod in ea prouincia Picentibus finitimũ Franciſcus obtinebat: Q̃d mortuo Iacobo caudola Antonius filius ei & in militia & in principatu ſucceſſor: qui poſt uarios rerum motus uariaſq; defectiones cum ad Alphonſum tandem deſciuiſſet: multa ſecũ traxerat. In Campania uero nihil fere Renato ſuperat: præter ipſam urbem Neapolim: & eam undiq; circũſeſſam. Renatus & rei frumẽtariæ & pecuniæ inopia preſſus uires ſenſim amiſerat

Nulli erant exercitus: Nullæ copiæ præter eas quæ Neapoli præſidio erant: incluſis ſe continebat: neq; ulla aliunde auxilia domeſtica peregrinaq; expectabat: hoſti pro uoluntate uagari per regiones impune licebat. Miſerat ſæpe Renatus ad Franciſcū legatos imploratū auxiliū uelut ad eum in quo ſpem omnē reliquam poſuiſſet: Sed ille gallico bello impeditus neque alienis neq; ſuis rebus aduerſus potentiſſimū regem ſatis auxiliari poterat: cum Alphonſus uiolatis per ſummam iniuriam inducias & fœderibus maiorē oppidoꝝ partem quæ in Appulis & in Sannitibus obtinebat: partim dolo partim armis occupaſſet: Nam cum per inducias in pace cum eo rege Franciſcus uiueret: neq; eum aliqd aduerſum ſeſe molituꝝ ſuſpicaret: nulla eo præſidia miſerat. Vrbium atq; oppidorum omnium quæ in eo regno iure paterno poſſidebat: fores omnibus patebant. Cōmeatu & Taraconēſes & Andegauini nullo diſcrimine ab ſuis iuuabantur: Sed Alphonſus qui nihil ſibi ad conſequendā de regno uictoriam niſi unum Franciſcum Sphortiam obſtare poſſe aīaduerteret: de occupanda illius dicione conſilia iniuit: & ad Beneuentū præcipue animū uertit. Itaq; miſſa ad Montē fuſculum hybernandi cauſa militum manu: Garcia cabanello hiſpano præfecto: tentataq; ſtatim proditione Petri cuiuſdam cognomēto ſquaquari conſilio atque opera Alphonſus per hunc modum Beneuentana arce potitus eſt. Erat eius arcis præfectus Petri quē dixim?: uictricus: iſque quod hunc ſibi fidelem matris gratia exiſtimabat: omnem arcis curam ei cōmiſerat. Cum hoc hiſpanus clam de arce Regi tradenda multis magniſq; ppoſitis præmiis agit. Re homini auaro atq; perdito facile perſuaſa: dieque prodendæ arcis conſtituto opportune ad locum affuere: qui a regio præfecto mittebant̄: & per noctis ſilentiū a Petro intra arcē admiſſi oppreſſis mox uictrico & cuſtodib? cæteris & Foſchino attendulo arcem occupauere: eoque ſtatim Gartias cum præſidio profectus ſub arcem conſtitit: ſe in urbem confeſtim irruptuꝝ: Beneuentanis pronunciās: niſi deditionem facerent: Quo caſu territi ciues deditione facta præſidiū introduxere: Quo nuncio accepto Alphonſus benegerēdæ rei ſpe haud mediocriter aucta cum reliquis copiis eo contendit: finitimiſq; caſtellis atque oppidis complurib? partim ui captis partim uoluntaria deditione in poteſtatem acceptis reliquam hyemē in iis locis conſumpſit. Ea nanq; urbs Sannitum quondam caput: per opportuna uiſa eſt: quam belli ſedem ſibi deligeret: qđ triginta modo paſſuum millia a Neapoli diſtans agro Campano imminet: & in colle ſita circūquaq; deſpectum habet: quare Neapolitanos omni cōmeatu qui ex Appulia & Sānio ad eos importabat̄: intercluſit. Deinde aperto bello Franciſci fines ingreſſus terrore finitimis late iniecto: Apicium & urſariam quæ oppida in Sannio & Appulia ſunt: ad deditionē compulit: Vicarūexp ugnauit: ac in prædam uertit. Præterea Raymōdum

Caudolam Antonii patruũ quem non multo ante Alphonſus ſibi aſci-
uerat: Ioſiam aquauiuanũ & Ricium ex Monteclaro cum ualida mili-
tum manu aduerſus ea loca quæ Franciſcus in brutiis tenebat: iuſſit
proficiſci: qui nullo intermiſſo tempore cum regionem inuaſiſſent:
cuncta terrore ac tumultu inuoluerũt. At Franciſcus his cognitis &ſi
gallicis rebus occupatus uix tantis ingruentibus uno tempore bellis
uires ſuppeditare poterat:tamen ita laborantib? ſuis ſubuenit. Pecunia
ab uenetis iure fœderis ea de cauſa accepta Cæſarem Martinengum:
quem tridentino prælio captum ac libertati poſtea reſtitutum propter
eius uirtutem egregiamq; in ſe fidem: ſtipendio cõduxerat in appuliã
cum exercitu mittit. Is terreſtribus præcluſis itineribus e Venetiis
Manfredoniã naui delat? expoſito in terram milite reliquas ſibi copias
adiungit: quas in ea prouincia Franciſcus per uictorem Rangonem
rerum ſummæ præfectũ ſcribi antea iuſſerat. Inde Troiam ſe confert Troia
tuendæ prouinciæ cauſa: & quibus poteſt artibus una cum uictore uni
uerſos Appuliæ populos nõ minus qui renati quã qui Franciſci adhuc
parebant imperio: in officio continere ſtudet. Contra uero Raymon-
dum ac ſocios Alexandr̃ fratrem quem Picentibus præpoſuerat: cum
uiribus oppoſuit. Itaq; duobus locis uno eodẽq; tempore armis decer-
tabatur: ſed uario tamen rerum euentu: Alexander enim in hoſtes pro
greſſus: eoſq; ſub urbem Theate incautos adortus: leui prælio fudit: Theate
ac fugauit: capto Raymõdo atque aliis compluribus equitibus. Ioſias
ac Ricius inter tumultum elapſi fuga ſibi ſalutem quæſiere. Cæſar
uero & Rango cum Alphonſo Troiæ appropinquãti obuiam iuiſſent:
commiſſo non longe a mœnibus oppidi prælio: hoſtium multitudine
ſuperati fuſi profligatiq; ſunt: multis ex Sphortiano equitatu captis.
At Frãciſcus tam inſigni ab Alphonſo iniuria affectus pacatis longo- Beneu.
bardiæ rebus omnia in eum regem belli gerendi conſilia uertit: quod
uidebatur iam ueniſſe tempus: quo & acceptas ulciſceret̃ iniurias: &
Neapolitanũ tandem regnũ liberaret. Quas ob res cum per eos dies
Cremonam ad eum ueniſſet Nicolaus maceus guarna cum mandatis
de ineundo fœdere ab Renato rege legatus: cum eo pepigit: ut ineũte
uere in regnum omnibus copiis ad ferẽdum illi auxilium proficiſcere-
tur: qui ut prædiximus: Neapoli ſe continebat: & Neapolitani inopia
rei frumẽtariæ durius habebant̃. Itaque circa Idus Ianuarias qui fuit
annus ab ortu chriſtiano ſecundus & quadrageſim? ad quadringẽteſi- 1492.
mum ſupra milleſimũ: cum uxore e Cremona mouet: & in brixiẽſem
Veronenſẽq; agrum traductis copiis: Sanguinetũ haud procul uerona Sanguinetu oppidũ prope verona
municipiũ ſibi delegit: ubi reliquam hyemẽ cõſumeret. Dein dimiſſa
ibi coniuge Venetias ad res conſultãdas pecuniaſq; comparandas pro-
ficiſcitur: & non multis poſt diebus eo reuerſus dat nullo intermiſſo
tempore ornando militi operam; ordineſque paulatim tranſmiſſo per

Ferrarienſes Pado in Picentes maturare imperat. Cæterum cum per Bononiēſes Nicolaus piſanus ſuo equitatu iter faceret: Bononiamq; cum paucis ipſe flecteret: ab Euſtorgio fauētino circūuentus interficitur: Quod quidem facinus ulciſcendæ iniuriæ cauſa admiſiſſe Euſtorgius fertur: quandoquidē Nicolaus eum qui Anglarēſi pugna captus in illius ueniſſet poteſtatem: Florentinis per auariciā tradidiſſet. Eius certe uiri caſum multis de cauſis Franciſcus moleſtiſſime tulit. Sed uiſum eſt ultionis tempus impræſentia intermittendū. Cæteꝝ euntibus per hunc modum in Picenum copiis Antoniū caudolam qui poſt Raymondi captiuitatē Alphonſo ſuſpectus eſſe cœperat: ob eamq; rem deferri ad eū regē totius regni ſummā ægre ferebat: FR. ſibi aſciuit: cuius per fines & in Appuliam & in Campaniā iter ei patentiſſimum intelligebat. Præterea & Sigiſmundū Malateſtam cui Polyſenā filiam ſuperiore anno in matrimoniū dederat: & Zarpellionē poſt factam pacem reconciliatū: quo exercitum & milite augeret: & ducib? rei militaris uſu præſtantibus muniret: ſtipendio conducit. Iobāniſ ſphortiæ inſuper fratri imperat: ut ea parte copiarum ſumpta: quæ priores in Picenum pueniſſent: in Brutios procederet: Antoniūq; ſibi adderet: ſpemque Renato regi Neapolitanis Appuliſq; populis futuri auxilii afferret: quos & ipſe litteris nunciiſq; ut bono eſſent animo: hortari non ceſſabat: propediem cum exercitu affuturus. His conſtitutis rebus ac uere iam exacto ipſe nouiſſimus omnium cum uxore & domeſtica familia ex Veronēſi diſcedit: & rurſus Venetias profectus maiore quā unquam antea honore a uenetis excipitur: precioſiſq; Blanca muneribus donatur. Inde continuato itinere Ariminū primo: Fabrianū poſtea ineūte æſtate propter oppidi amœnitatē petiit. Cauſa uero per ea loca morandi fuit: quod audierat Nicolaum Picininum paulo poſt eius e longobardia diſceſſum: impetrata abeundi ut dicebatur: a Philippo uenia: multis copiis in bononienſes deſcendiſſe: nec ſatis intelligi poterat: in Picenum an in æthruriam iturus eſſet: Varii enim de illius in Flaminiā aduētu rumores afferebant: cum alii ad occupandū Peruſiæ principatū: alii ad ferendam Alphonſo regi opem profectuꝝ dicerent. Sed cum ab eo Franciſcus uellet fieri certior: ſi in pace ſibi cum eo uiuendum eſſet: an rurſus in bella redeundū: incertior fuit quam prius: cum ille ſimulata oratione reſpondiſſet: ſe Peruſiam uerſus profectuꝝ neq; ullis gentibus bellum illaturum: & ob id Franciſcus expectandū ſibi cenſuit: quo ſe Picininus uerteret: quidue conaturus eſſet: prius quam prouincia excederet: Zarpellionē in æthruriam tamen miſit: qui Tuſcanienſib? Tudertiniſq; præſidio eſſet. Cæterum tanta poſthac rerum mutatio facta eſt: ut non mediocrem & iis qui uiderunt: & qui audiuerunt: admirationē attulerit: Nam non tam bello gallico quod pro uenetis aduerſus Philippum Franciſc? triennio geſſit: fortuna ſibi

ſecunda fuit:quã aduerſa : eo quod & in brutiis & in Piceno per quin quennium fere geſtum eſt : quod certe diuino potius quam humano conſilio factum uidet̃ : ut & romana eccleſia quod ſuæ dicionis eſſet : conſequeretur : & Alphonſus Neapolitano regno & Franciſcus item Mediolanẽſi tandem imperio potirent̃. Cauſa uero unde tam ſubitum tamq; inſperatũ in Piceno ortum ſit bellum : hæc fuit: quod Alphonſus ubi res gallicas pacatas eſſe intellexit: timere admodum cœpit: ne id bellum Franciſco Sphortia duce in ſeſe tranſferret̃ : & ob eam rem ad Philippum rurſus rogatum miſit : ut rebus ſuis quas ad optatam totius prope regni uictoriam ſummis laboribus ſummiſq; periculis tot annis perduxiſſet: conſilio atq; ope adeſſet: quod erat ei haud difficile factu: cum illud impræſentia ſolum ab eo peteret: ut Franciſcum Sphortiam ita diſtineri: & tantum illi alicunde negotii dari curaret : ut omnino rei alienæ pturbandæ facultas adimeret̃. Iccirco Philippus &ſi ad tuendas amiciſſimi regis partes pro ſe ſatis propenſior erat : tamen cum illius rogatu quem unice diligeret : & Renatum contra graui atque implacabili odio inſequeretur: tum etiam quod Franciſcũ multis condicionib? propoſitis a uenetoꝝ Florentinoꝝq; amicicia auertere nequierat: magis atque magis permotus ita egit : ut nihil quod eſſet e re regia: prætermiſerit. Eugenium.n.pontificem tunc quieſcentem ſed Franciſco infenſum ad capeſſendum bellum per legatos non modo adhortatus eſt: ſed incitauit: cum diceret nunc eſſe tempus : ut in ueterem eius eccleſiæq; romanæ boſtem uires intenderet: Iniurias ulciſceretur: amiſſa recuperaret : & ad eas res conficiendas Nicolaum Picininum ei ſe permiſſuꝝ: quem niſi receptis eccleſiæ rebus nunquã eſſet inde reuocaturus. Ad hæc Alphonſus liberiore etiã animo: quippe qui pacato regno: nunquam ſe pacem factuꝝ pollicitus eſſet: niſi prius quicquid Frãciſcus Sphortia de Romanæ eccleſiæ iuribus occupaſſet: ſuis copiis ſuoq; etiam ſumptu ab illius manib? eriperetur. His igit̃ rebus Eugenio non annuente modo ſed adhortante conſtitutis Nicolaus inſtructis copiis ut prædiximus : in Bononiẽſes proficiſcitur. Ibi maiore militum numero exercitu aucto in ætbruriã tranſgreſſus cum per peruſinoꝝ fines in umbriam perueniſſet: primo impetu caſtris nõ longe a Tuderto poſitis eam urbem conflata iam per factionem prodi tione quæ antea eius dedendæ Franciſco cauſa fuerat : nullo negotio recepit: aduolauerat eo: Picinini aduentu cognito cũ copiis Zarpellio: ſed cum ad alteram ipſe urbis portam appuliſſet: altera ciues uno fere tempore boſtem admiſere: & ita irrito conatu & non ſine ingenti ſuo ſuorumq; diſcrimine Tuſcaniam unde diſceſſerat: redire coactus eſt . At Picininus cœptis inſiſtẽs: Aſſiſinos impetit: temptatiſq; de dedenda urbe nequicquã ciuium animis exercitum maioribus copiis augere contendit : Quo tempore præter alios ductores fama egregios: quos

aut ueneti aut Florentini compoſita pace militia abdicatos ſuis finib⁹ excedere iuſſerant: aut Romana eccleſia alebat: Petrum Iohannēpaulū & Chriſtophor⁹ Tholentinatē conduxit: factumq; eſt: ut paucis diebus magnum coegerit exercitum: qđ prius quam hoſtes inuaderet: maiore quo potuerat: militum numero ſuum exercitū munire ſtatuerat: eiuſq; rei facultas ex ſententia ſibi oblata eſt. Confluxerat enim per eos dies ad eum magna uirorum non tam pedeſtris quam equeſtris ordinis multitudo: quos uel noui opulētiq; belli fama eo ꝓtraxerat: uel quotti dianus labor domo expulerat. Poſt hæc tranſmiſſo Appennini iugo in Picenum deſcendit: & primo aduentu oppidum quod belloforte Picentes dicunt: ad montis radices ſitum magnis uiribus oppugnare contendit. At Franciſcus &ſi magna inſperati belli mole preſſus longe hoſtium uiribus impar reddebatur: quod ut oſtendimus: Iohannes ſphortia in regni fines præmiſſus iam cum maiore copiar⁹ parte Aternum tranſierat eo conſilio: ut Antonio caudola ſibi adiuncto ad ferendum Renato auxiliū maturaret: tamē iis pro tempore contractis celeriter copiis quæ nondum Piceno exceſſerant: in hoſtem progreditur: & ſeſe locis tutis continens: obſeſſis ſpem mittendi ſubſidii afferre: oppida quæ in frontibus erant: præſidio firmare: oppidanos quos aut hoſtium aduentu trepidare: aut nouis rebus ſtudere audiebat: adire: & in officio confirmare non ceſſabat: donec maiorib⁹ auctus copiis: hoſtem apertis cāpis aggredi poſſet. Inter hæc Neapolitani ab Alphonſo binis caſtris circa urbem poſitis artius duriuſq; non re frumentaria ſolum ſed aqua etiam reciſo aquæductu deſtituti: deſperatis Eugenii pontificis & aliorum regni procerum auxiliis: quē non Renati regis ærario ſolum ſed priuator⁹ etiam ciuiū opibus diuturno bello exhauſtis: una tantūmodo ſpes recreabant̃: quam in Franciſco Sphortia & Antonio caudola locauerant: ſed alterius cunctationē uidebant: Alteri non ſatis credebant: omnia tamen dura fortiter ferre: ac experiri conſtituerunt: prius quam hoſti deditionē facerent. Renatus ad genuenſes ad Franciſcum & Antonium quottidie nuncios dimittebat: qui docerent: quo res Neapolitanæ redactæ eſſent: & quanto in periculo uerſarent̃: & ob id celeri auxilio opus eſſe: ſi ſeruari eam urbem uellent. Cum hic eſſet rerum ſtatus nec ſperaret Alphonſus Neapolim ullis artibus q̄ fame aut proditione capi poſſe: inuenit fortuna inopinatā uiam: Nam cum a Fabro quodam cementario quem fames paulo ante patria expulerat: Neapolim paruo negotio capi poſſe didiciſſet: iſque ad eā rem operam ſtudiumq; pollicitus eſſet: ducentos ex omni exercitu quos & animi & corporis uirtute præſtantes cognouerat: delegit: qui Fabro duce per noctem aquæductum qui in urbem penetrat: ingrederent̃. hi a rege edocti quid eos facere uellet: intempeſta nocte per aquæductū accenſis funalibus profecti poſt multas ingenteſq; difficultates facto iam die

Bvelloforte oppidū

Neapolitam

emerſerunt intra urbanum ædificium quoddam : unde ad proximos urbis muros ubi nullæ tunc erant cuſtodiæ: aduolant: ſcaliſque quas ſecum adduxerant: parieti adactis turrim quãdam capiunt: ſignoq; ut erat ante conſtitutũ: iis qui foris expectabant: dato: Alphonſus armato exercitu celeriter eo accurrit: admoueriq; muro ſcalas iubet . At Renatus eo tumultu excitatus qui nihil eo die inſidiarum ſuſpicabat: continuo ad locum ſe gfert: in hoſtes q; impetum facit. Sed Neapolitani eam muri partem quæ erat turri propinqua : facile tuebantur . Dum uero pugnatur: obequitans Alphonſus: animaduertit paulo ſupra eam partem quæ oppugnabat: locum eſſe quendam derelictum: quod eius cuſtodes deſertis ſtationib? ad proximum tumultũ concurrerant. Itaq; admotis ſcalis eum locum occupari imperat : ſperans aut urbem inde capi poſſe: aut ſaltem hoſtes ab oppugnatione eorum qui turrim ceperant: auerti: iamq; ex iis qui in turri erant: cum omni tælorum genere impeterent: partim grauiter uulnerati fuerant: partim pauore territi ne in hoſtium manus deuenirent : ſeſe e muro præcipites dederant : eratq; ob id Renatus eam turrim recepturus niſi a tergo ſubito atque improuiſo cum ingenti clamore hoſtes qui & per aquæductum & per eum quem diximus locum : ſuperatis mœnibus urbem intrauerant : iniecti terrorem intuliſſent . Quorum in numero miles erat quidam equo inſidens quem forte excuſſo ſeſſore intra urbem inuenerat: quæ res magnam captæ refractæque portæ proximæ opinionem præbuit . Renatus nihilo tamẽ ſegnius ſuos cohortatus atque in hoſtes acriter illatus eorum impetum paulum repreſſit: Sed ubi creſcente Taraconẽſium numero ſuos conterritos uidit : nec poſſe amplius uim hoſtium ſuſtineri: referre pedem cœpit. Alphonſus interim ad diui Ianuarii portam quæ erat ab eo loco aliquanto remotior : ciuibus quibuſdã aditoribus qui ſe atque urbem diuturna obſidione calamitateq; liberari optabant : ſuoq; partem maturare ſcaliſq; muro appulſis eam portam effringere iubet. Quare perpauci primum ſuperatis mœnibus urbem ingreſſi plæriſq; aliis ut intrarent: exemplum animũq; dedere: Quod ubi Renato renunciatũ eſt: cui potiſſimum loco ſuccurreret : incertus omni ſpe tandem defendendæ retinẽdæq; urbis derelictus ceſſit hoſti: moxq; in arcem regiam quam nouam dicunt: ſe recepit. Tum demum multis locis omnibus paſſim ſtationes deſerẽtibus irruptio facta eſt: ad prædamq; per urbem diſcurſum: Sed a cæde tamen temperatum . Dein ingreſſo mox rege præda quoq; abſtineri iuſſum . Per hunc modum Alphonſus Neapoli urbe nobiliſſima regniq; ſede uno & uigeſimo anno poſtquam bellare in eo regno cœperat: potitus eſt. Relinquebatur expugnandaq; arcium labor: tres erant: cum ſitu tum ualido præſidio munitæ Capuana: Montana: & Regia: in quam ut prædiximus: amiſſa urbe Renatus ſe receperat . Cæterum rei frumentariæ inopia

laborabant: Capuana præsertim & Montana. Itaque eas duas primum Alphonsus obsidere statuit: obsidionisq; initiū a Capuana fecit: uelut infirmiore urbanisq; ædificiis iuncta: eam post diem quartum quam obsideri cœpta est: in potestatem accepit. Causa deditionis fuit: quod Iohannes coxa eius arcis præfectus qui cum Renato in regiam confugerat: cum in ea uxorē ac liberos haberet: nec ignoraret arcem ipsam frumenti penuria obsidionem sustinere non posse: a Renato petiit: ut sibi de arce Alphonso tradenda agere liceret. Huic Renatus cum iam arci subuenire non posset: ut suorum saluti consuleret: permisit: utq; dierum quorūdam inducias peteret: iussit. Is postulatis ab Alphonso facile impetratis arcem cōtinuo tradidit: montana dein quoq; tradita est: nec multo post Renatus amissa Neapoli desperatisque ac perditis omnino rebus abeundi consilium cepit: potissimū cum nec sciret: an postea nauium facultatem quibus se tuto mari cōmitteret: habiturus esset: Venerant nanq; supra Neapolitanū portum postridie eius diei quo urbs capta est: duæ ingentes genuensiū naues frumēto bonustæ: ignaræ eaq; rerum quæ gestæ erant. Sed iis mox cognitis: sub arcem q̄proxime potuerunt: iactis anchoris frumentū exposuerūt: ibiq; Renato rogante manserūt. Is igitur cum omnino abire statuisset: præsidio nouæ arci relicto nauim conscendit: & cū eo Octinus carazolus Iohannes coxa & alii quidam Neapolitani ciues: qui Renatum secuti: desere re patriā constituerūt: ii secundā nacti tempestatē: ad Pisanū portum delati. Inde terrestri itinere Florentiā petunt. Alphonsus ad persequendas belli reliquias intentus primum in prata quæ circa capuam sunt: eduxit: quod intellexerat Antonium caudolam copias in Pelignis contraxisse: cui Iobānes sphortia ut ostendimus: cum Sphortiana manu se iunxerat. Dein cum aduersus hos proficisci statuisset: contractis iis copiis quas ad debellandos hostes satis esse existimauit: ad populi fontem mouit: postea Esterniam: quæ adhuc in Antonii erat potestate: duxit. Eius aduentu conterriti oppidani permisere se Regi. Inde Carpenonum belli sedem petit. Ibi castra ponit: Quod ubi Antonius accepit: omnibus copiis prius quā Iohannes in Picenum ad Franciscū rediret: eo cōfestim proficisci & confligere cum hoste statuit. Itaq; seu maiore quam oportebat: fiducia ductus seu dolo ut magis credit: quod cum hoste iam sentiret: instructa acie regem inuadit: qui iam pugnandi potestatem fecerat. Prælio igitur non longe a Carpenono uoluntariis utrinq; animis commisso dimicatum est aliquandiu uario certamine nec incruento: cum neutri cederent. Sphortiana autem manus in ea pugna princeps semp fuit: Sæpe hostem magno impetu facto repulit: Sed redintegratis regiis uiribus & Caudolana acie quæ in postremis erat: subsidium laborantib? non ferente: sustinere tandem uim hostiū non potuit: ob idque referre pedem cœpit. Quare ingruentib? a tergo

boſtibus & Sphortiani & Caudolani ſimul fundunt: ac in fugam uer
tuntur: quos inſecuti Taraconēſes maiorem eorum partem & in iis
Antoniū ceperunt: caſtriſq; dein & impedimētis omnibus potiti ſunt.
Iohannes cum paucis bortbonam ſe recepit. His rebus geſtis Alphon
ſus perducto ad ſe Antonio non modo ignouit: ſed oppida etiam quæ
a patre hæreditario iure poſſidebat: conceſſit: & ſupellectilem omnem
amiſſam: quæ ingens & pretioſiſſima erat: intactā reliquit: quod fuit
certe non mediocre Antonii ipſius perfidiæ argumentū. Dum hæc in
Campania Brutiiſq; geruntur: Piciminus qui ut diximus: Belloforte
obſederat: ita in artum oppidanos redegerat: ut omni demum aquatio
nis facultate adempta & ea etiā quā intus habuerant: aqua conſumpta
poſt uigeſimum obſidionis diem ſuam præſidiiq; ſalutem pacti dedi
tionem fecerint: Quo recepto oppido: Picinin? circa Appennini radices
procedens: quod uerebatur: ne ſi in planum deſcenderet: commeatu
interclude ret: Sernanēſib? ultro deditis Montifortino admouit. Franci
ſcus qui propter copiaꝝ paucitatem congredi non audebat: ſe locis tu
tis ut oſtendimus: continebat: ſtudebatq;: donec maioribus augeretur
uiribus: boſtes populationib? prohibere. Scripſerat autem ad Iohannē
fratrē cognita Neapolis captiuitate & Alphonſi in Antoniū aduentu:
ut nullo pacto educeret in pugnam: qn potius omnibus prætermiſſis
rebus ad ſe quāprimum uniuerſis copiis rediret: Sed ille litteris ſeu
nuncii negligentia ſeu aliorum culpa in tempore non redditis & ab
Antonio eius diſceſſum timenti non modo ad confligendū perſuaſus
ſed quodāmodo impulſus prælium commiſit: uictuſq; ut docuimus:
copias amiſit: Frāciſcus &ſi uno eodemq; die & Iohannē cum magna
& firmiſſima ſui exercitus parte profligatum & Belloforte quo boſtis
diſtinebatur: in illius poteſtatē redactum acceperat: tamen nō fractus
animo non ſuis diffiſus uiribus boſtibus ſe opponebat: eorumq; uim
a ſuis arcebat: Faciebat enim illius ſolertia animiq; magnitudo: quo
minus per regionem impune uagarent. At poſteaq̄ reuocato ex ætbru
ria Zarpellione quo cum una uenerat Dulcius Anguillarian? ex gente
urſina de quo ſupra mentionē fecim?: a Franciſco paulo ante mercede
conductus uir ſane ſtrenuus & belli peritus ſe ſatis milite inſtructum
uidit: in boſtem animo ingenti progreditur: caſtraq; apud Amandulā
ponit: quod eſt oppidum non longe a Montefortino ſitum. Piciminus
autem cum per rei frumētariæ & Aquæ penuriam oppidanos ad dedi
tionē compuliſſet: caſtra mutarat paulo poſterius qua uenerat: quibus
quidem caſtris pro loci natura arduus à fronte collis imminebat: ad
Sernanū uſq; perpetuus quē a ſuperiore parte peditatu teneri iuſſerat:
ne boſtes aut capere aut iter ad Sernanum turbare poſſent. Erat ab in
feriore parte eius collis tumulus quidam editior. Cæterum in ſummo
uertice iuſtus ac æque caſtigatus ad duplicē tæli iactum remotior ab

eo loco quem Braciani factis ſtationibus cuſtodiebant . Hunc Franciſcus per noctis ſilentium Petrobrunorio cum maiore peditatus parte præmiſſo occupari iubet . Is ſentientibus nullis eo profectus magna ſtatim ut erat a Franciſco edoctus: arborum cæſa materie ſe uallo per ſummam celeritatem ab ea parte quæ uergebat ad boſtes: munire contendit: firmato pro tempore ea munitione tumulo: Sphortiani boſtes: qui iam ad arma conclamãtes tumultuare cœperant: alacriter inuadũt & in ipſa uſq; tentoria irrumpunt: nec lapides nec iacula de ſuperiore loco coniicere magna ui deſinebãt. At illi contra magno undiq; facto impetu repulſis intra munitiões Sphortianis inde eos deturbare conabant. Pugnabat eminus cominuſq; acerrime: multis utrinq; interemptis uulneratiſq; militibus. Sed Brunorius tandem ita fortiſſime pugnando opuſq; obeundo ac muniẽdo loco ſe continuit: ut boſtes inde magno eorum detrimento amouerit. Vex ubi illuxit: Franciſcus expeditiſſimo quoq; milite ſumpto relictis ad Amandulam caſtris eo maturat: moxque rurſus facta eruptione prælium maiore undiq; conatu cõmittit: boſteſq; qui in colle erant: pellere tentat. At illi loco editiore natura & opere permunito facile ſeſe tuebantur . Dimicatũ eſt multo iam die pari ferme pugnæ euentu in eo collis ſpatio qđ inter utraſq; munitiones intercedebat: Quo tempore Zarpellio acerrime pugnans uulnere in fœmur accepto prælio exceſſit . eo colle occupato fiebat: ut boſtes & cõmeatu qui a Sernano importabat: intercluderẽt: & pabulatione item prohiberent: nec inde ſine manifeſta exercit? pernicie abire poſſent: quod & a tergo mons altiſſimus quem Sibyllæ appellant: impendebat: qua Nurſiã uſq; difficiliores ſunt aditus: & a Fronte Franciſcus obſtabat: neq; a lateribus reliquis ullæ aliæ ſupererant uiæ . His igitur difficultatib? Picininus anguſtiiſq; circũuentus rogat per nuncium Bernardum Medicem legatum florentinũ apud Franciſcũ agentem: ut ad ſe eat de rebus ſummis actur. Quare non multo temporis ſpatio cũ ultro citroq; Bernardus ſæpe acceſſiſſet: pacis fœdus percutitur: iis quidem legibus: legatis Eugenii pontificis qui in caſtris erant: annuentibus . Vt Nicolaus picininus incolumi exercitu agro piceno excederet: belloq; deinceps aduerſus Franciſcum abſtineret . Quibus cõſtitutis rebus mox ducibus ipſis in eum locum ubi paulo ante acies certarant: coeuntibus : ac ſeſe mutuo deoſculantib? ab utroq; exercitu congreſſus cõgratulationeſq; fieri cœptæ ſunt. Poſtridie & Piciniuus Sernanũ retroceſſit : & Franciſcus cum iam in bello aduerſus Alphonſum perſequi inſtituiſſet: ad Truẽtum amnem copias proficiſci iuſſit. Ipſe aũt Firmum ad uiſendam Blancam cõiugem conceſſit: eo conſilio ut inde poſtea exercitum ſubſequeret: Sed nondum Firmo diſceſſerat: cum ſibi renunciatũ eſt: Nicolaum piciniuum Tholentinũ occupaſſe: Chriſtopboro Tholentinati auctore : cuius hortatu oppidani arma

ſumpſerant: eumq; primum introduxerãt: quo poſtea ad oppugnandã arcem Picininus propius acceſſerat. Hoc Franciſc⁹ audito nũcio uæbe menter admiratus iraq; commotus quod contra fas iuſq; icti recẽtiſſi me fœderis Nicolaus Tholẽtinates qui ſuæ eſſent dicionis: in poteſta tem accepiſſet: copias mox ex itinere reuocat: eoq; celeriter ire conten dit: cumque ad Rbanciam peruenisſet: quod eſt oppidum Tbolentino propinquũ: ibi augendaꝫ uiriũ cauſa conſedit eo animo: ut inſtructo exercitu boſtem inuaderet: arcique ſuccurreret: Sed Picininus qui ſibi a Franciſco timebat: eodem uſus deprecatore Bernardo medice rurſus de pace agere cœpit: factumq; breui eſt: ut pax iiſdem condicionibus renouata ſit: quibus paulo ante apud Amandulã firmata fuerat. Picini nus in umbriam rediit. Frãciſcus cui in Alpbonſum experiri arma in animo erat: rurſus copias Truentum uerſus qui hac tempeſtate noſtra a Brutiis Picentes diuidit: ire iuſſit. Cæterum ex itinere Tranſoniates qui inter Firmum Aſculumq; incolunt: qđ ad boſtes defeciſſent: diri piendos mandauit. Quare ubi militum ordines ad Ripãtranſoniam: boc enim nomine Picentes id oppidum uocant: conuenerũt: continuo non multa ui in oppidum irrumpentes uniuerſa oppidanorum bona: Fœminaꝫ decore Franciſci iuſſu ſeruato: uerterunt in prædam. Hinc Eugenii legati qui in caſtris erant: occaſionem nacti Picinino iam in umbriã tranſgreſſo perſuadent: ut Gualdum Nucerinũ qđ in umbris eſt: & Franciſci tunc tenebatur præſidio: obſideret: eccleſiæq; Romanæ reſtitueret imperio: idque ei facere idcirco licere: quod Tranſoniates qui in eccleſiæ fidem redierant: Franciſcus per iniuriam prædæ miliți bus obieciſſet. Picininus ſuſcipiendi rurſus in Franciſcũ belli negotiũ non recuſat: Is enim &ſi rei militaris ſcientiſſim⁹ habebatur: tamen cum cæteraꝫ rerum quæ ad recte uiuendi uſum pertinent: ignarus eſſet: qui apud eum auctoritate poterant: facile quod uolebant: illi per ſuadebant. Itaque & legatoꝫ pontificis ut diximus: & alioꝫ quorun dam auctoritate permotus nulla neque dignitatis ſuæ neque percuſſi bis fœderis neq; demum iuriſiurandi ratione babita: oppidum boſtili ter adortus circunſedit: pauciſq; diebus in poteſtatem redegit. Deinde Aſſiſio admouit. Franciſcus bis cognitis tertio iam coepto in Alpbon ſum itinere deſiſtit: copiaſq; reuocat. Sed quoniam byems iam aduen tarat: non uiſum eſt in umbriam ſibi tranſeundũ: ubi omnia boſtilia eſſent: Fabrianum tamen quod ad Appennini montis radices ſitum non longe ab boſte aberat: præſidio firmat: Quo inſuper mittit Sigiſ mundum malateſtam: Troilum & Petꝫbrunoriũ cum parte copiarum qui probiberent: ne ab ea parte boſtes montem tranſgreſſi prouinciæ fines popularent. Dũ ibi milite per uicos diſtributo deſident: Troilus qui ab reliquis aliquanto remotior erat: ab boſtili manu Robertbo bo dienſi duce ex Picinini equitum præfectis primario per noctem ita

incautus opprimitur: ut primo impetu maiore ſuorum parte capta uix ipſe fuga euaſerit: Quare ex tumultu fugientiūq; clamoribus audita: Sigiſmūdus Petruſq; eo mox aduolant: boſteſque præda graues inter redeūdum conſecuti fere omnes capiunt: & quos ipſi boſtes ceperant: cum præda in libertatem reſtituūt. Roberthus cognito periculo fuga ſibi ſalutem petiit. Mittitur poſt hæc cum pedeſtri præſidio Aſſiſium Alexander Sphortia : ubi iam boſtis qua mons abeſt caſtra firmarat. Huic ad tuendam urbem nulla maior ſupererat cura: quam ut mœnia ſtationibus factis ab nocturnis boſtium inſidiis cuſtodirent: Nam de ciuium animis partium ſtudio nil dubii erat: quin obſidionē per oēs difficultates perferrent: prius quam boſti ſe dederent. Accedebat ad id quod ſitu muroq; ac ualido militū præſidio uſqueadeo urbs ea reddebatur omni ex parte munita : ut nihil ab boſte timendum uideretur: quem etiam facile omnes intelligebāt ſpe per proditionem potiundi oppidi deiectum non diu hiberno præſertim tempore ibi manſuꝝ. Sed quod nulla uis boſtium nulla ciuium diſcordia nulla obſidionis difficultas nullus deniq; oppugnationis timor dies complures efficere potuit : effecit hominis unius prauitas: ut inſignem immerita Ciuitas paulo momento calamitatē acceperit: Accidit enim Aſſiſinis: quod ut demonſtrauim?: per ſuperiorem æſtatem Neapolitanis acciderat . Eſt enim aquæductus Aſſiſii uetuſtiſſim? ab urbanis moenibus paulo longius initium capiens. Hanc capiundæ urbis uiam per hominē quendā perditum beati Franciſci religionē habitu ſimulātem fortunæ iniquitas boſti aperuit . Siquidem a Picinino per noctis ſilentiū leuis armaturæ milites in aquæductum immiſſi in Campum quendam ab ædificiis aliquanto remotiorē: ubi ſolitudo erat: euaſerunt: qui ubi ſe mille circiter numero auctos uident: cōtinuo ad proximos urbis muros concurrunt: eorumq; partem capiunt: ac poſticum quoddam ad erumpendum iam ab Alexandro factum reſerant. Quibus agnitis excitatoque tumultu in muro qui erant: timore territi deſertis ſtationib? diffugiūt Hoſtes autem qui in armis erant: & muro appropinquarāt: repugnātibus nullis pluribus locis ingreſſi urbem inuadūt: paſſimq; miſerabiliter diripiunt: ibi a nullo maleficio nullo flagitio nulloq; cladis genere præter quam a cæde temperatū eſt. Omnia humana diuinaq; rapiebantur: diſtrahebantq;: nec ipſum quoq; ſacrum diui Franciſci templum religio nec pietas ulla a foediſſimis perditiſſimoꝝ hominū manibus ſeruauit . Alexander deſperata urbis ſalute in arcem ſe recepit : unde poſtea noctu Guidone Aſſiſino duce egreſſus per boſtes perq; confragoſos & niuibus obſitos ſaltus cum paucis pedeſtri itinere ad Franciſcum re infeliciter geſta rediit. Ea urbe capta arcibuſq; nō multo poſt tempore deditis qcquid agri Franciſcus in umbris obtinebat: præter oppidum Vixum : in boſtium deuenit poteſtatē. Cum uero Nicolaus

non ab ipſo ſolum Franciſco: uerꝫ etiam ab omnibus qui recte ſaperẽt: grauiter & argueretur: & damnaret: quod iam ſemel atq; iterꝫ conſtitutæ pacis foedera uiolaſſet: quam Amandulæ prius & poſtea etiam Tbolentini percuſſerat: iureiurádoq; firmauerat: ita reſpondebat: nihil ſe egiſſe: quod nõ iure actum eſſet: Nam quod ad Tbolẽtinates attinebat: ſe non fuiſſe in cauſa: ut à Franciſco deſciſcerent: ſed Chriſtophorꝫ marutium qui a Tbolentinatib? accerſitus non difficulter illis perſuaſiſſet: ut ad eccleſiæ romanæ dicionẽ reuerterent. Quod autem Gualdum cepiſſet: eius rei cauſam Franciſcum extitiſſe: qui Tranſoniates in prædam egiſſet: cum ii ſeſe ultro eccleſiæ permiſiſſent. Addebat ad hæc: quod & legatorꝫ ſummi pontificis & Lodouici patriarchæ Aquilegienſis iuſſu ea omnia factitaſſet: præſertim cum dicerent: pax quæ cunq; antea facta eſſet: quæ e re Romanæ eccleſiæ non foret: eam non eſſe iure ſeruandam: & ita periurio omni: ſe liberatum eſſe. Ea Nicolai dicta Franciſcus ita refellebat. Non eſſe exiſtimandũ Chriſtophorum Tbolẽtinatẽ huiuſmodi facinus Nicolao inſcio aggredi auſum: quod facile ex eius ad Tbolẽtinates tuendos profectione intelligi poterat. Quod ſi præter eius uoluntatẽ rem tanti momẽti contra ius foederis Chriſtophorus fuiſſet aggreſſus: debuerat Nicolaus ſub quo ille merebat: in Tribunum ſuum aĩaduertere quod de Tranſoniatib? Nicolaus in medium afferebat: uim rationis nullam præ ſe ferre: cum iure ſibi licuiſſet: eos in prædam uertere: quo rebellibus cæteris forent documento. Nec id ſatis præterea roboris habere: quod diceret ſe ab Pontifice præſtito iureiurando abſolutum: cum ſtultiſſimũ abſurdiſſimũq; eſſet: quem non poeniteret: abſolutum iudicari. Sciebat antea Nicolaus ſe obſtrictum eſſe Eugenio põtifici: Si ergo peierauit: quis neget eum omnia hæc per fraudem egiſſe: & periurii arguendũ? Erubeſcat igitur Nicolaus uerſutiis amplius uel potius ineptiis ſuis perfidiam tueri: qui fidem totiens oſculo & iureiurádo firmatam fefelliſſet. Eaꝫ rerum indignitate Franciſcus animo grauiter commotus addebat in diuina iuſticia ſpem habere repoſitam: ſibi eam aliquãdo dari occaſionem: ut de Nicolao homine perfido ab omniq; humano & diuino iure abborrente meritam ſumeret ultionem. Dum hæc in Piceno Vmbriaque geruntur: Alphonſus deuicto captoq; Antonio per Pelignos Marſoſq; exercitum circũducens totam eam regionem ſuo imperio breui ſubegit: Quo tempore ultro citroq; miſſi ſunt & ad Alphonſum Troilus & ad Franciſcũ Inicus giuara biſpanus de pace legati magna ſane utrique apud ſuos principes auctoritate uiri: Sed Alphonſus tot uictoriis elatus diſtinere ambagibus Franciſcum conabatur: quod cum ille animaduertiſſet: & Troilum confeſtim reuocauit: & Inicum infectis rebus ad regem remiſit. Cæterum ex eo tempore ut poſtea cognitum eſt: Troilus effrenata quadá habendi cupiditate inductus ſecreto cum

rege multis promiſſis præmiis conſpirauit: fidemque illi dedit de ſua ad eum defectione. Alphonſus pacatis brutiis in Appuliã ſe conuertit. Reſtabant enim in ea prouincia oppida quamplura: quæ adhuc Franciſci Sphortiæ præſidio tenebant̃: quorum fines ingreſſus agroſq; late populatus Manfredoniæ admotis primum caſtris eam urbem præter arcem per ciuium quorundam proditionem non multo poſt quam eo ueniſſet: in deditionem accepit: qua recepta Cæſar & uictor qui cum parte copiarum ſeſe Troiæ continebãt: uictoris arma ſecuti ad regem cum ipſo oppido defecerunt: Quoꝝ exemplum mox ſecuti Arianẽſes: & qui Garganum montem incolunt: nec minus dein cæteri: qui per regionem Franciſci adhuc parebant Imperio: omni demum deſperata ſpe auxilii una cum præſidiis in regiam deuenere poteſtatẽ. Renatus interea quem profectum Florẽtiam diximus: cum arcem regiam quæ ſola ut docuimus: Neapoli in ſua erat poteſtate: ſe diutius multis de cauſis tueri poſſe diffideret: deſperatis undique auxiliis eius dedendæ facultatem Iobanni coxæ permiſit. Ipſe autem mari in Tranſalpinam galliam rediit. Sed Iobánes cum his mandatis ad Alphonſũ profectus poſtulauit in deditionis condicionib?: ut Octino carazolo & ſibi ipſi & quibuſdam aliis Neapolitanis ciuibus qui Renatum ſecuti fuerant: ignoſceret̃: Qua re facile impetrata: Alphonſo arcem tradidit. Hoc reꝝ ſtatu Franciſcus quod ſe maiore ab hoſtibus conatu inſequenti anno preſſum iri intelligebat: deductis per picentes in byberna copiis: Zarpellioneq; in æthruriã tuendæ Tuſcaniæ cauſa remiſſo: apud uenetos Florentinoſq; cum litteris tum nunciis frequentib?agere cœpit: ut & pecuniæ quæ ſibi ſtipendii iure debebant̃: maturius dependerent̃: & copiis inſuper: ut erant ex fœdere obſtricti: auxilio forent: quo nõ tam Eugenii pontificis quam Alphonſi regis uiribus: quem pacato regno aduerſũ ſeſe uenturꝝ audiebat: reſiſtere poſſet: Quod nec tam fœderis amicitiæq; iure facere debebant: quam ut cõmunes hoſtes ſuis terminis continerent̃: qui nihil magis conari uidebantur: quam ſe Picena prouincia pulſo in æthruriam Flaminiãq; iter ſibi aperire: quo inde ſuæ uires cum Philippi uiribus iungerent̃: quod quantum intereſſet & uenetæ & florentinæ reip. ipſi facile metiri animo poterant. Dum eiuſmodi curis proſpiciẽdiſq; rebus Frãciſcus intendit: Eugenius cui ob res ſecundas animus creuerat: omnia eius conſilia ad pellendum Piceno agro Franciſcũ cõuerterat: hortante maxime Lodouico patriarcha: ad quem omnem rerum ſummã detulerat. Primum igitur omniũ de recõciliando ſibi Alphonſo rege agendum putauit: quẽ poſt eiectũ regno Renatum neque in hoſtium neque in amicoꝝ numero aperte habuerat: ſed magno tamen aduerſus Franciſcũ alteri alter adiumẽto fuerat: & ob id haud̃ difficilem ad eam rem futurum arbitrabatur. Itaque cum ad eum Tarracinã miſiſſet Lodouicum de pace legatum:

breui factum est : ut inter sese sublatis quæ hactenus interces-
serant: dissensionib?:pacis fœdera inierint : in qua præter alias condiciones:
has principes publicisq; litteraꝝ monumẽtis firmatas fuisse constat .
Vt Eugenius Alphonsum Neapolitani regni regem declaret: & appel
let: regnumq; ipsum pleno iure sibi posterisq; suis perpetuo possiden
dum tradat.Ferdinando unico regis filio quem non ex uxore susceptũ
sibi in regno successorem destinauerat:succedendi facultatem faciat .
Alphonsus contra Pontifici ecclesiæq; Romanæ se subiiciat : auxilieꝫ
que ad Pi cenum agrum recuperandũ:quem Francisc? Sphortia armis
occupauerat. His peractis rebus Nicolaus picininus a rege accersitus
Tarracinam uenit triremibus regiis aduectus : ubi bonorificẽtissime
exceptus est.Post hæc Alphonsus cum de re militari sermo haberetur:
magnis eum laudibus extollebat:quod Bracii perusini artibus & præ
ceptis militaribus institutus nouissime Bracium ipsum rerum gesta
rum magnitudine superasset : neminemq; affirmabat ea tempestate
reperiri ex omnibus copiarum ducibus:qui cum eo certare posset:nisi
unum Franciscum Sphortiam uirum longe bello & armis excellentẽ:
sed dubium : uter præferendus esset. Nam cum rei militaris disципli
na & auctoritate pœne pares putarentur:diuersa tamen utriusque con
silia in bello erant.Nicolaum ad dimicandum alacriorem prælium ex
occasione protinus cõmittere: hostem celeritate præuenire:excursione
fatigare: leuis armaturæ equite magis quã pedite uti:strenuos modo
atque robustos milites amare . hostium numero non terreri . Franci
scum uero arte & solertia incomparabili raro nisi ex composito confli
gere : cunctando ac obsidendo hostem fatigare:atque frangere pedita
tum magnificare argento auro serico cultos milites & fortes habere
superiorem etiam se numero : hostem non negligere : non temere ag
gredi.Deniq; Nicolaum in milites indulgentiorẽ . Frãciscum seuerio
rem haberi. Triduo de belli aduersus Franciscũ gerendi ratione quan
tisue copiis opus foret:consultatum est . Ea re constituta : Nicolaus
inde digressus in castra rediit : quæ non procul Tuscania fecerat : ad
arcendam Zarpellionis uim qui uniuersam prope eam regionem Ro
mam usq; crebris excursionibus infestius turbauerat : & sæpe hostes
fuderat:quorum in numero Fredericus feretranus urbinas fuit : qui
cum sub Picinino militaret : uiterbium cum equitatu missus ut inde
hostis impetum reprimeret : confligendi potestate facta : fusus ab eo
fugatusq; est:magna suorum parte capta.Cæterum Picinin?ubi nihil
obsidendo proficere uidet : soluta obsidione in umbriam regreditur :
ubi regis aduentum expectare statuerat.Dum hæc aguntur:Frãciscus
facta in campis pabuli copia ex hybernis eduxit:Dein primum Sanctã
Natoliam in Camertibus oppidum circunsedit: quod inde finitimi à
Braciano milite ibi statiua habente graui?uexarentur:admotisq; muro

machinis:ita assidue oppugnandū curauit:ut paucis diebus ui captum diriperetur.In præsidium uero iccirco sæuitum est:quod dum oppidū acrius oppugnaret:Braciani maledictis & conuiciis uniuersum prope exercitum in sese concitarant : & ob id a Sigismūdo & Petrobrunorio Pazalia in primis ipsius præsidii præfectus : & quot ex reliquo milite in eorum manu deuenerant:per uarios cruciatus morte affecti sunt . Post hæc Franciscus in Tholētinates duxit:quibus haud difficulter ad deditionē compulsis : quicquid Picininus superiore æstate in Picentibus ceperat:in potestatem redegit.Circa uero anni eius initium Mannus bariles ex ueteranis equitum præfectis nulla iusta causa a Francisco desciscens:ad Alphonsum ex hybernis transfugit:a quo ꝑbenigne susceptus:& pecunia insup donatus:& militia nō mediocriter auctus est.Nam Alphonsus Sphortianā disciplinam admirans:omnes Sphortianos libenter excipiebat:& per stipendia ad amplioré militiam efferebat. Nam Manni repentina ad hostē defectio sane & Francisco & amicis omnibus admirationē non paruam attulit:qđ uir iam sexagesimū ætatis agens annum: & qui ab adolescētia usq; sub Sphortia merens militiæ tirocinia exercuisset: & deinde per omnem ætatem Franciscū filium secutus Sphortianū nomen sancte obseruasset : ad senectutem tandem cum peruenisset:transfuga factus tantam ignominiæ notam subisset:tantumq; propriæ nobilitati ac militiæ dedecoris intulisset .

Annibal Bentiuolus patriam a Bracianorum tyranide liberauit

Eadem æstate Annibal bentiuolus patriam a bracianorum tyrannide liberauit:sed ea res paulo mihi altius repetenda est. Franciscus picininus pro patre bononiæ præfectus: cum in ea Ciuitate maximā habere auctoritatē Annibalem cerneret:ueritus ne ab eo pelleret:cum aperte in eum animaduertere nō auderet:per simulationē uenationis eductū una cum multis eius urbis primorib?in arcem sancti Iohannis ducit: ibi conuiuium paratum erat . Sed post epulas cæteri dimissi bononiā redierunt: Annibali & duobus Maluiciis Gaspari patri & Achilli filio uincula iniecta: & uiolato hospitii iure in longobardiam custodiendi maximo præsidio mittuntur . Placuit Annibalem in arce uaranensi asseruari.Ea res maximā inuidiam Picinino conflauerat animis hominum maxime indignantib? Tyrānum in bentiuolos quorum opera & studio rerum potitus esset tam nefarie seuientem : Itaq; legati & ad Nicolaum & ad Philippū nequicquam missi . Sed cum nullum remedium inueniri posset: Galeacius Marescoptus cum uirgilio Maluicio & paucis præterea re comunicata assumptis quattuor duntaxat ad facinus peragendum sociis inter quos duo eius fratres erant duce usus quodam Genisio Rocha Fabro ferario qui situm arcis & naturam diligentissime explorauerat admotis scballis clam in arcem penetrās uno demum ex uigilibus interfecto cæteris cum præfecto arcis in potestatem redactis Annibalē liberauit:sed Annibal ꝑpere bononiā reuersus

conuocatis amicis & tota plebe concitata progreſſus in forum primo Picininũ obſedit mox expugnato palatio:q in direptis qui in præſidio militibus erant eum in poteſtatem redegit:ac domi in uinculis habuit liberata patria legatos ad uenetos & Florentinos mittit imploratum auxiliũ:Nam arx ualida quæ urbi impendebat:Nicolai picinini præſidio tenebatur:eam pro cõmuni ſalute & obſidendam ſibi & oppugnãdam cenſebat: ob eamq; rem Petrum Nauarinatẽ cum equitibus quadringentis conduxerat:alios item peregrinos milites ſcripſerat.Ea Philippus cognita:miſit in agrum bononiẽſem Lodouicum uermiũ cum equitib?ad quattuor millia:ut quanto poſſet ſtudio:niteretur obſeſſæ arci auxilium ferre . Venerat per eos dies Bononiã Simonet?ex caſtro petro ita cognominabat̃:cum equitibus quadringentis a Florentinis miſſus: & a uenetis item miſſus eodem fuerat Tiberthus brandolin? cum equitibus quingentis:Annibal re diligentius explorata ac in concilio diſputata decreuit in boſtes educere ac prælii tentare fortunam. Itaq; ad decimũ nonum Kalendas Septembres inſtructis copiis urbe egreſſus cum ciuibus ſupra quinq; millia ex itinere cognoſcit boſtem iam mouiſſe: & citato agmine ad Sanctum georgium municipiũ contendere:cumque feſtinationis cauſam ex timore natam intellexiſſet : magna benegerendæ rei ſpe aucta maiore in boſtes animo progredi cœpit.Accidit forte fortuna inter eũdum:ut exercitus utriq; inuicem obuiam facti ſint:inter duo caſtella ſanctor̃ Petri & Georgii : eo loci ubi uulgo in Caſali dicitur : Qui ſimulac ſeſe mutuo conſpexerunt : acerrimum prælium commiſerunt. pugnatum eſt ab ipſo diluculo ad ſecundam uſq; ac uigeſimã diei horam:tandem Philippiani per uariã ac multam equor̃ hominũq; ſtragem terga dedere.Lodouicus deſperatis omnino rebus fuga ſibi ſalutem peperit:amiſſa maiore ſuor̃ parte impedimẽtiſq; uniuerſis. Ex hac victoria maiorẽ priore laudem Annibal conſecutus de redimendis ex captiuitate Gaſpare Maluicio ac ciuibus cæteris quos Nicolaus in uinculis hẽbat:agere cœpit:quo magis ciuiũ uoluntates ſibi conciliaret:Nam arx profligatis fugatiſq; boſtibus non multo poſt per deditionẽ recepta eſt. Pro iis igitur Franciſco picinino in cõmutationẽ dato:nõ modo Gaſpar ipſe & Achilles filius liberati ſunt:ſed etiam Baptiſta Cannetul?Galeotuſq; eius frater.Nec enim dubitabat Annibal Cannetulos omnes ſibi amiciſſimos fore:cũ ſua eſſent cauſa in libertatem reſtituti.Cæter̃ Alphõſus ex Tarracina Alphonſus
Neapolim reuerſus in prata cãpana uniuerſas conuenire copias iuſſit: ut inde in Picenam expeditionẽ quẽadmodũ fuerat Tarracinæ conſtitutum : proficiſceret̃:& quanuis legibus ipſe bello intereſſet:minime obſtringebat̃:tamen Troili ut prædiximus : & Petribrunorii ad eum defectionis certa ſpes fecit:ut nõ per uicarium ſed per ſe ipſe bellum gerere ſtatuerit:ob eamq; cauſam q̃maximas potuit copias ex omnib?

regnis ſuis eo celeriter cõtrahendas imperauit: quo maioribus quam fieri poſſet: uiribus inſtructus: regni finibus excederet. Itaque æſtate iam prope exacta ex campano mouet : & per Pelignos Marſoſq; non longe ab Aquila uiſendæ eius urbis cauſa caſtra ponit. Erat ea Ciuitas armis uiriſq; pollens: in qua camponiſca factio quæ Andegauinas partes in bello ſecuta fuerat: auctoritate & opibus plurimũ poterat: cuius eo tempore Antonucius camponiſcus princeps erat: uir rei bellicæ ſed iam ſenior: peritiſſim?: atq; ob id illius fides regi ſuſpecta: monituſq; eſt a non nullis aduerſæ factionis ne urbem intraret: quod ab Antonucio coacta multoꝝ manu incautus opprimeret. Sed rex nihilo tamen ſecius urbẽ ingreſſus: magnoq; ab omnib? honore exceptus: repperit: quæ de Antonucio dicta fuerant: falſa fuiſſe. Poſtridie urbe quinque paſſuum millia poſt terga relicta caſtriſque poſitis : alia regi ſuſpicio iniecta eſt : Eugenii & Philippi conſpiratione ſibi in Piceno inſidias: parari: quam Picinini in umbros aduentus qua in Picenum iter eſt : magnopere adauxerat: ob eamq; rem & Iobãneſantonius Tarentinus princeps & alii multi regni proceres quos ſecum ducebat: ne ulterius progrederetur: ſuadebant : adeoq; ancipitem & ſuſpenſum reddidere: ut parum abfuerit: quin incertus rerum ab itinere deſiſteret. Sed tandem cum turpem ſibi reditum fore exiſtimaret: ſatis purgata pro tempore ſuſpicionis cauſa: progrediendi conſilium cepit . Vt uero regem in umbriam aduentare rumor increbruit : Picininus Viſſo admouit: quod erat oppidum ut demonſtrauim? : ex omni Franciſci dicione in umbris reliquũ: regiq; obuiam miſit: qui eum hortarent: ut pro ſacro ſanctæ Romanæ eccleſiæ cõmodo ꝓfectionẽ maturaret: quo coniũctis utriuſq; uiribus oppido: quod obſidebat: potirent: prius quam hoſtis: ut audierat: oppidanis auxilium ferret. Verebatur enim Picininus ne Franciſcus qui tum erat uiribus potentior: totis copiis eo proficiſceretur: quod ſi fieret : obſidionem ſoluere pro exercitus incolumitate cogeretur: Quibus Alphonſus nunciis permotus: Iobãnem liriam hiſpanum cũ maiore peditatus parte præmiſit: q Picinino iunctus magno momento fuit. Rex cõtinuato itinere Nurſiã uerſus ꝓfectus eſt: eo conſilio ut uiſum petens: Picininũ ſibi iungeret. Inter hæc Frãciſcus qui ad potentiã flumen non longe a Sãctoſeuerino caſtra habebat: cognito uiſſanoꝝ piculo: eo Sigiſmundũ & Petꝝbrunoriũ cum peditatu paruoque equitatu ad ferendam obſeſſis opem mittit. Quorum de aduentu Picininus certior factus: obſidione deſerta caſtra aliquanto ab oppido longius deduxit. Ibi regem cupide expectabat: qui cum ſeptem millibus paſſuum a Nurſia caſtra poſuiſſet : ad eum cum paucis Picininus ire contendit. Fuit certe illius aduentus Alphonſo pergratus: quod ita libere ad eum cum paucis acceſſiſſet: Quæ res omni ſuſpicione poſita regis animum plurimũ confirmauit . Poſtero die motis inde caſtris :

Rex una cũ Nicolao Viſſum ire perrexit . Oppidani eius aduentu con territi mox ſitam præſidiiq; incolumitatẽ pacti dedidere ſe Regi:quos ipſe poſtea ad pontificis legatos qui in caſtris erãt:remittẽdos duxit: ut eos tanquam in Romanæ eccleſiæ fidem redeuntes acciperent. De his rebus cum fieret ab exploratoribus quottidie Franciſcus certior : maxima imminentiũ hoſtium cura efficiebaẽ.Nam cum diu multũq; animo uolutaſſet:quid ſibi conſilii ineundum eſſet:nullum neque ad ſeruandum exercitum neque ad tuendam prouinciã reperiebat : adeo anguſta & dura undique omnia uno tempore occurrebant . Auxilia a uenetis & a Florentinis ut ſæpe petierat : nulla conſequi potuerat:& quanuis propediem ſe miſſuros dicerent : nulla tamen tam neceſſario tempore tamq; propinquis hoſtibus ſperare poterat:Bononiẽſium.n. rerum nouitas fecerat : quo minus ad eum mitterenẽ.Congrediendũ ſibi cum hoſtibus ob copiaꝝ paucitatẽ non putabat:quod iunctæ cum eccleſiaſticis Bracianiſq; regiæ copiæ ſupra quattuor & uiginti arma torum hominũ millia compleuerãt:& eas quas ſecum copias habebat: minus octo millib?eſſe ſciebat:nec in prouinciæ finibus apertis campis expectãdum uidebatur:cum nullus eſſet tutus locus:qui eum caperet: nec prouincia excedendum omnino iudicabat:& ne dimicare cogereẽ: ſibi maxime cauendum ducebat . Itaq; difficultatib?in hunc modum præſenti rerum neceſſitati conſulendum putauit: ut quãcelerius fieri poſſet:prius quam hoſtes ſuperato Appennino in Picenũ deſcendiſſẽt: urbes atque oppida prouinciæ totius:quæ ſitu muro atq; arcib?muni tiora eſſent : ualidis fidiſque præſidiis firmarenẽ . Ipſe cum reliquis copiis Fanum fortunæ ſe reciperet : quæ urbs cum eſſet Sigiſmundi malateſtæ generi in ipſius prouinciæ finibus ſita:ſatis peropportuna uiſa eſt : ubi ſe continere & hoſtibus reſiſtere poſſet: quoad promiſſa ab amicis auxilia mitterenẽ:Nam & longo ambitu Fanum continẽ: & mari ab una parte abluiẽ:& ab reliquis muro & foſſa duplici muni tur:ad quam quidem rem conficiendã illa potiſſimũ ratio hortabaẽ : quod uidebat æſtate iam prope conſumpta autumnũ tantũmodo ſu pereſſe:quo tempore hoſtes continere ad res gerendas ſub diuo exerci tum uix poſſent.Redeũdum enim erat regi in regnum ſuum:reducen dus in byberna exercitus:prius quam byems aduentaſſet:ob longa ac difficilia quæ ſibi itinera conficienda erant.Præterea nulla neque regi ipſi neq; Picinino neq; pontificis legatis bellica inſtrumẽta eſſe:quib? oppugnare oppida poſſent:& per obſidionem nulla ſeu perpauca ex iis quæ præſidiis defenderẽẽ:uinci poſſe.Ex quo futuꝝ iudicari poterat: ut abeuntibus inde hoſtibus in fide quẽadmodum ſperabat : iis urbi bus atque oppidis permanentib?quæ præſidiis firmaſſet:facile reliqua quæ ad hoſtes per autumnũ defeciſſent:per byemem ipſe recuperaret. Primum igitur omniũ urbem Firmũ regionis caput milite firmandã

duxit: eoque Alexandꝛ fratrem cum non paruo equitum ac peditum numero mittendum qui ei urbi præſidio eſſet: Aſculum peditatu muniendum: cui Iohánem fratrem præpoſuit. Ciuitati uero Raynaldum folianum ex matre fratrem. Fabrianū uero Petꝛbrunoriū miſit cum octingentis circiter peditibus equitibuſq; ducentis: Cingulum Floruantem peruſinū cum tribus equeſtribus ordinibus: Iohannem uero Tholentinaté generum cum quingentis equitibus Auximū proficiſci iuſſit. Præterea Troilum roſianéſem cognatū ſuum cum ualido equitatu bæſio deſtinauit: cui ob fidem præcipuam: quod eſſet ſibi a puericia cariſſimus: ex matre ſororem in matrimoniū dederat. Poſtremo Rocácontractam quod uocant oppidum: Robertum Sanctoſeuerinaté ſororis filium cum equitatu ac peditatu non exiguo mittendū ſtatuit, ipſe cum reliquo exercitu Fanum perrexit. In itinere baud procul ab bæſio ſubſtitit: eo conſilio: ut alium Troilo ſufficeret: qui & præſidio & urbi præeſſet. Fuerat enim ſæpe Franciſc⁹a Philippo certior factus: Troilum iampridé cum Alphonſo rege conſpiraſſe: nihilq; ſupereſſe ad patrandum ſeu fugæ ſeu proditionis facinus quam regis ipſius in Picentes aduentū: quem cupide expectabat: quo ſibi liberior ad eum tranſeundi poteſtas foret. Didicerat.n. eam rem Philippus nouiſſime que etiam Petribrunorii perfidiam ex legatoꝝ ſuorum litteris: quos apud Alphonſum habebat: quibus cum rex ille omnia eius conſilia cōmunicabat. & quoniam Philippus eo ſemp fuerat in geneꝝ animo: ut neque eum uincere: neq; uinci pati poſſet: hæc ab ſe cognoſci curabat: quo ille ab ſuorum perfidia inſidiiſq; caueret. Sed Franciſcus: qui ſciebat Philippum Troilum ſemper odiſſe: illi non crediderat. Verum ubi ea res increbruit: ac multis ex locis ſibi indicata eſt: in ſuſpicioné tandem uenit: ne Troilus pollicitationibus præmioꝝq; magnitudine corruptus cum rege ſentiret: & ob id ſtatuerat inde eum amouere: ſecumq; ducere. At Troilus ueritus id: quod erat: Franciſco obuiam exit: dicit ſe animaduertere illi ſuſpectū factum eſſe: quod q̄ueriſimile foret: oportere eum recte iudicare: Nam quopacto uſqueadeo eſſet in genio ab omni hominum natura alieno: ut quicquam aduerſus eum ſentire auderet: a quo perbenigne a teneris uſq; exceptus eſſet: & per omnem deinde ætatem ita carus extitiſſet: ut ad poſtremum eius ſororem ſibi uxorem dederit? rogat: ne aures præberet inuidentiū male dictis: qui nihil magis conarent̄: quam ut ſibi noceret eſſe non nullos qui omnia ſui perdendi gratia confingerét: Sed ſe male centies morté ſubire: quam uel admittere uel cogitare quicquam: quod ei foret detrimétoſum. Addidit ad hæc etiam lachrymulas quaſdā ui excuſſas atq; ſimulatas. Franciſcus ut erat ingenio miti facile adductus eſt: ut qué ex ea urbe omnino amouere inſtituiſſet: poſita ſuſpicione illi rurſus eum præficeret: & qđ iter Fanū uerſus cœperat: id facere pſeuerauit.

Dum uero Fani ſe continet: qđ boſtes propediē per loca urbi proxima futuros expectabat: nullum neq; diurnum neq; nocturnū remittebat tempus negotio uacuum. Primum omnium frumentū cōmeatumq; omnem ad hominū iumentorūq; uſum undiq; ex agris in urbem conferri ſtudere: mari ex Arimino comportari: quo facilius incluſionem miles ciuiſq; pati poſſet. Nec minus uallo & aggere urbem cōmuniri propugnacula pro portis ædificari: uias qua boſtes uenturos exiſtimabat: ſi forte urbi admouerēt: frequenti repagulo cōmunitas reddi. Præterea quanuis antea ut docuimus: auxilia a uenetis Florentiniſq; expoſcere non deſtiterat: tamen ad eos rurſus mittit: qui doceant boſtem q̄maximis adeſſe copiis: ac quantis ipſe difficultatibus premeretur: quantoue in diſcrimine res ſua omnis cum innata quadam picentum mutabilitate coniuncta uerſaretur. Quibus de cauſis ſi ſubuenīēdum cenſerent: ſi ſaluum ſi beneficiorūq; memorem uellent: accelerarēt. Poſt hæc quod intelligebat Philippum ægre ferre: Alphonſum tantis uiribus auctum a ſui regni finibus longius progredi: cum eo de reconciliāda amicicia conſilium cepit: ex quo paucis diebus factum eſt: ut ueneti ac Florentini perſpecto non tam Franciſci quam utriuſq; reip. periculo miſſis propere Mediolanū de renouāda firmandaq; cum Philippo amicicia legatis: facile ac breui cum eo pro communi omnium ſalute fœdus inierint. Quo percuſſo & ueneti ac ſocii liberius ad tranſmittenda q̄celerrime Franciſco auxilia ſeſe comparant: & Philippus Iohannē baldizonum nuncium primum: dein non multo poſt legatos ad regem mittit Petrum cottam & Iohannē balbum: qui ei nunciarēt: ut ab armis diſcederet: in ſuoſq; regni fines rediret. Non placere Philippo Franciſcum Sphortiam qui & gener eſſet & filius tam inexaturabili odio & ad internicionē ꝑpe peti: ſatis regi eſſe debere: ſatiſq; eius honori atq; dignitati factum: ſi agri Piceni fines ingreſſus magnam oppidorūq; partem in Eugenii pontificis poteſtatem redegerit. Hæc ubi regi a Baldizono renunciata ſunt: non potuit uæbementer non cōmoueri: cum diceret: ſe Philippi maxime hortatu eiuſmodi bellum aduerſus Franciſcū Sphortiam ſuſcepiſſe: eſſeq; uſqueadeo progreſſum: ut referre pedem abſq; magna bonoris ſui diminutione non poſſet: quod pontifici Eugenio fidem dediſſet: ſe nunquam quietūrū: donec Franciſcum ex omni piceno agro pelleret: banc a ſe deſeri cauſam honeſte non poſſe: & ob id neceſſe ſibi fore in bello perſequi. Proin ad Philippum miſit Mathæum malferitum iureconſultū & Iohannem nuceum legatos: qui ita expoſuerūt. Non poſſe Alphonſū regem non admirari quod cum picenam expeditionē Philippi potiſſimū ſuaſu atq; impulſu aduerſus Franciſcum Sphortiam ſumpſiſſet: ipſeq; poſtea prouinciam ingreſſus complura illi oppida primo fere aduētu atq; una excurſione ademiſſet: ſibi per Baldizonū enunciari iuſſiſſet: ſe Franciſci poſita

contentione eum in antiquam paternamq; gratiam recepiſſe. & proin rogare: ut relicta expeditione Frāciſcum bello amplius inſequi deſine ret. Id Regi gratum fore: ſi ille ſincera erga Philippum fide pergeret: Sed mirari ita facile Philippum credere Franciſcū bono animo ſecum agere: in gratiamq; redire: quandoqdem per Petrū brunoriū ac etiam poſtea per Troilum exploratū habeat: qui omnia illius conſilia cognoſcebant: dum apud eum eſſent: reconciliationē eam uenetoꝝ Florētinorumq; conſilio atque opera confictam eſſe: quod rerum exitus breui oſtenderet. Mirari præterea Alphōſum: quod de condicionib? renouati cum Franciſco fœderis nequicq̄ ſecum Philippus cōmunicaſſet: quaſi nihil ad eum de ea re pertineret. Si Philippo mutata ſententia placuerat pro generi ſalute regem a ſuſcepta expeditione diſcedere: debebat omniū primum iubere Franciſcū ex iis oppidis præſidia educere: quæ adhuc in ſui regni finibus occupabat. Demum non poſſe regem a pace bello niſi eo pfecto deſiſtere: qđ pontificis iuſſu auſpiciiſq; contra romanæ eccleſiæ hoſtem gereret: quodq; præcipue Philippo auctore atque impulſore ut prædixim?: ſuſcepiſſet. Cum dicendi finem feciſſent: qui a Philippo legationi audiendæ deſtinati fuerant. Vgutio contrarius: Franchinus caſtilioneus & Nicolaus guerrerius magnæ apud eum auctoritatis uiri: ſe quæ tuliſſent: ad Philippū renūciaturos & de illius ſententia reſponſuros dixerunt. Sed paulo poſt Philippus ipſe legatis in arcem accerſitis mirari ſe magis inquit: quod Alphonſus omiſſis quæ ad pontificē Eugeniū pertinerent: & ad Nicolaum picininum: quem omni tempore fidelē ſibi cognouiſſet: ſed in una duntaxat Franciſci Sphortiæ cauſa aliorum quorūdam impulſu minus obſequētem inueniſſet: aliis magis quam ſibi de Franciſci in ſeſe animo credere pſeueraſſet. Debuiſſe certe Alphonſum in ea re plus ſibi fidei habere: quam cæteris omnibus: quippe qui Franciſcum & in generum accepiſſet: & in filium adoptaſſet. Satis ſibi conſtare eum optimo erga ſe eſſe animo: & propterea illum in priſtinā a ſe beniuolentiā aſcitum: cupereq; admodum: quod promiſiſſet: præſtare poſſe: uti a rege illius uexandi perſequēdiq; finis fieret. ſe hoc uno quid apud eum Philipp? poſſet: iudicatuꝝ. Non eſſe Neſcium Alphonſum quātum ipſe Franciſco: & quantum ille ſibi debeat: Sed dolere plurimum: ſe totiens ac tam multis precibus fruſtra a rege contendiſſe: uti a ſuſcepto in generum bello deſiſteret: cum ſciret maxime: quam eius ſemper amplitudini fauiſſet: hoc reſponſo legati ad regem remiſſi ſunt. Alphonſus interim recepto Viſſo exercitibuſq; cōiunctis poſtridie inde mouerat: & ſuperato per Camertes Appēnino: die quarto inter duo oppida Montemmelonē & Monticulum Piceni agri peruenerat: caſtriſq; ad Potentiam amnē poſitis ac excurſionib? circunquaq; factis tantus eſt illico finitimis illat? terror: ut Meloniani & Monticulani nulla contentione

ei ſeſe dediderint. Hoc idem conſilii ut ſunt Picentes natura mobiles nouiſq; rebus ſtudétes: miſſis paulo poſt in caſtra ad regem legationibus: ſecuti ſunt Sáctoſeuerinates Matelicenſes Tholentinates Macera tenſes Appinianéſes & qui montem filioꝝ optrani inbabitant: hoc.n. nomine eorum oppidum Picentes appellant. Eo etiam tempore Petrus brunorius quem Fabrianum præſidio miſſum diximus: multis iam Alphonſi pollicitationibus inductus Troilo in primis & Inico giuara uno ex regiis purpuratis de quo ſupra mentionem fecimus: auctorib? oppido præter omnium opinionem relicto: ad regem totis qbus præerat copiis: tranſiuit: Quo digreſſo: Fabrianenſes eo præſidio liberi correptis illico armis plebeq; in magiſtratus concitata: ad boſtes deferunt. Quibus rebus geſtis rex motis caſtris: bæſium a Troilo qui iam ut oſtendimus: multo ante pepigerat: accitus ire contendit: quo ubi uentum eſt: Troilus ut erat animo exulcerato: oblitus tot ac tantorum Franciſci beneficioꝝ: non modo ſeſe regi cum uniuerſis copiis quas ei Franciſc? tuendæ urbis cauſa reliquerat: ſed ipſam etiam urbé Franciſco fideliſſimam & loco in picentibus peropportuno ad bellum gerendū ſitam tradidit: fecitq; ita: ut ea urbis proditio eius ad boſtem tranſitum per ſe turpem ac deteſtabilé turpiſſimū deteſtabiliſſimūq; & pfidiam inſignem multo inſignioré per omnem ætatem redderet. Arcella uero quam præfecti ſolertia à proditoris manu ſeruauerat: in fide perſtabat. Sed ea cum Brunorius omniū primus ut quãtum militari arte ac diligentia præſtaret: regi oſtenderet: ex ꝓpinquus ædibus oppugnare adortus eſſet: non multo poſt quam oppugnari cœpta eſt: maiore præſidii parte tælorum multitudine interempta. Rex per deditionem potitus eſt. Hæc tam inſperata duorum inſignium uiroꝝ uno tempore defectio repentinaq; tot oppidoꝝ rebellio picentum cæteroꝝ animos uel terruit uæbemẽter: uel extulit: Nam qui aut clam conſpirare iam cum boſtibus aut palam de deditione agitare conſilia cœperãt: ad defectiones audacius impellebanť: quib? in officio ꝓmanere mens erat: metu non mediocri quatiebanť. Infirmi infirmiores: Firmi uero molles ac parum reſiſtentes reddebanť. Ex quo cum eſſet plurimū de Franciſci uiribus & auctoritate diminutū: plæriq; omnes iam de illius fortunis actum eſſe exiſtimabãt: ob eamq; rem Cingulani in primis nouãdæ rei occaſionẽ nacti in præſidium impetum fecerunt: militũq; bona inter ſeſe partiti: oppidum regi tradidere. Quod ubi acceperunt Auximani conflata iam rebellione in Iobánem Tholentinatẽ & Antonium triuultium qui ei ſuppleméto additus fuerat: & in equitatum uniuerſum populariter irruentes bonis omnibus nudauerunt. Dein Ricinatenſes ab iis ſollicitati: mox & ipſi quoq; defecerunt: quorum exemplũ imitati ſunt picentes cæteri: qui inter duos amnes Clentem ac Potentiam incolunt: quicquid inde Firmum uſq; relinquebať agri:

ſine ulla ui in Eugenii pontificis dicionem deuenit. Acceſſit ad hæc mala: quod fides non minus in militibus copiarumq; ducibus quam in uniuerſis prope picenæ prouinciæ populis panguſtior infirmiorq; erat. Omnes enim eo boſtium aduentu uacillare animis cœperunt. Flaſcus giraſius inter reliquos & Guilielm? bauerinus ad regẽ deſciue runt: Quod fuit certe contra omnium opinionẽ: cum iis per omnem fere ætatem Franciſcus familiariſſime uſus eſſet: & ob id alteꝝ Staf folo: alterum Maſſatio oppidis inter bæſium cingulũq; ſitis præſidio reliquerat. Sed illi tot rerum motibus perculſi: ſuæ ſalutis cauſa ſeſe regi una cum oppidis permiſerũt: quos propter eorum egregiã uirtu tem humaniter excepit: & ne ad boſtem redirent: ſuæ militiæ aſciuit: & militum illis numeꝝ & ſtipendium auxit. Sigiſmũdus præterea ut erat homo natura mutabilis rerumq; nouaꝝ cupidus: ubi de regis in prouinciã aduentu cognouit: de deditione ad eũ clam miſit: cui deinde appropinquãti pollicitus eſt: deſerto Franciſco: ei ſeſe cum omni eius dicione dedituꝝ: imperataq; facturum: confeciſſetq; rem certe: ut erat pollicitus: ac ſocerum inſuper boſti prodidiſſet: præſertim quod uere batur: ne ſubacta prouincia totum poſtea in ſeſe bellum conuerteret: quodq; auaricia non mediocri ſtimulabat: cum grandem a rege ponti ficeq; pecuniam ſe conſecutuꝝ expectaret: niſi quod multa interim ac ciderunt: quæ illum a tanto facinore & probibuerũt: & deterruerunt. In primis quod Frãciſcus cui illius fides ſuſpecta eſſe cœperat: poſtea quam Fanũ ſe reduxit: portas urbis eius ſingulas ſuo præſidio firma uerat: ſuoſq; ex fidelioribus præfecerat: ubi tot penes ſe ex ueterano milite cohortes habere uoluit: ut & Sigiſmundi copias & Fanenſem populum numero ac robore longe ſuperarat: quodq; is etiam multis argumẽtis aperte intelligebat: & Philippum Frãciſci partibus fauere: & uenetos ac Florentinos quibus cum tota Flaminia ſentiebat: auxilia propediem miſſuros. Accedebat ad hæc præterea: quod Franciſcus ad ſuſtinendã inſolẽtiſſimi hominis petulantiã: ſiquid pecuniæ ex Vene tiis Florentiaq; afferebatur: magnam illi partem dari iubebat: & ſæpe ubi minus erat pecuniæ uaſa argentea & gẽmæ ex uxoris ipſius orna mentis fœneratorib? credebantur: ut inde accepto argento illius auari ciam quoad poſſet: expleret. poſtremo quod cum Dominico malateſta fratre qui Bracianam fidem ſequebatur: ita egerat: ut quicquid ex ſua dicione aut ui aut uoluntaria deditione ad boſtes defeciſſet: ſuo ille præſidio firmaret. Rex urbe ut oſtendimus: bæſio recepta: aduerſus Franciſcum recta ducendum iudicabat: nec prius conſiſtendũ: quam illum tota prouincia depuliſſet: quod exiſtimabat eius præſentiã ueri tum Fano exceſſuꝝ. Sed Nicolaus ſpe per proditionẽ Rocecontractæ potiundæ effecit: ut cõſilium mutaret: cum diceret eſſe non nullos ex præſidio: qui clandeſtinũ ſibi aditum in oppidum pollicerent. qua ſpe

Staffolo oppidum. Maſſatio

Rex adductus eo cum exercitu profectus caſtra q̃proxime potuit muro admouit. ſed oppugnãdi oppidi nulla facultas dabatur. Spes erat aut proditionẽ capi poſſe: aut per aquationis inopiam ad deditionem compelli: ob eamq; cauſam rurſus ita in artũ toto fere peditatu quo plurimum regius exercitus abundabat: Petrobrunorio auctore atque duce cinxerunt: ut omnem prorſus aquandi extra muros obſeſſis poteſtatẽ ademerint: Qua re oppidani ſimul & peregrini milites tanta aquæ penuria laborare cœperunt: ut diuti? ferre non poſſent. At Robertus quem ut ſupradixim?: præſidio Frãciſcus præfecerat: quanq̃ ſeſe hoſtibus alacriter obiiciebat: crebriſq; eos non tam diurnis quã nocturnis eruptionibus fatigabat: ſubmouere inde conabatur: adhibita diligenti intus cura: nequa ſeditio oriretur: nequiue motus excitarent: nullum aquæ tamen inopiæ remediũ inueniebat: cum præſertim neq; plueret: neq; unde aquam exhaurire poſſent: haberent: Omnia enim caloribus areſcebant. Ea igitur difficultate: ne oppidum hoſtibus dedere cogeretur: in hunc modum prouidit. Eo aquæ reliquo quæ aut puteis aut uaſis aliis ſeruata ſupererat: homines tantũmodo uti permiſit. Equos ac iumenta quæq; occidi: & per præcipicia in hoſtium caſtra demitti iuſſit. Quod ubi Alphonſus animaduertit: obſidionẽ ſoluere inſtituit. Itaq; motis inde caſtris ad Metaurum amnem continuato itinere profectus millia paſſuũ quinq; a Fano conſedit. Ex itinere totus fanenſis ager qui ultra id flumen eſt: Regi primum ultro deditione facta in Dominici Malateſtæ ut erat ante conſtitutum: deuenit poteſtatem. At Frãciſcus eo hoſtium aduentu cognito quod erat: ut demonſtratũ eſt: longe inferior maiore præſertim copiarum parte per oppida præſidio diſtributa: urbe ſe continebat: leuia tamen prælia haud procul urbis mœnibus cõmittebantur. Interea aduenere Iohannes balbus & Petrus cotta legati a Philippo miſſi: de quibus ſupra mentionẽ fecimus. Hi primum Fanum ad Franciſcũ flexerunt: qui poſteaq̃ illum legationis cauſam edocuere: in caſtra ad regem acceſſerunt: cui cum eadem quæ prius Baldizonũ expoſuerat: rettuliſſent: reſpondit rex: miſiſſe ſe ad Philippum legatos: ex quibus quod ſui ſit conſilii: facile cognoſceret: & tamen paucis eos rerum ſummã quas legati ad Philippum pertuliſſent: edocuit. Inter hæc Zarpellio & Dulcius quos Franciſcus rurſum e Tuſcania reuocarat: magnis per æthruriã Flaminiãq; confectis itineribus Fanum peruenerãt: & petita item diu a uenetis Florentiniſq; auxilia: Bononiẽſibus pacatis rebus Ariminum tandem aduentare cœperant. Præterea Flaſcus & Guilielmus pœnitentia ducti ad Franciſcum cum ſuis redierant: Alphonſuſq; quod fruſtra per ea loca tempus teri animaduerteret: nec de obſidenda urbe propter loci ſitum ſperare poſſet: cum mari ut oſtendimus: abluatur: qua facile & commeatus & auxilia importari mittiq; poterant: & Franciſci maxime præſentia obſidionẽ

multo tolerabiliorē obſeſſis diuturniorēq; futuram uidebat: ſtatuit: dimiſſis legatis: ipſe ſuo cum exercitu retrocedere: in regnumq; remigrare. Itaque & ipſe & Nicolaus pluribus iam conſumptis diebus diuiſis copiis inde uno eodemq; die mouerunt. Rex Metauro ſuperato ad Bodiūmontem exercitum duxit. Picininus copiis Hiſaurȝ traductis ad Laureūmonté piſaurenſis agri municipiū caſtra poſuit: quo inde auxiliares copias ne Franciſco iungerent: tranſitu prohiberet: quæ ut diximus: in Ariminenſiū fines cateruatim in dies appellere dicebant. Ex quo fiebat: ut Frāciſcus inter bina caſtra medius eſſet. Rex continuato per bæſinos Auximanoſq; itinere Firmū duxit: cumq; ad eam portam quæ ad oram maritimā portūq; uergit: milites poſitis armis ſtationibus faciendis intenderēt: Alexander uir & conſilio grauis uir & armis acer: qui ei urbi ut oſtendimus: præerat: ſubita eruptione facta: nouiſſimum agmen a tergo adortus: magnum iis terrorem intulit: ex qbus partim cepit: partim fugauit. Sed exaudito clamore conſpectoq; tumultu boſtes ſumptis propere armis opereque caſtrorȝ intermiſſo magno in Spbortianos impetu feruntur: qui multitudine preſſi terga uertere coacti ſunt; ſed in urbē tamen incolumes ſe receperunt. Inſigne apud portam certamen fuit: Taraconenſib? intra urbē Spbortianos repellere: illis uero boſtes procul mœnibus arcere innitentib?. Adiuuabat Taraconenſes illa res plurimū: quod Alexander cū non nullos ex Ciuitate ac etiam ex equitatu proditionis ſuſpectos haberet: non audebat totis copiis prodire ac omnē uim in boſtes facere. Poſt hæc Alphonſus qui eo maxime conſilio ibi caſtra firmauerat: ut experiret: an eius aduentu motus aliqui in urbe excitarent: cum non nullos ciues eſſe accepiſſet: qui eo propinqore facto ſeſe Romanæ eccleſiæ mox dederent: ſpe per proditionē urbis potiundæ deiectus: Et item perſpecto eius ſitu: quæ loci natura longo ambitu & ualido inſuper muniebatur præſidio: per obſidionem ad deditionem redigere poſſe diffiſus: Paucis poſt diebus motis caſtris ad turrim palmaȝ Firmani agri municipium profectus eſt: Inde Maranum duxit: ubi magna ac repentina rerum cōmutatio in pfugas facta: magnaq; illis illata calamitas. Didicerat per eos dies Franciſcus: Alphonſum non ſatis Troilo ac Petrobrunorio fidere: quod haud longe abeſſet a ſuſpicione: ne ii duo cum boſte ſentirent: cuius conſilio ad ſe ueniſſent: ſui perdendi aut magni alicuius detrimenti inferendi cauſa. Quare Franciſcus curandū ſibi inſtituit: ut regi uſque adeo de perfugis ſuſpicionē augeret: quo ille eos aut pderet omnino: aut fortunis omnibus exueret: & ita boſtis beneficio perfugaȝ ulciſceretur iniurias: Nec enim dubitabat homini peregrino Italico generi propemodū diffidenti adeo profugas ipſos proditionis ſuſpectos red dere: ut eſſent pœnas aliquando daturi: cum Gotholani præſertim ſuapte natura Italos ſemper odiſſent; habeant q; apud eos infidi. Itaq;

mittitur ad Alexandꝝ confeſtim nuncius priuſquāRex Firmum per ueniſſet: cum epiſtola ad Troilum Brunoriūque in banc ſententiā con ſcripta: ut quod iam erat conſtitutum : maturarēt: nec amplius quod facturi eſſent: tardarēt. Eiuſmodi epiſtolam iubet Alexandꝝ in boſtiū caſtra pferendam curare: eo conſilio: ut intercepta ad Regem deferret. Eodem tempore Fani diuulgat Zarpellionē ſe propediem Firmū cum equitatu nauibus miſſuꝝ. Fecit Alexāder: ut erat a fratre iuſſus. Proin capto ab boſtibus continuo cū epiſtola nuncio ad Regemq; perducto patefacti tranſfugaꝝ doli mox uiſi ſunt: & quanto in ꝑiculo cōmunis omnium ſalus ſeruaret: ſi ſe cum Alexandro proditores coniūxiſſent: Regemq; ꝑinuaſiſſent : quorum in equitatu ac peditatu magna totius regii exercitus ius conſiſtebat . Quāobrem extemplo armato exercitu utrique in prætorium accerſiti mox compræbenſi ſunt: armiſq; equis atque omni ſupellectile quæ ingens prope erat & pretioſa denudati : Nec ita temperari militum furor potuit : propter nefandi facinoris magnitudinē cuius inſimulabant: quin omnes eorum copiæ eandem pertulerint calamitatē. timor enim ſubito natus plærunque mentem timenti conſiliūq; eripit. Eos poſtea Neapolim perductos & in citerio rem biſpaniam miſſos Rex in arce Satabiæ ualentini agri cuſtodiri iuſſit: ubi ſupra decēnium in uinculis permanſere. Poſtridie Rex inde diſcedens trinis caſtris in Aſculanū peruenit : & mille circiter paſſus ab urbe caſtra fecit: quo ciuium quorundā patria per ſeditionem iam antea pulſorum ſuaſu deflexerat: qui ei inteſtinoꝝ motuum ſi Aſculo cum exercitu appropinquaret: ſpem dederant propter propinquitates & Clientelas: quas in Ciuitate baberent. Sed cum ibi triduum manſiſ ſet : nec motus aliqui a proſcriptoꝝ propinquis fierent : quod nemo præſidii metu arma ſumere auderet: Truentum tranſgreſſus : per ſui regni fines copias byemandi gratia diſtribuit. In itinere quicqd inter Firmum Aſculumq; oppidoꝝ intercedit: eccleſiæ nullo negotio reddi dit. Ipſe etiam Alphonſus Interamnā & Ciuitellā ſuæ dicionis oppida Aſculanis proxima quæ eo uſque in Franciſci fide perſtiterant: oppida nis omni ſpe auxilii derelictis ſeſe ultro dedentibus : in poteſtatem ac cepit. Quibus confectis rebus Iobāneantonio urſino Tal iacocio Paulo ſangue & Iacobo mōtagatha cum militum manu picentibus iis præſi dio relictis qui inter Aſculum Firmumq; ſunt: Neapolim rediit. Inter bæc braciani non aperto bello ſed latrocinantiū more Ariminēſium Fanenſiumq; finis die noctuque infeſtare non ceſſabant: quod palam peruadere regionis loca non audebant ob metum eorum : qui & Fani & per Ariminenſiū municipia diſtributi præſidio erant. Zarpellio itē contra ualida equitum ac peditum manu ſumpta Franciſci iuſſu Fano egreſſus multis magniſq; per rebellem prouinciā excurſionib? factis cuncta tumultu ac terrore ꝑmiſcebat. Magnum captiuoꝝ ac pecorum

numerum agens: oppidumq; Seram quam Comitū picentes uocant: ui captam prædæ militibus conceſſit. Interim auxiliares copiæ ſupra quattuor armatorꝫ millia quas ueneti ac Florentini: ut prædiximus: miſerant: omnes in Ariminēſes conuenerant: quarum ductores erant Taddeus æſtenſis: Guido rango: & Tibertbus brandolin?a uenetis: & Simonetus a Florentinis miſſi. Poſt bæc Franciſcus eas ſibi copias iungere Picininūq; ubicunque eſſet: inuadere inſtituit: ſed neque illæ ad ſe: neque ipſe ad eas hoſtibus tranſitū prohibentib?ire poterat. Duces tamen copiarꝫ hoſti appropinquare iuſſit: Locumq; caſtris ad Sanctū Iobannē quem ad Marenianū dicūt: quattuor circiter paſſuum millia ab Picinino diſtantem delegit. Hunc &ſi natura & artificio munitus erat: foſſa tamen & aggere munitiorē reddendum curauit. Dein & Zarpellionē Fanum redire: & Alexandꝫ cū iis copiis quas ſecum habebat: cumprimū Regem Truentum tranſiſſe exercitumq; in byberna dimiſiſſe cognouit: ad ſe q̄celerrime proficiſci imperauit: qui Contici no carpenſi & Chriſtopboro cremonenſi cū equitatu ac peditatu Firmi præſidio relictis: per Anconitanorꝫ fines & per maritimā deinde oram paucis diebus Fanum peruenit. Præterea q̄maximas undique copias poteſt: eo cōuenire iuſſit. Conduxerat enim baud multa pecunia paulo ante maiorē regii peditatus partem cum ipſis centurionib?qui audita multiſq; exemplis perſpecta Franciſci ſingulari in milites liberalitate ac munificētia: deſerto rege: dum ille apud Fanū eſſet: regnūq; poſtea repeteret: magno ad eum ſtudio confluxerāt. Omnibus igitur rebus quas bello uſui fore putarat: comparatis: copiiſq; unum in locum coactis Frāciſcus circa nonas Nouēbres Fano eduxit: agmineq; inſtructo in hoſtē ire contendit: eo conſilio: ut exercitu Hiſaurꝫ traducto: caſtriſque nō longe ab eo flumine poſitis: poſtero die ſe cum altero exercitu coniungeret: quo maiorib?auctus uiribus hoſtem qui ſe munitiſſimis caſtris continebat: pluribus locis inuaderet: cui ex itinere renunciari iubet per Tubicinē quendam: qui pridie ad eum quid ageret: exploratum uenerat: a Picinino alia ex cauſa ſe miſſum ſimulans: ſeſe inſtructis copiis per patentes campos in eum iter facere: ex eadem qua ille utebatur: aqua eo die bibiturꝫ: Nam in eundem quem prædiximus: amnē braciani milites paulo inferius ex eo loco in quo caſtramoetaturus erat: aquatum ibant. Vbi uero ad flumen uentum eſt: conſiſtere aciem iubet: qđ niſi ſolo uado per ea loca id flumen cum propter uim aquæ: tum propter ripæ utriuſq; altitudinē tranſiri poterat: cui Caſtellum impendet: quod Abbatis montem uulgo appellant: loci ſitu ualidum. Huc paulo ante tranſmiſſi a Picinino uenerāt Dominicus Malateſta: Robertbus bodiēſis bracianæ militiæ præfecti: Angelus Runco: & Petrus Mauaniēſis eccleſiaſtici tribuni militū cum non paruo equitum ac peditum robore ad quattuor millia: quo & Caſtello præſidio

eſſent:& tranſitu boſtes probiberēt.Hi &ſi in armis erant: & in planū deſcenſuri: impetumq; aut in impedimēta aut in poſtremum agmen facturi credebant: tamen nec loco diſceſſerunt : nec euntem militem quēquam laceſſere auſi ſunt.Quod cum animaduertiſſet Franciſcus : tum tranſire ordines Flumen iuſſit. Cæterum Alexandꝛ & Zarpellio nem iminentibus oppoſuit boſtibus cum iis mandatis: ut tandiu ibi conſiſterēt: donec exercitus omnis impedimētaq; flumen tranſiſſent. Ipſe amne traiecto ad principia ſe contulit: & iam miles caſtra metari cœperat: cum ad arma conclamari ad dexteram exauditum eſt. Collis eſt a Laureo monte apud quem Piciniuus : ut demonſtrauim?: caſtra habebat:ad Hiſauꝛ uſque ad duo paſſuū millia fere perpetuus a latere utroque leniter caſtigatus dorſo æquus tumulis quibuſdā interiectis. Is cliuū habet ad planiciem quandam non ſatis latam deſinentē: quæ ad flumen pertinet. Per hunc pedeſtris braciana manus paucis inter mixta equitibus progreſſa in planiciem deſcenderat: Spbortianoſque laceſſere cœperat. clamore mox ſublato tumultuq; excitato huc Sigiſmundus a Franciſco miſſus celeriter accurrit:qui boſtes repellat:ne in ponendis caſtris milites turbarent:quod iam dies inclinarat:pluereq; leniter cœperat:ob eamq; rem nec prælium multo milite cōmittendū nec boſtem inſequēdum iniquo præſertim loco uidebatur . Cæterum creſcentibus ſenſim boſtium copiis : Spbortianoſq; de ſuperiore loco acrius cædentibus: in quibus Piciniuus aderat: Sigiſmūdus eos neq; propellere aduerſarios cum in cliuum ſe reciperent : neque ſuos inde diſſoluere:ingruentib? a tergo boſtibus poterat.Itaq; quo in ſtatu res eſſet: Franciſco renunciari iubet : opuſq; eſſe maiore equitum manu. Qua re nunciata Franciſcus dimiſſo ſtatim caſtrametandi negotio:eo aduolat;perſpectoq; loci ſitu & qua ſe boſtes munitione tuerent: continuo ad ſe aciem accerſi iubet : Taddeumq; inſup ac ſocios pluribus uelociſſime dimiſſis nunciis edocet: uti omnibus copiis ad Laureum montem q̄celerrime ire contendant: & animo alacri boſtilia inuadant caſtra:quo & a fronte & a tergo uno eodemq; tempore boſtis premere tur . Dein ubi ad ſe ordines primi appulerunt : impetum alacriter in boſtes fieri imperat Quo facto : illi in cliuum repulſi ibi Pbalange facta:reſiſtere innitebant.At Franciſcus &ſi animaduertebat cliuum aſcenſu difficilē eſſe:repugnantib?deſuper boſtibus:tamen maioribus rurſus uiribus inſtat.Braciani cum ſuſtinere uim non poſſent:in ſummum collem ſe recipiūt:ac tumulo qui primus oblatus eſt: occupato: inde amouere boſtem conantur . Spbortiani contra acrius ſubeuntes collem & ipſi ſuperant: boſteſq; tumulo deiectos locum deſerere compellunt.Ii ubi ſecundum ad tumulum ꝑuenerunt: in boſtes conuerſi ſubſiſtunt:Qua Nicolaus munitione confiſus prælium enixius inſtaurat:pugnatur eo qđ interce debat:ſpatio fortiſſime:Sigiſmūdi equites

in prima uerſabatur acie: quod ita ille dimicandi cupidus a Franciſco pugnæ initio impetrarat. Ii cū ſæpe reiecti terga boſtibus uertiſſent: ſubſidium ſibi multis uocibus ſubmitti petebant: equos iterum atq; iterum conclamātes: ut in prælio ab iis qui premunt̃: interdum fieri ſolet: quibus Frāciſcus fugientib? obuius ſtricto enſe poſtremo factus eos acerbius increpat: ignauiæq; grauius accuſat. Suntne inquiens hi quibus inſidetis: equi an Aſini aut pecudes? Faciem non terga boſtibus uertendam eſſe: formidinē dimittēdam: ſubſidia & ipſum adeſſe. Quibus dictis: prætorianā turmam alteram cui propter eximiam uirorum uirtutem plurimum confidebat: in uenientes immittit boſtes: eius incurſu mox illorum reprimit̃ impetus. Franciſcus mutato equo redintegratis fugientium uiribus confirmatiſq; in prælium animis maiore conatu in boſtes fertur. Sed cum illi obſtinatiſſimis animis reſiſtentes loco minus cederent: alia quam a fronte uia deturbari eos urgeriq; oportere putauit. Tranſierant interim flumen ſui omnes & nouiſſimū etiā agmen: qđ impedimētis ut diximus: præſidio relictum fuerat. Itaque per nuncios mandat Alexandꝛ fratrem uadum ſeruare: ne boſtes qui a tergo trans flumen erant: in impedimēta irrumperēt. Zarpellionē cum ſuo equitatu ſumpta etiam ualida peditum ac ſagittariorum pilulariorꝫq; manu aqua nuncius oſtenderet: celeriter contendere. Is inter eundum a Franciſco quid fieri uellet edoctus: ad læuam properat: qui ubi ad præſcriptū peruenit locum per decliuum qui erat ad ſiniſtram collem ſubit: & relicto ad dexteram tumulo: in quo Nicolaus cum uiribus reſiſtebat: in confertiſſimū boſtium agmen qui præliantibus ſuis ſubſidio parati ſtabant: magno impetu magniſq; clamoribus ſeſe medium infert: cuius aduentu extemplo pturbatis ordinibus boſtes & qui a fronte ferociſſime dimicabāt: & qui poſt principia conſtiterant: ui coacti terga dant: & quiſque qua offertur iter: fugæ ſe mandat. Nicolaus uia ui per medios boſtes facta bos atque illos incitato equo prætergreſſus: fugientes ſuos hortatur: ut in aduerſarios conuerſi illorum impetum paululum morarent̃: ſimulq; admonet: ut conferti non palātes in munitiones caſtrorꝫ quæ proximæ eſſent: ſeſe reciperent. Nec dux tamen bis uocibus ſuos iam in fugam coniectos continere potuit: q effuſo curſu caſtra uelut ſalutis ſuæ ſpem reliquā repeterent: cum ibi ſe tueri poſſe confiderent. Itaque Spbortiani victores dum infeſtius uictos agunt: multos ex iis capiunt: multos multis illatis uulneribus equiſque confoſſis conſternūt. At ubi in caſtra uentum eſt quæ una tantum parte adiri poterant: complures ex braciana manu quibus & animi & corporis inerat uirtus: reſtiterūt: aditumq; duplici repagulorꝫ ordine firmatū ab boſtium ingreſſu enixius defendere cœperunt. Muniebat præterea eum aditum non tam munitio ea quam paucis ante diebus Nicolaus aggere & uallo inſtruxerat; quam

caſtellum quod deſuper inſtabat: natura & opere ꝓmunitū. Sed dum Sphortiani & a fronte & a lateribus boſtes tælis pillulis omniq; miſſilium genere acrius impetunt : Iobannellus arianenſis ex prætorianis equitibus ſtrenuus & manu prompt⁹ eximioq; uectus equo intra repagula audaciſſime proſiliit: quem mox aliis atque aliis ſubſequētibus boſtes aditu deturbant : quibus pulſis continuo cæteri rurſus terga dedere: Quod conſpicati qui caſtello præſidio erant: deſertis illico ſtationibus: fuga & ipſi quoq; ſalutem ſibi quæſiere. Nox interim aduenarat : & pluuiæ increbruerāt : cum in boſtium munitiones poſt diu multumq; per uariam fortunā diei conſertam pugnam penetratū eſt. Vicit tandem acerrimum belli ducem pertinax alterius fortiſſimi uiri uirtus . Dein cum nihil uictoribus impeditum eſſe ſoleat: paulo fere momento militibus undique huc atque illuc prædandi ſtudio diſcurrentibus : caſtra paſſim capta ſunt atque direpta: ubi magna ſupellex inuenta eſt: menſæ per tabernacula ſtratæ : cœnæque paratæ: magna armoꝝ uis magnuſq; equorum numerus: quod non omnes initio pugnæ induerant arma: cum haud exiſtimarēt cōtempto etiam ducis imperio boſtem in tam munitiſſima caſtra irruptur⁹ . Magnus præterea captiuoꝝ fuit numerus: qui boſtis manus effugerūt: noctis beneficio adiuti ſalutem ſibi pepererūt . Picininus poſt profligatū fugatumque exercitum paucis ex ſuis comitantibus caſtris exceſſit : totamque fere noctem per inuia atque inculta errauit : nec antea reſtitit : quam ad montēſicardum ultra Iſaurum piſaurēſis agri municipiū ſeſe longo grauique animi dolore prope confectum recepit. Qui prælio ſuperfuerunt: alii Piſauꝝ: alii in municipia alia per noctem profugerūt. Franciſcus tenebris iam factis : boſtium caſtris potitus militibus opulenta præda impeditis ibi manēdum duxit. Alexander fratris iuſſu noctem uniuerſam in armis egit: nec ſibi nec militibus qui cum eo erant: nec impedimētis quies ulla data. Multi locoꝝ uiaꝝq; imperiti quærendis ſuis totam noctem errabundi mane in boſtiles captas munitiones accīti eodem omnes læti ſeſe contulerūt. Taddeus quoque ac ſocii cum pœne ſero Franciſci ad eos de inito prælio nuncii peruenirent: incerti qd conſilii caperent: tota pœne ea nocte in acie ſteterunt: ignāri etiam earum reꝝ quæ poſtea ad montēlaureum geſtæ fuerant. Cæteꝝ Franciſcus hac uictoria parta : agitare animo cœpit : oblatam recuperandæ prouinciæ occaſionē haudquaq̄ prætermittendā: cum prudentis eſſet: non minus ſcire uictoria uti quam uincere: in primiſq; celeritate opus eſſe: prius quam boſtes ex fuga trepidi ſpiritus reciperent. Proin inſtituit biduo poſt duobus coniunctis exercitib⁹ motis inde caſtris & Picininum perſequi quem in picenum fugere intelligebat : & prouinciā ſimul inuadere ac omnibus belli artibus anteaquam boſtis uires colligeret: & oppida præſidio firmaret: ad deditionem cogere: quod haud

difficile futurꝫ arbitrabaꝫ: ſi recenti uictoriæ fama ac magno exercitu uictos atque ex aliis in oppida alia fugientes hoſtes inſectaretꝫ: ſi territos ſi imparatos ac mutabiles natura populos ocius opprimeret: perſe ueraſſetq; ſane Frãciſcus quod inſtituerat: efficere: præſertim quod ea uictoria plane uidebatur fortuna : quæ ſolet in bello uirtuti maxime coniuncta plurimum poſſe: ei admodum fauiſſe: cum & in priorem rei bellicæ auctoritatẽ reſtitutus eſſet : quæ propter fanenſem incluſionẽ non nihil diminuta uidebatur : cum deniq; tot ſuperioribus annis acceptas a Picinino iniurias ultus eſſet: niſi Sigiſmundi petulantia atq; temeritas omnia eius conſilia pturbaſſet: Is enim ut intellexit Franciſcum in picentes propediem caſtra motuꝫ : multis incenſus querelis eum adiuit : cõmemorareq; cœpit : ſe fortunas ſuas omnis pro illius dignitate pro commodo proque ſuoꝝ omniũ ſalute hoſtibus obieciſſe: nihilque ſibi demum reliqui ſupereſſe conſtare iam ſatis deo ĩmortali atque hominibus : quid ipſe tot uno tempore ingruentibus hoſtium copiis egerit: & qua fide quoue animo oĩa etiam duriſſima pertulerit: Quot præterea ſui populi fere omnes & uaſtitates & incendia : quot populationes: quot maleficia atque iniurias non tam ab hoſtibus quã ab ipſis etiã amicis perpeſſi fuerint: neminẽ eſſe qui ignoraret. Decere propterea nunc cũ uicerint: ſe quoq; qui tot laborum totque periculorum ſocius fuerit: earum rerum quas afferre uictoria ſolet: participem fieri : nec honoris nec commodi cuiuſq̃ omnino expertem quod inde ipſe cõſecutur? eſſet. oportere hoc tempore ſuos fines ab quottidianis hoſtium incurſionibus tutos reddere ac curare: ut ſuis aliquando quieſcendi facultas eſſet: Piſaurum ſibi in faucibus eſſe ſuorum malorum omnium cauſam: quod cum inter Ariminũ Fanumq; latronibus receptaculum eſſe: unde grauia ſuis quottidie detrimenta inferantur: hoc eripiendum eſſe ex hoſtium manibus: nec ſe quietuꝫ unquam: niſi in ſuam redigeretur poteſtatẽ. nunc ſuperatis fugatiſq; hoſtibus idoneũ obſidendi eius oppugnandiq; tempus eſſe . hoc ſe unum petere . hoc quanto maiore poſſet ſtudio cõtendere. Quod ſi impetrare nõ poſſet: ſe haud amplius caſtra conſecuturꝫ. Quæ cum audiſſet Frãciſcus: non potuit non admirari hominis inſolentiã & grauiter animo non commoueri: ſed ſuppreſſit modeſtia iram: quando ſic tempora ferrent : & aliorum errata ſibi patienter ferenda ſtatuit. Quãobrem & ſi animaduertebat: ubi diutius per ea loca ĩmorandum eſſet: longe ſibi exercitui que uniuerſo multis de cauſis hyberno præſertim tempore detrimẽto ſum fore: tamen ne omnino illius uoluntati refragari uideretꝫ: quem ueluti furentem & ad omne turpe facinus procliuem uidebat: humaniter reſpondit: ſe non immemoré eſſe eorum omniũ quæ recenſuiſſet: ſuaque egiſſet cauſã: nec ingratum erga eum de ſe benemeritũ unquã futurum: & ob eam rem quicquid conſilii atque opis in ſe eſſet : quo

eius ſatiſſaceret deſyderio:libenter ſe præſtatuꝝ:neq; laborem ullum recuſatuꝝ : quanuis omnis per eam regionem eo tempore exercitus cunctatio maximo ſibi foret detrimento . Eo reſponſo mox hominis extincta ira & lenitus eſt animus. Interim municipes qui cis flumen incolunt: & Piſaurenſiū iuris ſunt:clade ſuorum nunciata:confeſtim miſſis in caſtra nunciis ſeſe Franciſco pmiſerunt:quos dein ad faciendam Sigiſmundo deditionē remiſit : ut hominem habendi cupidum beneficio facilius in officio contineret . Poſt hæc triduo in iis caſtris exacto bipartito exercitu ſupra Piſauꝝ duxit:ut inde tentaret : ſi forte ciues non nulli qui Sigiſmundi rebus in urbe ſecreto fauere dicebantur:motus aliquos excitarent. Sigiſmūdus cum altera exercitus parte traiecto amne Abbatiſq; monte recepto:oppidū Candellariā:obſedit: Idque mox uerbis magis quam uiribus metum oppidanis incutiens oppugnare adortus eſt.Franciſc⁹ubi uidit ſpem per proditionē Piſauri potiundi ademptam eſſe:nec urbem maritimā muro ac foſſa ualidam & præſidio inſuper permunitā ſibi obſidendam eſſe præſertim per hyemem:ubi tempus nequicq̄ abſumpturus eſſet : ductis ad nubilariam copiis caſtriſque circumpoſitis:conſedit:qđ eſt municipiū inter Piſaurum fanumq; pari fere interuallo ſitum loci natura opere & præſidio munitiſſimū.Dominabat᷑ per id temporis Piſaurēſibus Galeaci⁹ mala teſta:qui ueritus Sigiſmundi inſidias : bracianas partes ſequebatur: Piceniniq; præſidium paucis ante diebus in urbem admiſerat: cui Fredericus feretranus præerat:qui & Piſauꝝ diligentius ſeruabat:nequa ibi ſeditio aut tumult⁹ oriretur: & nubilariā inſuper ualida peditum manu munierat.Hanc admotis muro machinis oppugnare adortus ; poſt ſextum obſidionis diē nullo intermiſſo tempore effecit : ut tentata leui prælio expugnatione municipes timore territi mox ſeſe uxores liberos fortunaſq; ſuas omnes Franciſci fidei cōmiſerint.Sigiſmūdus interim recepta per deditionē Candellaria ad Franciſci caſtra redierat. Poſt hæc Nubilaria in poteſtatē redacta ualidoq; peditum præſidio firmata Franciſcus motis inde caſtris:in Picenū uti prius decreuerat: iuſtis itineribus ire contendit:& omniū primum Montēbodium expugnare aggreditur : oppidum in picentibus populo ſatis frequens : & fertilitate ſoli opulentum:cuius erat regulus paterno iure Robertbus bodienſis quem ſupra noīauim⁹: ex tribunis equitum braciani exercitus primariū: Sed cum eo die ab exercitu propter continuū bymbrem ægre pugnatum eſſet:poſtremo importunus noctis interuentus re infecta prælium diremit . Cæterum oppidani ueriti ne poſtridie rurſus maiore conatu acrius impeterent᷑:ubi illuxit : ſuam ſuoꝝq; omnium incolumitatē pacti ſeſe Franciſco pmiſerunt . Arx quoq; non multo poſt ſine ullo negotio tradita eſt. Dum uero Nubilaria oppugnabat᷑: omnes regionis Accolæ qui ultra Metauꝝ in picentibus Sigiſmundo

parebant: & ad hoſtes primo aduentu ut oſtendimus : defecerant : ad priſtinam ſui reguli fidem redierant : quo tempore captabriga quem Franciſcus de ſe benemeritū ſuperioribus annis Corinalto in regione oppido non poſtremo donauerat:quo ſe dum ad regem metu deſciuiſſet:continuerat ad antiq̄ ſui ducis fidem reuerterat . Huc cum paulo ante Franciſcus uxorem Blancam ex Fano proficiſci iuſſiſſet: eo illius reuiſendi gratia cū paucis deflexit.Interim ne dies fruſtra conſumeretur: imperauit:ut exercitus ad expugnandū Montem nouū non procul inde poſitum procederet.At Montenouēſes quoꝝ iam mentes cognito præterito finitimoꝝ ꝑiculo:nunciataq; deditione:ingens prope terror occupauerat:futurum exiſtimātes:ut omnis deinceps boſtilis impetus in ſeſe uerteretur:ad Blancā propere mittunt:qui ei oppidum dedant: uiros:uxores:liberos:ac mulieꝝ præcipue decus cōmendent:impetrēt que demum : ut ea deprecatrice omnes ſeruentur incolumes : quos Blanca ꝑbenigne exceptos adhortata eſt:ut bono eſſent animo:nihilq; boſtile timerent:quos in ſuoꝝ numero habitura eſſet:Quibus dictis domum remiſit:nunciūq; illis adhibuit : quo eius præſentia deditionem iam factam teſtaretur. Itaque reuerſis in oppidum nunciis oppidani magno timore leuati quod ſe Blancæ eiuſq; nuncii fiducia tutos fore putarent:& opus curamq; omnē de tuendo oppido intermittūt : & Franciſcum de iis quæ cum Blanca egerant: certiorem facere negligunt : nec poſtridie eius diei cum exercitus præcurſores eo primum appuliſſent: & ordines deinde in ſeſe uenientes proſpicerēt:oppidum ſeque defendere parant : Zarpellionis tantūmodo hortatu qui inter primos eo acceſſerat:portas clauſere:ne oppido multitudine incondita prædæq; auida repleto per rapinas ſenſim diriperentur : Sed inſcicia quorūdam fecit: ut ꝑmulti de exercitu partim amicicia partim tuēdæ ſalutis gratia quod ſibi ab exercitu timerent:introducerent:Quod cū animaduertiſſēt cæteri:qui foris manentes cybum petebant:nec exaudiebantur : inuidia atque ira permoti : ſpreto Zarpellionis imperio: omnes uno fere momēto muros defenſoribus uacuos facile undique ſuperāt:oppidumq; ingreſſi portis mox refractis in prædam uertunt. Quibus cognitis Franciſcus eo celeriter accurrens miſerabilē monti nouēſium caſum uxoris præſertim cauſa permoleſte tulit.Quare continuo & oppidanos iam ubiq; per ædes uinctos ſolui iuſſit: & mulieꝝ pudorem ſancte ſeruari:Bona uero quoniam multa a multis rapta per difficile erat ab occupantiū manibus euelli poſſe militibus habenda permiſit. Inter hæc Picininus quem poſt laureā pugnam in picenum profugiſſe diximus:data ut oſtendimus : Sigiſmundi cauſa & ſeſe ex fuga recipiendi & prouinciæ rebus conſulendi facultate: cum in picenum peruenīſſet:accerſitis undique confeſtim copiis quæ aut prælio abfuerant: aut per noctem euaſerant:primarias prouinciæ urbes atq;

oppida præſidio firmauit: adhortatuſq; ē: ut in fide manerēt romanæ eccleſiæ: ſeque cui nec animus nec uires tuēdæ prouinciæ deerant: eis ubi opus eſſet: auxilio affuturū ſpopondit. Poſt hæc cum ſe Monticulū cepiſſet: quod is locus regionis retinendæ idoneus uiſus eſſet: ibi ſe & militum numero & uallo inſuper & aggere cōmunire non deſtitit. Franciſcus motis ex montenouo caſtris: uxore Corinalti relicta: per medios hoſtes contumaceſq; populos iter faciens Firmum uerſus ire pergit: futurum arbitratus: ut picentes qui a ſe defecerant: pœnitētia ducti ſi nō omnes at ſaltem multi conſpectis ſignis ad eum de reconcilianda gratia mitterent: quo defectionis notā uoluntario reditu delerent. Sed quoniā omnes mœnibus ſeſe continētes: cernebant hoſtem per byemē ꝓpetuoſq; fere imbres uelut nouembri menſe & per ſolitudines progredi: & ſub diuo caſtra facere: quem cōmeatu ullaque alia re iuuabat nemo: perpauci admodū inter tot populos ad eū de deditione miſerunt. Cum uero ad Potentiā Franciſcus peruenīſſet: & cibariorum inopia durius premeret: quo aliqua ex parte exercitum inſtaurare: Montēfanum ui captum prædæ militibus conceſſit: Quo tempore picentes qui inter Auximū Ricinatumq; inhabitant: quoꝝ oppidum caſtellūficcardum nominant: ſitu & populo haud ignobile: ſeſe ultro Franciſci fidei tradidere. Quo recepto oppido ac firmo equeſtri præſidio impoſito: ut inde duaꝝ urbium agri per byemē reliquā infeſtius uexarentur: Franciſcus fame ac omnibus pœne rebus grauius in dies laborante exercitu: cœpto in itinere pergit: & Potentiā clentemq; tranſgreſſus: in agrum firmanū ducit. Ibi dies aliquot quieti militib? dati: ut ſe a tantis incōmodis reficerent: quæ hactenus per omnem byemis cōtumeliam pertulerant. Vrbs enim opulenta & omnibus rebus quæ ad uiuendi uſum pertinent: referta: omnia affatim exercitui ſubminiſtrabat. Per eos dies & Firmani municipes & oppida quāplura quæ ad montes pertinent. Vnde Picininū ſuperiore æſtate pulſum diximus: ultro ad Franciſcū de deditione legatos miſerunt. Quare magis atq; magis urbs omni cōmeatu abundare cœpit: atque exercitum libentius huberiuſq; nutrire. Perſtiterūt in hoſtium fide ii duntaxat municipes quorum oppido Sancto petro a baleo nomen eſt: Firmanis ueteri odio plurimū infeſti: qui ut magis eo bello finitimis incōmodarent: ſeque tueri poſſent: ab hoſte præſidiū acceperant: Iacobo gaiuanēſi præfecto uiro impigro & rei militaris perito: qui ſuperiore anno: dum bello forte oppugnatur: altero captus eſt oculo. Hos Franciſcus Firmanoꝝ maxime rogatu priuſquā in byberna exercitum ſolueret: debellandos ſibi cenſuit: ut & ſuos ab ea parte tutos redderet: & firmanoꝝ precib? ſatisfaceret. Itaque omnibus ad oppugnādos contumaces comparatis rebus: eo toto exercitu profectus oppidum caſtris circūdat tormētiſq; dein muro adactis nullum oppugnando tempus remittit. At picinin?

contra:præmiſſis in proxima oppida quas poterat copiis:Montẽgrana rium ſibi delegit : minus quattuor millibus paſſuum a Sancto petro diſtantem:ut inde obſeſſis & mittendi auxilii ſpem afferret:& ubi per occaſionẽ liceret:ferendi facultatem non omitteret.Franciſcus poſt op pugnatum diu oppidum:quod ſiti muro & præſidio muniebatur non inualido:experiri ſtatuit:ſi uincere ui poſſet:& qd boſtis æquo campo auderet in pugnam:ne diutius ibi per tot tantaq; militum detrimẽta tempus cõſumeret:cum ſub diuo & in luto per ſummã hyemis aſperi tatem ſtationes facerent : quibus ſolum tentoria tegmento erant:& equi tũ pabuli inopia tum hymbrib? ac frigoribus paulatim abſume bantur.Itaque armato exercitu milites partim oppidum inuadere qua parte muro machinis exciſo pugnatorib? aditus patere apparebat:par tim in acie ſtare iubet:ut ad omnẽ boſtilem impetum parati adeſſent. Qua re animaduerſa:obſeſſi mox ut erant ante conſtitutũ:fumi ſigni ficatione auxilium petunt. Sphortiani nihilo tamẽ ſecius ſigno tubæ dato ad ruinã profecti conſtructũ nuper introrſum aggerem impetu facto tranſcendere conantur . Præſidium uero oppidaniq; ſimul auda cius repugnantes eos lapidibus trabibus, cinere calce uiua & feruenti aqua ac omni demum miſſiliũ genere non tam ingreſſu prohibebãt : quã ea materia ſæpe deſup obrutos ex ſummo aggeris faſtigio alios præcipites dabant : alios procul inde repellebant . Picininus cognito ſuorum periculo accitis copiis oppido egreſſus inſtructo agmine in Franciſci caſtra per editos colles ire cõtendit:pauciſq; leuis armaturæ equitibus præmiſſis boſtes laceſſere ſtudet : ut eos ab inita auerteret pugna . Ea de re cum in Franciſci caſtris ad arma ſæpe conclamatum eſſet:moxque toto exercitu tumultuatũ:Franciſcus qui nunquã arma tum boſtem ſe multo etiam impotentiorẽ contemnendũ putauit : di miſſa illico pugna:in Picininum inſtructis ordinibus ſeſe conuertit: uniuerſis dimicatur?copiis:ſi aperto campo pugnandi copiam faceret. At ille qui recentioris prælii memor acie decertare non audebat : con tinuo ſuis in proxima receptacula uerſis:unde diſceſſerat : nullo com miſſo prælio regreditur:& ita Frãciſcus utroq; irrito conatu in caſtra rediit.Poſt hæc dat rurſus quatiendis demoliẽdiſq; aggeribus operã: quos ingenti quodam ſtudio Iacobus noctu ſuffecerat:cuius rei erat maxime peritus:qui ut oſtendimus:dum Martinẽgum oppugnabat: illius præſidio tutelæque præfuerat:nihil tamen Franciſcus quod ad expugnãdum oppidum uſui fore putabat:omittit:ſed cũ ſæpe tentata pugna eſſet: iiſdem ab boſte ſemper quas prædixim?: artibus : duce perturbato intermiſſa eſt.Hoc pacto Decembri iam exacto menſe ubi nihil de potiundo oppido Franciſcus proficere poſſe uidet:ſoluendam obſidionem cenſuit : ne omnino per tot rerum incommoda exercitus conficeretur. Itaque copias in byberna per hunc modum deducendas

inſtituit. Sigiſmundū in Fanenſes Ariminēſeſq; cum ſuis & aliis ex Sphortianis ordinibus non nullis remiſit: Taddeum cum auxiliarib? uenetis in Rauēnates: cum Florentinis Simonetū impetrata ab hoſte per umbros tranſeundi facultate in æthruriam redire iuſſit. Reliquas copias quas ſecum per ſtatiua habere licebat: per firmanum agrum ꝓximaq; oppida quæ ſuo tenebant̃ præſidio: collocauit. Ipſe in oppido quod Sanctam mariam ad georgium picentes nuncupant: uelut in frontibus poſito cum domeſtico equitatu ſibi manēdum duxit. Dum hæc apud Sanctum petrum gerunt̃: Franciſcus iuſſerat: uxorem Blan cam quam ſciebat iam eſſe partui proximam: accepta a picinino fide publica: firmum proficiſci. Ea cum in magnificis Girifalci arcis ut Firmani uocāt: ædibus reſediſſet: optatum puerperii diem expectabat: ædiditq; non multo poſt expectatum parentibus puerum: ad decimū nonum Kal. Februarias: quo die Frāciſcus ipſe floramontē cui uni ſui corporis curam cōmittebat: ad uxorem ſalutandam miſerat: Redeunte igitur cum hoc optatiſſimo nūcio floramonte & quidem noctu: Franci ſcus cum uiſendæ coniugis tum etiam cōmunicandæ communis læti ciæ gratia: Firmū & ipſe lætus conceſſit: præſertim quod iniecta ſibi iam ſpes de potiūdo uxoris cauſa Philippi ſoceri patrimonio ſuſcepta ex ſententia prole aucta uidebatur: ob eamq; cauſam cum ſtatuiſſent parentes ex aui uoluntate infanti nomen imponi: quo & maiore beni uolentia principem ſibi reconciliarēt: & illi impoſterꝝ pueri diligendi initium præberent: mittitur Mediolanū ad Philippum Gaſpar Piſau renſis medicus: qui eum rogaret: ut quod uellet: Nepoti nuper nato nomen decerneret. Quod cū intellexiſſet Philippus: lætari ſe plurimū reſpondit: puero ſua iam ingraueſcēte ætate nato: quem deus optimus Maximus ſuperſtitem diu ſeruaret: & quanuis boneſtius eſſet: ut a Sphortia paterno auo puer nomen ſumeret: tamen ne parentibus qđ peterent: negaret: placere ſibi dixit: ut nepoti Galeacio nomen eſſet: quod eius auo prius fuerat. Itaque hoc reſponſo Gaſpare ad Franciſcū reuerſo Galeacio nomē puero inditum eſt: duobus pro more cognomi nibus additis Maria Sphortia: altero a materno: altero a paterno auo acceptis. Per idem tempus cum renunciatum eſſet Eugenio puerum Firmi Frāciſco natum: dixiſſe ferunt: alterꝝ eſſe lucifer ſua tempeſtate exortum: nec id quidem mirum: quod non ſolum armis Franciſcum inſequebat̃: ſed etiam implacabili quodam odio ac maledictis execra tionibuſq; in eum acerrime inuebebatur: & illius perdendi maiore in dies ſtudio maioreq; ira incendebatur.

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SORIA

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER SEPTIMVS.

Ertio anno belli huius quod in piceno geſtum eſt ad prima ſigna ueris quod ueneti ſenatuſcōſulto ſtipendia franciſco ꝓſoluenda decreuerant ad ea maturius recipienda Sigiſmūdus &ꝓpter uicinitatē & propter auctoritatē hominis Venetias miſſus re ex ſententia confecta cum Ariminum reuertiſſet: maiorem eius auri partem in ſuum conuertit uſum: partim ornandi militis cauſa: partim quod diceret: grandem pecuniam ex ſtipendio hactenus non ſoluto ſibi deberi. Quod uero reliquū fuit: in eos Franciſci diſtribuit milites: quos hybernandi cauſa ex firmano ſecum in fanēſem agrum duxerat. Et quāuis Franciſcus partem retentæ pecuniæ ſaltem ſibi reddendam ſæpe repetiſſet: nihil tamen ob hominis auariciam conſequi unquam potuit. Quare in ſumma præſertim inopia graui affectus animi moleſtia: grauiore iminentium hoſtium angebatur cura: Nam cum eas quæ florentiæ decretæ erant Zarpellioni: & aliis quibuſdam exoluendas mandaſſet: ut ſe ſuoſq; celeriter ad gerendū bellum ornarent: nullæ aliæ ſupererant pecuniæ: quibus reliquum reſarcire poſſet exercitum: qui erat præcipuum Sphortianæ militiæ robur: omnia. n. ſuperiora bella exhauſerant: neq; comparandæ aliunde uia relinquebatur ulla. Omnia ob id dura illi atq; extrema undiq; reddebant̃. æſtas iam inceperat. hoſtis paratus iminebat: q accepta largiter ab Eugenio Alphonſoq; pecunia: exercitum inſtaurarat. Copias ex umbria atque æthruria in picenum accerſitas educere ex hybernis contendebat. Miſerat præterea Alphonſus alias pontifici auxilio copias: quarum inter reliquos ductores erant Cæſar martinēgus & Mannus barriles: quos a Franciſco ad eum regem tranſiſſe diximus. Hi per brutiorum fines profecti: cum truentum ſuperaſſent: Aſculanos rurſus exulum hortatu multis incurſionib? inſidiiſq; non tam diurnis q̄nocturnis acrius infeſtare cœperunt. Sed ubi fruſtra per ea loca tempus conſumere uiderunt: inde mouentes firmanoꝝ finibus quam propius potuere: appropinquarunt: atque ex finitimis eccleſiæ oppidis eorum agros populabantur: & nonnunq̄ per clandeſtinas excurſiones ipſam etiam urbem turbabant: ex quo fiebat: ut a duob? maxime lateribus Franciſcus uno tempore magnis hoſtium uiribus ita arctius premeretur: ut cæteris a terra præcluſis itineribus: ſolus duntaxat maritimus illi tutus relinqueretur aditus: qua ex Venetia illyrico Dalmatia ac flaminia abunde tæla arma equi & quæ bello uſui erant: importabant̃. His tot Franciſcus anguſtiis preſſus cogitur rurſus ad uenetos florētinoſq; legatos

mittere: qui non militum ſed pecuniæ auxilia per amicitiæ fœderiſq; ius peterent: & quod facturi eſſent: celeriter efficerent: ſi ſe incolumẽ ſi victorẽ cuperent. At illi quanq̃ pro Franciſci ſalute omnia ſe præſtituros dicebant: tamẽ ægre ac perparce nimium pecunias ſubminiſtrabant: quod bella ſuis finibus remota haud multifacerẽt: remq; periclitantis amici negligẽtius apud ſe agi paterentur. Interim in firmano hinc atq; inde crebræ incurſiones fieri prælia interdum ad ipſas uſq; urbis portas committi: Nam ad dexteram Taraconẽſes ad ſiniſtram braciani infeſtius uexabant. Franciſcus cum eo equitatu quem firmi habebat: populoq; frequenti urbe egreſſus: patefactis ſæpe inſidiis hoſtes repellebat: fugabatq;: quorum multi in ipſa fuga capiebantur. picininus oppida quæ ad montes ſunt: multis excurſionib? fatigabat. Huic Zarpellio impigre obſtabat: prælia nonnunquam leui tamen manu conſerebant̃: demum magnis utrinq; uiribus dimicatum eſt. Zarpellio.n.cum per ſuos exploratores cognouiſſet Nicolaum picininum magno cum equitatu ad montem milonem die inſequenti profecturum ſpe eius oppidi per proditionẽ potiundi: quo maiore poteſt per noctem militum coacto numero uerſus ea loca ire contendit: ſeq; per inſidias luce nõdum exorta occultat: qui ubi uidit Picininũ Potentiam qui proximis erat amnis: omnib? ſuis copiis tranſiſſe: miſſa celeriter equitatus parte ad eius fluminis pontem: qua erat hoſti omnino redeundũ: cum parte reliqua inſidias egreſſus: tanto eſt eum clamore atque impetu adortus: ut cum ferre diutius uim non poſſent: in fugã uerteret. Cuius milites cum eodem quo uenerant: itinere reuerterent̃: ii quidem exiſtimãtes nullam eſſe ante ſe hoſtilem manum: ad unum fere capti ſunt. At Nicolaus ut aĩaduertit: id ſibi inopinato accidiſſe: cum nulla euadendi daretur poteſtas: in eam ſe piſtrini turriculam recepit: quæ proxima oblata eſt non longe a monticulo diſtans. Zarpellio autem cum iam nox appropinquaret: nec ulla ſibi expugnandæ turriculæ facultas adeſſet: victor in ſua ſtatiua reuertit. Poſtridie eius diei omnes ordinum præfectos quos egerat Firmum ad Franciſcum miſit: quos ille iccirco aſſeruari iuſſit: ne eorum opera aduerſum ſeſe per æſtatem picininus uti poſſet. Poſt hac in multos dies hoſtis non eſt auſus nec ita late uagari: nec ut ante conſueuerat: regionem incurſionibus infeſtare. Per idem tempus Mannus barriles qui ſuperiore anno ut docuimus: a Franciſco ad Alphõſum deſciuerat: nouo ſe beneficio præteriti errati turpitudinẽ delere ratus: cum eſſet ex altera firmani agri parte: relicta omnino Taraconenſi factione: ad antiquam ſui ducis fidem cum uniuerſo ſuo equitatu rediit: a Franciſco pbenigne exceptus. Nec multis poſt inde diebus Zarpellio ut erat homo non minus pecuniæ ac prædæ quam gloriæ cupidus cum intelligeret ex iis locis ubi per hyemem fuiſſet: ſe parum ſeu nihil in dies reliquos

emoluméti conſecutur: Franciſco perſuaſit longe utilius fore: ſi ſe cū ſuis ſineret ad Montéfanum concedere: quod oppidū ut ſupra oſtendi mus: ſuperiore hyeme uerſum extiterat in prædam: quod multo maiorem ex eo loco opportunitaté ad depopulandos Auximanos ricinatenſiumq; agros & ad inferendum finitimis bellum: quam ex firmano montanaq; regione habiturus eſſet: unde populis etiam proximis qui eius fidem ſequebant: facilius ubi opus foret: auxilio eſſe poſſet. Quo ubi peruenit: tot ac tam grauia finitimis omnibus quos prædixerat: detrimēta inferre cœpit: tantumq; omnium animis terrorem iniecit: ut eorum oppidis egredi amplius auderet nemo: quib? rebus non tam regionis incolæ quam Cardinalis Dominic? capranicus Eugenii pontificis legatus: qui Ricinati ſe cōtinebat: permoti ad Nicolaum mittūt oratum: ut propere miſeris auxiliaret: neue diutius pateretur: ut ſuos ante oculos tot malis tot iniuriis pro eccleſiæ dei cauſa: cui? ipſe eſſet defenſor: afficerent. Quorum Piciniuus precibus compulſus: eductis celeriter copiis eo proficiſcitur. Eius aduentu Zarpellio finitimos bello laceſſere deſiſtit: cum hoſti propter copias paucitatem multo inferior eſſet: nec ob id ut ante ſolebat: prodire in apertos cāpos audet: pugnādi tamen poteſtatem faciebat. ob eamq; rem cōmittebant magnis utrinque uiribus haud procul oppidi mœnibus prælia equeſtria fere quotti die. Miſerat Zarpellio prius quam hoſtis adueniſſet: quo expeditior eſſet: & manus cum hoſte liberius conſerere poſſet: Appinianū omnia ſua ſuorumq; impedimēta: ubi tuta fore putabat: quod quidem oppidum in picentib? eſt non magni ambitus neque magni munimēti ſed incolis tamen frequens & Sphortiano nomini deditiſſimū. At Nicolaus ubi nihil ad Montéfanū proficere poſſe animaduertit: ſed multis magniſq; quottidie detrimētis affici: relicto Zarpellione: ad caſtellum ficardū auximanis & ricinatēſibus infeſtiſſimū: ſigna uertit eo animo ut uel per obſidioné uel per agrorum deuaſtationé in poteſtatem redigeret. Qua re Zarpellio cognita: uerituſne oppidani periculi metu territi: hoſti ſeſe dederent: eo ingenti celeritate prius quam hoſtis eodem appelleret: ſuos deducit. Quod ubi Piciniuus cognouit: admiratus Zarpellionis non tam audaciam quam celeritatem: iudicauit oppidum neque oppugnandū ſibi neq; obſidendum: ſed ad locum qui ad beatam Mariam de laureto appellatur: conceſſit. Ibi caſtra ponit: quo a mari ad Zarpellioné aditus: unde cōmeatus importabant: interclu derentur. Ibi dum immoratur: Zarpellionis calliditate nouo ac inopinato & non quidem mediocri: uniuerſus pœne eius exercitus damno afficit. Nam per meridianū qntilis ſolem iniecto per militum tabernacula ex ſtipua aridaque materia conſtructa pluribus locis igne: magna extemplo excitantur incendia: Flamæ ubique tanta pernicitate ferunt flantibus uentis: ut totis fere caſtris uno tempore conſpiceret.

Ea de re perterritis tanto casu militibus:correptis illico armis equisq; inephippiatis & quod offerebatur rapto quisq; flamaq; impetum effugere contendit.quicquid in castris relictum est:ignis cōsumpsit.Hoc detrimento accepto Picininus maiore studio maioreq; ira agitare aio cœpit:quibus modis:quibusue artibus Zarpellionē fallere:suos recentibus damnis resarcire:acceptasq; sæpe ignominias delere posset.Hæc igitur cogitanti occurrit:hostis impedimēta esse omnia Appinianum sine ullo militū præsidio collata.Itaque Zarpellione intermisso nocte intempesta magno omniū silentio castra mouet : Appinianūq; quam citissime potest:cōtendit:& perterritis tam repentino hostium aduentu appinianēsibus deditioneq; ob id confestim facta Zarpellionis suorumq; impedimētis ac bonis omnib? sine ullo negotio potit̃.Interim Franciscus Sigismundo imperat : ut omnibus eius copiis & reliquis item Sphortianis quæ per oppida ac municipia sua byemarant:confestim per Senāgalliam Anconitanoq; fines:auximum inter & Ricinatum castra firmaret:quod eo statim Zarpellio ut iusserat:proficiscerētur:quo sibi adiuncto hostis impetum satis reprimi posse putabat:præterea se propediem cum reliquo exercitu quem in firmano habebat:& ob pecuniæ inopiam adhuc educi non poterat:eodem accessuq;:seque eis adiunctuq; affirmat.Sigismundus imperata faciens coactis undiq; copiis ex fano mouet:& ad destinatum locum ire contendit: cuius de aduentu Zarpellio mox certior factus: Sigismundū per nūcios hortatur:ne inde ubi esset:discederet:edocetq;: se cum suis ad eum maturaturum q̃celerrime.Sed Sigismūdus seu quod timeret hostem:seu qđ frāciscum uincere nollet:haud sibi diutius ibi manendū statuit.& die tertia prima luce inde mouet:atque omnibus copiis eodem quo uenerat: itinere regrediens : non prius restitit:quam fanum peruenit . Is tam repentinus inopinatusq; Sigismundi in patriam reditus magnā sane franciſci animo molestiam intulit:quippe inter tot difficultates quibus undique premebat̃:ea potissimum nouitate in maximā propererum suaq; desperationē deductus esset:quod aduersariū uidebat magnis uiribus per patentissimos campos impune uagantem:quicquid oppidorum in sua potestate reliqui erat : paulatim ad defectionē compellere:quæ per superiorem byemem magno suorum omnium labore atque incōmodo ipse recuperasset:nec quēadmodum tam imminenti periculo occurreret:ulla sibi impræsentia facultas dabatur.Nam pecunias quæ sibi ab uenetis florentinisq; debebantur:sine quibus copiæ reliquæ nec instrui nec educi poterant:uix ppaucas excudere licebat. Accedebat ad hæc incommoda : quod Alphonsus per eosdem dies & Eugenii pontificis & Nicolai picinini uictus precibus classem triremium octo egregie instructam in mare superum miserat:quæ cum ex improuiso firmanū ante portum infesta in anchoris cōstitisset:multa

nauigia cepit: quæ eo paulo ante exonerādi gratia uenerant: & alia itē multa: quæ cum nihil hoſtile timerent: cibaria equos arma & alia qui dem ad belli uſum neceſſaria eodem cōportabant. Qua re factum eſt: ut cum multis antea Franciſcus difficultatibus premereť: tum multo maioribus undiq; obſeſſus durius urgeri cœperit. Verum &ſi his tot tantiſq; malis uno tempore exagitabatur: neque animus neque conſi lium ad perferendas calamitates ſibi deerat: omnia enim quacunque poterat uia tentabat: omnia conabatur: quibus aliquod ſuæ ſuorumq; ſaluti remediū inueniret. Cæterum Zarpellio hoſtis uiribus amplius reſiſtere poſſe diffiſus: amiſſis præſertim impedimētis ſuiſq; inopia rei frumētariæ laborantibus maritimo aditu gottholanor; triremibus intercluſo redire in firmanum ſtatuit. Itaque de prima uigilia magno omnium ſilentio ex caſtelloficardo moues totam noctem iit: nec reſti tit: donec ad Tennam fluuiū nō longe a Firmo totis copiis incolumis peruenit. At Nicolaus ut Zarpellionis inde abitū cognouit: liberatus aliquando illius moleſtiis: ceſtellūficardum auximanis ricinatēſibuſq; maxime ſollicitantibus obſedit: oppugnareq; contendit. Dum hæc geruntur: Philippus picinini uidendi coramq; de rebus ſummis collo quendi cupidus ad eum nouiſſime miſit Franciſcū landrianum ex pur puratis ſuis: qui illum hortaretur: ac moneret: ut factis cum franciſco induciis exercituſq; cura Franciſco filio demandata ipſe Mediolanum ad ſe maturaret. Dein Franciſcum Sphortiam per landrianū eundem legatum rogat: ne inducias cum picinino aſpernetur. Qua re audita Frāciſcus: tum ut Philippo obſequi uideret: tum ut ſpatium interim haberet ſuis rebus proſpiciendi prementibus undique difficultatib? ſe non recuſaturr; reſpondit: quo minus petitæ fierent induciæ. Verum Nicolaus pontificis legato coram non recuſante modo: ſed acclamāte dixit: haud ſibi licere negante pontifice cuius res in primis agebatur: inducias; fœdera percutere. Paulo tamen poſt ut Philippi mandatis obtemperaret: Eugenio etiam contradicente moderandi exercitus cura Franciſco filio relicta ipſe cæteris prætermiſſis reb? ex caſtris diſcedit: & per urbinates flaminiāq; nulla itineris intermiſſione facta Mediola num ad Philippum uenit: a quo magno honore magnaq; omniū læti cia exceptus eſt. Inter hæc qui caſtroficardo obſidebanť: cum aliquan diu ægre obſidionem ſuſtinuiſſent: in multis difficultatib? conſtituti ac intolerabili aquationis penuria laborantes Sphortiani tandem præ ſidii incolumitatē pacti ſeſe ac oppidum pontificis legato permiſere. Caſtelloficardo recepto: Franciſcus picininus uniuerſo exercitu firmū uerſus ſigna uertit eo conſilio: ut ſi ſine ſuo ſuorumq; periculo fieri poſſet: regias copias quæ ad alteram eius urbis partem ut demonſtra tum eſt: uagabantur: ſibi adiungeret: nec procul macerata caſtra loco permunito dies plures habuit. At Franciſc? Sphortia imminētis hoſtis

ingenti cura ſollicitus : cum uideret nullā ſibi auxilii ſpem relictam: nec ſatis fideret regionis accolis: qui nondum ad boſtem deſciuerāt: quod unum poſtremo ād ſuam ſalutem remedium ab fortuna relictū uidebatur: ſtatuit experiri. Copias omnes ipſas etiam quæ oppidis præ ſidio erant: incredibili celeritate contrahit: & aureis nummis ſingulis in ſingulos deſcriptos equites peditesq; diſtributis qui tum forte e florentia allati fuerant: imperat uti quiſque dierum octo uiaticū com paret: ſecumq; afferat eo quidem conſilio atque animo: ut boſtes ubi cunque eſſent: inuaderet: ultimamq; prælii fortunā experiretur. Quod conſilium ipſi etiam Philippo litteris ſignificandū curauit: affirmans ſe eos: ſi non expectarent: quocunq; irent: quocunq; deflecterent: etiam ad ultimos uſque terræ fines perſecuturū. Itaque moues bidui itinere ad locum qué urbem Aluiam uocant: ab boſtium caſtris ad quattuor paſſuum millia peruenit. Ibi dum eſſet: ab exploratoribus cognoſcit: ſe nullis artibus nulliſq; uiribus boſti nocere poſſe: quod loco undiq; munitiſſimo caſtra haberet: qđ ubi accepit: ingenti mox dolore affici tur: quod exacto uiatici tempore non uidebat quemadmodū eo tam anguſto tamque periculoſo rerum ſtatu ſine pecuniis ſine commeatu exercitum amplius alere continereq; poſſet: cum neque progrediendū ſibi neque regrediēdum iudicaret. Verebat enim ne populi qui adhuc ei parebant: ut eſt Picentū genus infidum atque mobile & rerum noua rum cupidum: rebellione cōcitata accerſitis boſtibus ſeu bracianis ſeu taraconēſibus qui ut diximus: & a tergo & a fronte īminebant: iis ſe ſe dederent. Cum hæc eſſet rerum condicio: uarios cogitatus uariaque conſilia Franciſcus agitare animo cœpit: & cum tandem ſtatuiſſet: cū pauci s: exercitu ubi erat: relicto per noctis ſilentia Fanum petere: quo non ſine magno periculo per boſtium fines & locorum anguſtias per tam longum iter ſe recipere poterat eo quidem conſilio: ut experiret quibuſcunq; poſſet precibus Sigiſmundū flectere aut ad redeundum cum ſuis in picentes: aut ſi id recuſaret: uel copias ſuas omnes uel par tem ſibi ſaltem concederet: cum eſſet in tanta rerum deſperatione: illi fortuna illuxit benignior. Nam hæc eadem animo uolutanti ſibi alla tus eſt ab exploratorib? nuncius boſtes eodem die mane e loco ubi iam conſederant: munitiſſimo diſceſſiſſe: & ad montem ulmeum caſtra fir maſſe: qui erat locus ſatis æquus nec tamen immunitus: quod & a tergo oppidum ipſum impendebat: & a fronte clente muniebat amne ad dexteram amica oppida aderant: unde uis nulla inferri poterat. ad ſiniſtram uero qua Spbortianis patebat aditus : collis imminebat ad amnē uſque perpetuus : unde ad ipſum uſque collem palus intercede bat: & molēdini cuiuſdam præterea aquæductus quibus tranſitus ea difficilis admodum reddebatur. Franciſcus eo accepto nuncio ingenti prope cura liberatus gaudium uireſq; animo reſumpſit: quod boſtes

ubi maxime optabat: caſtra poſuiſſent: quæ a ſuis caſtris non procul tria paſſuum millia diſtabant. Itaque eo die ſtruendis prouidendiſq; rebus intendit: itinera qua hoſtes aggreſſurus eſſet: miſſis & regionis & rei bellicæ ꝑitis diligenter explorat. Poſtridie prima luce omni ornato exercitu ordinibuſq; more ſuo ad dimicandū inſtructis in hoſtem infeſtis ſignis ire contendit. Sed ubi ordines primi ad planiciē appropinquare cœperūt: quæ patet ad imum collis: cuius mentionē fecim⁹: ſiſtere omnes iubet: ac uniuerſo peditatu præmiſſo demonſtrat: quot quibuſq; locis hoſtes ſint adoriundi: qui iam per collem ad paludem uſque diſpoſiti in armis conſpiciebant̃: magniſq; clamoribus atque ululatibus terrere Sphortianos conabant̃. Dein frāciſcus ſuas omnes oculis cohortes perluſtrat: ſingillatimq; appellans hortatur: ut poſito metu priſtinæ uirtutis memores bono eſſent animo: quod eo die qui ueneris erat decimo Kal. Septembres die inquam Sphortianis fauſto atque felici certam ex hoſte uictoriam reportarēt: meminerintq;: quos nunc cernerent: eoſdem eſſe: quos ſæpe: & præſertim ſuperiore anno apud Laureum montē ſua ipſi uirtute profligaſſent. His dictis quiſq; animo erectus ingenti deſyderio expectabant: ut hoſtes liceret mox inuadere: manuſq; conſerere: uixque loco contineri poterant inter ſeſe frementes quin in proximos irrumperēt. Contra uero braciani timore haud paruo perculſi quid acturi ſint: aut quod conſilium ſibi capiendū eſſet: incerti uidebant̃. Nam Frāciſcus picininus eoꝝ dux: ut inducię peterentur ab hoſte: conuocato concilio ſuadebat: ſententiāq; ſuam eo maxime argumento tueri conabatur: quod Nicolaum patrem e caſtris diſcedentē eum admonuiſſe aſſeuerabat: ut occaſione alicunde oblata potiſſimum pro exercitus ſalute fieri inducias peteret: quas hoſtem philippi præcipue cauſa minime negaturꝝ arbitrabat̃. Sed Dominicus malateſta Roberthus bodienſis & Iacobus gaiuanenſis eam ſententiā plurimum damnabant: turpiſſimū periculoſiſſimūq; iudicantes: ſe ab hoſte armato & ad pugnandum parato inducias deprecari: quod plus inde animi atque uirium hoſtes ſumpturi eſſent: ſuis contra minuere tur animus. Hanc picinini ſententiā cæteri exercitus ductoribus acri oratione improbantib⁹: Apoſtolicus legatus interim multitudinē ad fortiter pugnandum obnixe hortabatur: ſingulis qui pro ſacroſancta Romana eccleſia in pugna obirent uitam promittēs æternam: contra uero aduerſantib⁹ damnationē interminabat̃. Sed hanc legati orationem aut negligebant omnes: aut oīo contemnebāt: ut ſolent homines bello maxime & armis aſſueti religioni animæq; ſaluti parum dediti. At Franciſcus Sphortia rebus in hoſtiū conſpectu pro ſentētia diſpoſitis militibuſq; corpora celeriter curare iuſſis dat ſignū hoſtes quadripartito exercitu alacriter inuadere. Alexander primum parte copiaꝝ ſumpta dextro latere eos impetit: qui magnā iam collis partem tenere

conſpiciebant̃.Hunc dulcius anguillarian⁹ad læuam paulo ſeborſum ualido equitatu ſequitur . Dein Mannus barriles alia equeſtri manu ad læuam item non multo interuallo collem ſubit.Poſtremus omniũ Zarpellio per planiciem quæ inter collem flumenq; & paludem inter cedit:confertiſſimo agmine in boſtes fertur alacriter.Sed qui tribus partibus tripliciq; ordine per cliuum ſubire collem conabant̃ : primo impetu facto de ſuperiore loco repulſi tardantur.Zarpellio aũt primo aggreſſu boſtes loco deturbat:& trans foſſam intra tabernacula redire compellit.foſſa erat ita undique artificio & uepribus munita:ut niſi ſolo aditu & eo quidem peranguſto tranſiri poſſet : hunc Dominicus & Roberthus magnis uirib⁹ſeruare conantes Spbortianis acriter perti naciterq; reſiſtebant . At Franciſcus ubi animaduertit : ſuos nulla ex parte propter locoꝝ iniquitatẽ boſtes depellere poſſe: imperat Alexan dro:ut per collis radices ad dexteram tam diu celeriter progrediatur: donec eo perueniat:unde boſtes abeſſent.Ille uero impigre audenterq; imperata faciens collẽ aſcenſu facilem repugnãtibus nullis mox ſupe rat:atque magno impetu uelut de ſuperiore loco in boſtes conuerſus eos perturbat:quos cũ ægre a fronte reſiſtere cœpiſſent:fundit:fugat que.Ea re feliciter geſta cæteri qui ad collis radices conſtiterant:quos binc Dulcius binc Mannus ducebant:collem & ipſi magnis undique ſublatis clamoribus conſcendũt . Sed cum eſſet tuendi collis negotiũ Franciſco picinino una cum Carolo bracii filio & Iacobo gaiuanenſi datum : karolus ubi de exercitu actum eſſe neque ullam ſalutis ſpem relictam uidet:terga uertit:fœdaq; fuga una cum ſuis ſalutem petit: ac per media boſtium caſtra quæ ſuis locis cum impedimẽtis omnib⁹ eo die Franciſcus reliquerat: concitatis calcaribus equis non prius ab itinere deſtitit : quam tutum in locum Camertiumq; fines peruenit: unde data pauliſper militibus quiete profugus in agrum peruſinum ſe recepit:reliqui uero curſu in caſtra ſeſe receperunt.Vbi cum aliquã diu inſtaurato prælio acriter repugnaſſẽt:tandem Spbortianis undiq; ptinaciſſime urgentibus terga dant:palanteſq; alii capiunt̃ : alii fuga in proxima oppida ſe recipiunt: alii aliis ſe addunt:qui ad foſſam uti oſtendimus:fortiſſime pugnabant.Hic enim braciani nõnunq̃ coactis uiribus aditũ tranſibant:Spbortianoſq; ad tæli fere iactũ loco amoue bant.Quod Franciſcus coram cõſpicatus ſuos acriter increpabat igna uiæ accuſans:quod boſtibus ſæpe ceſſiſſent:cum illi iidem eſſent:qui bus cum initio pugnã iniſſent:quoſque primo congreſſu reppuliſſent. Dein eos cobortatus præliũ inſtaurabat:recentioreſq; feſſis ſubmitte bat.Denique eo res deducta eſt:ut cũ maxime Spbortiani equos ſæpe acclamantes ſubſidiũ implorarẽt:neceſſe fuerit:eos qui confertiſſima coborte quam uelut pugnantiũ arcem intactam ſeruabat:ſigna cuſto diebant loco ſuo relictis ſignis in boſtes procedere : quod neque aliæ

prælio integræ ſupererāt:omnes enim ſe pugnæ inſeruerāt.At Franci ſcus cum uideret:nullas ſibi amplius copias ad ſubmittendū laborāti bus integras ſupereſſe:hac uſus eſt calliditate.Equitum pueros omnes ac inermē inutilemq; multitudinē quæ ad ſigna ut eo caſu fieri ſolet: confugerat:palatos extemplo cogit:& tris in partes diuidit:iubetque ſingulos ſumptis manu haſtis in acie conſiſtere : ut cohortes adhuc integras pugnæq; paratas non tam hoſtibus quam ſuis extare ſibi ui deretur : quo etiam continenter immittebant̃ : pducebanturq; more militari apud Italos iandiu ſeruato : qui ex hoſtibus capiebantur. Ex quo fiebat:ut & armatoꝝ numerus & ſpectaculū augeretur. Dum per hunc modum acerrime ad uadum dimicatur:Franciſc⁹animo ingenti huc atque illuc accurrens:ſuos ut erat uſui:aut acriter increpabat:aut in pugnam uæbemēter accendebat.nec dum enim intellexerat hoſtes ſuperiore parte fuſos omnino fugatoſq; ceſſiſſe.Dum ſic pugnatur:fit forte fortuna inopināti franciſco obuiam hoſtilis manipulus ex colle in planum ſtrictis gladiis fugiens illi inquam hac illac ut prædixim⁹ inter ſuos nudo capite diſcurrenti quo ubi opus eſſet,puidendis rebus liberior adeſſet:quos ille ubi agnouit : galeam qua caput tegeret:ſibi clamat afferri.Verum eius armiger dum equitem ab hoſtibus fugien tem illius capiendi auiditate ductus obſtinate inſequit̃:longius inde abierat:ita ut duci tam præſenti periculo galeam afferre non poſſet. Sed tanta erat Franciſci etiam apud hoſtes gratia atque maieſtas : ut &ſi hoſtibus ipſis facultas eſſet illi⁹impune uel capiendi uel perdendi eum tamen intactum incolumēq; reliquerint:bi autem milites paulo poſt cum in franciſci ueniſſent poteſtatem : collati in hoſtem officii fructū cumulatiſſime rettulerunt.Inter hæc dum Robertbus & Domi nicus magno bracianoꝝ coacto robore ad foſſam ptinaciſſime reſiſte rent : nullaq; ſæpe licet a fronte ui facta loco pelli poſſet:pugnaq; ma gis atque magis increudeſceret:multi utrinq; cadebant:inter reliquos Spbortianos Litius palaganus traniēſis ex præfectis equitum fortiſſi me pugnans accepto in occipiti uulnere occubuit:uir ſane nobili loco natus:uiribuſq; & corporis & animi inſignis. At poſteaquam Alexan der ut docuimus:hoſtium caſtris impedimētiſq; potitus eſt:cum uero paruus militum numerus coactus eſſet:eoꝝ præſertim qui nihil lucri cōſecuti erāt:prædæ auiditate impulſi eos ad foſſam pugnātes hoſtes a tergo adoriuntur:qui nondum ſuos iam profligatos audierant:qua re braciani tum & a fronte & a tergo uno eodemq; tempore magnis undique uiribus : preſſi cedere:ſeque fugæ mandare coacti maiore ex parte capti ſunt.Dominicus & Robertbus cum paucis per medios ho ſtes iam parta uictoria nullum ſeruantes ordinē in oppidum qđ mon tem cuſarium picentes uocant:primum:dein ricinatū fuga ſe recipiūt: Quo paulo ante Iacobus Nicolai filius cū altero Iacobo de quo ſupra

mentionē fecimus: appulerat. Franciſcus picinin⁹ eodem loco ab boſti bus circūuentus deſperata ſalute equo deſiliens: arma exuit: unoque tantum milite ex ordine pedeſtri corpore in primis robuſto & audaci ſibi addito paludem ingreſſus delituit: eo animo: ut ea iter faciens bo ſtium manus euaderet. Sed miles quem ſibi ſocium aſſumpſerat: cum a Zarpellione paucis ante diebus ad eū fugiſſet: exiſtimauit: ſi boſtiū ducem captiuum traderet: ſe facile ſibi Zarpellionē conciliatu⁹. Itaq; quod tranſſuga facinus agitauit: animo mox perficit: Piciniumq; ad Zarpellionē perducit captiuum: a quo dein cum ad Frāciſcum ducere tur: multis eundo conuiciis cōtumeliiſq; afficiebatur. huic franciſcus obuiam factus Zarpellionē ea de re uæbemēter accuſauit. Cardinalis autē Capranicus abiecto pileo abiectoque pallio exuta etiam linea exte rula ab uictoribus eodem fugiens compræbenditur: multiſq; uerberi bus cæditur: qui interpellatus ut eis ſeſe dederet: illos male agere re ſpondit: quādoqdem Franciſci Sphortiæ ſacerdotem cæderent fugien tes boſtes: quo ipſe aliquod lucrarēt: inſequentē: eaque de re ſe franci ſco aliquando querimoniā allaturum. Hac inſigni uictoria parta: cum iam dies occideret: Frāciſco uiſum eſt iiſdem boſtium caſtris commo randum: proin nocte iam facta eo impedimēta ſui exercitus adduci iuſ ſit. Vlmēſiumq; inſuper oppidum quod prope impendebat diligenter cuſtodiri: ne boſtes qui ſe eo receperant: abire inde poſſent. Poſtridie eius diei oppidani miſſis ad franciſcū de deditione legatis ſeſe oppi dum & quicqd in eo erat ex boſtibus collatum eius poteſtati tradide runt: quæ quidem res ad magnū uictoriæ cumulum acceſſit: cum ibi ingens prope nō tam militum & equorum quam rerum precioſarum numerus repertus ſit. His rebus feliciter geſtis: cum captiuo⁹ nume rum Franciſcus ſcire uoluiſſet: habito omniū cenſu ex quattuor eccle ſiaſtici totius exercitus partibus tris & amplius captas eſſe comperit. Inter quos Angelus rbonco copiarum pontificis ductor & tribuno⁹ equitum centurionūq; maior pars reperta eſt. Incredibile eſt: quibus uerbis quibus uocibus quibuſue nō ſolum gemitibus ſed & flætibus & ſuſpiriis etiam braciani in caſtris captiui eorum calamitatē lamen tarentur: præſertim qđ intra anni ſpatium bis fuſi profligatiq; eſſent ſuis rebus amiſſis omnibus. Sphortianos contra: fortunatos eſſe dice rent: quos deus in omne tempus uictores eſſe uoluiſſet. Quāobrem multi ex iis braciana amplius ſigna ſequi nolle affirmabāt: Erat tum forte in Sphortianis caſtris Iobānes quidē petraſancta nobilis Medio lanēſis Blancæ Mariæ familiaris: qui impetrata paulo ante in patriam redeundi uenia: eo uenerat. Is adeo bracianæ parti afficiebatur: ut præ dolore acceptæ cladis furens amenſq; factus dies nocteſque caſtra per uaderet: & tot furoris & inſaniæ ediderit argumēta: ut eum uinculis coerceri neceſſe fuerit. Cæterum tertio qui inſecutus eſt: die Franciſc⁹

proximo Maceratenſiũ oppido apud picentes nõ ignobili uictorem ac omnium pœne rerum copia affluentem exercitum admouit. Idque dedentibus ſeſe cõtinuo oppidanis nullo negotio in poteſtatem accepit: eodemq; modo Sanctũſeuerinũ: ubi eo peruenit: in fidem recepit. Deinde Cingulum profectus oppidum montibus ſitum & undique ut oſtendimus: munitiſſimũ obſedit: qđ cum ob admiſſum pontificis præſidium deditionis condiciones oppidani recuſarent: machinis oppugnare contendit. Sed eccleſiaſticis diffiſi auxiliis ſeſe atque oppidum præſidio incolumi intra octauum obſidionis diem Franciſco dediderũt. Nullo exinde intermiſſo tempore copiis ad urbem bæſiũ traductis caſtriſq; in coronã poſitis triduo poſt quam eo uentum eſt: ſeſe ciues cum arce uoluntaria deditione franciſco permiſere. Poſthæc nullo intermiſſo tempore Serram ſancti clerici obſedit: oppidum montana regione poſitum fabrianoq; propinquum ac natura loci opere & pedeſtri inſuper præſidio ꝑmunitum: quibus rebus factũ eſt: ut ad deditionẽ oppidani difficiliores redderentur: & tormentis multo labore muro adactis dies amplius octo ea oppugnatio franciſcũ moraretur. Sed magna tandem muri parte diruta cũ expugnari uniuerſis copiis tris in partes diuiſis tentatum eſſet: obtineri nõ potuit: Nam Sanctinus rippenſis præſidii præfectus uir & animo & ſolertia præſtans: ita repente ſtructo introrſum aggere prouidit: ut facile ingreſſu Sphortiani ꝓhiberent. Pugnatum eſt eo die ab hora circiter nona uſque ad ſolis occaſum utrinque enixiſſime: qua in pugna complures ex Sphortianis uulnerati ſunt: & in iis Alexander qui in nate ſagitta uulnus accepit. perpauci tamen cecidere: obſeſſoꝝ uero non tam ſauciorum quam interfectoꝝ multo maior fuit numerus. Qua re oppidani timore territi: cum uiderent ſe amplius tueri non poſſe: nocte proxima miſſis in caſtra de deditione legatis: præſidiiq; pacta incolumitate ſe ac oppidũ Franciſco tradidere Dum hæc geruntur: Franciſcus qui ſuperatis hoſtibus: illico ad pacis conſilia mentem uerterat: ubi audiuit in caſtris eſſe captiuum penes militem quendam ex ſuis Iohãnem interamnẽſem iuriſconſultũ ſub Dominico cardinali quæſtorẽ uirum magna apud pontificem auctoritate: eum ſua pecunia redemptum dimiſſumq;: hortatur: uti ad Eugenium rediens: hæc illi eius noïe exponat. Se ex eo tempore pontificis eccleſiæq; romanæ ſemꝑ obſeruantiſſimũ extitiſſe: ſemperq; diui petri patrimonio fauiſſe: ex quo icto inter ſeſe fœdere piceni agri aliorumq; populoꝝ principatum publicis documentis ſibi conceſſerat: tametſi nulla ſua culpa eum poſtea inexaturabili quodam odio triennio iam exacto tanquam romanæ eccleſiæ rebellem terra mariq; fuerit perſecutus: & ad hæc Alphonſum regem & Nicolaum piciniuum q̃maximis potuit copiis concitauerit: ut ei quod ſemel dederat: armis eriperet: quibus quantum licuerat: obſtitiſſet: factumq; eſſe dei benignitate: ut

intra anni tempus: & Nicolaum ipſum & copias eccleſiaſticas omnes bis uiciſſet : & ad internicionē prope deleſſet . Sed quanq̃ ſe undique uictorē ac ornatiſſimo & ualidiſſimo exercitu ſeptum uidebat: & multum adhuc temporis ſupereſſe: quo facile ſub diuo ferre militiā poſſet: & uictoriam aduerſus Eugenium perſequi: tamen non rebus ſecundis nō uiribus elatus: ſed uelut eius ſanctitatis eccleſiæq; romanæ cultor pollicebatur: ſi pontifex ipſe quicquid ſibi eo bello abſtuliſſet: reſtitueret: ſe poſitis armis ſecum pacem facturum. Pontifex igitur cum eſſet Peruſiæ non ſine ingenti rerum ſuarꝝ timore: cognitis iis quæ Iohannes rettulerat: lætus Franciſco mox renunciari iubet: ut ad eū de pace legatum mittat . Itaque paulo poſt mittitur Peruſium ad Pontificem Galeotus agnienſis neapolitanus cum mandatis ea de cauſa legatus. Non uidetur ſilentio prætereundū: quid dum Serra oppugnatur: Zarpellionis auaricia fecerit . Donauerat Franciſcus eum qui Piciniuum prodiderat: quadringētis aureis nummis: quos ille Firmi penes argentarium quendā aſſeruandos reliquerat: eius potiundæ pecuniæ nimia cupiditate Zarpellio inductus hos cū hoſte dolos inſtruxit . Erat tum forte fabriani Iacobus gaiuanenſis a pontifice cū iis copiis eo miſſus quæ ulmenſi pugna euaſerant . Cum hoc clam Zarpellio agit: ut ipſe ex Sphortianis caſtris & ille e Fabriano non nullos ex ſuis prædandi ſimulatione mitterent quēdam in locum inter ſeſe conſtitutū. Picinini proditor cui Colellæ nomen erat: cum reliquis a Zarpellione mittitur. Itaque cum ad locum miſſi utrinque cōueniſſent: tumultu exorto Colella intactis ſociis a bracianis mox capitur. Dein dimiſſis reliquis Fabrianū ad Iacobum perducitur: qui ut de eo admiſſi facinoris ſupplicium ſumeret: quo eſſet cæteris in reliquum tempus documēto: illum ſectis auribus altero eruto oculo ac naſo inſuper manibuſq; præciſis tam diu uinculis ſeruari iuſſit; quoad ſuppreſſo ſanguīe uulnera ſanarentur. Eius rei fama Sphortianis in caſtris uulgata Zarpellio franciſcum continuo adit: refertq; Colellam uulnerum dolore affectum uita exceſſiſſe: ob idque argentum quod firmi habebat: dono ſibi dari poſtulat: cui Franciſcus proditionis eius ignarus quod petierat : conceſſit . Cæterum Serranis in poteſtatem redactis: Franciſc? quod intelligebat ut ſupra oſtendimus: Eugenium poſt acceptam cladem: copias omnes quæ ſupfuerant: undiq; mox contractas fabrianū miſiſſe: quo oppidanos ſubiectumq; agrum in officio contineret: eo progrediendū non putauit: & ob id in Auximanos ricinatenſeſq; ſigna uertit: qui picena in planicie ſoli in hoſtium fide perſtiterant: cum cæteri qui inter Firmū hæſiumq; incolunt populi ad franciſcum nullo negotio rediiſſent: ſed poſitis duas inter urbes caſtris cognitiſq; ciuiū animis ob rebellionis errorem ab ſe admodum ptinaciterq; alienatis mutato conſilio ne ibi tempus nequicquā conſumeret : ad recuperandū id agri : quod inter

firmatum Aſculanũq; interiacet: quod præſidatum picentes uocant: ſigna uertit: ubi Taraconẽſes copiæ deſederant. Eo igitur iuſtis itineribus profectus: primo aduentu regionem uniuerſam dedentibus ſeſe accolis in fidem accepit præter offidanos aſculanis innato quodã odio infeſtiſſimos: quippe qui in oppidum maiorẽ regii peditatus partem introduxerãt. Equeſtres enim copiæ aduentantis boſtis timore territæ Truẽto amne ſuperato tutum in locum magna feſtinatione ſe recepe rant atqui cum belli reliquias Franciſc⁹ impigre perſequi ꝑſeueraret: offidam cumprimũ appulit: uix oppidanos caſtris cinxerat: cũ Galeoti litteris ſui apud pontificem oratoris factus eſt certior: pacem eſſe cum pontifice hortatu maxime atq; interuentu oratoꝝ uentoꝝ florentinoꝝ & item Philippi in hunc modum compoſitam: ut quicquid in picentibus intra. xv. kal. Nouembres Franciſcus recepiſſet: illius eſſet. Reliquum uero Pontifici eccleſiæq; romanæ pareret: ea tamen lege: quod uectigalia & tributa quæ per picentes quotãnis ſanctæ matri eccleſiæ penderent̃: franciſco ſoluerentur. Die igitur paci dicto appropinquãte Franciſcus quanuis ſtatuiſſet: quo militibus in tot tantiſq; laboribus gratificaret̃: offidanos expugnandos diripiendoſq; permittere: tamen mutato poſtea conſilio eos ſibi ſeruandos duxit: Idque ea potiſſimum cauſa fecit: quod altera ex machinis quibus offidæ muri aſſidue quatiebantur: ignis pulueriſq; impetu forte fortuna confracta eſt: Et bellum ultra deſtinatum pacis fœderibus diem ducere ſibi non licebat: Itaque offidanos per deditionem regio præſidio incolumi recepit. Inter hæc picentes reliqui omnes in eius rediere fidem: præter auximanos ricinatenſes & fabrianẽſes: qui iam ob eas quas cõmemorauim⁹: cauſas: ſub pontificis fide remanſerũt: qui tamen & Anconitani item ſtipendia quæ hactenus romanæ eccleſiæ pendere ſolebant: franciſco perſoluere iuſſi ſunt. Confecto per hũc modum piceno bello: franciſc⁹ in conſilio defert: nunquid Truentus autumno iam prope exacto traiiciend⁹ eſſet: bellumq; Alphonſo regi inferendum: quando quidem ille tot dederit cauſas: cur legitimo iure armis ſibi perſequẽdus eſſet: interamnenſib⁹ maxime aliiſq; pmultis Ioſiæ dicionis populis: quo in brutios tranſiretur ſollicitantib⁹: qui ſeſe mox dedituros pollicerẽt̃: Idque eo facilius factu eſſe ſuadebant: quod regiæ copiæ quæ præſidio prouinciæ erant relictæ: ubi cognouerũt de offidanoꝝ deditione deque pace cum pontifice facta aterno tranſmiſſo omnem prorſus citra amnem ipſum prouinciam deſeruerant. Et quanquam ſciebat præterea Alphonſum per id tempus toto fere exercitu in calabris bello aduerſus Antoniũ uintimillianum crotoniataꝝ regulum impeditum: non tamen iudicauit: bellum aduerſus potentiſſimũ regem ſibi aggrediendũ uenetis præſertim ac florentinis quibus ſtipendii iure obſtringebat̃: inſcientibus: nõ ignorabat etiam: Philippo rem ſe permoleſtam facturum: ſi regnum

amiciſſimi regis inuaderet. neque enim ſatis fidebat tantam belli molem ſuis modo uiribus ſuiſque opibus ſuſcipere. Itaque cum in byberna milites dimittere ſtatuiſſet: exercitum per uniuerſum prope picenū agrum diſtribuit. Sub idem quoq; tempus legatorū litteris qui Mediolani apud Philippum agebant: factus eſt certior: Nicolaum picininū poſt grauem diuturnāq; ualitudinem in quam potiſſimum inciderat obingétem ſuorum cladis franciſciq; filii captiuitatis acceptum dolorem: ex uiuis ceſſiſſe: eiuſque uiri obitu Philippum magno affectum mærore: cum in illius fide atq; uirtute plurimū ſpei ſemper poſuiſſet: quem ut oſtendimus: inuito pontifice ex piceno reuocarat: qđ ei noui belli prouinciā mandare inſtituerat. Cæterum philippus paucis poſt diebus cum litteris tum nunciis cum Franciſco agere cœpit: ut Picininum penes ſe retentum ei condonaret. Qua re ab genero facile impetrata: illum & Iacobum fratrem bracianoſq; reliquos bonis ut erant omnib? nudatos ad ſe in longobardiā accerſitos: equis armis cæteriſq; rēbus neceſſariis magno ſumptu inſtaurauit. Poſtremo Franciſcus copiis ut docuimus: in byberna deductis: Firmū cum paucis ſe contulit: ubi a Blanca coniuge expectabat̄: quo non multo poſt Sigiſmundus ſoceri uiſendi & damnati in patriam iam reditus purgandi gratia accеſſit. Hunc quod ob eius ſubdolum prauumq; ingeniū multorū ſibi odiū conflarat: plæriq; Zarpellio præſertim ac Dulci? retineri adhortabantur: ulciſciq; ea quæ contra fidem iuſque ſtipendii proxima æſtate admiſerat. Sed noluit Franciſcus: quanuis ille capite plecti mereretur: id iubere: quod aliquando indignū iudicari poſſet. Sub idem tempus Fredericum feretranum ſuæ militiæ adiecit. Is enim ſuperiore æſtate dum ſub Nicolao picinino mereret: Piſauriq; præſidio eſſet: poſt Nicolai ipſius e piceno diſceſſum urbinatū dicionem aſſecutus fuerat: interempto a ciuibus nō nullis ſuiſq; maxime neceſſariis Oddone urbinatum principe ob eius corruptos prauoſq; mores: moxq; a cædis auctoribus ſucceſſor in principatū accerſitus: tametſi Berardini Vbaldini cardenſis filius putabatur: profectuſq; eſt firmum ad franciſcū ſalutandum. Quam quidem rem ubi Sigiſmūdus cognouit: pro eo quo fere tranam familiam inſequebat̄ odio ægre admodum ꝓmoleſteq; tulit: ob idque mox ab Franciſci amicicia diſcedere inſtituit: ſempq; poſtea ſumma quadam indignatiōe animi & cum Eugenio pontifice & cum Alphonſo rege & cū Philippo duce de ſtipendio clam agere: & aliquid aduerſus ſocerum moliri cœpit. Per eoſdem ferme dies Philippus qđ mortuo Nicolao picinino copiarum ſuarum ſupremo omnium imperatore: neceſſe ſibi fore duceret: aliū ſuæ militiæ gubernaculo ſufficere: ad Zarpellionē uertit animum: quem pro eius eximia uirtute peridoneum iudicaret: cum hoc enim homine clanculum tranſegerat: ut quandocunq; accerſiretur: teſſeris quibuſdam ſigno allato impetrata

uel ne a franciſco abeundi licentia ad eũ maturaret. Itaq; dum Philippus per internunciũ clam ad ſe illum uocat: eius rei indiciũ ad franciſcum defertur. Sed .n. Zarpellio cum ad Philippum proficiſci omnino ſtatuiſſet: profectionis cauſas confingit: ueniamq; ſibi a Franciſco dari poſtulat: cum ſe Mediolanũ nulla alia de cauſa profectu⁊ diceret: niſi ut ea conſequereť emolumenta: quæ ex agro quẽ in papienſi poſſideret quotannis percipiebat. Atqui franciſcus &ſi ueniã ſe illi libenter daturum ſimulabat: ſecum tamen angebatur animo: qđ & iniicere manus in hominẽ inuitus iubebat: & ſinere eum ad Philippum proficiſci pro principis illius multiplici natura magno ſibi detrimẽto futu⁊ iudicabat: tandem hominem retinere: & de illius perfidia ſuppliciũ ſumere: & ita agere ſtatuit: ut Philippus ea ſpe deſtitutus Zarpellionis opera uti non poſſet. Itaque conficiendi negotii Alexandro cura datur. is qđ iuſſus eſt a fratre: in firmana arce impigre exequitur : & eo libentius atque celerius: quo Zarpellionẽ capitali inſectabať odio . Et dum de rebus multis haberetur quæſtio: multa Zarpellio ſine cruciatu faſſus eſt aduerſus franciſcum agitaſſe conſilia: & id poſtremo: quod pro Philippo ſe facturum receperat . Quibus proditis rebus laqueo iugulum frangi iubet: dein confeſtim per Italiam cauſas : cur de Zarpellione ſuppliciũ ſumpſerit: epiſtolis enunciat. Ea re cognita Philippus graui ira commotus: Georgio maino & Vincẽtio Amidano legatis celeriter accitis in Frãciſcum uæbemẽter inuectus: Satis inquit ſe ſcire Franciſcum Spbortiã nulla potiſſimũ alia de cauſa Zarpellionẽ tam acerba tamque imerita morte affeciſſe: quam ut ſibi rem faceret moleſtiſſimã uirique illius inſignis opera priuaret : ac nemini certe obſcurum eſſe: quod hominem necaſſet : cui in re militari iam multos annos Italia parem non habuiſſet . Sed illud eius memoria tantum facinus nunq̃ exceſſu⁊: quin aliquando ulciſceretur : ſeque operam daturum : ut is rurſus piceno pelleretur agro. Hac Franciſcus perſpecta ſoceri indignatione : cauſam ſuam per eoſdem legatos iure tueri & quibus poterat argumentis principis iratum in ſeſe animum mollire ſibique reconciliare nitebať. Hæc & huiuſmodi quæcunq; in diem accipiebat: ueneto ſenatui populoq; florentino litteris ſignificare curabat . Sed ne ii quidem moleſte ferebant eas inter ſocerum gene⁊que diſcordia⁊ cauſas intercedere: quin inimiciciã inter eos potius quam amiciciam nutriri cupiebant. Hoc re⁊ ſtatu Franciſcus circunacto iam fere anno bæſium ſe tranſtulit : ibi byemis reliquum conſumptur?: uelut loco flaminiæ ciuitatib? propinquiore : unde Sigiſmũdo fredericoq; inter ſeſe conciliandis infideque retinendis præſentior foret : ne pro uetere inter eos odio ſimultatibuſq; ſumptis rurſus armis bellum renouarẽt. Poſt bæc cum poſſideret: ut demonſtratũ eſt : bæreditario iure Galeacius malateſta Piſaurum & foroſemproniũ. Sigiſmũd? gentilis ſuus incredibili

quadam piſauri potiundi cupiditate dolis omnibus dies noctesque ei inſidiabat. Qua re factum eſt: ut Galeacius eiuſmodi perpetua ſollici tudine ac moleſtia cupidus aliquando liberari: quod uerebatur: ne & ætate grauis & liberis carens maribus a ſuiſmet populis proderetur: frederici hortatu Piſaurum tandem Franciſco uendidit uiginti aureū nummū millibus in pretium acceptis: ea quidem lege: ut eius urbis imperium Alexandro traderet: cui nuper Frederici opera nupſerat con ſtantia Galeacii ipſius neptis nata ex filia Eliſabeth: quam gentili Ca merti in matrimoniū dederat. Foroſempronii uero emit frederic⁹. xiii aureum nummū millibus. Has porro pecunias omnes Franciſcus con feſtim florentiæ ex ſtipendio ſuo perſolui iuſſit. per hunc modum & Alexander Piſaurum & Fredericus foroſempronii adeptus eſt: urbes certe & ſitu & uetuſtate nobiles: quas multos per annos malateſtaꝝ familia poſſederat. Quod ubi Sigiſmundus intellext: ut erat mobili in genio ad reſque nouandas pronus & pergraui dolore affectus eſt: & maiore quam unquam antea in franciſcum indignatione iraque com motus: quod ea de ſpe ſe decidiſſe omnino perſpiciebat: quam iampri dem ſeu per proditionem ſeu per uim ſeu per Galeacii obitum oppidi utriuſq; obtinēdi habuerat: & ob id præceps ſtatuit ab franciſci amici cia diſcedere: & non ſolum aduerſarioꝝ eius uoluntates ſequi: ſed quo ad poſſet: eos ad inferendum rurſus ſocero bellum hortari: quorum primos Eugeniū pontificē Alphonſum & Philippum eſſe non ignora bat: Erat enim conſtans fama: Philippum poſt extinctum Zarpellionē: implacabili ut oſtendimus: odio Frāciſcum perſequi. Eam igitur rem nec prius principibus iis Sigiſmūdus perſuadere deſtitit: donec Ponti fex ab Alphonſo & Philippo perſuaſus: eum mercede conductum ſuæ adiunxit militiæ: & ſi neſcius non erat: eundem ſtipendii iure Franci ſco obſtrictum: ſaluiſq; pacis fœderibus ſuperiore anno cum Franciſco percuſſis hominē admittere ſibi baudquaq̄ licere. Interim Ioſias aqua uiuanus & interamnēſes de quibus ſupra mentionē fecimus: multiq; præterea alii eius prouinciæ populi rebellione concitata ab Alphonſo defecerunt: quos multis de cauſis Franciſcus repudiandos nō putauit: atque eos confeſtim Antonium triulcium & Sebaſtianū canuſinum uiros & rei militaris ſcientia & animi uirtute præditos cū ualido equi tum præſidio miſit. Cæterum multa ac uaria eo tempore afferebant: quæ futuꝝ rurſus in piceno bellum facile indicabant: & ob id diuerſa agitare animo Franciſcus conſilia cœpit. Intelligebat enim tris princi pes quos ſupra nominauim⁹: facta nuper inter ſe ſocietate exitio ſuo imminere: Eugenium præſertim: qui ut ferebatur: affirmabat licere ſibi impune omnia aduerſus Frāciſcum tentare: qui ſe inuito eccleſiæ iura occuparet. Quib⁹ de rebus circa kal. Iunias quas in brutios copias miſerat: ibi dediticiis præſidio relinquere ſtatuit. Ipſe Piſauꝝ maturās

reliquas copias ſecus Iſaurum amnem cogere: & quod agri inter urbi
num & Piſaur̃ intercedit : coſtodire : quo facilius boſtes ex flaminia
uenientes in agrum picenum tranſitu probiberet. Fiebat.n. franciſcus
non crebris modo rumoribus ſed frequentib? etiã e Mediolano legato
rum litteris quottidie certior: Philippum iam copiar̃ ſuarum partem
armis equiſq; ornaſſe: quas eſſet propediem in flaminiã miſſurus : ut
pontifici Sigiſmũdoq; auxiliarent̃. Coacto igitur ad Iſaurum exercitu:
multæ inter franciſcũ & Sigiſmũdũ ob illata utrinq; maleficia diſſen
ſiones iræque interceſſerũt. Quibus de cauſis iam nata inter eos odia:
quottidie magis atque magis augebantur . Et ob eas res Franciſcus
miſſis Venetias florentiãq; legatis magnopere contendebat : ut inde
cognoſceret: quonãmodo cum Sigiſmundo ſibi uiuendum eſſet: quem
ut apertum boſtem reputabat. Sed ueneti ſenatus populiq; florentini
iniuſſu arma illi inferre ſibi non uideri. Ii autem q̃d Sigiſmundũ pro
eius ſpectata in omnes perfidia oderant: probarunt: ut hominẽ aperto
bello undiq; inſequeretur . Qua re cognita franciſcus factis mox per
proxima loca excurſionib? uaſtatoq; Ariminenſi & fanenſi agro Cande
lariam piſaurẽſis dicionis municipiũ admotis caſtris obſedit: cõtinuo
que tormẽtis muro adactis oppugnare contendit. Quo tempore renũ
ciatum eſt: Antonium & Sebaſtianũ eas aduerſus copias obuiam pro
fectos: quas Alphonſus prouinciæ ſubſidio miſerat: primo congreſſu
profligaſſe: maioremq; ear̃ partem cepiſſe: ac reliqnas quæ euaſerant:
trans aternũ profugiſſe. Sub idem tempus noua bononiæ ſeditio orta
eſt: Nam cum eſſent omnium oculi in unum Annibalem bentiuolum
conuerſi: qui ob res præclariſſime geſtas ſuperioribus annis magnam
ſibi in ciuitate ſua auctoritatẽ uendicarat: Cannetuli inuidia atq; odio
in eum accenſi: illius perdendi occulta iniere conſilia: coniurationeq;
facta: Baldeſar cãnetulus uir audaciſſim? & ad omne ſcelus aptiſſimus
communi conſilio eſt conſtitutus : cui ea prouincia demandaret̃: non
tamen fertur : conſilio cum baptiſta cannetulo cõmunicato : qui erat
familiæ ſuæ princeps: quod uerebant̃: eum nullo pacto tanto facinori
aſſenſur̃. Itaque cum forte per eos dies Franciſcus giſlierius militaris
dignitatis uir filium ex uxore ſuſcepiſſet : Annibalẽ inuitauit ad illũ
ex ſacro fronte ſuſcipiendũ . Quare Annibal nihil mali ſuſpicatus ad
pium munus obeundum libenter proficiſcit̃ : re autem pro more chri
ſtiano peracta die diui Iobannis baptiſtæ natali: cum Annibal dextra
manu a proditore giſlierio inter ambulandũ ut fit: detineret̃: Baldeſar
permultis ſuæ factionis ſatellitibus circunſeptus ex inſidiis adoritur:
pugioneq; tranſfiſſo pectore interemit. Eadem hora apud ædem eiuſdẽ
diui Iobannis baptiſtæ eadem coniuratione duo Galeacii mareſcopti
fratres interficiunt̃. Quæ res cum uniuerſam ciuitatẽ clamore tumul
tuque compleſſet : omnes qui factionem bentiuolam ſequebantur: ad

arma concurrunt : nec Cannetuli rem ſegnius edunt . Baptiſta etiam ipſe perſpecta periculi magnitudine arma capit: & ad rem gerendam magna ſuorum manu ſtipatus prodit:certatur utrinq; per uicos acerrime : caduntq; ex utraque factione permulti . At Galeacius ut erat ad omne periculum & impiger & acer:maiore in Cānetulos ira accendit̃: & coacta repente ex ſuoꝝ fuga iuuenum manu magna ui atq; impetu defertur in aduerſarios incumbentib? tandem bentiuolis . Dederunt terga Cannetuli omnes : præter unum baptiſtam : qui cum ſe in illa ſuorum fuga occuluiſſet: tandem ex latebris erutus crudeliſſime truci datur: eiuſq; ædes & proditoris giſlierii pluribus in locis per ingentē populi furorem igne iniecto magno exuruntur incendio.Baptiſtæ corpus per multa ludibria totam pœne per urbem tractum tandem igno minioſe comburitur.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER OCTAVVS.

Oepto aduerſus Sigiſmundum circa Idus Quintiles bello:Franciſcus quod pecuniæ inopia premebatur : Frederico urbinati & Alexandro fratre exercitui præpoſitis: ipſe cum paucis florentiā contendit : breuiq; perſuaſis florētinis:auctore Coſmo Medice:& accepta pecunia ad ſuos in caſtra reuertit.Ibi cum repperiſſet regionem omnē quæ eſt inter Iſaurum atque Metauꝝ Piſauro Fanoq; ſubiectam a ſuis receptam & magnam inſuper agri partem:qui ultra Metauꝝ a fanenſibus incolitur:ad obſidendam Pergulam ducit:oppidum totius regionis Emporium ſitu ac opere munitum & populoꝝ commertiis opulentum.Circunſeſſa Pergula:tormentis primum deinmachinationib? aliis oppugnari cœpta eſt:Et cum dura diuturnaq; ea oppugnatio uideretur:tentati aliquādo ſunt ad deditionem oppidanorum animi. Sed cum oppidum ualido peditum præſidio Sanctino ripenſi præfecto teneretur:cui & continēdis in fide obſeſſis : ſiqui forte aut metu aut uoluntariis animis ad deditionē inclinarent: & tuendis mœnibus animus uireſque non deerant: nullo dato reſponſo garruli tate modo conuiciiſq; Sanctino auctore e mœnibus utebant̃.Per būc modum multo quam putabatur:longior reddebat̃ obſidio.cum binc populus præſidiumq; mœnia fortiter tutarentur: Inde Franciſcus potiundi oppidi auidus conādo dies nocteſq; aditum in oppidum quærebat.Sed tandē tormentoꝝ ui diſiecta haud exigua muroꝝ parte Franciſcus pluribus locis obſeſſos aggreditur : & qua prolapſa mœnia oppidum nudauerant : primo impetu milites irrumpunt: Captaque primo

ingreſſu maiore præſidii parte cum ipſo duce Sanctino uniuerſũ mox oppidum uertunt in prædam: Quæ quidem tantæ reꝝ omnium copiæ fuit: ut omnem ditaret exercitum. Aſculani interea factionum ſtudio inquieti animis cum nouis rebus iam ſtudere cœpiſſent: Frãciſco duobus maxime bellis occupato a fide defecerunt. Eius rebellionis iidem fuere auctores: quorum opera Franciſcus antea urbem receperat. Hi quanquam auctoritate in patria & opibus eos Franciſcus auxerat: ſeu mobilitate animoꝝ & præteriti errati pœnitentia ducti: ut Eugenii pontificis gratiam nouo facinore ſibi conciliarent: ſeu indignatione moti ob Iobachini gentilis ſui necem: qui cum eſſet hæſii proſcriptus a Guerrerio Aſculano exule contrariæ factionis interempt? eſt Franciſci ut exiſtimabãt: iuſſu: de prodenda urbe cũ regio brutioꝝ præfecto conſilia ineunt: reque inſuper cõmunicata cum Balduino Tholẽtinate Nicolai filio: quem in brutios cum trecentis equitibus Franciſcus miſerat: ut Antonio & Sebaſtiano iungeretur: die conſtituto populum ad arma concitant: primoque motu Raynaldum folianum Franciſci uterini fratrem urbis præſidem nihil tale timentem obtruncãt: regiaſq; copias & Balduinũ cum equitatu introducunt. Nec multo poſt arcem præfecto ob cæſum præſidẽ timore territo in fide perſiſtere non auſo paruo negotio recipiunt. Hoc modo Aſculum urbs nobilis leui belli momento proditione amiſſa Pontifici etiam proditione reſtituta eſt. Hac tã repẽtina inſperataq; Aſculanoꝝ & Balduini defectione cognita Sphortiani ductores qui una cũ Ioſia ut oſtendim?: taraconẽſe bellum in brutiis ſuſtinebant: territi uiribuſq; diffiſi Ioſia in ſumma rerum ſuarum deſperatione derelicto Firmum ſeſe nullo intermiſſo tempore receperunt. At Franciſcus hoc tam graui accepto uulnere non potuit animo non cõmoueri: & Balduini Aſculanoꝝq; ciuium perfidia quos: ut prædixim?: & potentia & opibus plurimum extulerat: non uæbemẽter indignari: Dein ueritus ne forte firmani Aſculanoꝝ exemplo res nouas molirentur: Alexandꝝ fratrem cum exercitus parte eo tranſmittendum duxit. Ipſe nihilo ſecius a Pergula mouẽs ad recipiendas regionis reliquias pergere contendit: Montẽq; Siccum oppidum in monte ædito poſitum & ualido peditum præſidio firmatũ adoritur: triduoq; poſt magna ui tormentoꝝ dirutis mœnibus pugnaq; tentata oppidani haud leui pecunia ne diriperentur pacti: ſeſe Franciſco permiſere. Inde Vrceanum petit: oppidum quidem & natura loci & muro ac externo etiam milite egregie munitũ hoc artius obſidione cinctũ oppugnare aggreditur. Inter hæc Sigiſmund? boſti longe uiribus impar Arimini ſe continebat: externaque auxilia hinc atque inde implorabat. Nam miſſis ad Eugenium Alphonſum & Philippum legatis ſe graui iam bello preſſum tantum boſtem diutius ſuſtinere non poſſe: teſtabatur niſi ocius ſubſidia mitterent: cũ ſibi aut pereundũ eſſet: aut quaſcũq;

uictor hostis dare cõdiciones uellet necessario accipere. His atq; huiusmodi uocibus accensos iampridem in Franciscum principum animos facile suam in sententiam traxit. Primus Philippus magnũ equitum ac peditum numerũ Thaliano Foroiuliano Iacobo gaiuanẽsi & Robertho bodiensi ducibus in Flaminiã magna festinatione mittit: Domini cumq; Malatestam Cæsennæ Regulum mercede conductum se suosq; bello parare iubet. Hos Sigismundo auxiliari Franciscũq; bello psequi imperat. Iacobus & Robertbus cũ suis Cæsennã petunt. Dein iunctis cum Malatesta copiis Ariminum ad Sigismundũ proficiscunt. Nec multo post quattuor inde duces iusto iam conflato exercitu Fanũ pergunt: Thaliano qui in bononiensib? substiterat: cum reliquis copiis subsequi iusso. Nec minoribus interea uiribus Alphonsus bellum aggreditur: cui post Asculanorũ rebellionẽ Franciscí oppugnandi animus plurimum creuerat. Ob id mittitur in brutios statim cum supplemẽto Iohannes uintimilian? uir rei bellicæ disciplina clarus: ut iis sibi additis copiis quæ Asculi consederãt in Picenum agrum aduersus Francisci progrederet. Et Pontifex occasione oblata: Lodouicũ Aquilegiensem patriarcham asculum cum equestribus cohortibus proficisci iussit ut Vintimilliano adiunctus communi consilio rem gereret. At Franciscus tanta belli mole a duob? maxime lateribus uno tempore pressus: quæ potissima belli gerendi ratio uisa est: hostes ne cõiungerent: distinere statuit. Quare Alexandr̃ edocet: ut cum iis quas firmi habebat: copiis primum omnium ciuitatem in officio contineret: & aduenienti hosti ne obuiã procederet: Satis. n. sibi esse si urbem in fide seruaret: & hostes ne Firmum prætergrederent: quod facile effici poterat: persistentibus in fide firmanis. Ipse obsidione Vrceani soluta: binis castris Metauro transmisso supra Fanũ millibus non amplius duobus castra ponit: ne Foroiulianus qui iam Ariminũ peruenisse dicebatur: Fanum accedere aliisque iungi copiis posset. Locandis autem castris quo tempore omnia sine ordine sine imperio agi miscerique solent: hostes qui Fani erant: siue ut Franciscí castra ab eo loco qđ Garignanũ appellant: longius amouerent: siue quod fessum itinere & faciendis castris impeditum hostem opprimi posse arbitrarent: urbe egressi magna celeritate Spbortianos opere occupatos inuadũt. Qua re multis ad arma conclamantibus exortoque totis castris tumultu Franciscí celeriter collem qui castris supereminebat: peditatu occupari iubet. Dein collectis pro tempore equitibus qui nondum exuerant arma: hostes de superiore loco aggredit: quos primo impetu repressos in fugam uertit: multisq; ex iis cæsis captisq; ad ipsas usque urbis portas equitatus pars fugientes reliquos insequitur: adeoque unico prælio eorum audacia repressa est: ut deinceps uelut obsessi ne egredi quidem portis ausi sint. Firmatis castris reuersoq; præda bonusto milite Fráciscus continuo castellũ

aggreſſus quod ibi Sigiſmūdus agricultoꝝ tutelæ ædificauerat: expugnat: captoque præſidio diripit. Nec multis poſt diebus Thalianus ex Arimino Fanum noctu proficiſcens Spbortianiſq; forte excubitoribus obuiam factus cum toto Francíſcū exercitu adeſſe exiſtimaret: magna trepidatione Ariminum regreditur. Ita cōpluribus conſumptis diebus Alexander litteris nunciiſque frequentibus fratrem edocebat: Iohannem magnis uiribus appropinquare: ſeſe illi nequaquā copiis parem eſſe: regionem fere omnem ab Aſculo uſque Firmum aut metu aut ſponte ad boſtes defeciſſe: ob id auxiliū celeriter mitti oportere. Increbruerat præterea rumor: ab Eugenio in umbris delectus haberi equeſtreſq; copias contrabi: Auximum Ricinatumq; propediem petituras Antonio rido patauino duce: quem Sancti Angeli Romanæ arcis præfectum noīabant. Quas ob res omnes fere piceni populos fama perua ſerat: Francíſcum pene obſeſſum ad Fanum retineri: nec illi in prouinciam liberum eſſe reditum. His tot Francíſcus anxius curis mouendum ex eo loco atque in prouinciā redeundum putauit: ueritus ne ſi cunctaret: ut ſunt Picentes natura mobiles: ea opinione impulſi ad boſtes deſciſcerent. Itaq; ne Piſaurenſiū dedititioꝝq; oppida defenſoribus uacua remanerent: Matthæum ex Sancto Angelo ad uadum cum maiore peditatus parte regioni præſidio cum bis mandatis relinquit, ut ubi boſtes Fano diſceſſiſſent: quod propediem futurum arbitrabat: ipſe quoq; q̄maximis poſſet itineribus exercitum ſubſequeret. Itaque binis caſtris prouinciā ingreſſus: quod celeritate uti neceſſe erat: exercitus curam Frederico demandat. Ipſe cum non multo leuis armaturæ equitatu expeditoq; peditatu in Tbaraconēſes ire contendit: quos iam Firmanum inuaſiſſe agrum audierat: Sed uix dum ad bæſim amnem peruenerat: cum multis eunti ſibi factis obuiam nunciis cognoſcit: & Iacobum gaiuanēſem Fano in prouinciā profectum Montēfanum occupaſſe: eiuſque aduentu continuo oppida quædam ad eum defeciſſe. Et Antonium patauinū ex umbris per Fabrianēſes Sāctoſeuerinateſq; iter facientem: Ricinatum ægre cum copiis appuliſſe: quod cum eſſet e regione Sanctiſeuerini peditatu erūpente: qui oppido præſidio erat: in fugam uerſus multis ſuorum ac magna impedimētoꝝ parte capta uix ipſe euaſerat. Quibus cognitis rebus uiſum eſt Franciſco exercitū ſibi expectandū: amiſſaq; oppida prius recuperāda: quam in itinere ut cœperat: pſequendum. Cum primū igitur exercitus ad eum peruenit: nullo intermiſſo tempore Montēfilioꝝ optrani oppidum ſitu ac muro munitiſſimū: ex itinere obſedit. Oppidani cum per biduum obſidionē ægre ferre cœpiſſent: partim quod aquæ penuria laborabant: partim qđ triticum fere omne in ſubterraneis borreis extra oppidum poſitis congeſtum amiſerant: & quod reliqui erat: aſſidue auferri ab boſtibus cernebant: ſalutem pacti deduntur: quos Franciſcus iccirco in fidem

accipiendos iudicauit:ne ibi tēpus conſumeret.Idemq; facere appinia nenſes:qui metu territi Iacobo ſeſe tradiderāt.Quibus receptis oppi dis præſidioq; firmatis Franciſcus inde mouet : & cum ad potentiam peruenisſet poſitis caſtris ſumptoque confeſtim ut ante fecerat : non multo leuis armaturæ equitū ac peditū numero in boſtes properat:eo conſilio:ut exercitus cumprimū cognoſceret : quid ab eo fieri uellet: ſubſequereť.Sed uix dum Firmanoꝝ fines attigerat:cum Vintimillia nus & Patriarcha : eius aduentu cognito:fama non tam ducis quam nominis territi ne expectare quidem boſtis præſentiā auſi ſunt : nam motis continuo per noctem caſtris tumultuario agmine in Tranſonia tes locum q̄tutiſſimū ſeſe receperunt : neque ibi etiam tutos ſe fore exiſtimātes ad Truentum uſq; haud procul Aſculo fœda fuga regreſſi conſtiterunt.Qua re omnes fere qui in ea regione populi boſtium po teſtati ſeſe dediderant:ad Franciſci fidem rediere.Quos ille ſupplices erratique ueniam petentes miti beniuoloq; animo excepit . Interim Thalianus probibentibus nullis Fanum profectus cæteriſque iunctus copiis dux omnium deligiť .ac poſtridie inde diſcedit longiſq; itineri bus in picenum pergere maturat . Primo aduentu Auximum Ricina tumq; prætergreſſus Montéſanctum quod eſt oppidum & munitione & populi etiam multitudine inter picentes celebre:dedentibus ſeſe op pidanis accipit.Qua re protinus circūpoſita caſtella uolūtariis animis dedunť .Franciſcus iis cognitis rebus:fugatis pulſiſq; prouincia Tara conēſibus:ex quo ſatis ad firmanoꝝ ſaluté factum putabat:in Thalia num animum uireſq; conuertit . Itaque qua uenerat regrediens : ad ulmenſes q̄celerrime flectit:quod ea breuior eſſet ad boſtes uia . Ad Fredericū mox ex itinere litteras dat : ut eodem cum exercitu die inſe quenti mane ſe conferat:idemque Alexandro fratri imperat:ubi uero ad ulmenſiū peruenit oppidum:quorum primates iam cum boſtibus de deditione ſecreto agere cœperant : defectionis tempus expectantes multitudinē ſubito aduentu compreſſit:eum tamen cū paucis oppido recipiūt:reliquos mœnibus excluſere.Cæterum tam propinquis boſti bus & quod eſſet ſine arce oppidum:indignatiōis cauſam in dies diſſi mulat.Ibi comperit omnem fere eam regionem magna animoꝝ incli natione ad boſtes defeciſſe:Solam ciuitatem nouam quam nuncupāt: adhuc in officio perſtare:eandemq; pridie boſtes obſediſſe.Franciſcus quod cum iis quas ſecum duxerat:copiis appropinquare boſti nō uide batur:Fredericum & Alexandꝝ expectandos putauit:Qui cum ut erat imperatum:aduenisſent:de liberando obſidione oppido agere cœpit . Caſtris ad clentis fluminis ripam poſitis Franciſc? frequētibus litteris ac nunciis obſeſſoꝝ animos confirmare:& hortari non deſiſtebat : ut exigui temporis ſpatio incluſionē perferrent ſe propediem eos libera turum : intenti eſſent : ut cum ipſe boſtium caſtra aggrederetur : ad

erumpẽdum parati portis omnibus exirent. Inſtituerat enim cõmuni cato conſilio prælii fortunam experiri: tentaſſetq; ſane cum boſtibus pugnam conſerere: niſi ab exploratoribus cognouiſſet: boſtium caſtra æditis locis iiſdemq; frequẽtibus uinetis arboribuſq; conſitis poſita: ubi nihil ſeu parum equitatus poterat: peditatu edenda res erat. ob id expectandũ ſibi Matthæum cum pedeſtribus copiis iudicat: quẽ nunc aduentare nunc adeſſe exiſtimabat. Exercitum tamẽ poſtero die prima luce ad dimicandũ ſumma alacritate paratũ in acie conſiſtere mandat Sed dum expectando ad multũ iam diem in boſtes tardatur profectio Foroiulian? ad quem ut diximus: ſumma imperii totius exercitus dela ta fuerat: timore perculſus totam eam noctem in armis fuit: colleſq; ab ſuis crebris excitatis ignibus teneri iuſſit: factoq; die ſoluta obſi dione magna omnium trepidatione eodem quo uenerat: itinere præ miſſis impedimẽtis Montẽſanctũ repetit: & circum muros præ timore peranguſtius caſtra locat. Franciſcus quanq̃ ſatis & ad ſuam auctorita tem & ad obſeſſi populi ſalutem factum uidebat: maximã tamẽ uicto riam ob unius Matthæi ſegniciem e manibus ereptam uæbementer indoluit. Quibus peractis rebus: iiſdem caſtris īmorãdum ratus: foro iuliani conſilia obſeruabat: occaſionem belli gerendi ex illius actioni bus ſumpturus. Interim quæ paulo ante oppida defecerant: partim ui & metu: partim ſponte recepit: amicos populos in officio continebat: boſtes populationibus prohibebat. Ex quo fiebat: ut non dubitaret: conſumpto prope iam autumno boſtes piceno breui exceſſuros: cum præter pauca admodum oppida cuncta illis boſtilia eſſent: & neque hybernandi nec commeatus facultas ſuppeteret. Sed omniũ primum præcipua Franciſco cura fuit: ita diſtinere boſtes ne duo exercitus con iungerent̃: quod iis iunctis nequaquam ſe illis parem futur̃: diuiſis: utrunq; exercitum ſibi inferiorem intelligebat: & quod re didiciſſet: uiribus imparem non modo ſecum congredi non auſum: ſed ne con ſpectum quidem eius ſuſtinere potuiſſe. At Foroiulian? contra: quod boſtem non numero ſed uirtute militum meliorem uideret: omnem uictoriæ ſpem deſperabat: niſi maiorib? augeret̃ uiribus. Qua re Ioban nem monere: hortari: obteſtari non deſiſtebat: ut ad ſe cum exercitu proficiſceret̃ cum diceret diſiunctis copiis nullam ſpem uictoriæ relin qui: ſi iungant̃: aut profligari boſtem aut pelli facile prouincia poſſe. Hanc ſe probare ſententiam Iobanes reſpondebat: ſed ſine manifeſto periculo ad eum proficiſci non poſſe. proin Thalianum hortari: ut ipſe obuiam cum exercitu accederet. Ita miſſis ſæpe ultro citroq; nunciis uterque tranſire ad alterum diffiſus ſuis ſe quiſq; locis continebat. Hoc ſtatu rerum Franciſcus inter cæteras belli difficultates pecuniæ inopia maxime angebatur: uenetis Florentiniſq; ne debitum quidem militiæ ſtipendium ſoluentibus: Itaque Frederico & Alexandro cura

caſtrorum tradita ipſe cum paucis inueniẽdæ pecuniæ cauſa Firmum concedit. At boſtes quod uiribus apertoq; bello agere non ualent: arte atque dolo auctore Sigiſmundo conantur. Rocbacontracta oppidum eſt ut diximus: in extremis piceni finibus poſitum mœnibus turribus & loci natura munitiſſimũ: & in eo arx quoq; eſt ſitu muroq; omni ex parte tutiſſima: boc in umbriam Flaminiã æthruriãq; inter locorum anguſtias aditus habet. Sed cæteris eo tempore præcluſis aditibus ſolus hic ab æthruſcis & urbinatibus liber Franciſco relinquebaꝫ. At oppidani rerum nouaꝝ cupidi: quanquam in magno apud Franciſcũ bonore & gratia babebantur: tamen a Sigiſmundo ſollicitati coniura tione facta Eugenii præſidiũ ſeſe accepturos promiſerũt: & præfectus arcis qui ex Sphortianis fideliſſim⁹ unus habebatur: cũ a teneris annis ſub Sphortia meruiſſet: muneribus corruptus: arcem quoq; ſe traditu rum dixit. Hoſtes igitur ne tantam benegerendæ rei occaſionẽ præter mitterent: motis repente caſtris nõ ignorantib⁹ modo quorſum irent: ſed lætis etiam & opinantibus Sphortianis: eos deſperatis rebus pro uincia abire: q̃maxima potuerunt celeritate: ad Rocbam contractã ire contendunt: acceptoq; præſidio oppidani cum ipſa arce Romano ponti fici deduntur: Triduo tamen ab præfecto arcis deditione diſſimulata. De bis rebus litteris Frederici & Alexandri Franciſcus certior factus confeſtim in caſtra reuertiꝫ. Ibi rumoribus crebriſq; nunciis apertius de oppidi proditione cognoſcit. Poſtero die inde mouet: & in boſtes eo animo ire maturat: ut per arcem quã nondum proditam intellexerat: ingreſſus amiſſum oppidum recuperaret: quem nõ perpetui bymbres non grauis cõmeatuum inopia non multæ itineꝝ difficultates deter ruerunt: quin cœptum iter proſequereꝫ. Sed nondũ ad bæſim flumen peruenerat: cum arcem quoque boſtibus traditam ab exploratoribus cognoſcit: Quo nuncio accepto ingenti affectus dolore ad flumen con ſiſtit. Aiaduertebat enim intercluſis undique itineribus nulla ad ſe amplius auxilia neq; ab uenetis neque a florẽtinis mitti poſſe. Quere batur ſæpe ob id: ſe quem neque tres maximi Italiæ potentatus neq; tot belli duces cum duobus maximis exercitibus uicerint: ſuorum per fidia ſuperari. Caſtris ad bæſim poſitis: utile uiſum eſt obſeruare qđ boſtilis exercitus acturus eſſet: & pro re ac tempore conſilium capere. Thalianus autem Rocbacõtracta recepta patefactoque in fabrianenſes itinere eo ducit. Ibi regias copias quæ ut diximus: in Aſculano deſe derant: expectare inſtituit. Nec multo poſt patriarcha relicto propter inualitudinẽ Vintimilliano inde totis copiis ꝓfectus per ſaltuoſa itine ra Appenninũ ſuperat: & per Nurſinos umbroſq; ꝓgrediens remenſo rurſus Appennino in Fabrianẽſes peruenit: Thalianoq; coniungitur. Hæc cum ita eſſent: Franciſcus multiplicib⁹ grauibuſq; preſſus curis putauit cedendum eſſe tempori: cedendum pauliſper boſti: ſeruandũ

exercitum: urbes hæſium Firmumq; præſidio firmandas: reliqua pro uinciæ oppida propter populoꝝ mutabilitatē ſuo arbitrio relinquēda: cum non dubitaret inſequenti anno refecto exercitu bis duabus urbi bus in fide manētibus omnem ſe rurſus prouinciā receptuꝝ. Itaque Alexander cum mille & quingentis equitibus peditibuſq; item quin gentis Firmum mittitur: qui ea firmata urbe duo etiam oppida quæ a duobus maxime lateribus inſurgunt: Mons Sanctæ Mariæ & mons Rubianus milite muniret: Ipſe uero prius quam boſtes ad ea loca ap propinquarēt: præſidio hæſii impoſito in urbinates cū reliquis copiis proficiſcitur: atque inde in feretranos progreſſus plæraq; Malateſtaꝝ dicionis municipia partim uoluntaria deditione in poteſtatē accipit: partim primo impetu capit: ac in prædam uertit: quæ perſiſtere in fide audere uidebantᵉ: propugnaculis ui tormentoꝝ diſiectis expugnat: ac diripit. Quæ quidē omnia cum aut intra Frederici fines aut ſuis fini bus proxima eſſent: ei ſuo præſidio munienda conceſſit. Quoꝝ non nulla in ipſo direptionis tumultu ab urbinatib? pro innato odio quo finitimos ut plærunq; fieri ſolet: inſequebantᵉ: annuente Frederico igne pluribus locis immiſſo ſunt exuſta. Quod fuit certe Franciſco moleſtiſſimū. Sed quia ſe in urbinatum fere poteſtate conſtitutū cerne bat: æquo animo quæcunque dura eo tempore ſibi ferenda putabat. Cæterum exacto iam Nouembre cum grauis urgeret hyems: terra ubi que per loca niuibus obſita: ſoluendum duxit exercitum. Itaque quod parum ea regio uelut mōtuoſa ad alendos equos ferax eſſet: in uberio res Thuſciæ agros Florentinæ dicionis maiorem equitatus partem hybernatū dimiſit: reliquam per urbinates Eugubinos & Piſaurenſes diſtribuit. Ipſe Piſaurum ubi Blanca uxor cum liberis erat: hyemis agendæ locum ſibi delegit. Inter hæc Patriarcha & Thalianus prouin ciam milite uacuā potentiſſimo exercitu rurſus ingreſſi paucis diebus præter firmanos cum duobus adiacentibus oppidis: atque hæſinos Picentes magna omniū uoluntate a Franciſco deſciſcētes in Romanæ eccleſiæ poteſtatem accipiunt: nec firmani diu in fide pmanſerunt: quippe non multo poſt finitimoꝝ exemplo ſollicitati: inita coniuratio ne ſexto Kalendas Decembres Sphortianas cohortes per ciuium ædes iam ante diſtributas nihil tale ab boſpitib? timentes nocte intempeſta ſumptis armis capiunt: boniſq; omnibus denudāt. Alexander ſuſpica tus id quod erat: cum biduo ante ſuis cū domeſticis paulo ſub arcem tabernacula ſibi ſtatuiſſet: exorto tumultu eo ſe recepit: quo multi per tumultū dilapſi confugerunt: quo tempore qui montē Sanctæ Mariæ Montemq; Rubianum inhabitant populi: editis a Firmanis ignibus: ut prius de rebellione ſignum inter ſeſe clanculū dederant: confeſtim præſidium compræbendūt: & armis equis cæteriſq; bonis exuunt. Ita eadem nocte trium oppidorum defectione totque delectoꝝ militum

detrimento res Sphortiana haud dubie exinanita multo inferior eſſe cœpit. Firmani quod reliquum erat: arci expugnādæ intenti Foroiulia num cum ſuis accerſunt: nam maior eccleſiaſtici exercitus pars in um bros cum Iodouico byematū tranſierat: & quicquid ad rem uſui fore iudicant: comparare ſtudent. Dein bombardis omniq; miſſiliū genere & muri aſſidue quatiebantur: & uulneribus defenſores confodiebant̃: & cunniculis ex occulto aditus in arcem exquirebantur. Nec obſeſſi ſegnius rem geruntur: boſtileſq; conatus ubique fruſtrant̃: nam cata pultis baliſtis & bombardis non peregrini modo milites ſed firmani cum̃ ipſis etiá ædificiis ſternebant̃: factis quoq; ex aduerſo introrſus foueis boſtium cunniculos incluſi excipiebant. In quibus nō numero ſed uirtute acriter pugnantes Firmanos ſuperabant. præterea factis crebro non tam interdiu quam noctu eruptionibus totam fere urbem tumultibus clamoribuſq; replebant: prædis inſuper atque incendiis uicatim fere deuaſtabant. Dum bæc gerunt̃: Cibaria quæ in arce erāt: multitudine aſſumebātur. ob id Alexander cui cuncta pudenda erant: ueritus ne frumētum breui obſeſſos deficeret: uniuerſos pugna inuti les ex arce abire equoſq; interfici iuſſit: ut quoad fieri poſſet: incluſio nem perferret: cum nihil aliud præter quá famem in tanta obſidione ſibi obeſſe poſſe animaduerteret. Dein habito militum cenſu habitaq; ſecreto frumenti ratione: repperit uix dierum decem tota arce: quæ nō exigui erat ambitus frumētū ſupereſſe: idque accidere ex nimia Franci ſci largitione paulo ante quam ex prouincia diſceſſiſſet: propter pecu niæ inopiam in milites facta. Qua difficultate coactus Alexander de dedenda arce cum firmanis agere cœpit: qui eo bello ſumptuq; feſſi illum ſæpe ea de re tentauerāt: pactuſq; demum ſuam ſuoꝝq; omniū ſalutem cum bonis uniuerſis ac decem inſuper aureum nummū milli bus acceptis arcem tradidit: quam nulla alia ui nullo metu nullaque alia difficultate quam fame preſſum dedidiſſe ſatis conſtat: cum uix bidui alimenta ſupereſſent. Qua poſtea re cognita Firmani queri non ceſſabant: qđ ducem ipſum Alexandꝝ præſidium & bona quæ ſecum inde extulerat: ac datas præterea pecunias amiſiſſent: quam quidem arcē paulo poſt per iram populariter funditus euerterūt. At ubi Franci ſcus inſperatam firmanoꝝ defectionē reſciuit non minus amiſſi præſi dii detrimentū quam ipſius populi perfidiam in quo magnā habebat fidem: uæbemēter indoluit: nec tamen diffidebat: qn uere nouo prius quam boſtis educeret: & fratrē obſidione liberaret: & urbem recupera ret. Sed poſteaquá amiſſam quoq; arcem cognouit: tum demum per grauiter animo commotus eſt: quod intelligebat omnem recipiendæ prouinciæ ſpem ſibi ademptam. Itaq; ex Florentia quo iteꝝ repetendi ſtipendii cauſa conceſſerat: accepto pro tempore argento piſauꝝ rediit. Ibi recenſendis copiis pecuniis in equitatū diſtribuēdis ſupplemētiſq;

ſcribēdis byemis reliquum exegit:baud dubie ubi per tempus liceret: picentibus rurſus bellum illaturus:anbonitanis præſertim nō adbor tantibus ſolum ſed ſe illi etiā auxilio futuros pollicētibus:ulciſcendæ potiſſimū in auximanos iniuriæ cauſa:cum quib us tum bellum gere bant.Et iam æſtas appropinquarat:qui erat annus a Natali dominico ſextus & quadrageſim? ſupra quadringēteſimū ad milleſimū:ornatæ erant copiæ:& quæ bello uſui fore putabatur comparata:cum Coſm? medices tum litteris tū nunciis Franciſco perſuadere cœpit:ut omiſſo piceno in umbriā ſigna uerteret:Romamq; inde peteret:unde magnā breui uictoriam conſecutur?eſſet.Iacobum & Andream fratres exacto rum familia Tudertinos ſuæq; factionis principes ubi eū cum exerci tu conſpexerint : Tudertum tradituros:Idem poſtea urbeueteranos & Narniēſes facturos:Euerſum comitem præterea qui in ora maritima baud procul Roma multa oppida poſſideat : non ſe modo totis copiis per ſuos fines tranſire permiſſuꝝ ſed commeatu quoq; & armato mili te adiuturum.Addebat ad bæc Nicolaum Cardinalem campanū cum primum urbi Franciſcus appropinquaſſet:populum Romanū ad arma concitatuꝝ:quod Eugenii & Lodouici patriarchæ qui omnem fere im perii ſummam tenebat:dominationē moleſtiſſime ferrent . Hæc ſibi diu multumq; cognita eſſe:ac ſatis ſuperque conſtare : & nihil deeſſe quam conficiendi negotii celeritatem. hortari eum : atque rogare:ne tantæ rei occaſionem per ſegniciem elabi ſineret : Quod ſi maturet: non defuturum quin Roma cum ipſo Pontifice in eius deueniat pote ſtatem. Ad bæc Franciſcus ita reſpondebat:quanquam quæ ſibi enun ciarent:gratiſſima erant:tamen non uideri rem tanti momēti temere ſuſcipiendā.oportere prius cuncta diligenti?cognoſcere.Quare miſſus eſt ad eum confeſtim Hyeronim?landus exul uenetus:cuius opera ea omnia inita actaque dicebantur qui uti res haberet:ordine Franciſco aperit.Quibus cognitis : quod factu facilia ante oculos ponebantur: hortatu maxime beniuolētiſſimi hominis Coſmi ac Orſati Iuſtiniani ueneti legati rem maximā maximo animo conficiendā ſuſcipit . Itaq; contracto nō longe a Fano exercitu circa.Kal.Iunias Alexandro fratre cum præſidio Piſauri relicto inde mouet : appenninūq; binis caſtris tranſgreſſus:nō procul Foſſato peruſinoꝝ municipio biduum reſedit: quo tempore dierum octo cibaria milites coemere:ſecumq; ferre iuſſit Dein per Peruſinos die tertio in Tudertinoꝝ fines peruenit:caſtriſq; haud longe ab urbe poſitis Iacobum & Andream cōiurationis auctores:ut eorum quæ ſe facturos recepiſſent:memores eſſent:per nuncios clam admonet. Illi accito in urbem Cæſare Martinēgo:qui cum equi tatu fulginei agebat:nihil eorum quæ enunciari iuſſiſſet:Coſmo me dici promiſiſſe reſpondent:ſeſe eccleſiæ Romanæ imperio contentos: res nouas odiſſe:proin ſuis finibus excederet : neue ſuā Tudertinoꝝq;

pacem perturbaret: qui in pontificis ecclesiæq; fide pmansuri essent. Hoc responso accepto: Franciscus quod plurimū semper metuerat: susceptæ expeditionis spe iam se falli animaduertit. Et quoniam oīa undique hostilia erant: paucoꝝq; dierum commeatus supererant: & ob id diutius in iis locis immorandum non uidebatur: neque bello rem experiri cibariorꝝ penuria patiebatur: mutare castra cœptoq; in itinere persequi statuit. Erat ad urbēueterem flectēdum: sed Tyberis transitū impediebat: ob eamq; rem Franciscus graui premebat cura: quod non uidebat: quēadmodum in hostili solo ponte nulla per loca constructo exercitum traducere posset. Sed enim in maxima rerum omniū difficultate inuenit ducis sollertia uiam: quam flumen præcludebat. nam pluribus in eo flumine repertis lintribus ponte Tyberim celeriter iungit: & ita tradūcto exercitu apud Fracticellam non longe a fluminis ripa castra facit: quo transeundi uno eodemq; die omnibus facultas esset. Biduo exacto in urbeueteranorꝝ fines ducit: nec minus inde inhumanis acerbisq; uerbis repulsus discedit: & per hostiū agros transeuntem prohibitis undique cōmeatibus maior in dies penuria exercitum fatigabat. Cæterum urbēueterem prætergressus in ueterbienses peruenit: præmissisq; ad Euersum nunciis qui eum de suo ad ea loca aduentu docerent: utque cōmeatum abunde pararet: exercitui submini strandum admonerēt: ad Vulsini lacum castra ponit. Ibi cum ultimā famam miles ferre non posset: querelæ ubique exaudiebant. Multiq; de gregaria militia castris excedere cœperunt. Quod ubi Franciscus animaduertit: adeo militum animos ad præsentis mali tolerantiam confirmauit: cum id non suo consilio non suo ductu sed aliorum perfidia accidisset: ut prius quam eum desererent: sese ultima passuros testarentur: Et ita collectis per circūpositam planiciem fragris quoꝝ tunc ibi maxima erat copia: euulso præterea ex spicis tritico īmaturo famem eximebant. Interim qui missi ad Euersum fuerant: renunciāt: nullam in eo spem progrediendi ponendam esse: qui magnis pollicitationibus magnisq; præmiis adductus se nouo pōtifici fœdere obstrinxisset: neque iter per suos fines neque cōmeatum exercitui concessurus esset. Hac omnino Franciscus spe destitutus aduocato concilio redeundum in picenum censuit. Itaque irrito cœpto in Senensium fines iter auertit: ubi amice benigneq; exceptus est: ac cibariis abunde submini stratis confectus pœne inedia exercitus instaurat. Triduo dein exacto quod quieti militibus datum est: per Policianēsiū fines ductis copiis ad Trasimenū lacum consedit. Vnde postea pdifficili confecto itinere Eugubium Frederici dicionis appulit: remensoq; rursus Appēnino in Fanenses reuertitur: positisq; non longe a Metauro castris: eius regionis quæ superiore hyeme defecerat: agros populat? ripaltam oppidum agri fertilitate opulentum expugnat: ac in prædam uertit. Dein miles

licentius frumentatū quottidie dimiſſus magnam uim frumenti in proxima oppida congerebat. At Eugenius ubi Franciſcum tranſiſſe in umbros cognouit: ad omnes nuncios trepidabat: & iam acerrimum bellicoſiſſimūq; hoſtem cum robuſtiſſimo exercitu cepiſſe omnes umbriæ urbes iam prope urbis Romæ portas eſſe iamq; Romam ipſam externo milite uacuam ingreſſum: ſeipſum quoq; captum uidere uidebatur. Itaque ad alienam opem confugiens: Alphonſum rogat: ut pro ſuo in eccleſiam romanā officio q̄celerrime auxilia mittat. dein quas pōt: ex proximis hybernis copias cogit. Foroiulianū Malateſtas fratres & reliquos belli duces qui in piceno flaminiaq; hyemarant: ad ſe uelociter aduocat. Euerſum præterea quem ſemper ob prauū eius ingeniū odiſſet: & in præſentia magis atq; magis ꝑtimeſceret: multis propoſitis condicionib? ſibi conciliat: defenſoremq; parat. Et iam regiæ copiæ in Romanū agrum & duces cum exercitu ex piceno in umbros peruenerant: cum audito Franciſci reditu & ipſi in picenum ad perſequendū hoſtem redeunt. Ex itinere bæſinos ad deditionem tentauere: Sed ubi conſtantem præſidii ciuiumq; fidem uident: cum nulla oppugnandæ urbis inſtrumēta eſſent: ne tempus tererent: obſidionē ſoluunt: anconitanos interim omni ſpe auxilii deſtitutos miſſis in caſtra de pace legatis facile in priſtinā eccleſiæ fidem accipiunt. Subinde ad obſidendam pergulā quæ Frederici præſidio tenebatur: profecti paucis diebus & oppidum & arcem ad deditionem compellūt. Inter hæc Franciſcus quod longe impar hoſtiū uiribus eſſet: apertis campis: cedere coactus non procul Foroſempronio loco quidem munitiſſimo caſtra locat: quē foſſa inſuper & aggere ubi infirmior munitio uidebatur: communit: cum ſatis ſibi eſſe iudicaret: ſi in præſentia pro rerum condicionibus copias ſeruaret: ſi Piſaurenſes atque urbinates cum adiacētibus oppidis ab ui hoſtium tutos redderet. Cæterum Lodouicus patriarcha & Thalianus qui ſummam imperii in exercitum habebant: recepta Pergula ad Metaurum quinque paſſuum millibus ab Sphortianis caſtris caſtra ponūt. Dum hæc ita gerunt̄: Alexander quem Piſauri præſidio ut prædiximus: Franciſcus reliquerat: cum picentes omnes ſubiiſſe eccleſiæ imperiū uideret: & fratrem irrito cœpto a romana profectione reuerſum & tantum imminere exercitum haud dubie Sphortianā rem omnino perditam ratus hoſtium partes ſequi ſtatuit. Itaq; compoſitis clam cum Lodouico legato pro ſententia rebus ſuis ſeſe atque Piſaurum hoſtibus permiſit. Dein ad cōſalutādos exercitus duces iurandāq; legato fidem in hoſtium caſtra profectus non deſtitit quin Frederico epiſtolis ac nunciis ſuaſerit: ut ingruentibus undique hoſtibus ſuis rebus conſuleret: eiuſq; ſequeretur exemplum. Fuit profecto res hæc mirum in modum Franciſco permoleſta: quod cum germanus frater quem ſemper unice dilexiſſet: & per omnē ætatem magnis beneficiis

affeciſſet: & demũ Piſauro inter primarias prouinciæ urbes non igno bili donaſſet: ab ſe fortunam ſecutus: defeciſſet: Iam neminẽ amplius ſibi fidum fore uix credi poterat: & ob id de Frederici fide non nihil ſubdubitare cœpit. Sed ille qui Alexandri defectionẽ in tanta maxime temporum iniquitate non poterat niſi plurimum damnare atque dete ſtari: & quæ ab eo nup acceperat: & item a Lodouico qui eum multis præmiis periculiſq; propoſitis ut in pontificis eccleſiæque Romanæ fidem rediret: hortabat̃: Franciſco aperit: affirmatq; iureiurando: & ſi aduerſis undique rebus totum in ſeſe ſuoſque præſens bellum aperte tranſferri uidebat: cum nihil in prouincia reliqui eſſet: quod tantum eius belli furorem paululum tardaret: tamen ſe neque ab eius amici cia neque a data fide unquam diſceſſur̃: cum iam animo fixiſſet: ſe fortunaſq; ſuas omnis pro illius exercituſq; ſalute qbuſcũq; fortunæ caſibus obiectur̃: omnia demum perpeſſur̃ prius quam fidem uiolet: quod rerum doceret exitus. Hac rebellione facta Alexander ut aliquid penſi apud ſe pudor habere uideretur: Blancam in primis quã Piſauri in eius poteſtate frater reliquerat: paruulis cum liberis incolumem Vrbinum dimittendã conſtituit inuito Lodouico: qui retinendã effla gitabat: quod non nihil immenſum Franciſci læniit dolorem. Inter hæc Thalianus apud Philippum proditionis accuſatur: qđ cum floren tinis ſentiret: ob eamque rem miſſo confeſtim in eccleſiaſtica caſtra Georgio annonenſi cui? fidem & in gerendis rebus prudentiã ſemper probauerat patriarcha & Raymondo boilo regiæ auxiliaris militiæ præfecto annitentibus retentus in uincula conicitur: nec multo poſt Iacobus gaiuanẽſis fidei quoq; ſuſpectus compræbendit̃: amboq; ad Rocbãcontractã perducti penes arcis præfectum cuſtodiendi deſtinan tur: capiteque dein damnati ſecuri percutiunt̃: in Thaliani locũ idem georgius ſuffectus eſt: qui equitatum & reliquas eius copias guberna ret. His rebus geſtis: hoſtes nulla in Franciſcum ui tentata ad Iſaur̃ amnem Sigiſmundi maxime hortatu copias ducunt: tergiſq; Piſauro uerſis unde commeatus abunde militibus ſubminiſtrabãt̃: proximos Vrbinatum agros populant̃. Talachium municipiũ parui admodum ambitus ſed ſitu ac milite permunitũ innumerabili pene exercitu cir cunſiſtunt: dein multis ex Piſauro Ariminoq; comparatis machinis durius oppugnare adoriuntur. Quare obſeſſi multiplicibus magniſq; difficultatibus preſſi poſt uigeſimum oppugnationis diem communi omnium ſalute facile impetrata permiſere ſe hoſti. Quibus in poteſta tem redactis eccleſiaſtici duces aduerſo flumine progrediẽtes circum poſita caſtella partim ui capiunt: atq; incendunt: partim uel metu uel uoluntariis animis in deditionem accipiunt. At Franciſcus quem ex hoſtium conſiliis atque profectionibus ſua conſilia capere oportebat: confeſtim ad primum fere lapidem urbino admouit: quo nutantibus

non nullorꝫ ciuium animis reliquæ adeſſet ciuitati. Poſthæc hoſtes populandi Vrbinum prætergreſſi: lunatum aut ignobile in urbinatibus oppidum in ædito colle ſitum frequenti caſtrorum corona panguſtius cingunt ſed dimiſſis propter itinerꝫ difficultates tormentis dum ſola obſidione ac multitudine terrere incluſos ſtudent: & ad deditionem cogere contendunt: tempus ex die in diem conſumit̃: id qđ potiſſimū in tot rerum difficultatib? Franciſcus optabat: cui nihil magis eo tempore erat curæ: quam ut obſidendis oppidis quam diu poſſet: hoſtes diſtineret: quos ut mouiſſe & ſecus amnem procedere cognouit: mox copias ſuas ad Caſtellūdurans deducit: idoneoq; caſtris loco nō procul ab hoſtium caſtris quattuor paſſuum millibus delecto: ubi omni ex parte tuta reddebant̃. Caſtella quæ in frontib? erant: pedeſtri præſidio firmat. Ex his locis hoſtes quottidie infeſtius laceſſi: ſæpe pabulatione prohiberi ſæpe itinera: qua maxime cōmeatus importabant̃: irrumpi adeoque acrius collibus quibuſdam qui caſtris impendebāt: infeſtabantur: ut ſagittis bombardis atque omni miſſilium genere equi ac uiri in ipſis etiam tabernaculis uulnerarent̃. Quæ quidē res & ſpem obſeſſis futuri auxilii afferebat: & obſidentibus timorem incutiebat nō mediocrem ita: ut ab oppidi expugnatione quam ſæpe tentauerāt: deterrerent̃. Dum hæc in Piceno gerūtur: Philippus graui odio graui que ira poſt illatam Zarpellioni necem in Franciſcū: ut oſtendimus: accenſus omnia conſilia conatuſq; ſuos in generi pernicie cōuerterat. Nam præter eas copias quæ Piceno bello ſuo ſumptu alebantur: alias recipiendæ Cremonæ cauſa parandas inſtituit: & tentatis ſæpius neqc quam ciuium animis ſibi allicere præſidii præfectos multis pollicitationibus cœpit. Quin borolandū palauicinū ſummis precibus rogat ut per gibeline factionis homines apud quos auctoritate plurimum poſſit uel clam uel palam aliquid noui moliatur. Horolādus Franciſci rebus ut ſupra diximus ſemp fauerat: ſed a philippo paulo ante reſtitutus temporibus inſeruire cogebatur. Itaque reſpondet ſe acceptorꝫ beneficiorꝫ memorem futurum: Qua re Philippus potiundæ urbis ſpe per iohānem quendam ex Sphortiana militia oriundū ex Illirico facta eo Franciſcū picininum cum exercitu mittit: qui traiecto. Kal. Maiis pado tentatoque per tenebras nocturnas fruſtra in urbem aditu ante portas facto iam die in acie ſtetit: tumultū a Gibelina factione intus fieri expectans. Et firmatis dein non procul urbanis mœnibus caſtris cum triduo nequicq̃ deſediſſet: diſcedens in Soncinates duxit: Quibus nullo negotio in fidem acceptis ac circūpoſitis municipiis in poteſtatem redactis Cremonā regreditur. Hanc maioribus uiribus maioreq; ſtudio a terra & a flumīe comparata iam claſſe obſedit. Sed dū hoſtes Soncinatibus petendis populandiſq; agris tempus terunt: Angelus Simoneta qui Venetiis pro Franciſco legationis munere fungebatur:

bis cognitis eo celeriter cõtenderat cum ualida militum manu:quam uenetoꝝ iuſſu ex Brixienſibus acceperat: Præerat Spbortiano præſidio Iacomatius Salernitanus:qui ſuperiore anno eo a Franciſco miſſus ue nerat:uir longo belli uſu clarus & animi & corporis uirtute ſtrenuus. Is Angeli aduentu equitatu peditatuq; auctus:ac delecta inſuper Cre monenſiũ Iuuenum manu ſtipatus urbe ſæpe egreſſus boſtes magno impetu magniſq; clamoribus adoriebaẽ:multos capiebat:uulnerabat: interimebat:ſæpe caſtra ferro atque igne magno excitato tumultu im petebat. Qua re Picininus urbem a terra oppugnare diffiſus ex parua quam Padus efficit:inſula multis magniſq; bombardis diſpoſitis non muros quatere ſed interdiu ac noctu lapideas intra urbẽ pilas torquere cœpit:quibus ciuitatem populo frequentẽ conterritam motum excita turam ſperabat.Per idem tempus cum ſoli pontremuléſes bello liberi Franciſco relinquerenẽ: mittitur in lunenſes cum equitatu Aloyſius Sanctoſeuerinas & Petrus Maria ruber: qui habito ex parmenſibus delectu Pontremuléſes in poteſtatẽ redigere curarent.Contractis igiẽ in lunenſibus copiis Aloyſius Pontremulenſẽ agrum ingreſſus: oppi danoꝝ animos nunc miti nunc acri oratione ſibi conciliare ſtudebat. Sed ubi uidet oppidũ præſidio pedeſtri eo a florẽtinis Franciſci rogatu immiſſo & pertinacib? Pontremulenſiũ animis teneri populatus circũ quaque agros montibus qui impendent:occupatis:arctiore quam põt eos obſidione circunſiſtit. Et ſub idem etiam tempus non minoribus in Flaminia uiribus bellum gerebatur:adeo ut magnis belloꝝ ſtudiis uniuerſa prope flagraret Italia.Miſerat enim Philipp? aduerſus Bono nienſes exulum maxime hortatu cũ magnis copiis Guilielmũ monfer ratenſem & Bartholomæũ collionem:& ueneti ac Florẽtini cum bono nienſibus iure ſocietatis auxilia decreuiſſent:illi Thaddæũ æſtenſem & Tibertbum brandolinum: ii Guidantoniũ fauentinum & Simone tum ex caſtropetro Philippi copiis oppoſuere. Sed dum res armis in flaminia geritur: Collio ſuſpectus Philippo factus quod cum uenetis conſpiraret:in longobardiã reuocatur: huic obſidendæ Cremonæ una cum Picinino cura datur.Sed creſcentib? quottidie magis atq; magis apud Philippum Collionis ſuſpicioĩbus ad oppugnandũ Pontremulũ una cum Aloyſio proficiſci iuſſus cum Padum traieciſſet: retinetur: Modoetiamq; perductus uinculis ſeruãdus traditur.Inter bæc Franci ſcus cum litteris tum legationibus orare uenetos: inſtare:& fœderis iure expoſtulare non ceſſabat:ut perituræ urbi auxilia ocius mirterent bellumq; Philippo indicerent:cum dubitaret niſi Cremona obſidione breui ſolueretur:eam aut dolo aut fame tandem in Philippi poteſtatẽ deuenturam.Et modo commune periculum niſi ſuccurrerãt: demon ſtrabat: modo fœderis iura quibus Cremonam cæteraq; eius oppida tueri obſtringebanẽ:cõmemorabat.Veneti tandem Franciſci uocibus

permoti: & quod Philippi potentiã maxime ꝑhorrebant: cuius opibus Cremonæ acceſſio periculoſa uidebatur: ſexcentos equites totidemque pedites ſenſim Cremonã tranſmiſerũt: & Michaelem attendulum qui imperii ſummam tenebat: copias in agro brixienſi cogere iuſſerunt. Sed neque præſidium leuare obſidionis mala poterat creſcente in dies annonæ caritate: neque Michael cum eo quem haberet: exercitu tranſire Ollium amnem audebat: neque augeri uenetæ copiæ eo tempore poterant: Taddeo ut diximus: & Tibertbo bononiẽſi bello occupatis. A florentinis quoq; ad ſe mitti auxilia Franciſc⁹ petebat: quibus hoſti reſiſtere poſſet: Subdubitandũq; præterea dicebat: ne Fredericus quanquã optimo cõſtantiſſimoq; ſemꝑ animo ſeſe fortunaſq; ſuas omnis præſenti bello pro eius ſalute obiectuꝝ calamitateſq; prius omnes perpeſſurum affirmabat: quã aliquid admitteret: quod a fide data alienũ iudicari poſſet: tamen ubi nulla mitti præſidia uideat: propoſitas iam ſæpe ab hoſtibus condiciones accipiat: proin ſi ſe exercitũq; incolumẽ uelint: celeriter auxilia mittant. Ad bæc florentini neque aperte illi ſe opem laturos negabant: neque miſſuros affirmare audebant: quippe qui copias ſuas omnis aduerſus Philippi exercitũ in flaminia haberẽt: Itaque Franciſcus omni ferme uenetoꝝ florentinoꝝq; auxilii ſpe deſtitutus multiplici uno tempore cura premebaꝫ. Mouebat illius animũ obſeſſa Cremona Pontremulũq; & ſua præcipue ſuoꝝque ſalus: quod in alieno coactus uerſareꝫ hoſpitio: & in alienis finibus undiq; pœne circunſeptus ab hoſte uideretur: ubi copias ſuas ubi uxorem liberos & quicquid reliqui erat: & ipſam deniq; uitam in unius Frederici Vrbinatis manu poſitam cernebat. Conſyderabat præterea Sigiſmundũ ex belli duce ac genero implacabilẽ hoſtem factum & Alexandꝝ fratrem in tanta fortunæ iniqtate ad hoſtes defeciſſe: aduerſa demum omnia ſine ope ſine ſpe ulla eſſe. Sed in tanta reꝝ calamitate deſperatis prope undique rebus aperta eſt ei ad ſalutem uia. Præerant in bononienſib⁹ ut demonſtrauim⁹: Philippi copiis Carolus gonzaga & Guilielmus monferratẽſis. Inter hos primum ut aſſolet: æmulationes exortæ ſunt: cum neuter ſuperiorem alterꝝ ferre poſſet: Poſtremo creſcentibus odiis ad contumelias uentum eſt: ita ut magis inter ſeſe conuiciis quam armis cum hoſtibus certarent. Ad Philippum quottidianæ deferebaꝫ utriuſque querelæ perfidiæ ac proditionis: ſociũ uterqꝫ inſimulabat. Itaque Guilielm⁹ ſiue metu ductus ne apud Philippum collega male dicendo præualeret: ſiue indignatione atque ira concitatus fortaſſe nõ iniuſta: cum hoſtibus conſpirare cœpit. Hæc tam oppoꝛtuno tempore eius conficiendi belli occaſione oblata ueneti omnibus Guilielmi poſtulatis aſſentiunt: & maiora ſtipendia & ampliorẽ conceſſere militiæ dignitatẽ. Cõtinebat ſe carolus per idem tempus ſuis omnibus copiis eo oppido quod Caſtellum ſancti iobannis bononiẽſes uocant: cuius

arx Guilielmi præſidio tenebatur. Itaque compoſitis rebus: dieque rei conficiẽdæ deſtinato: Tiberthus per arcis poſticum cũ pluribus nocte introductus incautas karoli copias opprimit: armiſque & rebus omnibus exuit. Carolus per tumultũ elapſus uix cum paucis anxius euaſit: mutinãq; ſe curſu recepit. Per hunc modum ſine ullo prope ſanguine perfecto bononiẽſi bello pacatiſq; flaminiæ reb? ueneti confeſtim ſuas copias ex bononienſi in Brixienſem reuocant agrum: ubi iam Michael ut oſtendimus: reliquas contraxerat obſeſſæ Cremonæ haud dubie opem laturus. Florentini quoq; eo ipſo bello liberi Guidantoniũ fauẽtinum & Simonetũ cum tribus equitum millibus: & pedites etiam mille Gregorio anglarenſi duce ad Franciſcũ celeriter mittũt. Aderant iam Kalendæ Octobris: cum auxiliares copiæ in urbinates peruenerũt: quibus ſibi adiunctis Franciſcus coacto mox reliquo exercitu quẽ per oppida Frederici dicionis præſidio diſtribuerat: animo & uiribus non mediocriter auctus nulla cunctatione in hoſtes educit. At Lodouicus patriarcha acerrimi hoſtis impetum minime ſibi expectandum ratus omiſſa Lonati obſidione qua uenerat: caſtra mouet: nec reſtitit: donec in ariminenſes ductis copiis reſedit: & cum neque pugnandi poteſtatem faceret: neque æquis campis ſe committere auderet: locis montuoſis ſeſe continebat. Quod ubi animaduertit Franciſcus omnibus quibus poteſt: artibus allicere hoſtes in planiciẽ ſtudebat: ſi deſcendiſſent nullam dimicandi moram facturus: demum pugnandi auidus tubicinem cum litteris ad hoſtium duces mittit: quibus eos in prælium pro uocat: diem præſcribit: & locum uix paſſibus mille ab eorum caſtris diſtantem deſignat: & manicam inſuper ferream ſanguine illitam conſerendæ pugnæ ſignum deferri iubet. eccleſiaſtici duces communicato conſilio pudore magis quam animi uirtute ducti accipere ſe conditiones oblatas reſponderũt. Quo reſponſo Franciſcus cum uniuerſo exercitu maxime lætus futuro ſe prælio parat: ubi dies pugnæ dictus uenit: prima luce tanquam ad exploratam uictoriam alacer inſtructos ordines in aciẽ ducit: & per collem ſatis humilẽ qui inter duo caſtella Taboletum Frederici & Cauletum Sigiſmũndi iuris intercedit: paſſuũ millia quattuor in longitudinẽ conſtat: ad præſcriptum pugnæ locum peruenit: ubi Sacellũ almæ uirgini Mariæ dicatum: huic contra alter inſurgit collis aliquanto eminentior: unde haud longius tæli iactu hoſtilia caſtra initium capiebant: conuallis erat admodum parua: hanc Franciſcus nõ multo milite occupat: nec exeuntib? turmatim ut exiſtimabatur: obuiam hoſtibus ſed paucis & ipſis palantibus in colle cliuoque apparentibus: Franciſcus ſuos cliuũ aſcendere imperat: qui hoſtes uſq; ad caſtroꝝ munitiones egerunt: quas toto ſuperiore biduo foſſa aggere & frequentibus conciſis arboribus qua Sphortianos uenturos arbitrabant: ingenti ſtudio ſtruxerant: ob eaq; rem nec ultra progredi

equites poterant: nec uim multo milite aduerſus innumerabilẽ pœne exercitum loco præſertim iniquo facere tutum uidebatur. Et quanuis Franciſcus nihil ad eliciendos prouocãdoſq; in pugnam hoſtes præter miſiſſet: tamen trepidi nunquam egredi munitiones auſi ſunt: Solus poſtremo Daneſius ſenenſis uir fortis & belli peritus cum pedeſtri coborte exire caſtris permiſſus eſt: ſed ne procul munitionib⁹ progre deretur iuſſus: & ut magis Spbortianoꝝ agmen ſpeculareť: & quid hoſtes agerent: exploraret: quam pugnandi copiam faceret: qui mox numero preſſus unde exierat: curſu ſe recipere compellitur. Per hunc modum exacta iam maiore diei parte Frãciſcus receptui canere ſuoſq; omnes in caſtra redire iuſſit. Cæterum uix dum prætorium ingreſſus ex perfugis ſuorumq; non nullis qui capti paulo ante dimiſſi fuerant: cognoſcit: primo eius aduentu plurimum in eccleſiaſticis caſtris trepi datum & in primis Patriarchã cæteroſq; duces metu perculſos impedi menta cum cariſſimis rebus ariminũ uerſus in loca tuta præmiſiſſe: idemq; uniuerſum prope exercitum feciſſe: & cuncta ſine ordine ſine imperio agi miſceriq; cœpta: adeo ut ſi oppugnandis caſtris aciem ad mouiſſet: perfacile intra munitiones irrumpere delereq; hoſtiũ copias potuerit. Ad hæc Franciſc⁹ &ſi haud falſa eſſe exiſtimabat: tamen non in ſua fuiſſe poteſtate dixit: ut quid hoſtes agerent: timerentne uel auderent tam breui ſpatio intelligeret: unum ſe ſcire: quod de reditu in caſtra feciſſet intentata hoſtilium caſtroꝝ expugnatione recta ratio ne feciſſe: & cum totiens prouocati hoſtes prodire in pugnam nõ auſi eſſent: uictoriæ loco haberi poſſe: ſatiſque ſuo exercituſq; nõi auctori tatique factum. His rebus peractis: cũ uideret Franciſcus in montana regione nihil proficere poſſe: ne quod ſupereſſet autumni tempus: fru ſtra conſumereť: in apertos piſaurenſiũ campos deſcendit. Alexander cum redire fortunã aſpiceret pœnitentia ductus impetrata per frederi cum Vrbinatẽ admiſſæ iam culpæ uenia in fratris gratiã rediit. Itaq; Iſaurum flumẽ tranſgreſſus recuperãdis piſaurenſis agri municipiis: quæ in Sigiſmundi erant poteſtate: intentus primis puteum caſtris dedentibus ſeſe incolis in fidem accipit. Tumbã deinceps quæ ualido peditum præſidio Sanctino rippenſi præfecto tenebať: magna tormen torum ui dirutis muroꝝ munimentis expugnat: ac in prædam uertit Sanctino iam tertiũ cum ipſo præſidio ac bonis ſuis capto. Eo recepto municipio: Laureus mons Nicolai picinini poſtrema ac nobili iam clade non obſcur⁹ nulla ui nullo negotio traditur. Inde mutatis caſtris Gradariæ admouit: quod eſt oppidum in piſaurenſib⁹ primarium: ſitu arce muro & frequentibus turribus munitiſſimũ: ac externi inſuper militis præſidio firmiſſimũ. Hoc cũ arctius obſediſſet: aduectis celeri ter tormentis ædificatis magno ſtudio e regione caſtellis & cõparatis iis rebus omnibus quas expugnãdis oppidis uſus inuenit: oppugnare

aggrediť. Interim Sigiſmūdus ut obſeſſis auxilii ſpem faceret:caſtra magnis copiis laceſſebat:ſæpe per nocturnas tenebras fallere excubias exercituſq; cuſtodes mittendi præſidii cauſa conabať.Sed nec terreri. nec decipi cautus & intrepidi animi dux potuit:Nec importuni ſæuiẽ tis iam byemis bymbres longe plus æquo frequentes & diuturni:non niues non frigora eũ a dura ac perdifficili oppugnatione deterrebant. Dum bæc in urbinatibus piſaurẽſibſq; geruntur: & gradaria ſumma ui oppugnatur:Franciſcus picininus qui ut ſupra oſtendimus:Cremo nam terra Padoq; premebat:ſpe eius urbis potiundæ deſtitut?obſidio nem ſoluit : & ad Caſtelloleonẽ profectus admotis celeriter caſtris op pugnare oppidum adortus nõ multis poſt diebus una cum arcibus in deditionem accepit:Viticetum dein municipiũ frumento refertiſſimũ ui captum diripit:atque incendit . Cæterum ubi rumoribus crebriſq; nunciis cognouit Michaelem iam coactis magnis uenetoꝝ copiis Ol lium propediem tranſituꝝ:uiribus diffidens non procul Caſalimaiore ſecus Padi ripas caſtra locat:pontemq; in eo flumine pluribus iunctis nauibus ædificandum curat:quo facilius ex parmenſibus cibaria com portarenť in caſtra. Interim Michael traducto per pontẽ uicum exerci tu Cremonenſiũ fines ab boſte occupatos paſſim populatur:qua re & municipes q belli initio ad boſtes defecerant:territi certatim in Franci ſci redeunt poteſtatem:& Cremona annonæ inopia qua totam ſuperio rem æſtatem durius laborauerat:liberatur.Michael recipiendis muni cipiis quæ in boſtium fide perſtabant:progrediens oppidum obſidet: cui ſancto iobanni ad crucem nomen eſt:non amplius quinq; paſſuum millibus ab boſtium caſtris poſitum oppugnareq; macbinis parat.At Picininus ut boſtes appropinquare intellexit : ſibi ſuiſque plurimum metuens in proximá quam ſupra Caſale Padus inſulã efficit:trauicien das copias duxit : bunc enim idoneum caſtris locum putauit:tum qđ Padi os aduerſus uim boſtium ſatis ſibi munimẽto fore exiſtimabat: tum quod a tergo Padus aderat : & per eum quem diximus : pontem facile ac ſine periculo ex Parmenſib?commeatus cõuebi poterant:quo etiam pabulatum mitti impune licebat:ſi in Cremonẽſes pabulatione milites prohiberenť:nec deſeruiſſe omnino Cremonẽſiũ fines boſtiũ aduentu uidebanť: unde data facultate & incurſiones facere interdũ: & populari boſtiles terras poterant . Alterum præterea ſublicium con ſtrui pontem iubet:qui ex inſula ad Cremonẽſem pertinebat agrum : bunc foſſa aggere caſtellis & militum præſidio firmat . At Michael oppido quod obſederat: non multo labore in poteſtatẽ redacto amico rum agros tueri ſtudebat . Sed cum per dies aliquot nihil utrinq; me morabile geſtum eſſet:quod Picinin?ſuos caſtris contineret:ne ſegnis omnino uideretur:ſimul tentans:ſi forte iniecto oblati certaminis pu dore Philippiani in pugnã allici poſſent:tertio Kal.Octobres ordinib?

inſtructis in boſtes ire pergit. Piciniuus nequaq̃ dimicandi poteſtatẽ facturus: addito ad pontem præſidio ubi plurimũ periculi ineſſe uide batur: milites in acie ſtare iuſſit: cum nulla ex parte in caſtra tanto flumine undique circundata ab boſte irrumpi poſſe putaret. Ad pontẽ leuiter tamen pugnari cœptum præmiſſus a Micbale leuis armaturæ miles facile repellitur. Totis porro Philippianis caſtris quies uidebatur: ignotum Padi boſtium uenetis ingredi non audentibus. Philippiana acies longo ordine ad eam partem uerſa erat: qua ob fluuii latitudinem tranſiri in inſulam poterat: quem tamẽ prius locum philippiani duobus caſtellis aggeribus & magna ui tormentoꝝ munierant. Tenta uerant hac uenetoꝝ duces magnis uiribus in inſulam penetrare: Sed repulſi tranſitum deſperauerãt. Cæterum dum hæc geruntᷣ: conſpecti ſunt: non nulli leuis armaturæ ex ueneta acie equites reperto baud procul a ponte uado os tranſiſſe. Quare cũ facti eſſet fides tranſmeabilem ibi fluuium eſſe: tentatur rurſus a plæriſque uadum: quod cum facile tranſitu nullaſq; ibi cuſtodias eſſe renunciatũ eſſet: aggredi ea parte boſtes ueneti duces conſtituũt: peditesq; ſingulos equitẽ quenq; aſſumere iubent: ut in inſulam tranſgreſſi pedeſtribus etiam copiis pugnam conſererent. Ita qua parte humiliora uada didicerant: inſtructos immittunt ordines: qui non multo prælio pulſis qui eo accurrerant: pontem petunt: quo in loco ægre ab iis etiam qui ponti præſidio erant: pugnatum eſt: Nam ubi uiderunt uenetos iam tranſiſſe: territi ſtationes deſerunt: & ad ſuos curſu ſe recipiunt. Veneti ponte capto cõfertiſſimo agmine in boſtes qui adhuc in acie conſiſtebãt: inferunt: quos primo impetu fundunt ac in fugam uertunt. caſtriſq; mox cum impedimẽtis potiti maiorem equitatus partem capiunt: Nam reliqui & ipſi etiam duces per alium pontem ſalutis uiam nacti padum tranſeierunt. & ita eo reſciſſo ponte boſtium manus effugerunt. Hac ueneti uictoria elati uelut qui iandiu ad longobardiæ res mentem animũq; uerterant: de occupando Philippi imperio agitare cœperunt. augebat hanc nec uanam quidẽ eoꝝ ſpem popportuna ad res gerendas Cremona inter eius prouinciæ urbes nequaq̃ poſterior: quo iam Gerardum dandulum legatum miſerant: non tam uolente quam negare non audente Franciſco Sphortia: quod recuſare id petentibus illis in tanta præſertim eius retinendæ urbis difficultate neque tempora neque fortuna ferebant. Itaque receptis præter Soncinates in fidem Cremonẽſis agri municipibus ueneti Soncino admouent: quo paucis diebus oppugnato oppidani omni ſpe auxilii deſtituti ſeſe Franciſci legatis dedidere. Inde in tranſadduanos ductis copiis quicquid agri in ea regione Philippi parebat imperio: paucos intra dies in uenetoꝝ redigitᷣ poteſtatem: Crema duntaxat excepta: quæ ualido ad primum cladis nuncium præſidio firmata, ꝓſcriptis etiã pluribus guelphæ factionis oppidanis

qui dubiis in rebus ſuſpecti habebantur:fidem ſeruauit.Qua regione recepta:ueneti maiora animo de bello gerendo conſilia ineunt:Adduá ſuperandum eſſe: & in mediolanenſiū fines traiiciendū iudicant : ob eamque rem faciundum in eo flumine pontem conſtituunt. Eius con ficiendæ rei Tibertbo brandolino cura datur:quā ipſe ultro popoſcerat Sed ꝑdifficilis admodum res uidebaᵗ:& callidıtate magis quam uiri bus aggredienda : Philippus enim poſt Caſalenſem pugnam id quod futuꝝ exiſtimari poterat:uenetos tranſire adduam tentaturos ratus : probibere illos eo tranſitu ſummo ſtudio conabatur.Ob id impoſitis primum Cremæ laudeq; præſidiis Aloyſium Sanctoſeuerinatē ab pon tremulenſiū obſidione reuocatum reliquiaſq; uicti exercitus celeriter coactas pro adduæ ripa aduerſus boſtes diſpoſuerat : eamque dies ac nocles q̄diligētiſſime cuſtodiri iuſſerat:idq; negotii præcipue Aloyſio demandarat.Brandolin?ubi frequētibus cuſtodiis aduerſam fluminis ripam teneri cognouit : arte & callidıtate boſtem fallendum putauit. ob id exploratis diligenter ubique Adduæ uadis ad eam maxime par tem quæ circunſectis late paludibus nullis cuſtodibus ſeruabaᵗ nocte intempeſta armamētis conſtruendi pontis perductis omnibus ad rem celeriter conficiendá dat impigre operam:Et conſtrata primū cratibus aliaque materia palude ratibus carris in adduam deductis ignoranti bus omnibus prima luce ponte flumen iungit: quo cum celeriter Mi chael omnibus copiis ꝑueniſſet:traducere eas ſenſim cœpit:quod uere batur ne primi occurrentib?boſtibus caperentur : ſubſequenteſq; alii repellerenᵗ in flumen . Quod ubi qui proximi erant Philippiani ꝑſen ſeiunt:nouitate rei primū ſuſpenſi atque territi:dein ſumptis raptim armis duce Campanella uno ex Aloyſii præfectis tranſeuntib?uenetis obuiam eunt:ſed leui prælio a multitudine preſſi terga dant:nulloq; dein oppugnare auſo:reliquæ Philippi copiæ quæ in fluminis ripa ſta tiones habebant:diuerſis itineribus ut quenq; animus tulit:in propin quiora oppida curſu ſeſe receperūt.Ita omnis uenetoꝝ exercitus repu gnantib?nullis in mediolanēſem agrum uillis uiciſq; frequentiſſimū ac pecore & frugibus refertiſſimū traiicit : moxq; omnem prope eam oram quam Marteſanā Mediolanēſes appellant:excurſionib?deuaſtat: & ad ipſa uſque urbis ſuburbia populationes factæ : præda non tam pecorum quam hominū ingens abacta: cunctaq; demum tumultu ac terrore aguntur:atque miſcentur.His rebus geſtis : Placuit Michaeli uenetoꝝq; legatis Caſſiani arcē oppugnare: quæ ei flumini impendet: & ad tranſadduanū ſpectat agꝝ : ut ea tutus in mediolanēſes uenetis pateret aditus . Ea igitur aliquandiu bombardis & omni tormentoꝝ genere ſine intermiſſione quaſſata uenetis traditur : ædificatoque ibi magna celeritate ſublicio ponte : uicum arci adiectum magno foſſoꝝ coacto numero foſſa atque aggere ſublimi ꝑmuniunt . Quo perfecto

opere rurſus ad populandos Mediolanenſiũ agros conuerſi non parte
ſed uniuerſo interdum exercitu ad urbis uſq; conſpectũ cuncta uaſtan
do diripiendoq; progrediunt: Modoeciacũ etiam agr̃ ſæpe inuadunt:
quo omnes fere philippi copiæ cõuenerant: inſtructamq; aciem oſten
tantes hoſtem in pugnam prouocabát. Sed iam opportuna Philippo
byems aderat: quæ & reſipiſcẽdi illi facultatẽ ſpemq; ſalutis præbuit:
& uenetis uictoriar̃ curſum ſuppreſſit. Itaque relicto ad Caſſanũ pon
temque præſidio Gentile leoniſſano cum duobus equitum millibus
magnoq; etiam peditum numero ut inde per byemem mediolanẽſem
infeſtaret agrum: Dux ipſe Michael Carauagium bybernatũ conceſſit:
reliquas copias q̃proxime potuit: per circumpoſita oppida diſtribuit:
ut ubi opus eſſet: & conuenire facile: & caſib? occurrere poſſent. Philip
pus tot uno tempore calamitatibus preſſus: iminentiſſimiq; periculi
magnitudine prope obrutus et de quor̃dam præterea ex ducibus ſuis
fide parum fidens ubi uidet ſuis opibus potẽtiſſimis totque uictoriis
inſolẽtiſſimis hoſtibus baudquaquã diutius reſiſtere poſſe: ad alienã
opem ſibi confugiendũ iudicat. Itaque non tam Italicos quam peregri
nos principes q̃bus uel fodere uel neceſſitudine iunctus eſſet: litteris
nunciis orando obteſtando auxilia implorat. Ad Alphonſum primum
legati mittunt̃: qui ab eo tum fœderis iure: tum maxime beneficior̃
magnitudine auxilium petant: edoceantq; quanto in diſcrimine eius
fortunæ uerſentur. commune eſſe principibus Italicis omnibus pericu
lum: ui atque armis comprimẽdos eſſe uenetos: quos nec dubium:
deuictis finitimis ab cæteris ſubiugãdis Italiæ principibus populiſq;
pro innata eis quadam late dominãdi libidine nunquã temperaturos.
atque eo quo nunc ipſe ardeat incendio: uniuerſam Italiã breui confla
graturam. Proin iuberet: ut ſuæ copiæ quæ in piceno flaminiaq; ſub
Remundi boili ductu aduerſus Franciſcum Sphortiam bellum gere
bant: in longobardiá quãcelerrime proficiſcerent̃ periclitantibus rebus
ſuis auxilium laturæ: utque ipſe ualido cum exercitu ex ſui regni fini
bus diſcedens ætbruriam peteret: florentiniſq; bellum inferret: uel ſi
ita ſatius ſibi uideretur: prætermiſſis florentinis copias per ſuperiores
brutios picenteſq; & flaminiã in longobardiã mitteret: ut iis auctus
uiribus non modo uenetor̃ conatibus reſiſteret: ſed etiam ſuis eos
finibus arcere poſſet. Quib? cognitis rebus Alphonſus fœderis & beni
uolentiæ ui & meritor̃ magnitudine permotus & quod nimiam uene
torum potentiã magnopere uerebat̃: iuſtis philippi poſtulatis cumula
tiſſime ſatiſfecit: Nam & Remundum cum maiore copiar̃ parte quas
ſecum habebat: in ciſalpinam Galliam ſtatim contendere iuſſit: qui eo
ſibi adiuncto equitatu qui ſub foroiuliano meruerat & Cæſare marti
nengo ex ariminẽſibus mouit: & per ferrarienſiũ fines in bæmyliam
deinde in Inſubres ad Philippum peruenit. Cæſar ſecu ndam uenetor̃

fortunam ſecutus ex itinere ad eos deflexit. Alphonſus quo omni ex parte Philippo in tam aduerſo caſu ſubueniret capuã: deinde Caietam poſtea Tibur profectus & parare magnum exercitum & cogere cœpit: eo animo ut ineunte uere florentinos inuaderet. Mittitur ad Karolum francoꝝ regem Thomas bononienſis opem imploratur?: qui ut regis animum magis ſibi conciliaret: faciliuſq; quod petiturus eſſet: impetraret: urbem haſtam quã longo iam tempore poſſederat: regi ſe reſtituturum polliceretur. Franciſcũ Sphortiam inſuper crebris litteris ac nunciis hortatur plurimum: & rogat: ne ſocerum ætate iam grauem oculis captum & bello quam piculoſiſſimo preſſum gener deſereret. relinqueret tandem uenetos: bellumq; picenum: & longobardiæ principatus ſibi liberiſq; ſuis deſtinati rationem haberet. Ad ea Franciſcus ſe aduerſam eius fortunam pergrauiter ferre reſpondit: eoq; grauius quod ex fœdere quo uenetis florentiniſq; obſtrictus eſſet: præſtare illi auxilia non liceret præſentis conſilii eſſe ut urbes arces atque oppida quæ ſuæ dicionis primaria eſſent: & magni momẽti uiderent̃: impoſitis præſidiis in fide continere ſtuderet. Nam auxilia ſibi nõ defutura. Se quoq; quoad liceret: eius rebus affuturꝝ. Cũ bis reſponſis a genero ad ſocerum nuncii reuertebant̃. Sed multiplices Franciſcũ curæ uarias in partes trahebant: hinc præcipue fides uenetis florẽtiniſq; data: hinc diſcrimina: in quibus ſoceri fortunæ uerſarentur. Nam uti primum Caſalenſis prælii nunciũ læto ac iucundo acceperat animo: qđ Cremonam pontremulũq; periculo liberaſſet: qđ perditas pene res ſuas reſtituiſſet: quodque tam graues iniurias quas iam quinquenniũ a ſocero pertuliſſet: ea uictoria ultus eſſet: ſic contra ubi ſummæ Philippi reꝝ timere cœpit: & ſupremo in diſcrimine poſitam cognouit: uæbem ẽter indoluit. ſuccurriſſetq; ſtatim ruenti imperio: ni datæ uenetis florenti niſque fidei pudor eum deterruiſſet: ac nominis decoriſq; ratio præualuiſſet. Itaq; ſuppreſſo dolore: nequid ſuſpicionis Leonardi ueneti legati animum offenderet: Sigiſmundi dicionem premere per eam byemem infeſtius uolebat: neque ab cœpta Gradariæ obſidione niſi in poteſtatem redacta diſcedendum putabat. Oppugnabat̃ igitur ſummo ſtudio Gradaria: nec ulla res magis obſeſſos iuuabat quam importunæ byemis acerbitas & pabuli inopia: qđ exbauſta ſuperiore æſtate bello prouincia alere exercitum non ualebat. Piſauro enim atq; urbino & longinqoribus oppidis importatis commeatibus utebatur. remotiſq; pabulatiõibus: magno labore equi ſimul & milites conficiebantur. cum per bymbres niues atque lutum cibaria in caſtra comportarentur. Sed ea incommoda & ducis prudentia leuabat: & militum patientia tolerabat. Verum pecuniæ egeſtas omnia magis atq; magis pturbabat. quod miles emerito longi temporis ſtipendio defraudatus inter tot difficultates tam duram militiam nequaquam æquo animo

ferre poterat: & ſulfurei quoq; pulueris inopia fere quottidie aderat: ſine quo Gradariæ muri frequéteſq; turres concuti tormẽtis minime poterant: quo fiebat: ut concluſis animus creſceret: & obſidentibus audacia ſpeſque minueret. Quare obſidio magis quam oppugnatio uidebatur. Interim Franciſcus uenetos florẽtinoſq; litteris ac nunciis ut emeritæ pecuniæ perſoluerent: depoſcere non ceſſabat: quo & alere & cõtinere exercitum in caſtris poſſet. At illi ex compoſito nuncios ex die in diem deducebant. Florentini. n. poſt profligatas Philippi copias poſito metu: Frãciſci cauſam negligere. Et ueneti gallico bello intenti res picenas prætermittere uidebant: Franciſciq; rebus non modo non fauebãt: ſed uires illi quoad poſſent: & auctoritatẽ minuere ſtudebãt: uelut qui fore uerebantur: Franciſcus aliquando ſocero opem laturus eſſet. Admiſſi ſæpe in ſenatum eius legati pecunias pulueremq; expugnandæ Gradariæ cauſa petentes: nihil inde præter quã inania uerba reportabant: & nunc ærarii inopiam ſenatores cõmemorabant: nunc pecuniam pulueremq; in eorum exercitum mitti oportere dicebant: Interdum etiam ſuos belli duces ſuoſq; milites magnis laudib? effere bant: quod tam breui temporis ſpatio tot uictorias conſecuti eſſent. Sphortianũ uero nomen deprimere: & ſæpe Franciſcũ ipſum ignauiæ accuſare: quod tantæ auctoritatis dux cum ueterano exercitu ad unius caſtelli oppugnationẽ ſedendo cõſeneſceret. Ita cunctando & ſpe uana in diem ducendo: Franciſci famam minuere opeſque conſumere cona bantur. Dum hæc ita geruntur: eccleſiaſticæ & regiæ copiæ quæ ut diximus: in ariminẽſi agro deſederant: nunciata Philippi clade ueluti inſtaurato ab hoſte & ab aduerſariis prope intermiſſo piceno bello in ſuas quiſq; prouincias diſcedere cœperũt. primuſq; omniũ ut oſtendi mus: Remundus boilus cum iis quas diximus: copiis in longobardiã contendit. Deinde Robertus bodienſis philippianas partes aſpernat? in patrias ſedes reuertit. Pontificiæ aũt & regiæ copiæ quas Remun dus in Ariminẽſi reliquerat: impetrata a Frãciſco fide publica: partim in agrum picenum atque umbriã partim in brutios & appulos regre diuntur: quod cæteris prædluſis itineribus unum relinquebat: ut per piſaurenſes data a Franciſco facultate illis in byberna redire liceret. Ipſe uero patriarcha per flaminiã atque æthruriã magnis difficilibuſq; confectis itineribus Romam rediit. Et Malateſtæ reguli in ſua quiſq; dicione remanſerũt. Cæterum Frãciſcus cum byemis aſperitate & rei ferme omnium inopia durius premeretur: nec conſequendi a uenetis florẽtiniſq; ſtipendii ſpes ulla relicta uideretur: longam tandem & per difficilem Gradariæ obſidionẽ ſoluit: quam dies circiter quadraginta oppugnauerat. Sed pulueris ſulfurei potiſſimũ difficultate expugnare non licuit: & ita deductis piſaurum bombardis ipſe cum exercitu ad Iſaꝛ non pcul ipſa urbe ſex paſſuũ millib? conceſſit. Inde Guidantoniũ

faentiã data a malateſtis per ſuos fines tranſeũdi facultate & Simonetum Gregoriumq; anglarẽſem per urbinates in æthruriã byberna tum remiſit. Ipſe nullo ſuoꝝ ut ſuperioribus annis facere cõſueuerat: in æthruriam byematũ miſſo omnes per piſaurenſes atque urbinates diſtribuit: qui ſuperfuerũt: factis per Cãpeſtria loca nõ procul piſauro tugurijs ſtatiua habere iuſſit ibi byemis reliquum cõſumpturos. Ipſe poſt Idus Decẽbres accerſita ex urbino Blanca uxore cum natis paruulis piſauꝝ byematũ rediit. Nec interea apud uenetos florentinoſque inſiare deſinebat: ut pecuniæ ad ſuſtentandũ mil item mitterent. Qđ cum ſæpius feciſſet: & nequicquam profeciſſet: grauiter indignatus hæc Coſmo medici cuiꝰ omni tempore familiaritate & cõſilio magnis præſertim in rebus unice utebatur: enũcianda putauit: ſibi conſumpto iam omni argento & ſupellectile nihil amplius ſupereſſe: unde alere poſſet exercitum: in quo maxime & Spbortianũ nomen & ſua auctoritas omnis & ipſa etiam non tam ſua quam ſuorum omniũ ſalus ſita eſſet: quod ueneti ac florentini totiens requiſiti emeritum militiæ ſtipendium non dependerint. eorum magna culpa & fidem ſibi uiolatam eſſe & ſe quibus eſſet obſtrictus fœderibus: iure liberum. Quibus de cauſis quid ſibi boc tempore agendum quidue conſilii capiendũ eſſet ab eo petere: ut pro mutua & antiqua amicicia. Ad hæc: Coſmus explicare quid in animo haberet aperte non auſus: ſententiãq; ſuam ambiguis uerbis inuoluens: ita per Nicodemũ pontremulenſẽ referri iubet ſi omnino nutriendi militis facultas deeſſet: piſaurenſem ciuitatem militibus diripiendã daret. Nullius liberi populi amicicias reſpiciat: neue ab iis auxilium ſperet: qui ſuo ingenio militaris diſciplinæ uiros ſemper odere. Ipſe ſibi rebuſq; ſuis conſulat prudentem & callidum ducem ſua tempori accõmodare conſilia oportere. Hoc Coſmi reſponſum eo ſpectare uidebatur: ut Franciſcus poſthabita uenetoꝝ amicicia Philippi uoluntatẽ ſibi conciliaret. tuendumq; illius imperium ſuſciperet ſibi præſertim poſteriſq; ſuis hæreditario iure debitum. Apparebatque Coſmum non tam Franciſci cauſa ad hæc moueri: quam quod uidere uidebatur uenetos deuicta ciſalpina Gallia rerum facile potituros. Et ob id neceſſariũ fore: ut uenetoꝝ uiribus talis opponeret exercitus: quali Philippus eo tempore maxime indigebat. Franciſcus ad cætera dubius diripiendi piſauri tam iniquũ tamque crudele conſilium non modo reſpuit: ſed ingenium ſæuiciãq; uiri maxime deteſtatus: execrabilem illius ſententiam uir miti ingenio in ſummã erga piſaurenſes pietatem uertit. Ex Cremonẽſi enim agro magnã adeo frumẽti uim Pado flumine in ſinum badriaticũ atque inde piſaurum conuebi nauibus iuſſit: ut non ſolum exercitui ex inopia copiam fecerit: ſed diſtributo inſuper publice tritico & piſaurẽſem populum magna ſibi beniuolentia deuinxerit: & tantæ munificentiæ fama ad poſteros

ptranſierit.Nec Philippus interim lenire generi animum : & in ſuas partes trahere orando:monendo:pollicendo deſiſtebat : clam ſæpius nuncii interdū etiam ſimulata uiſendæ filiæ cauſa palam mittebant. Summa legationū hæc erat . Arbitrari ſe diuino conſilio factum : ut quem tot annos per omnem fere Italiam armis inſecutus eſſet : eius nunc ipſius opem imploraret.fateri ſe in animo fixiſſe nō prius arma poſituꝝ : quā aut ſponte aut ui coactus dimiſſa aduerſarioꝝ amicicia ad ſe rediſſet . Qua in re & ſe deum optimum grauiter iratum illum uero adiutorem propitiūq; habuiſſe.Sed nunc oportere eum præterita errata quæ magis repræbendi quam corrigi poſſunt:ex animo delere: labanti imperio ſoceroque ætate graui imbecillitate & curis q̄maxime impedito ſuccurrere. Poſtremo rediret ad ſeſe:quem generum filiūq; pater ſuſcepturus eſſet:cui fortunas ſuas omnes uitam deniq; ipſam cōmittendam decreuiſſet:modo uenetoꝝ partes deſereret.Si florētini populi & Coſmi medicis amicicíam retinere uoluerit : id nequaquam moleſtum ſibi futurum:agro piceno tandem excederet:pacatamq; pro uinciam pontifici eccleſiæq; Romanæ cui?eſſet:dimitteret.Si bellum in longobardia feliciter geſſerit:ubique Franciſcū uictorem fore.Præterea brixiam & quicquid ſuæ dicionis ueneti occupaſſent:cumprimū reciperent:ei ſe conceſſuꝝ pollicebatur.Nec minoribus interea ueneti pollicitationib? Franciſci animum ſibi reconciliare contendebāt.nam quo magis commeātib?ſæpius ultro citroq; nunciis augebat ſuſpicio: ne ab eorum amicicia diſcederet : eo maioribus ſe illum muneribus ornaturos pollicebant. Poſtremo Paſqualē maripetꝝ quo familiariſſime utebatur:ad eum legatum mittūt:qui magnis propoſitis præmiis illum in fide & amicicia cōfirmare ſtuderet.Eius uiri hæc fuit oratio: ut in piceno cum exercitu perſeueraret.Si Rex Alphonſus per eam pro uinciam aut æthruriam Philippo auxilia mitteret:obuiam iret:tranſituque prohiberet:uenetos ſi Mediolano potiantur:eam urbem Franciſco confeſtim tradituros.Ad ea Franciſcus pergrauiter primū queſtus de iis:quæ præter ius faſque aduerſum ſeſe ueneti egiſſent:ita reſpondit.Se quicqd ſcriptis legibus uenetis obſtringebat :libenter factuꝝ. Hoc reſponſo legatus remittitur anxius is quidem & nequaq̄ dubius Franciſcum quod uulgabatur:in Philippi partes tranſituꝝ:dum hæc geruntur:oblata eſt ſpes uenetis Cremonæ per proditionē potiundæ . Erat enim Gerardus Dandulus Cremonæ ut prædiximus:pro uenetis legatus. Is dum claſſem in pado parat:qua in parmenſes placētinoſq; primo uere traduci poſſet exercitus:ut erat uir callido uafroq; ingenio cum non nullis Guelphæ factionis ciuibus de prodenda uenetis urbe conſilium init:ſtatutoq; inter ſeſe ad rem patrandā loco atq; tempore: ſimulata in brixienſes abeundi cauſa in trāſadduanos:ad Michaelem ducem proficiſcit : conſtitutæq; proditionis ordinem aperit . Qua re

audita: Michael collectis iis omnibus quæ circum bybernabāt: copiis instructo agmine in Cremonēſes ire contendit: & die inſequēti prima luce non procul Cremona conſtitit. Dein cum Dandulo & expedito milite ad deſtinatam omnium ſanctoꝝ portam propius accedit: nihil diffidens quin ſibi aut panderetur porta: ut erat ante conſtitutū: aut tumultus aliquis intus a coniuratis excitaret. At in urbe ad primum uenetoꝝ aduentū Foſcbinus attendul? eius urbis præfectus & Salernitanus ſumptis continuo armis ubi maius imminere periculū putant in re tam ſubita atq; inſperata: eo celeriter occurrunt: ac diſpoſitis per mœnia turreſq; cuſtodibus portas præſidiis firmant ad omnia demū prouidenda intenti: infirmis impuriſque ciuium animis audendi & capiendæ prodendæq; portæ facultatem eripuerunt. Ita conſpiratorib? patrandi facinoris animus defuit. Et Michael Gerarduſq; cum ad multum iam diem obequitando pro porta ac urbis foſſa in acie ſtetiſſent: & quieta intus omnia intelligerēt: proditam coniurationē rati irrito cœpto in trāſadduanos unde diſceſſerant: reuertunt. Qua de re Franciſcus ut erat geſta: celeri nuncio certior factus eſt.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER NONVS.

Vm multæ uno eodēq; tempore intercederēt cauſæ quæ Franciſcū Sphortiam legitimo iure ab uenetoꝝ amicicia diſcedere compellerēt: illa omniū maxima fuit: quod ubi ſummo eos ſtudio ſummiſq; uiribus id conari animaduertit: ut nō ſolum regno Philippū ſpoliarent: ſed Cremonam etiam præcipuam Blancæ uxoris ſuæ dotem eorum fidei creditam quacunque arte occuparent: non expectandū ſibi amplius putauit: ut cōſumptis Philippi fortunis & ſuo periculo occurreret: & illius ſaluti ꝓſpiceret. Sperabat enim uti ſæpe demonſtratū eſt: cum maribus careret Philippus liberis: cuius eſſet gener & adoptione filius: eius imperiū ſeu iure ſucceſſionis ſeu armis aliquando ſibi uendicare poſſe. Itaque ad ſoceꝝ ſcribit: ut bono ac forti animo ſit: ſimulq; pollicitus eſt omiſſis non tam ueteribus quā recentibus iniuriis: quicqd in ſe opis eſſet: præſtituꝝ: & quocunq; uellet: ei auxilio iturum. At Philippus magnis anxius curis magnoq; timore cōcuſſus ꝓſpecta tam opportuno tempore optima erga ſe Fráciſci uoluntate maximo & incredibili pene gaudio afficitur: oblatumq; generi officium quem ſemper poſt compoſitam inter Italicos potentatus Cremonæ pacem mirum in modum odiſſet: ita accepit: ut omnē ſalutis ſuæ ſpē in eo collocarit: metuq; ingenti liberatus haud ampli?

de rebus ſuis dubitare uideretur. Poſtremo multis ut prædixim⁹: ultro citroque miſſis nunciis Philippus ad Franciſcū mittit Petrum poſterlam bis cum mandatis ut omnibus eius poſtulatis ſatiſfaceret: ſibiq; uirum fœdere iungeret: & illius in longobardiā aduentum ad tanti ſuſcipiendi belli negotia curaret. Franciſcus &ſi quicquid Philippus in præſentia pollicebatur non ex libera ſui animi uoluntate ſed ex periculi metu proficiſci facile intelligebat: duo tantū poſtulauit: unum ut tantum ſibi ſtipendii quotannis penderetur: quantum ad ornādum alendumq; exercitum neceſſariū foret: qđ erat ad quattuor & ducenta aureum nummū millia: cū totidem ueneti florentiniq; ſimul multos annos ſibi ſtipendio dediſſent. Alterum ut ſibi pro ſua auctoritate ac dignitate in omnem Philippi dicionem prouidendi poteſtas: & copias in omnes ſupremi ducis nomen imperiumq; tribueretur. Fœdere icto diſtributa uere primo in milites pecunia quam partim e mediolano delatam partim ab Alphonſo rege Philippi cauſa ab ſuis Romæ acceptam habuerat: dat impigre operam: ut omnes q̄celerrime equos & arma parent: & cæteris rebus futuro bello opportunis affatim ſe ornēt eo conſilio: ut cum primū pabuli copia ſuppeteret: inſtructo exercitu in longobardiā proficiſceret. Verum non nullorum maliuolo⁹ inuidia longe ei aliter quam putarat: euenit. Erant Mediolani quāplures: qui ardenti quodam ſtudio bracianæ factioni fauebant. Horum principes Nicolaus guerrerius parmenſis Antoni⁹ piſaurenſis & Iacobus Immolenſis uerſuto & callido ingenio uiri: qui & gratia ea tempeſtate & in adminiſtrāda pecunia auctoritate apud Philippum plurimū poterant. Hi Franciſcū Sphortiam braciano nomini infeſtum cum uiribus gubernandiq; imperii poteſtate uenientem inuiti audiebant: quod non mediocriter uererent: ut illo poſtea remp. adminiſtrante auctoritate honoribuſq; paulatim dimminuti emolumentis etiam priuarentur. Franciſcus & Iacobus picinini præterea fratres uel longobardia cedere cogerentur: uel breui tempore ad inopiam redacti ludibrio haberent. Hæc ſæpius animo uolutantibus improbam uenit in mentem: quēad modum Franciſcum Philippo ſuſpectum redderent: ab illius gratia ſegregarent: aduentum morarent: & longe ab longobardia arcerent. Hos igitur commenti dolos Philippo enunciandū curant Franciſcum Sphortiam uti ipſe ſuperioribus annis plane cognouiſſet magno ac excelſo eſſe animo: urbium prouinciar⁹ ac nō exiguar⁹ rerum principatum appetere: maxima dominandi libidine flagrare: in longobardiæ imperium iam animum mentemq; uertiſſe: non ut exercitus ducem ſed eius imperii dominū nimium ſuperbe uenturum. Iamque Petro poſterlæ ag⁹ promiſiſſe quem in laudenſibus Immolenſis poſſideat: dono datu⁹: quod Caſale poſterlingo⁹ de puſterlæ gentis nomine appellat. Hæc & huiuſmodi frequētibus etiā litteris affirmare ſtudent:

quas partim piſauri: ubi tum Franciſc⁹ erat: partim in aliis Italiæ urbi bus ab fidis amicis quibus Frāciſci ipſius conſilia uariis nota artibus eſſent: conſcriptas ſimulabāt. Philippus qui multis de cauſis omnia etiam tuta timebat: ea re facile perſuaſus primum mandat: ne ullæ ad Franciſcū poſthac pecuniæ dentur. Deinde ad eum nuncios mittit: propter ærarii inopiam ne miraretur: ſi pecuniæ minus ſuo uſui ſuppe ditarentur: ſua uteretur frugalitate & uirtute hoc tempore opus eſſe. Cæteꝝ ut omnibus copiis per flaminiā ferrarienſiūq; fines iter faciens Padum traiiceret: & nunc in patauinum & nunc in ueronēſem agrum irrumperet uenetoſq; ab ea parte pturbaret: facile factu eſſe: ut conſpi rantibus non nullis ſecum ciuibus ſaltem ex duabus urbibus altera potiretur. Hæc ubi Franciſcus accepit: non potuit grauiter non cōmo ueri: ac eiuſmodi principis mandata ab omni prorſus gerendi belli ratione aliena non admirari: quod niſi maioribus augeretur copiis: & Leonellus æſtenſis ferrarienſiū princeps ſecum ſentiret: belliq; fieret ſocius: nō uidebat: quēadmodū ab ea parte uenetis arma inferre poſſet Verum quod facile opinatus eſt: id eſſe in cauſa comperiebat: obtrecta torum arte Philippum nolle in ſuam dicionē ſe cum copiis proficiſci: ueritum: nequid inſidiarum in ſeſe tenderet: fitq; ſub eoſdem quoq; dies Franciſcus a Nicolaomaceo guarna ſalernitano & Vincētio Ami dano Cremonēſi ſuis apud Philippum legatis frequētibus litteris cer tior: reſiduum pecuniaꝝ quod tum ſoluendū erat: haberi minus poſſe: uerbis diſtineri: aditus ad principem ſibi difficiliores eſſe: nuncios ad eum ipſis inſciis miſſos: opera maliuoloꝝ quorundam hæc agi: Qui confictis dolis eum perfidiæ Philippo inſimulaſſēt: Quibus de rebus Petrum poſterlam ad Philippum remittendū conſtituit: qui cum oīa noſſet: omnia uidiſſet: apud eum ſuam innocentiā multis affectam calumniis purgaret: ueritati teſtimoniū perbiberet: diceretque dein quæ ad gerendum bellum & ad conſequendā de hoſtibus uictoriam expedire uidebant. Petrus Franciſci dicto obtēperat: ac magis diurnis nocturniſq; confectis itineribus quarto die Mediolanū peruenit. Cum que ducis præſentiam adire mittentis mandata relaturus quæreret: Philippus & aduentu eius & rebus ante falſo delatis ſubiratus: eo in audito: iuſſit ferrariam cum nouis mandatis q̄primum ſe conferret: ibique eſſet: donec quid ab eo amplius fieri uellet: ſibi iniungeretur: cuius imperio ita paruit: ut ne ad Franciſcum quidem de his quæ acci derant: quicquam ſcribere auſus ſit: Quibus ex rebus & Franciſci ad Philippum profectio multos in menſes protracta eſt: & ueneti magis atq; magis indoleſcere: Philippi res in dies labi deterioreſq; eſſe cœpe runt: atque omnium tandem longobardiæ prouinciæ malorum initia prouenere. Nam interim ueneti primo uere ingenti coacto exercitu Cremonēſem primo agꝝ aperto bello inuadunt: eoque paucis diebus

haud multo negotio in poteſtatem redacto per tranſadduanos deinde profecti rurſus adduam eo ponte quem ad Caſſianū ut prædiximus ædificarant: Michaele duce exercitum traducunt: multis ac magnis totam Marteſanæ oram Mediolanū uſque incurſionib⁹ prædis atque incendiis deuaſtāt. Nec amplius tribus ab urbe paſſuum millibus ad lambratum uicum caſtra ponunt. Inde collatis ſignis ad orientalem portam progreſſi omnia timore complent. Leuia interdiu pro porta prælia committunt. Imperauerat enim Philippus non nullo⁹ ciuium quos cum hoſtibus ſentire ꝑſenſerat: inſidias ueritus & ſuorum belli ducum uirtuti parum fidens: quos poſt Caſalenſem pugnam hoſtem propemodū formidare cognouerat: non minus populum in certamen erumpere uolentē q̄ milites præter paucos urbe ſuburbiiſq; contineri: & portas ſingulas neceſſariis ſuis fidoque milite cuſtodiri. Cauſa aūt Mediolanū propius accedendi fuit. Quod ueneti ciuium quorundam Mediolanēſium ut ferunt: opera: qui uti Philippū ſuſpicari diximus: ſecum ſentiebant: urbe aut per proditionē exorto tumultu aut per deditionem potiri poſſe: aut ſi id minus fieret: ab Philippi eam tamen imperio ſpe uendicandæ ſibi libertatis defecturā ſperabant. Sed cum ad lambratum hoſtes triduum caſtra habuiſſent: nec quicquam in ea re cuius potiſſimū cauſa eo uenerant: proficere uidiſſent: inopia etiam cybario⁹ coacti adduam uerſus remigrare conſtituūt. Itaque ſigna in briantinos diuertunt. Brippiēſium arcem primum ad ipſam fluminis ripam ædificatam tormentis ſubactam: barrumq; montem & uniuerſam briantino⁹ regionem ꝑmittentibus ſeſe incolis occupant: pontē deinde apud leucum oppidum turre inſigni conſtructum bombarda⁹ ui obtinēt. Quibus rebus geſtis tantus omnium mentes terror occupauit: ut dedentibus ſeſe paſſim municipibus: quicquid agri montanæ regionis ab flumine addua uſque Comum intercedit: cum utroq; larii lacus littore in uenето⁹ poteſtatem breui deueniret. Et quoniam niſi ſubacto leuco propter loci opportunitatē pa⁹ ſeu nihil proficere poſſe arbitrabant̄: magno oppidum apparatu adoriunt̄: Sed cum nulla obſidendi qua ad larium ꝑtinet: facultas ſuppeteret: terreſtri modo exercitu circūſedere oppidum. Quod cum per dies ſupra quadraginta omni bellica machinatione oppugnaſſent: multis certaminibus expugnare adnixi ſunt̄. At egregia quadam oppidano⁹ in Philippū fide & ſingulari non minus militum quam præfecto⁹ uirtute: & qui obſidionis initio eo miſſi præſidio fuerant: & qui prioribus labore & uulneribꝰ confectis poſtea naui adiutoribꝰ comenſibus integri uiribus ſubmiſſi ſunt: ita defenſum eſt oppidum: ut non ſolum ab obſidentiū impetu ſeruatū: ſed magna etiam ſtrage hoſtes pugnādo affectos eſſe conſtet: & graue inſuper detrimētum exercitum omnē accepiſſe: & adeo graue ut neceſſe tandē ducibus fuerit: deſerta oppugnatiōe relictaq; regione

ea in tranſadduanū Cremonēſemq; agrum ad reficiendum tot incommodis attritum exercitum deſcendere. Quod quanto afflictis Philippi rebus in tanto belli furore adiumēto fuerit: nō facile explicari poſſet. Dum hæc ab uenetis gerunt̃: Philippi copiæ partim oppidis atq; urbibus quæ in frontibus erant: ſeſe continebant: partim trans padum in hybernis agebant. Quod &ſi non multo boſtibus numero & militaribus ornamentis inferiores erant: & ab ducibus magnum belli uſum habentib? ducebant̃: tamen memores Ceſalenſis prælii neque in aciem aduerſus boſtes exire: neque unum in locum conuenire omnes audebant: neq; ſi auderent: Philippi iuſſu cum imperatore carerent: eis licebat. Philippus poſteaq̃ nullum ſuæ ſaluti ſanius præſtari poſſe conſilium uidet quam Franciſci præſentiā: conſtituit tandem ad ſe illum accerſere: miſitq; Piſaurum Scaramuciā balbum legatum: qui eius e picentibus diſceſſum omnibus prætermiſſis rebus curaret: utrumque cum exercitu quam celerius fieri poſſit: in longobardiā perduceret. Cæterum multis exhauſto ſumptib? eius ærario ſcribit ad Alphonſum regem pacis bellique ſocium: qui ſuperiore anno ut ſupra oſtendim?: ferendi auxilii cauſa Tibur uenerat: exercitumq; in florentinos uenetorum ſocios parabat: ut ea rurſus Franciſcū pecunia iuuaret: qua ex hybernis copias educere & ad eum mature contendere poſſet: Alphonſus & Nicolaus Roman? pontifex qui eo anno in pontificatu Eugenio ſucceſſerat: nihil magis cupientes: quam Franciſcū piceno excedere: longeq; eorum finibus amoueri occaſionem nacti ita Philippi legatis apud ſe rem eandem ꝓcurantibus ſæpius reſpondēt. Si pecunia Philippus Franciſci cauſa iuuandus erat: oportere Franciſcum ipſum prius aurum quā dependatur: urbem hæſium quæ ex omni piceno proximo bello ſibi reliqua erat: romano pontifici tradere. At Franciſcus &ſi multis de cauſis urbem ſibi fideliſſimam tot bellorum labores perpeſſam pecunia in alieni imperii poteſtatē ab ſe tranſferri inuitus patiebatur: tamen & aſſiduis Philippi precibus uictus: & perituri eius imperii periculo cui occurrere decreuerat: ꝓmotus: eam pōtifici quinq; & triginta aureum nummum millibus ab rege perſolutis inuitis etiam ciuibus tradi iuſſit. Accepta pecunia ac in milites diſperſa ad Iſaurum copias conuenire imperat. Galeacium interim primogenitū ſuum & hippolytam filiam admodum impuberes Corrado foliano germano ſuo cum armata equitum coborte comitante Cremonā præmittit ea potiſſimū cauſa: qđ ſperabant illis Parma urbe tranſeuntib? fore ut ſi nō ambos ſaltem alterum auus ex unica filia natum uiſendi amplectēdiq; illius deſyderio ad ſe ꝓducendum iuberet. Sed quanuis de illorum aduentu multis ante diebus factus eſſet certior: tamen quia ob eas quas prædiximus: cauſas non bono in parentes erat animo: ne ullum quidem in eos paterni amoris oſtendit ſignum. Sed tanq̃ ignotos remotiſſimiſq;

regionibus profectos fines ſuos prætergredi permiſit. Sub idem tem
pus Philippus ipſe ingentib⁹ confectus curis in grauem incidit febrem
corporiſq; profluuiũ: cuius quidé ualitudo cum paucis quibus ad eum
patebát aditus: nota eſſet: ita cæteris fuit incognita: ut prius de ipſius
morte quam de ægrotatione fuerit Franciſcus ab ſuis legatis certior
factus. Cæterum coacto paucos intra dies exercitu ad quintum Idus
ſextiles qui fuit annus ab incarnatione chriſtiana quadringẽteſimus
quadrageſimus & ſeptimus ſupra mille: piſauro cum Blanca coniuge
alexádro germano fratre præſidio ibi relicto moues die quarto Cotho
niolam peruenit: ubi cũ biduo quietis militibus dandæ cauſa fuiſſet:
decimo octauo kalendas ſeptembres qui erat dies feſtus: quo annua
beatæ Mariæ uirginis aſſumptio celebratur: Leonelli æſtenſis nunci⁹
refert ſecreto ei Philippum diem ſuum odiſſe. Quo inſperato nuncio
accepto: tanta eſt animi ægritudine affectus: ut quo ſe uerteret primo
auditu incertus eſſet: Plures enim uno ac eodem tempore difficultates
occurrebant: quæ nõ mediocriter eius animum & ꝑturbabant & ange
bant in primis pecuniæ inopia: ſine qua in gerendis bellis nihil fieri
poteſt. Cernebat exercitum: cum iam impartitæ ad ornandum eum
haud ſatis pecuniæ feciſſent omnium pene militariũ rerum egentem:
uidebat præterea ſe illum diutius alere non poſſe: & ab quo tam neceſ
ſario tempore ſubleuari & ad quẽ potiſſimũ confugere poſſet: habere
neminẽ. Cogitabat id: quod euenit mortuo Philippo: futurum ut tam
antiquum tamque opulentum uicecomitũ imperium nullo admini
ſtrante plures in partes diſtraberet: funditusq; euerteretur: eiuſq; rei
Mediolanẽſes imperii caput præcipue initium fore: quos excuſſo ſerui
tutis iugo: in libertatẽ ſeſe uendicaturos exiſtimabat: Idemq; reliquas
longobardiæ ciuitates quæ Philippo paruerant: facturas non dubita
bat. Sciebat uenetos quos Philippi eiuſdẽ partem ſecutus deſeruiſſet:
infenſo ſibi eſſe animo: cumq; potentiſſimo exercitu nullis repugnáti
bus in foribus eſſent: totius longobardiæ imperio breui potituros me
tuebat. De florentinis &ſi in republica eoꝝ propter ueterem ſingulare
que inter eos amicitiã ſummam habebat fidem: tamen quod uenetis
ob Philippi metum ſocietatis fœdere multis ante annis iuncti eſſent:
nihil eo tempore quod ad præſentem ſuam neceſſitatem ꝑtineret: ſibi
polliceri poterat. In Alphonſo rege ꝑpter inueteratũ eius in ſe odium
nullam ſpem ponendam. Hæc eadem inſequenti nocte animo ei uolu
tanti uiſum eſt: cœptum iam in longobardia iter ſumma celeritate
ꝑſequendum eo conſilio ut cumprimũ parmenſium fines attigiſſet:
exploratis amicoꝝ animis de potiunda urbe tentaret: quorum in ciui
tate factionem rubram ob antiq̃ eius in Sphortiam parentem ſuum
beniuolentiã & in ſe poſtea ſeruatam ſibi eo in negotio fautricem &
obſequentẽ futurã arbitrabat. Deinde perfecta aut infecta re Cremoná

proficiſci: & quibuſcunq; fortunæ caſibus ſe obiectare: & pro tempoꝝ condicione fluctuãtibus undique longobardiæ rebus ſe accõmodare. Itaque mane ſummo cum lachrymãte uxore Blanca caſtra mouet: & per Bononienſem mutinenſem & regienſem agrum quarto die trinis caſtris in parmenſes peruenit: & ad lentiæ fluminis pontem non procul ab urbe Parma caſtra ponit: mittit Mediolanũ confeſtim Benedictum reguardatũ Nurſinum uirum & medicinæ ſcientia pollentem & reꝝ uſu præſtantẽ & non infacundũ: qui ex itinere placentinos laudẽſeſq; ciues: papienſes item ſi ea flecteret: & Mediolanẽſem populum ſuo de aduentu edoceat: & ſuã omnibus opem polliceat̃: dat deinde operam: parmenſiũ animos de urbe dedenda cognoſcere: Sed dum ei rei ſtudet miſſi ſunt quattuor ad eum ab nouo ciuitatis magiſtratu legati qui ſuam rempublicã ſuamq; libertatem cõmendarent: neue iniuria male ficioque ab eius exercitu urbs amica ſuique agricultores uexentur: impetrarent. præterea mortuo nuperrime Philippo eoꝝ principe libera ſua ciuitate relicta rei ſummæ gubernaculũ ciues ſumpſiſſe: ſuamq; libertatem tueri ac ſeruare & nullius deinceps poteſtati tradere communi omniũ conſenſu iureiurãdo decreuiſſe renũciarent. Ei legationi Franciſcus ita reſpondit: Quod res ſuæ ciuitatis tantopere ſibi cõmendaſſent: quaſi dubitare uiderent̃: neqd detrimenti aut a ſuis militibus parmenſiũ agris inferri pateret̃: aut ipſe in ciuitatem moliretur non oportere: Se profecto eum non eſſe qui negligere lacerare puertereue ſed ſeruare potius & augere amicoꝝ in ſe ſtudium didiciſſet. Ciues parmenſes iandiu inter primarios longobardiæ habuiſſe amicos. Proinde ut bono eſſent animo: bortatur: Nam ita ſe cum illis acturum: ut Franciſcũ amicoꝝ non eſſe immemorẽ intelligerent. Cæteꝝ unum a parmẽſibus omnino ſcire uolebat: ubi ſua modo ope ciuitatẽ ſeruare nequeant: uniuerſa ferme Italia bello flagrante: quo conſilio quoue præſidio freti uitam acturi ſint. Ad hæc legati cum nihil eius rei ab eoꝝ magiſtratu ſibi mandatũ eſſet: ignorare quid reſpondere poſſent: dixerunt: unum hoc tantum affirmare: ſuos ciues pacem & amiciciam cunctis gentibus ſeruare communi conſilio cõſtituiſſe. His reſponſis Parmam redeuntibus legatis protinus omnem exercitũ populationib? rapiniſq; iuſſit abſtinere. Cæterum & ad quietem militibus dandam: & ad præſentes inſtanteſq; longobardaꝝ rerum immutationes cognoſcendas biduo conſedendũ duxit. Itaq; tam ex litteris Mediolano per latis quam ex nunciis ab reliquis ciuitatibus quæ Philippi fuerant: uenientibus: quid poſt Soceri obitum ſit actum: exquirendo ſic accipiebat. Philippum cum dies perpetuos octo & profuſo uentris profluuio & uæbemẽtiſſimis febrib? laboraſſet: Idibus auguſtis circiter ſecundã noctis horam uniuerſa prope inſcia ciuitate naturæ cõceſſiſſe. Id factũ ne ſit conſilio eoꝝ: qui principi aderant: ob proximos boſtes an potius

dolo incertum. Incertum etiam: cum de uita dubitare uideretur: quid aut de imperio aut de cæteris rebus ſuis decreuerit. Alebantur ſane apud eum factiones duæ Sphortiana & Braciana. Braciani quidē quos principes præter eos quos ſupra memorauim⁹: aderant Franciſcus landrianus & Broccardus perſicus numero & auctoritate præualētes rem omnem ad Alphonſum regem tranſferri cupiebant: ſtudebantq;. At Sphortiani quorum primus Andreas byragus qđ iuris erat: ad Franciſcum Philippi generum & adoptione filium: oriebant̃q; quottidie uel eo adhuc uiuo quædam ueluti cōtrouerſiæ: cum alii dicerent non eſſe Franciſcum eiuſmodi qui tantum imperiū tueri poſſet: qđ & pecuniis careret & amiciciis: ob eamque rem Alphonſum regem præferebant: qui & terra & Mari potentiſſimus Theſauris ingentibus abundaret: fuiſſetq; a Philippo duce & dilectus unice & Maximis ornat⁹ beneficiis. Alii contra Barbaꝝ eſſe Alphonſum: nihil habere cōmune cum noſtris moribus genere gotthola nū. Franciſcum uel ſola humanitate manſuetudineq; naturæ omnibus eſſe cariſſimū: eundē ſatis habere pecuniarum: cū ab uniuerſa fere Italia in primiſq; a militibus ſummo habeatur in pretio. Inter hæc princeps ille extrema ui morbi repente oppreſſus: exceſſit ex humanis: cum ne moritur⁹ quidem ita breui ſe putaret. Non defuerunt tamen: qui ob factionis ſtudium diſſæminarint in uulgus: ſtatuiſſe eum omnem ſui imperii poteſtatē ad Alphōſum regem deferendam. Non nulli quorum auctoritati magis creditur: eum ubi omni ſpe uiuendi amplius derelictum ſe uideret: hæc dixiſſe ferunt. Vellemus e uiuis nobis migrātibus cuncta euerſione ruinaq; agitari ac miſceri. Quanquā neutꝝ profecto nobis ſatis probabile uidetur. Ea quidem animoꝝ irritatione: continuo in arcem exceptus eſt Raymundus boylus: qui non multo ante ab Alphonſo rege cum auxiliaribus copiis: ut oſtendimus: eſſet ad Philippum miſſus. Qui autem Arcellæ præerant: erat enim hæc ad murum exterioré in dextero arcis angulo admodum parua: ſed ualida ac eminentior: armis uiriſq; munita: tres centuriones Ruber ualla Bonifacius belingerius ac Dominic⁹ lamina cum expedita & firma manu omnis generis peditum magnis clamoribus Alphonſi regis aragonumq; nomē inuocarūt. Id autem creditum eſt arte ac dolo eoꝝ fabricatum: qui ſibi quod eſſent braciani rebuſq; ſuis a Franciſco metuebant. Cum illuxiſſet tam inopinato & graui nuncio urbs perculſa eſt: illico tabernæ omnes occludi: trepidari undique: clamoribus omnia miſceri: quid conſilii capiundum eſſet: omnes ambigere. Raymundus qui in arcem erat admiſſus: continuo ad ſe accitu omnes militum ductores. Guidonēantoniū fauētinum Carolum Gonzagam Aloyſium uermium Guidonē taurellum & fratres Sanctoſeuerinates Aloyſii filios: qui tum forte Mediolani erant. ab his fidem accepit: fore: ut Alphonſi regis partes tutelamq; capeſſerent. Cæterum

bi ſinguli: ubi ex arce egreſſi ſunt: cogendaq; copiarum cauſam ſimu
lantes: cum iis qui libertatē amplexabant: cōuenere acceptis pecuniis.
Nam poſteaq; philippum principem Mediolanēſes intuerent amiſſum
& urbē ipſam ab hoſtibus fere circunſederi: decreuerunt ſeſe omnino
in libertatē uendicare ac nulli prorſus parere principi. Quare delectis
ex uniuerſa ciuitate uiris optimatib? quattuor & uiginti: quaternis ex
ſingulis portis: omnem & animum & conſilium a peregrino imperio
ad propriam libertatē cōuerterunt. Nec obſtiterunt tamen: quo minus
philippi corpus honorifice ſepulchro mandaret: & ſi ob tumultuātem
populū in rebus tam inopinatis ſine ulla ſolemni pompa factum eſt.
Debinc equitatū omnem ac bona quæ in monaſterio diui Ambroſii
intra urbem erant Raymundi quem in arcem exceptum audierant: uer
terunt in prædam tentatiſq; eoq; animis: qui arci præerant: ſine ulla
difficultate minimo pretio ea potiti ſunt. Quos uero Arcellæ præeſſe
diximus: ii quanquam initio ptinaciſſime repugnabant: tamen cum
arte quadam apud eos increbruiſſet: neq; Franciſcū neq; Alphonſum
ob nimium locorum interuallum auxilio eſſe poſſe: ceſſerunt tandem
Mediolanenſiū poſtulatis diſpartitiſq; inter ſeſe aureis nūmis decem
& ſeptem millibus: quos in philippi ſcriniis reperiſſent: & reliqua
philippi ducis bona & Arcellam Mediolanenſib? dediderunt continuo
que iuſſu populi uniuerſum caſtellum una cum Arcella ſolo equatum
eſt. Mira per id temporis inter ciues omnes concordia adeo ut non
minus ab unius dominatu quam a teterrima peſte abhorrerent. lega
tos ad uenetos mittere pro ſocietate & amicicia operamq; dare: ut eæ
ciuitates: quæ ſub philippo fuiſſent ſecum ſentirent: ac ſeſe ſibi domi
nos aſciſcerēt. principes autem & quaſi auctores libertatis erant Anto
nius triultius Theodorus boſſius Georgius lampugnan? Innocentius
cotta. Sed papienſes potiſſimū ab eorum poſtulatis animos auertere:
& pro uetere quadam ſiue æmulatione ſiue odio irritationeq; animoq;
omnia malle quam Mediolanēſes non modo dominos ſed ne ulla qui
dem in parte ſuperiores admittere. Reliquæ uero ciuitates & oppida
animoq; cupiditatibus in diuerſas diſtrahi ſententias. Nam cognita
philippi ducis morte: repentino quodam motu ſeſe in libertatem uen
dicant. Singulæ regendæ reipublicæ curam ſuſcipiunt. baq; nonnullæ
arces urbiculaſq; per deditionem receptas decreto publico ſeruandas:
Nonnullæ funditus demoliendas conſtituunt. Placentini ex duabus
alteram munitiorē arcem papienſes urbiculam cum arcem firmiſſimo
peditum præſidio Matthæo bononienſi præfecto qui cognomēto bolo
gninus uulgo appellabat: cuſtoditam obtineri nequirēt: dirui iubent.
Cæterum uniuerſa prope longobardiæ prouincia ſumptis illico undi
que armis in ſeditionibus diſſenſionib? & tumultibus uerſari. rebelles
extorres fugitiui patriam repetere. In bona aliis iam p fiſcū conceſſa

impune redire. Omnia rapinis clamoribꝫ cædibuſqꝫ ꝑmiſceri. Nullus neque humano neque diuino iuri locus eſſe nullus timor nullus dei metus. Comenſes Alexandrini & Nouarienſes ciues : qui antiquo & præcipuo quodam neceſſitudinis iure cum Mediolanenſibꝫ uiuere conſueuerunt : eorum ſeſe fidei commiſere . Laudenſes contrario ſtudio ducti: ad uenetos Mediolanenſiũ aduerſarios mentem conuertũt. Ob id picinini utrique e Mediolanẽſi agro ſuis copiis in eorum ſuburbia ſeſe recipere cõtendentes ingreſſu probibiti: Piſleonẽ oppidum propere confugiunt . Idem factitatum eſt per Caroli Gonzagæ Guidoniſque fauẽtini milites: qui abſentibus eorum ducibus ab laudenſibꝫ pulſi: cum neſcirent quo ſe uerterent : eodem ſe feſtino itinere receperunt. Dein Gelpba factio quæ principatũ in ciuitate obtinebat: cõiuratione de tradenda uenetis urbe inita: in eorum exercitũ qui adbuc in cremonenſibus erat : ſui: ut demonſtrauim?: reficiendi cauſa Michaelem & legatos ad capeſſendam urbem accerſitum mittit . Qua re cognita: legati nulla mora toto cum exercitu eo proficiſci maturãt: adituqꝫ per pontem in Addua ædificatũ patefacto: urbem arcemqꝫ nullo negotio recipiunt: copiaſqꝫ protin?omnes in laudenſes traducunt. boc ſucceſſu rerum baud multo poſt Sanctum columbanũ: quod eſt oppidum inter laudem & papiam medio ferme itinere poſitum & eius arcem & tum loci natura tum ingenti ædificioꝝ ſtructura munitiſſimã boc tam repentino reꝝ motu defenſoribus nudam ueneti nullo labore in poteſtatem accipiunt. Quas ob res placentini rerum nouaꝝ cupidi: & ſi antea pbilippi imperio metuque liberi uariis diſſenſionibus uexabanť: tum magis tamen atque magis ueluti in ciuitate quadripartita factione laborãte: inteſtinis diſcordiis exagitabanť. Alii de dedenda uenetis urbe perſuadere : Alii quorum ſaniora erant conſilia: cognito ex benedicti Nurſini uerbis franciſci in parmenſes aduentu: ne in tranſferendo in alienam poteſtatem ſuæ ciuitatis imperio faciles eſſent : prædicare ac ea in re dies aliquot ſupſedẽdum cenſere: quo tempore perſpecto inſubrium rerum euentu: quid expediret: liberius tutiuſqꝫ eligere poſſent: Idque ſine ullo ciuitatis periculo atque detrimẽto: dummodo omnes idem ſentiant: effici poſſe. Padum amnem aduerſus boſtes: qui in laudenſibus eſſent: firmiſſimo ſibi ꝓpugnaculo ualidoqꝫ præſidio futuꝝ demonſtrant. Sed. n. ut plærunqꝫ fit in magna præſertim ac imperita multitudine: pars maior meliorẽ uicit. Gelpbi enim ideſt ex quattuor ciuitatis factionibus tres fere ſimul iunctæ : qui mercatoꝝ & populariũ numero in ciuitate plurimũ poterant: ad uenetoꝝ exercitus ducẽ legatoſqꝫ aduerſantibꝫ fruſtra anguiſſolis biſ cum mandatis oratores mittunt : Vt primum de dedenda urbe deque cõdicionibus agerent. Deinde præſidium in urbem tranſmittendũ peterent: quo ager & qui rebelles patriæ forent : ciuitati ſuæ ſubiicerentur . Poſt ubi ab duce

legatiſque uenetoꝝ ſatis placentinoꝝ poſtulatis factum eſt: mittunt̃ ſtatim placentiam Gerardus dandulus legatus: qui ciuium regimini præeſſet: & Thaddæus æſtenſis uir & longo belli uſu & fide egregia clarus cum duobus equitum & totidem peditum millibus: qui urbi præſidio eſſet. bi cõtinuo e caſtris ad rem conficiendã profecti: padum que multis ſcaphis celeriter traducti: magno populi concurſu in urbẽ recipiunt̃: quorum aduentu Florentiolani. Arquates. pegrinates. & cæteri qui regionib? iis bracianæ dicionis erant: cõmoti de deditionis condicionibus iam inter ſeſe agere cœperunt. Fliſci præterea eodem tempore ex genuenſibus ſuperato appennini iugo magna ſatellitum manu Variſium Burgum uallíſtari & Varſium: quæ oppida in placentinoꝝ finibus ad montis radices picinini poſſidebant: per deditionem accipiunt. Vianinẽſes aduerſo finitimoꝝ ſtudio ad Franciſcum cum miſiſſent rogatum auxiliũ: ei ſeſe pmittunt. quos primos deditionis initium ad Franciſcũ poſt eius in bæmyliam aduẽtum feciſſe conſtat. Angelus tertius Nicolai picinini filius ab ruſticis circũuentus occidi tur. Mediolanẽſes interea ad Scaramuciã balbum ſcribunt: Franciſcũ adeat hortet̃: roget: ut ſicuti pro philippo bellum cum uenetis geſtu rus ueniebat: ita pro Mediolanẽſis reipublicæ ſalute aduerſus eoſdem cõmunes hoſtes belli ſummã ſuſcipiat: & quæ philippus ipſe promiſiſ ſet: eadem ſe facturos affirmet. Quibus rebus cognitis Franciſcus Cremonã ſibi maturandũ ratus quo tot creſcentibus quottidie longo bardoꝝ rerum diſcriminibus: quoad poſſet occurrens Mediolanẽſibus perſiſtendi adderet: in unum ſe locum colligendi ſecumq; iungendi poteſtatẽ faceret: biduo poſteaq̃ eo uenerat: diſcedit: & cum iter iuxta urbis mœnia inſtructis ordinibus faceret: aſpiceretq; parmẽſes portis clauſis multis per muros armatoꝝ millibus diſpoſitis urbẽ cuſtodire: nec certi adhuc quicquam habere potuiſſe memoriæ teneret: quibus legibus cum illoꝝ ciuitate Mediolanẽſibus uiuendũ eſſet: iuſſit ſigna ordineſq; conſiſtere & ſummæ rei principibus quos parmenſes Antia nos appellant: per tubicinem renunciari: niſi apertius intelligat: quem admodum in reliquum tempus parmenſes cum Mediolanẽſibus habi turi ſint: ſe loco non abituꝝ. Quo ducti metu parmenſes mittunt ad Franciſcum quattuor ciues qui dicerent decreuiſſe parmẽſem populũ Mediolanenſis populi ſocietatem ſequi eiuſq; amicos & hoſtes amico rum hoſtiumq; ſuoꝝ numero habituꝝ. Quibus probatis rebus: chiro graphoq; firmatis: Franciſcus ad Tarum fluuium progreſſus caſtra locat. Huic incognito habitu intercluſis hoſte itineribus Antonius triultius ab Mediolanẽſibus magna celeritate miſſus: rogat: pollicet̃ que eadem: quæ pridem Mediolanẽſes ad Scaramuciã ſcripſerant: affir mat legatos propediẽ e Mediolano cum publica fœderis ineundi pote ſtate affuturos. At Franciſcus &ſi magnis angebat̃ curis: quod quibus

poſt ſoceri obitum imperare ſperabat: ii ſibi imperaturi eſſent: tamen quia cædendum erat tempori: optimū maximeq; neceſſariū iudicauit: ut ita omnia metiret & ageret: ita æquo omnia dura perferret animo: ita omnes ſubiret labores: ut longobardiæ imperium: quod aliquando cum amicicia ac induſtria tum armis ſibi uendicare poſſe non deſpera bat : in uenetoꝝ non deueniret poteſtatē a quorum manu difficillime eripi poſſet. Itaque cœpto in itinere pergenti Horolandus palauicinus duos ex filiis quos maxime probabat obuiam mittit : qui aduentum cōgratulent: operam ſuam: quātacunq; ſit polliceant: in boſpitium de ducant: & quid fieri uelit intelligant: Franciſcus lætus gratias agit ac talium uiroꝝ ſtudio maiora ſperans cum omnia conſilia ſua aperuiſſet una pranſus recreatis copiis omniū rerum copia ab iiſdem large ſub uecta diſtributaque equitatus parte per eiuſdem borolandi oppida in byberna miſſis florentiolā & ad reliqua picininoꝝ oppida : quæ proxi ma erant: qui oppidanos bortati : quos : ut oſtendimus: placentinoꝝ mutatio terruerat: in fide continerēt: Cremonā cum uxore proficiſcit: & die poſtero ponte quem partim ligneis columnis partim lintribus in pado flumīe ſummo ſtudio philippi ſumptu ædificandū curauerat: exercitum in cremonēſem traiicit agrum: eique adiungit quingentos & mille circiter ex fauentinis copiis equites: qui : cum piſleonis ſibi conſiſtendi nullus eſſet locus : timore territi Cremonam uenerant ac inter duos amnes: qui e regione eius urbis inſulam quandā efficiunt: ſtationes ſibi delegerāt. Poſtridie uero eius diei aſſumptis ſecum pau cis militibus quos tantūmodo præſidii cauſa in itinere penes ſe uole bat : ne piciniis pauori eſſet: piſleonem contendit . Quo ubi uenit: exploratis rebus repperit omnes ingenti urgeri timore: & Franciſcum piciniū uariis fluctuare curis : Nam ob antiquas inimicicias ſibi a Franciſco Spbortia metuens: ſecreto de rebus ſuis cum uenetis agere cœperat: tantuſq; eum faſtus inuaſerat : uel dementia potius ut cum iis paciſceretur: Cremonā ſibi Cremamq; quo pauloante Iacobum fra trem cum parte copiarum miſerat: dari debere: eoque iam res deducta erat ut non longe abeſſet a poſtulatis. Hunc igitur Franciſc? Spbortia ita animo labantem miti oratione confirmat: ac multa de optimo ſuo erga eum animo præteritis omiſſis iniuriis pollicendo metu leuat ac liberat . Cæteroſq; item: qui cum eo erant: benegerendæ rei adborta tione ſanat: ſibique conciliat. Deinde qua ratione quoue initio bellum aduerſus boſtes pro reipublicæ Mediolanēſis cōmodo ſuſcepturi ſint: conſultant. Eodem die Franciſcus Cremonā reuerſus: inuenit legatos Aloyſium boſſium & Petrum cottam a Mediolanēſibus miſſos: quoꝝ interuentu cum mediolanenſib? ipſis res eius condicionibus iiſdem : quibus cum philippo conuenerat: compoſita eſt : una modo adiecta : quod ſi dum pro Mediolanēſib? Franciſcus bellum geret: Brixiam capi

contigerit:libere Franciſco pareat.ſi & Veronam Brixiam Mediolanēſi bus dimittat:Veronā retineat.His confectis rebus circa nonas ſeptembres per piſleonis pontem Franciſcus in laudenſes tranſit:piſleo enim nuper in Mediolanenſiū peruenerat poteſtatem:petro uicecomite oppidanoꝝ & Antonio cribello arcis præfectis eius deditionis auctoribus. Dein Franciſcum picininū Iacobo fratre Cremæ relicto:& Caroli milites ſibi aſciſcit: & non longe ab Addua eo die conſedit . eius tranſitu mox Maledani & Cotoniates municipes ab uenetis deficiūt:& miſſis in caſtra nunciis deduntur.Per eos dies boſtes ad Caſale poſterlingoꝝ caſtra habebant & arcellam quādam quam Iacobus Immolēſis:cuius erat ager:ſeruandam curabat tormentis tum deficientib?:obſidione ac cōminatione obtinere conabantur.bæc ubi Michael uenetoꝝq; legati ab exploratoribus cognoſcunt:diffiſi uiribus relicta arcellæ obſidione laudem repetunt:& non procul ab urbis mœnibus ſtationes firmant. Debinc &ſi hactenus poſt Caſalenſem pugnam contemptis philippi militibus ueneti per patentes campos nullo ordine uagabant: tamen Frāciſci aduentu eius auctoritate moti loca tuta ac munitiones quærere:& incurſionib?abſtinere cœperunt . Adeo incredibilis ille impetus rerum uictoriaꝝq; concurſus:quo ueneti magnopere læti elatiq; breui ſe totius longobardiæ imperio potituros confidebāt:uno die repreſſus eſt.Cum prius poſt laudenſiū placentinoꝝq; deditionē:non defuerint papienſes ciues nōnulli:qui temerario quodam auſu & gelphæ factionis ſtudio eoꝝ caſtra adierint:aditumq; in urbem daturos ſe uenetis polliciti fuerint . Poſtridie uero coacto undiq; exercitu Franciſc?recto apertoq; itinere in boſtium conſpectu Sanctum columbanū petit.Q đ oppidum præter lambrum eſt amnē.Ibi caſtra ponit: facileq; omni ex parte oppidum arcemq; circunſedet: quod ea res & latus unum caſtrorum ripis fluuii muniebat:& ex altera parte quæ ad meridiem & occidentē eſſent ſolem:tuta ab boſtibus reddebat:& cōmeatus ab papienſibus & tranſpadanis oppidis:ut ſine periculo eo comportarent: efficiebat.Quibus rebus permoti boſtes:quo obſeſſis ſubueniāt:parta tueantur:& ſuperioris uictoriæ nomen retineant:bergomenſib? brixiēſibusque delectum imperant. Milites qui caſtris aberant:undique cogunt exercitumq; quam magnis poſſunt copiis augere die noctuque non ceſſant.Idemq; Franciſcus facit.Mediolanēſes quottidie hortatur: ut copias:quæ philippi ducis fuerant:conducant.exercitum quoq; ſuum augeant.Quod tamē ægre admodum pecuniæ inopia efficiunt.Nam poſt Raymundi cum regiis copiis receſſum Albertbus pius carpenſis: qui primus papienſe ſeptum:qđ ſummo philippus ſtudio uoluptatis gratia magno animaliū ſilueſtrium numero refertū ſeruari curauerat: cum ſuis confluente undiq; magna ui bominū populari cœpit:beſtiisque uacuum reliquit:Carpum remigrauerat. Multi præterea nō tam

milites quam ductores aliena quærentes ſtipendia longobardia exce
dere. Quoꝝ multi ad hoſtes paulatim tranſiere. Quod quantū Medio
lanenſis reipublicæ communiſq; ſalutis intereſſet: Mediolanenſib? &
belli gerendi imperitis: & reipublicæ gerendæ inſuetis demonſtrare
nō mediocriter elaborabat. Erat Bartholomæus collio ut ſupra demon
ſtratum eſt: modoetiæ in arce: quem ſuperiore anno ob fugæ ſuſpicio
nem philippus compræbēdi iuſſerat: eiuſque bona papienſi in arce ſer
uari: Milites uero Nicolai guerrerii curæ cōmendarat. Is cum poſt
philippi deceſſum humanius mitiuſq; per præfectum arcis ſeruaretur
occaſionem ſeſe in libertatem dandi nactus: per funem noctu lapſus
carcere ſe eripuit: curſuq; celeri per landrianū uicum ubi ſui forte mili
tes ſtatiua habebant: papiam confugit: quem magna ſuorum pars ſub
ſecuta eſt. hunc: ſuis ab inſequentiū incolaꝝ furore ſeruatis Franciſci
rogatu ab papiēſibus exceptum. Mediolanēſes Franciſci quoq; hortatu
ſtipendio conducunt. copiaꝝ reliquum reſtituunt: atque reſarciunt.
Cum hæc ad Sanctum columbanū agerent: fiebat ab papienſibus qui
buſdam ciuibus quottidie Franciſcus certior: eoꝝ ciuitatem factionis
ſtudio duas eſſe in partes diuiſam ciuilibus magniſq; diſſenſionibus
laborare: nec diutius ſuis conſiliis regi ſeruarique poſſe. eius rei hanc
eſſe præcipuam cauſam: quod conſultantib? ſæpe inter ſeſe ciuibus de
publicis rebus: & in quem potiſſimū ciuitatis principatus commode
tranſferri poſſet: uarias in ſententias ferebant. quas ob res creſcenti
bus in dies odiis non ſine magno omnium diſcrimine reſpu. admini
ſtrabatur. Nam alii ut quiſq; pro affectu animi trahebat: Karolum
francoꝝ regem. Alii Lodouicum eius primogenitū Delfinum uiēnen
ſem qui cum in Allobrogius eſſet: eo legatos miſerat: ad explorandos
de deditione ciuium animos: præponere. Alii Lodouicum Sabaudiano
rum ducem. Plæriq; Iohannem Montiſferrati Marchionē. Leonellum
æſtenſem alii: cuius iuſſu Albericus Maleta eodem uenerat: optare
nominareq;. Alii ſed perpauci admodum: potentiſſimo finitimoq; ſibi
uenetoꝝ dominatui urbem cōmendādam dicere. Mediolanenſiū uero
poſtulatis ad quos legatos miſiſſent: nemo erat: qui aſſentiendum pu
taret. Quibus controuerſiis in ciuitate uigentibus ciues nōnulli quoꝝ
primus Sceua curtes uir ingenio promptus & animo audax Franciſco
cuius eſſet domeſticus: quod eius familiaritate in piceno fuiſſet uſus:
ſecreto litteris nunciiſq; frequētibus perſuadere: uti ad potiundam pa
pienſium urbem animum mentemq; uerteret: ſeque illi aditum per
portam quam ipſi in manu habebāt: daturos polliceri. Hæc Franciſco
diu multūq; uolutanti plura occurrebāt: quæ eum magnopere deterre
bant: quo minus negotiū ſuſciperet. Primum: quod ſciebat: ſi id fieret
Mediolanēſes moleſtiſſime laturos: ab quoꝝ amicicia eo rerum ſtatu
diſcedendum non putabat. deinde quod arx in bolognini adhuc eſſet

poteſtate:quem cum ſub bracii peruſini adoleſcens militaſſet armis ; bracianoq; deinde fauiſſet nomini:minime ſibi obſequentē futurum exiſtimabat. Ex quo:quia res poſſet in ſummū deduci ꝑiculum:negotium in diem ducendum:amicoſq; uerbis diſtinendos cenſebat.Ea re uix dum conſtituta : bolognini inopinantē Franciſcū ſecreto nuncius adit.Ex eo optimā illius de dedenda arce erga ſe uoluntatē cognoſcit. Qua re rurſus in conſilio communicata:&ſi in eadem:qua pauloante erat:ſententia perſiſtendū ſibi uidebat: tamen ſuoꝝ impulſu ne dum hortatu:ne tantum inſperatæ oblatum fortunæ munus negligeretur: quæ quidem res facile poſtea ad uendicādum ſibi reliquum philippi imperium præbitura eſſet iter : miſſus eſt ab eo tandem ad arcis præfectum Boſcar unus e familiaribus.Qui biduo poſt:Bologninū Agnetis maynæ matronæ preſtātiſſimæ multis continuiſq; cōpulſum precibus arcē cui præeſſet:libero ſibi animo tradere inſtituiſſe.duo tamen ab eo petere : unum ut in Attendulam familiam adoptetur : ut ſicuti hactenus bracianæ factionis habitus eſſet:ita in poſterum & nomine Sphortianus haberetur nuncupareť q;.Alterum ut quandocūq; Sancti angeli potiundi oppidi affuerit poteſtas : comitatus dignitate inſignitus eo oppido donetur.Hæc autem mulier ex nobiliſſima ac uetuſtiſſima mayna gente orta : ea fuit : ex qua Blancam philippus dux filiam ſuſceperat:quæ per id temporis : quo philippus ipſe emigrauerat e uiuis in papienſium urbicula illius iuſſu agens:urbicula ipſa per Franciſcum Caſatem præfectum papienſibus tradita:impetum populi uerita ad bologninū in arcem confugerat:& maiorem militaris præſidii partem in ſuam ſententiā traxerat:effeceratq; ut præfectus maximis cum Mediolanenſiū & picininoꝝ tum etiā uenetoꝝ pollicitationib?præter miſſis de ꝑmittenda Genero arce ſibi morem gereret.præterea eſſe in ciuitate ea complures : qui perſpecto ſingulari arcis præfecti in eum amore:ad ſe dum papiæ eſſet:per noctem acceſſiſſent:eodemq; ſe fore animo ad urbem dedendam dixiſſent : quo de arce bologninus eſſet futurus. Sceuamq; cuius modo mentionē fecimus: ob patefactum in uulgus portæ facin?ingenti populi tumultu cōpræbenſum: ac torquē dum in uincula coniectum:incolumē in priſtinam libertatem reſtitutum. His de rebus Mediolanēſes certiores facti ad Franciſcū legatos mittunt Guarneriū caſtilioneū magni conſilii uirum.Oldradum lampugnanum.& Antonium triultium:quem pauloante in caſtra miſſum dixeramus:Qui paucis eum uerbis hortarent:ut quēadmodum promiſiſſet:ita curaret:ut urbes atque oppida uniuerſa:quæ Philippo nouiſſime paruerant : ſuo conſilio atque ductu Mediolanenſiū ſubigerentur imperio.Ad hæc Franciſcus:quod ad ſe pertineret: libenter ſe factuꝝ reſpondit : modo quæ iuſſiſſent Mediolanēſes:a belli gerendi ratione non diſcederent.Nam ita inſtituiſſe papienſes ſe accepiſſe affirmabat:

ut nullo unquam consilio adduci possent: quo Mediolanēsiū obtempe
rent uoluntati: ciuibus inter sese diuisis quenq; pro animi affectu no
uis rebus studere: Nouo ciui pareant principe necesse esse. Complures
se audire non tam Italici generis quam exteræ gentis potentissimos
reges atq; principes : populoq; Mediolanēsi infestissimos: qui summo
studio summisq; & publice & priuatim propositis muneribus ad præ
occupandū eripiendumq; nobis nobilissimæ illius urbis principatum
intendant. Quod si fieret: quanti momenti Mediolanensis reipublicæ
interfit : facile omnes ex propinquitate agri multaꝝq; rerum usu per
spicere posset . Aperuitq; deinde se posteaq̄ eo cum exercitu uenerat :
potuisse dedentibus sese ultro ciuibus ac præfecto arcis: urbem ipsam
simul & arcem suo præsidio munire: quæ nunc sua tenerent̄ potestate.
Sed Mediolanēsiū causa rem adhuc distulisse. Veꝝ quia res papienses
pro Mediolanensiū uoluntate componi nequaq̄ possent: Non alienum
hoc tempore a rerum gerendarꝝ usu arbitrabat̄ : Quinetiam eoꝝ reip.
commodo cōmuniq; omniū saluti ꝓnecessariū uidebatur: eos precari:
qđ pro sua modestia ita apud suos magistrat? cum Mediolani fuerint:
agere uellent : quo papienses prius in alienam quam se præcipitarent
dicionem: suam in potestatem recipi posse : æquo animo paterentur .
Quæ quidem res cum non modo fortunas eius omnis: sed ipsum ēt
caput pro Mediolanensiū gloria proque suaꝝ rerum amplitudine sit
expositurus: non minorem eorum reipublicæ erat utilitatem allatura
quam si Mediolanensiū dicto papienses audirent . Ostendit præterea
esse apud papienses præfectūq; arcis bellica instrumēta omnia: quibus
in bello philippus tam terra quam flumine pado uti cōsueuerat : sine
quibus præsenti bello cuius tota fere moles suo impendebat capiti :
minime fieri posse animaduertebat. Nam neque ipsum oppidum: qđ
circūsederent: expugnare sine machinis : neque hostes in placentinos
transitu sine classe prohiberi poterant . Hæc omnia si sibi papienses
paruerint: q̄primum Mediolanēses consecuturos. Hæc &si legatis non
grata erat oratio: tamē Mediolanū redeuntes se ad suos omnia relatu
ros dixere. Interea papiæ communi ciuium consensu re de urbis dedi
tione constituta non multo post legatoꝝ discessum: octo ex primariis
ciuitatis ad Franciscū in castra de publicis transigendis negotiis mit
tuntur Laurengus Isymbardus : Albericus Maleta: qui pauloante: ut
prædiximus: papiam uenerat a leonello missus. Iobānesiacobus Ritius
Petrus beccaria. Antonius lonates. Iobānesantonin? Astulfus. Iobānes
franciscus Botigella. & Iacobus zazius. Cæterum dum hos Franciscus
perbenigne & summo bonore inter quottidianos labores & mille reꝝ
incōmoda suscipit : ab speculatorib? cognoscit : hostes infestis signis
eodem cōtendere ad dimicandū paratos. Quo nuncio protinus omnes
armari : & suis quenq; locis intra castroꝝ munitiones acie consistere

iubet. Carolum gonzagā qui paucis ante diebus cum Guidone fauentino eius ſocero in caſtra uenerat : turma equitum delecta trans lambrum ad laceſſendū hoſtem mittit. reliquos caſtris continet. Obſeſſi uero: ubi ſuos ex lōgo ꝓſpectu appropinquare in caſtris arma miſceri: & huc atque illuc concurſari intuentur: magnos in cælum læti clamores tollere. & quod antea languide fecerant : nunc acriter in noſtros ſtationeſq; militum tæla lapideſq; coniicere cœperunt. At Michael ubi neq; loco Franciſcū cedere: neq; copias ad prælium conſerendū caſtris educere uidet: in ſtationes qua uenerat: regreditur propius lambrum paſſus circiter qningentos ea potiſſimū opinione ductus : quod cum uenetoꝝ exercitus: ut oſtendim?: magno copiaꝝ numero creuiſſet: Mediolanenſiū uero ne dum non auctum: ſed diminutū potius intelligeret : hoſtem uiribus imparem tantum impetum nequaq̄ expectaturꝝ putaret. Sed ſi forte expectaret : & pugnandi copiam exiſtimationis retinendæ gratia faceret: aut munitionib? frætus caſtris ſe contineret: eo conſilio caſtris diſceſſerat: ut in utrunq; ſeu ad confligendū apertis campis: ſeu ad flumē ui tranſeundū: & in hoſtium munitiones irrumpendum ſibi eſſet paratus animus. Sed ubi hoſtē inſtructa acie caſtris ſe continere cognoſcit: Alterum quod pauloante ſibi offerri optabat : detrectauit oblatum. parum tamen eo die defuit: quin non nulli ex papienſibus legatis aduenientib? hoſtibus ingenti pauore territi: infectis rebus: fugam petierint. Sed franciſci uirtuti non diffiſi : quem non timentē ſed impauidū intrepidumq; omnia ſapienter obire conſpicie bant : reſtitere : ita ut & ipſi quoq; circūſpiciendi ſtudio in frontibus aliquando eſſent. & admirati imperatoris in inſtruendo ordinem: in cohortando admonēdoq; milite uerba : in mittendis uarias in partes nominādis uocandiſq; uno tempore multis memoriā: uocem in accerſendo increpandoq; terribilem: & omniū eius dicto audientiū celeritatem: dicerent: non poſſe quēpiam eo duce decipi: & in perniciem labi. Idem affirmare atque prædicare non tam milites: quam duces militū: qui ſuperiore tempore ſub philippo ſtipendio meruerant. Poſtero die legati poſtulatis pro uoluntate impetratis: rebuſq; de urbi traditione firmatis: domum reuerterūt. Cum bis Franciſcus Robertbum Sancto ſeuerinatē & Carolum campibaſſi comitem uicarios miſit. Hi ab uniuerſo papienſi populo incredibili pœne gaudio excepti cōmunitis militum præſidio portis omnibus regimen urbis curamq; ſuſcepere. Bolognius uero Franciſco arcem: & quicqd in ea eſſet ſupellectilis: ſeruaturum profitetur: eamq; niſi Franciſco ipſi quem intueri coram uellet ſe traditurꝝ nemini: deum immortalem teſtatur. Columbanēſes inter hæc obſidionis anguſtias difficultateſq; cæteras amplius perferre nequeuntes re præſertim de ſubſidio deſperata deduntur. Qui autem præſidio arcis præerant : deficiētibus in dies cibariis de deditione &

ipſi quoq; agere cœperunt. Itaque niſi intra octauū diem quo tempore dimenſa cibaria: quæ eſſent in arce: uix defenſoꝝ uictui ſuppeditarent: auxilia mitterent eiuſmodi ab ſuis: ut obſidione liberarent: dedituros ſe arcem paciſcuntur : obſidibuſq; datis: ubi nihil inde opis præſtari ſibi poſſe cognouerūt: ante præſtitutam diem ſeſe atque arcem Franciſco permiſere. Cæterum dum per inducias tempus in caſtris conſumitur Franciſcus ſumma imperii picinino fauētinoq; relicta: cum paucis ex ſuis inſuetis armis papiam proficiſcit. Acceptuſq; maximo omniū concurſu: maximaq; lætitia primum cathedrale Beati Syri templū ad gratias deo optimo maximo agendas petit. dein ad arcem uertit: moxque introductus: præcipuo quodā amore ſingulariq; fide a bolognino recipitur: Qui nulla circuitione exceptioneq; uſus: quod ultro pollicitus eſſet: ampliſſime præſtando: ſeſe ſimul & liberos dedidit: dicauit: arcem & quicquid in ea eſſet reꝝ: quod philippi fuiſſet ducis: tradidit. Erat enim bologninus mitis ingenii : non multi tamen negotii : ſed probitatis & fidei plenꝰ. Poſtero die in eodem templo per eoſdē ciues: quos in caſtra legatos ueniſſe diximus: rurſus ad id negotii per populum conſtitutos omnis ciuitatis poteſtas : iuſque in Franciſcum eiuſque poſteros pleno iure tranſferretur : eumque ciuitatis principem publico diplomate declaratum : Catone legum peritiſſimo orante pro uibis inſtitutione ac dignitate papienſium comitem appellant: & cunctis de ſeruanda fide iuſiurādum præſtant. His peractis ad ineūdam ciuitatis gratiam Iacobum lonatem & Moretum Sanctonazarium uiros fortes & magno ac diuturno belli uſus præſtantes: qui mortuo philippo : acciti : præſidio ſuæ ciuitati uenerant: mille cum equitibus ſuæ militiæ adiecit. Deinde quoniam & Mediolanēſes & lodouicum Sabaudianoꝝ ducem ab duabus partibus contrario ſtudio in eam papienſis agri oram quam lumellinā uocant: & in tranſpadanos ad ſolliciranda de deditione municipia & oppida uno atque eodem tempore miſiſſe intellexerat: eo & ipſe legatos Albericum maletam & Iobanne Iacobum ricium mittendos celeriter deſignat. Quoꝝ præſidio Iacobū & Moretum cum bis mandatis proficiſci iubet: ut qui obtemperarent ciuitatis imperio municipes in fide continerent: eoſque ab exterorum iniuriis tuerentur infirmos animoq; uacillātes ad ſanitatem reuerſos confirmarēt. Rebelles & nōdum alienæ poteſtati deditos in dicionem redigere conarentᵉ. iis autem quos ſeu ad Mediolanēſes ſeu ad Sabaudianum defeciſſe compererint: nullam uim nullāq; iniuriam facerent: quod per eam tempeſtatem neque cum Mediolanenſibꝰ de bis rebus contendendū: neq; bellum Sabaudiano inferendum uideretᵉ. Præterea cum ad eripiendam uenetis quam haberent cōmeandi in placentinos facultatē: optimum factu iudicaſſet: claſſem parari & in pado flumine conſtitui: quattuor continuo: ut uulgo appellant: Galeones ex iis qui

papiæ aſſeruabant: ſuo ſumptu armari: quod mediolanēſes ad quos omnis belli eius impenſa pertinebat: ad res conficiendas admodum tardos uidebat: ac e regione placentiæ urbis in ipſo flumine ad probi bendos tranſitu boſtes ſtare imperat. Sunt autē Galeones triremibus breuiores: ſed latiores ac ſublimiores. Surgunt nanq; in tabulata ad ſummum puppibus & proris altius ſublatis. Aguntur tum uælis tum remis fluminū nauigationi ſolum accōmodati. feruntq; ſuper malos latiores pluteos: ex quibus armati homines iaculis ſudibus ferreis & omni tælorum iactu acriter ſubiectos oppugnāt boſtes. His præfecit Bernardum & philippum Euſtachios: quibus Ricium Tarentinū cum peditibus qngentis præſidio adhibuit: hæc cum pro tempore celeriter prouidiſſet: arcem & ſi qualis quantaq; eſſet: ſolo aſpectu dimenſus erat: tamen diligentius pedibus reuiſit. Vbi hæc præter cætera: quæ ad domus ornatum pertinent: ſumma a bolognino cura repperit aſſer uata. Reliquias in primis ſanctoꝝ corporum quáplurimas & ſumma ueneratione dignas: quas Iohannem Galeacium uicecomitē primum Mediolanenſiū ducem ampliſſimi imperii potentia inclytum ex omni fere terraꝝ orbe ſingulari ſtudio eo cōgeſſiſſe ferunt. Multa item præ clara ac pretioſa argētea & deaurata uaſa altaris ornatui accōmodata. Bibliothecá omni librorꝝ genere ampliſſime refertam ab eodem princi pe comparatá. Deinde ſeptem & decem aureum nummū millia. Gem mas aurum & argentum ad magnam ſummá. Ex his millia omnino decem Franciſcus retinuit: reliquum bolognino dono reliquit: ex qui bus millia quinque a bolognino ipſo in milites: quos in arce ſocios habuerat: diſtributa. Præterea magnam tritici ſaliſque uim: quam qui dem poſtea in argētum coactam in exercitum diuiſit. bona uero quæ Collionis fuerant: eidem poſtremo reſtituenda imperauit. His rebus feliciter geſtis: lætus cum de papienſibus uerba faceret: admirabatur propemodū urbis ſitum: regionum opulentiá: ciuium ornatum atque præſtātiam: arcis magnit udinē ac pulchritudinē. Qđ & foſſa altiſſima ac latiſſima aqua repleta muniat & regiam contineat ſedem miro arti ficio magnoq; ſumptu confectam: adiaceatq; ab Aquilone planicies æquiſſima: quem Parcum uocant: de quo ſupra mentionē fecimus: millia paſſuum uiginti in circuitum patens muro undiq; circundata: Quæ in hortos: in prata: in denſas ſiluas ac nemora uerticibus arboꝝ aquiſſima: ut manufacta uideantur: diuiſa colitur: ac uno ex arce pro ſpectu cernitur. Hic philippo uiuente magna erat leporum dammaꝝ caprearum ceruoꝝ aprorum quæ incluſa multitudo. Campus quippe & ad uenationes & ad uoluptates capiendas aptiſſimus. Sic igit rebus papienſibus conſtitutis Benedictus reguardatus & Antonius Guido bonus ciuitati præficiunt. Bolognino homini benemerēti rurſus arcis cura cōmittitur. & prædium inſuper ferax & apricum: quod uulgo

Bereguardū nuncupant: cum arce & domo pulchra ab Franciſco poſſi dendum decernitur. Ipſe triduo poſt eo quam uenit in caſtra reuertit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER DECIMVS.

Vm eſſet in caſtris Franciſc?: perlatæ ſunt ex Mediolano litteræ: quibus q̄ grauiter eam papienſiū deditionem Mediolanēſes ferant: cognoſcit atque ex ea re omnes magiſtrat? ciuitatis: quibus reip. ſumma erat curæ: ita permotos eſſe: ut cum multum ac diu inter ſeſe diſceptaſſent: ſatius eſſe dicerent: pacem eo ſtatu rerum cum finitimis facere: quā & in ancipiti bello⁊ euentu uerſari: & in ducum præſcriptu atque arbitratu: quos maxime non ſatis ſibi fidos fore ſuſpicarent: remp. adminiſtrare & tanta adeo eos animo⁊ irritatio cepit: ut Petrum cottam repente in uenetoꝝ caſtra non ad petendam ſolum pacem: ſed ad ineundū etiam fœdus ſecreto miſerint. Verum ubi ab uenetis deſpici & in inſidias ꝓniciemq; duci: ſi eorum poſtulatis aſſentiret: Petri uerbis animaduerterūt: & ab tribus reliqs partibus ſocias ciuitates quattuor uno tempore premi intelligūt: quibus ex fœdere ab ſe ſubſidia mitti oportebat; rem papienſem æquo animo ferendam cenſent: cum Franciſco ſimulandū: eumq; in officio continēdum. Noui nanq; ſub idem temp? in longobardia motus fieri: Noua ac uaria undiq; bello⁊ incendia ab exteris præſertim gentibus excitari quottidie renunciabantur: quæ non mediocriter Mediolanenſium mentes & ꝓturbabant: & perterrebant: quod niſi ab ſe tantis malis breui occurreretur: omnia ſummū in periculum caſura facile perſpicerent. Quod uno fere tempore Leonellus æſtenſis caſtellū nouum & Cupriacum: Nicolaus manfredus & Gilbertus corrigiani fratres Brixellum oppidum in parmenſib? occuparant. Parmam Leonellus in ſuam redigere dicionem per Vitalenſis factionis principes non deſiſtebat. Genuenſes Iano fregoſo ciuitatis principe magnis pedeſtribus coactis copiis: quibus Petrum fregoſum cum paruo equitatu præfecerant: Apenninū tranſierāt. Flacconum. Voltabium. Vuadam & Nouas oppida dedentibus ſeſe oppidanis ſibi aſciuerāt. Quibus rebus fiebat: ut omnia ab ea parte: quæ Derthonenſis & Alexandrini eſt agri: & ad Apenninū montem pertinent: boſtilia eſſent & metus plena. Sabaudianus item legationib? primū: paulo deinde poſt præfectis cum delectu copiarum miſſis: municipes non tam Nouariēſem & papienſem quam Alexandrinū agrum incolentes magnis pollicitationib? de grauibus tollendis oneribus: quæ hactenus ægerrime ſuſtinuiſſent: propoſitis

ad defectionē ſollicitabat:belliq; inſuper timorem:niſi ſe dedidiſſent: grauem minando addebat. Ex quo q̄plura earum regionum oppida partim ſpe:quod a uectigalibus fierent:in reliquū tempus immunia: Quæ res grata ſemp fuit omni populo:& ubiq; in primis deſyderata in ſuam uoluntatē perduxit.Partim metu ad obſequia compulit.Quo rum primi Valentini Baſſinianēſes cū Burgēſib?ſibi e regione propin quis fuere. Nec minus Iobannes Montiſferrati Marchio militaribus deficientibus copiis Guilielmo fratre cum uenetis merente:ut erga ſe idem facerent:omnes ſibi proximos incolas : qui philippo obtempera bant:tum litteris tum nunciis ſollicitabat.Quoꝝ pmulti ex Parreta. Scarampa.& Spinula familia : qui multa in regione finitima poſſide bant municipia:ea ſollicitatione uicti ſeſe Iobanni commiſere.Cæteꝝ maius aliud & periculoſius in Alexandrino agro ortum eſt:nō minus quam uenetum Mediolanenſib?pergraue & infeſtum nō tam propter exercitus magnitudinem : qui ex duoꝝ millium equitum numero ad ſummū conſtabat:aut ducis auctoritatē:quæ obſcura & minima erat: quam propter regium francoꝝ nomen apud longobardam gentem ad modum celebre & factioni gelphæ p̄gratum : cuius cauſa & auſpicio bellum gerebatur. Eius uero tam ſubiti gallici belli origo hæc fuit. Philippus poſt acceptam Caſalenſem cladem cum ab uenetis ingenti exercitu:ut ſupra demonſtratū eſt : grauiter urgeretur & uti externis auxiliis decreuiſſet:ad Carolum francoꝝ regem Thomam Thebaldum bononiēſem cui præcipue & ob prudentiam & longam conſuetudinē confidebat mittit:per eum Aſtenſem ſe urbem totiens ab eo efflagita tam reſtitutuꝝ pollicitus:quæ ad Karolum aurelianēſiū ducem utriq; cōſanguinitate coniunctiſſimū dotali iure pertineret : ſine qua ab eo rege ea præſertim tempoꝝ fortuna reꝝq; iniquitate nihil ſe impetrare poſſe arbitrabat. Rediit Thomas perſuaſo rege multis poſt menſibus in Italiam:ut quod de urbe pepigiſſet:efficiendum curaret.Mox Karo lus rex miſit ullo abſque præſidio Raynaldum dreſnenſem legatum recipiendæ muniendæq; tantūmodo urbis cauſa.Qđ cum intellexiſſet philippus:mirum in modum p̄turbatus ſtatuit urbem n equaq̄ deden dam:niſi promiſſa a Rege auxilia pugnatoꝝ decem milliū in Italiam p̄ueniſſe cognouiſſet. Quæ rex nō reuocatuꝝ ſe promiſiſſet:niſi uene tis non tam ultra adduam oliumq;:ſed trans Mincium etiam amnem pulſis Bergomo brixiaq; recuperatis.Interim ne omnino regis anim? offenderetur:urbem Thomæ cum arcibus ea lege philippus aſſignan dam iuſſit:ut cum primum aduentaſſe in Italiam copias renunciaret: in regiam tranſferret poteſtatem.Verum paulo poſt Idibus ſextilibus philippus mutato conſilio ad Thomam ſcribit:urbem tandem ipſam ſine cūctatione regio legato traderet:litteris ſumma celeritate delatis poſtero die Thomas deditionem peregit:ac ſequenti nocte philippus

migrauit e uita : unde oblatam puto nõnullis occaſionẽ inſimulandi Thomam quod urbem gallis poſt ſui ducis mortem tradidiſſet : Ipſe uero tabellis ac monumentis publicis eam facile ab ſe culpam re iecit . Non abeſt tamen ſuſpicio: quin philippo ſemianimi: uoce iam amiſſa: litteræ eorum dolo confectæ ſint: qui apud eum erant: quoꝝq; nutu rerum omnium adminiſtrationes tranſigebant̃ .Itaque philippo uita functo : Aſtenſiumq; urbe magno ciuium omnium conſenſu in Caroli poteſtatem accepta: Raynaldus regia inſtitutione eius ciuitatis præfectus quantas pro regis commodo equeſtres copias poteſt: Vienenſibus Lugdunẽſibuſq; imperat. Per proximas interim regiones litteris nunciiſq; diſſæminat: atque promulgat: relictum a philippo duce imperium ad Carolum aurelianẽſem eius ſororis filium ſucceſſionis iure pertinere : eſſeque omnino Carolo regi in animo fratrueli in ſuo iure auxilio non deeſſe. Copiis igitur celeriter in Italiam accerſitis: & in Aſtenſium fines perductis magno impetu Alexandrinũ agꝝ omni militum præſidio deſtitutum inuadit. Sezadium ui obtinet atque in prædam uertit . Qua re municipes cæteri partim metu territi partim beniuolentia ducti : preſertim qui gelphæ factioni ſtudebant : nullo negotio deditionem præter Boſcenſes regio præfecto fecere. Quorum exemplo complures Alexandrini ciues adducti qui Bergolium ultra Tanagrum amnem incolunt : ac ex quattuor partibus ciuitatis unam partem obtinere dicunt̃ : ad Raynaldum defecere. Hæc tam repentina reꝝ mutatio: & Alexandrinoꝝ ad Gallos defectio tantum non reliquis modo Alexandrinis ciuibus quã uniuerſæ prope tranſpadanæ regioni pauorẽ intulit: ut omnes partium eaꝝ incolæ: Derthonẽſes præſertim ciues uno fere tempore ad Franciſcum nuncios miſerint imploratum auxilium: qđ niſi ad eos celeriter ſubſidia mitterent̃ : diu ſe aduerſus ferociſſimas ĩmaniſſimaſq; gallorum gentes nullo militari præſidio adiuti tueri poſſe diffiderent. Nam tanta erat apud uulgus gallicæ crudelitatis innata opinio: ut uix homines imperiti ac ex ſe pauidi & aſſi duo etiam mulieꝝ comploratu impulſi contineri poſſent: quin plærique concilia irent : & magiſtratuũ ſuorum iniuſſu ad ſeſe gallis dedendum obuiam progrederent̃ .Quibus ita Franciſcus reſpondebat: ſe eos bono eſſe animo iubere. Gallos non diutius in Alexandrinos futuros. Mediolanẽſes ea propediem miſſuros auxilia: ut in quo nũc periculo poſiti uiderentur: liberati in pace uiuere poſſent. Idque ſe pro cõmuni omniũ ſalute atque cõmodo: ut q̃primum efficiatur: curatuꝝ. Proinde eos hortari: ut in fide permaneãt. Gallos primo ĩpetu eſſe pluſq̃ uiros: mox minus quã fœminas docet . Eadem de cauſa cum Mediolanum Alexandrini ciues Salenſeſq; miſiſſent: qui nuperrime deditione facta ſub Mediolanenſiũ uiuebant imperio: intelligeretq; Frãciſcus ex multorum litteris edoceri ab ſe maxime Mediolanẽſes cupere: quo cõſilio

quoue auxilio ſuoꝝ ſaluti. Qui eſſent in extremo periculo conſtituti: proſpiciendū eſſet . Scripſit ad eos : ut quo maiore militum præſidio poſſint reliquam Alexandriæ urbis partem: quæ in eoꝝ fide maneret: muniant. Qua ſeruatas ſe non dubitare: eos occupata a gallis oppida breui recuperaturos . Quod & byems ſubeſſet: quæ ei genti laboribus incōmodiſq; inſuetæ maxime eſſet inimica: & illoꝝ paucitas faceret : ut exiſtimatione: quæ magna initio rerum fuerat: in dies diminuta : non multis uiribus Alexandrinoꝝ finibus pellerentur. Quo pergrate Mediolani accepto probatoq; conſilio: tranſmittunt confeſtim Alexandriam mille circiter equites ex iis qui a philippo & fide & uirtute præſtantes haberi ſoliti ſunt. Quo præſidio ita Alexandrinoꝝ ciuium animi præcipue: qui gebellinæ factionis ſtudia ſequerent: & ſubleuant: & in Mediolanenſiū fide confirmātur : ut & ipſi infirmas iam boſcenſium mentes: qui ſoli adhuc Gallorum uictoriæ obſtiterant: confirmarent. & in officio continerēt. Præterea ad Raynaldum Franciſc? mittit: qui diceret: papiēſium urbem ſibi ultro a ciuibus cum uniuerſo agro traditam pleno iure ſuæ dicionis eſſe: eiuſque tutelam deinceps curæ ſibi fore . Quāobrem quicquid deinde uel incommodi uel iniuriæ papienſibus inferetur: ſe id ſibi aſcripturum: eiuſque rei ultionem: quæ ad ſe maxime ptineret: memoria non depoſiturū. Idemq; de dertbonēſibus: q ſeſe ſuaq; omnia ſuæ fidei cōmiſiſſent: cōmemoraret. Iccirco hortari eum: atque monere uti ab iniuria & maleficio in ſuis finibus abſtineret: cum ſibi exploratiſſimū ſit: Carolum chriſtianiſſimū francorum regem ſub cuius auſpiciis ſigniſq; bellū in Italia gerere cepiſſet: ullam ſibi ab ſuis moleſtiam neque uelle neque ubi intelligat: inferri pmiſſurum. quod pro eius amplitudine & Andegauenſiū familiæ ſibi coniunctiſſimæ commodo patrem ſuum Spbortiam in Appulis bella gerentem primum deinde non ſuum ſuorumq; modo patrimonium: ſed fortunas omnes: quas ipſe poſtea tam in picentib? quā aliis Italiæ locis magno labore adeptus erat: amiſiſſet. Quod cū audiſſet Raynaldus : ita ſingulari eius uiri uirtute egregia in uniuerſam francorum regiam domū fide & ſumma omnibus in rebus auctoritate permotus eſt: ut eum potius in regia amicicia confirmandū: quam bello laceſſendum prouocandūq; iudicaret: quem maxime gallicis in Italia cœptis aliquando profuturꝝ ſperaret. Quāobrem ſic nuncio reſpondit: ſe: quā quam ciuitates a philippo relictas Carolo aurelianēſium duci hæreditario iure ſpectare intelligebat : tamen eius cauſa neque papienſibus uim ullam neque dertbonenſib? dum ſui ſint: aut facturum aut fieri ab ſuis paſſurꝝ. Qua re impetrata: mittit Dertbonā Iohannes caymus: ut ei ciuitati præeſſet: & dertbonenſiū agri ab populationib? gallorum immunes ſua præſentia ſeruaret. Nam dertbonēſes ciues poſteaquam Mediolanenſiū dominationē recuſare communi conſilio decreuerūt :

Franciſcum ſibi dominū elegerunt: ducti eius potiſſimū in regendo moderatione: in iudicando æquitate & in puniendo manſuetudine. Quas uiri uirtutes pluribus iam annis deguſtaſſe prædicabant: cum ei philippi iuſſu per aliquod tempus paruiſſent. Hos tamē Franciſc⁹: ne rurſus ob eam cauſam: irritati Mediolanenſiū animi in præcipitiū aliquod corruerent: in poteſtatem palam accipere differendū ſtatuerat. Hæc dum apud Sanctum columbanū agunt Viglebienſes Mediolanē ſibus & Mortarienſes cum maiore oppidoꝝ parte quæ in lumellina regione ſunt: miſſis: ut ſupra oſtendim⁹ cum non parua equitū manu legationibus Franciſco deduntur. Reliqua ad Sabaudianos deficiunt. Qui ubi cæteros regionis eius tranſpadanos municipes aut Franciſco aut Mediolanēſib⁹ ſe dedidiſſe cognouerūt: ab inferēdo bello deſtitere. Idem fecere Genuenſes: & qui præter Gallos: arma in tranſpadanis ſumpſerant. His conſtitutis rebus: cum in caſtris ſæpius diſputatum eſſet: recepta columbanenſiū arce: quibus deinceps agris ducendus exercitus: qbuſue aut oppidis aut ciuitatibus boſtium inferenda eſſent arma: placuit multis de cauſis Franciſco cōmuni etiam alioꝝ ducum conſenſu: ut in bæmyliam ad obſidendam oppugnandāq; placentiam exercitus traduceretur. Quod animaduertebat: ſi diutius ueneti in ea ciuitate dominando inueteraſcerēt: futurum ut pturbatis ac uacillantibus placentinoꝝ municipum animis: qui nondum uenetoꝝ præfectis deditionē fecerant: tantos ſibi ſpiritus ſumerent: ut ſine magnis inde uiribus pelli non poſſent. Iamque apparere cœperat: quod metuebat: quod Albertum ſcottum qui ſuæ factionis in ciuitate princeps erat: & Mediolanenſib⁹ fidem ſeruatuꝝ promiſerat: in urbem conceſſiſſe ac ſe ſuaque omnia uenetis dedidiſſe intellexerat. fiebatq; inſuper quotidie certior: Aloyſium uermiū: qui poſt placētinoꝝ ad uenetos defectionem in eam regionem ſuarum rerum tuendaꝝ cauſa ſuis omnibus copiis tranſierat: ubi plæraq; ac pmunita non procul placentia municipia poſſidebat: cū uenetis de ſuis componēdis negotiis ſecreto agere: a quibus multa ac magna præmia proponebant: quibus infirmæ hominum mētes in aduerſa præſertim fortuna interdum corrumpi ſolent. Qui &ſi ſæpius in caſtra accerſitus erat: tamen multis difficultatib⁹ propoſitis: quod requirebatur ſe præſtari poſſe demonſtrat. Re igitur decreta: Mediolanenſi etiam contradicente ſenatu quod uerebatur: ne libero aduerſus inſubres boſte relicto: ea regio grauius infeſtaretur: eodem quo uenerat itinere mouet: eo conſilio: ut ponte: qui erat apud Cremonā in placentinū agrum binis caſtris toto exercitu traiiceret. Sed nondum poſitis apud cotbonium caſtris renunciatū eſt: per quendam ex boſtiū caſtris ſecreto miſſum: ut q̄primū ſuæ urbis Cremonæ ſaluti proſpiciat. Quod ad eam ueneti legati capiendam intenti ſiue per ciuium quoꝝdam ſiue per arcis: ſiue cuſtodum portaꝝ proditionē

ſe ad conficiendū negotiū parabant. Franciſcus magnitudine periculi permotus: picinini fauentiniq; exercitum curæ cōmendans iubet: ut ſeruatis de cuſtodiendis mouendiſq; caſtris legibus: poſtridie in Cremonenſes traducerēt: locumq; caſtris idoneum docet: ſeque omnino obuiam futurum dicit. deinde cum paucis celeriter Cremonam per flumen padum deuectus: quod ad urbis ſalutem pertinet: impigre conquirendo peragit. Cæterum frequēs in caſtra rumor inſequenti nocte perlatus eſt de aduentu boſtium eo inſtructa acie contendentiū: qui paſſuum millia decem ab eo loco aberant: qui &ſi ut poſtea compertū eſt: falſus erat: tamen tantum totis caſtris tumultū excitauit tantumque omnibus terrorem: eo præſertim abſente qui ſummam imperii tenebat: intulit: ut ſine ordine: ſine imperio omnia agerent: nec milites quid agerent aut quo ſe uerterent: ſcirent. Et picininus non minus quam cæteri incertis auctoribus territus: nullo cum reliquis ducibus cōmunicato conſilio iuberet tubicinum hac atque illac concurſantiū uocib?: uti mox omnes collectis ſarcinis ad piſleonis pontē ſe conferrēt. Quæ res & timorem auxit: & tumultū inter noctis tenebras maiorem effecit. Nam ſic fugæ ſtudio omnia cōmiſcebant: clamoribuſq; omnia confundebant: ut appropinquaſſe iam boſtis iamque in caſtris eſſe uideretur non multo die cum omnis ad pontem exercitus cōueniſſet quiſq; pro ſe tranſ flumē ſalutem petere contendit. Ex ea re ad pontis ingreſſum non tam carrorū aliorumq; impedimentorū quam militum frequens congeritur multitudo: oriturq; magna nō minus uerborum quam uerberū uulnerūq; contentio. Milites impedimētis impediméta militibus pontis aditum impediunt. Alter alteri nimio tranſeundi ſtudio impedimēto eſt. Frāciſcus de his rebus ex itinere certior factus citato gradu huc aduolat. Inſtaurant illico eius aduentu militū animi. Contentiones clamoreſq; omnes eius præſentia ſedantur. Franciſcus admiratur ob incertos rumores tantam rei nouitatem eo abſente tam cito tam temere factam. Admiratur tantum fugiſſe exercitum boſte nullo inſequente: indignatus de ignauia duces increpat. Operæpretiū erat: ſuam unum quenq; ſatiſfactionē agere conantem audire. Fauentinus orto tumultu: cum picininus inconſultis omnibus de repentino diſceſſu iuſſiſſet: male geſtæ rei conſulere nō potuiſſe dicebat. Carolus item omnem in picininū culpam uomēs hominē ſecordiæ ac deſidiæ grauiter incuſabat: & uerbis in eum mordacibus inuehebatur: Qui præ pudore ſummo perfuſus rubore: cum præter cætera uitia: etiam temulentia obiiceretur conticuit. Carolum fauentinūq; Franciſcus obiurgando uti maledicere deinceps deſinerent: admonuit. Traducto in Cremonenſiū fines ſine ſtrepitu exercitu: caſtris ab eo ponte non amplius paſſibus mille locatis: Franciſcus ab exploratoribus cognoſcit: boſtes eodem die ad cauacurtum: minus a piſleone oppido duobus

millibus paſſuum mouiſſe. paulo deinde poſt ex perfugis ei renuncia tur: in cremonéſes eum fugere: uulgatam iam eſſe inter boſtes famã. quod nec in laudenſibus neque apertis campis conſiſtere auſus eſſet neque ullum tutum ſibi locum citra cremonã putaſſet: ibi flumen ſibi munimẽto paraſſe. Qua uoce uæbementer commotus non ferendum exiſtimauit: ut tantum ignominiæ nomen de tanto exercitu deque tot præſtãtiſſimis belli ducibus apud boſtes relinqueret. Itaq; conuocatis in concionem ducibus: cõmunicatoq; conſilio: tubicinem in uenetoꝝ caſtra miſſum nũciare iubet ne quis exercitum aut ducem mediolanẽ ſium timoris & fugæ inſimulet: conſtituiſſe Franciſcũ ſi uenetis duci bus præliandi ſteterit animus: poſtero die toto exercitu citra Adduam in laudenſi ſolo æquo utrique parti loco pugnandi poteſtatem facere. Vbi uero ex Tubicinis reditu boſtium duces cognitum eſt: alacri aio dimicãdi copiam facturos: dat continuo Franciſcus operam: ut ex pro ximis oppidis milites: quibus præſidio eſſent: accerſant: Cremonenſi bus cremẽſibuſq; delectũ imperat. Hos uno tempore omnes in caſtra conuenire iubet: & quantis præterea poteſt undique coactis copiis in proximam noctem exercitum augere nullum tempus prætermittit. poſtea uero quam illuxit exercitus partem in laudẽſes ponte traducit. reliquam: ubi oporteat: accitam ſubſequi mandat & mille circiter paſſus in boſtes producit. Idem facit Michael duo ſunt: qua utrinque coeundum confligendũq; erat: non multum æditi colles quingentoꝝ fere paſſuum inter ſe & pari ab utriſq; caſtris ſpatio diſtantes. Hi con uallem in planiciem equeſtri pugnæ accõmodatam efficiunt. Vtrique in ſuo colle exercitus conſiſtunt: qbus ſe mutuo e regione conſpicienti bus: duces alter alterius in planiciem deſcenſum cõmittendi prælii initium expectabant. Interim pedeſtribus copiis paucis intermixtis equitibus leuiter concertabat. Vbi uero Franciſcus maiore iam diei parte conſumpta boſtes neque loco ſe mouere: neque ullum dimicãdi ſignum facere uidet: arbitratus id quod erat: non ad conſerendam pu gnam ſed ad quandam ſeruandæ auctoritatis cauſa oſtentationem eo uſque ueniſſe: ubi tuto ad ſpectaculnm accõmodato ſe tenerent loco: leui eos prælio in certamẽ prouocare ſtatuit. Nam quod conſilio illos recuſare animaduertebat: ad id arte: ſi allicere poſſet: experiri uolebat. Itaque duas delectoꝝ equitum turmas & peditatus partem. Quorum numero Iacobus picininus pugnandi auidus cum paucis ex ſuis pre cario eſt additus: immittit in boſtes: eo iuſſu ut necubi prius ſtarent quam in ipſorum boſtium agminis conſpectum uenirent. Hoꝝ præſi dio alios ſubmittit: non procul ab his ſtare iuſſit. Hi impetrata faciũt priores inuadunt boſtes pugnaq; laceſſunt & paulatim in planiciem trabere conantur præter cæteros autem Spbortianos equites: qui ei prælio interfuerunt. Antonellus cornetanus: cui ex paruula corporis

ſtatura picinino erat cognomen animo acer & manu promptus : præ claꝝ eximiæ uirtutis cernentibus reliquis teſtimoniū præbuit:qui ppe qui ſe confertiſſimos inter boſtes ſæpius intulerit : pauciſqꝫ adiutori bus ſociis primum boſtium agmen acriter turbauerit:repuleritqꝫ : & magno circunfuſus numero propria uirtute & equi celeritate egregie rem edendo:& multitudine ſe explicando:admirantibꝰcunctis:ad ſuos incolumis ſe rettulerit.Hoſtes nihilo tamē ſecius perſtare in ſummo colle perſeuerant : neque quod ab noſtris ad medium fere accliuum progredientibꝰ urgerentur : neque quod in plurimoꝝ conſpectu non nulli ex ſuis caperentᵉ : loco mouentur.Vnam banc ſolum cōmittendi prælii ſpeciem eo die ueneti præbuere. Colles:quos diximus:ad meri diem ſunt perpetui & ad orientem duoꝝ cornuum inſtar in Adduam uergunt.Ab horum ſuperiore collium parte:quæ paulo minus paſſuū mille continet ambitum : aggreſſuros ſe noſtros multis agitationibꝰ oſtentauerunt in primis ex turmis equitum multis alam faciunt . & Robertbum bodienſem ea noſtros adoriri iubent:qui nondum ad lapi dis iactum proceſſerat cum reſiſtere eum:regrediqꝫ iuſſerunt . Quod ea de cauſa potiſſimū noſtri factum arbitrabantᵉ : quoniam uerebantᵉ ne præter uoluntatem ad confligendū traberentur . Quando quidem noſtram aciem ex pluribus coactam turmis frequenti alacrique curſu in ſuos euntem conſpicerēt: cui Franciſcū picininū & Carolum gonza gam Franciſcus præfecerat:mādaueratqꝫ:ut uenientes medio peracto itinere boſtes inuaderēt:nec aliter laceſſerent:ſi non laceſſerentᵉ.Qui ubi nihil negotii cum boſtibus ſibi dari uident : rurſus inter ſeſe in priores acerbioreſqꝫ cōtumelias deſcendūt.picininum Carolus ignauū temulentūqꝫ appellat . Ille contra Carolum Timidum edacem garru lumqꝫ uocat.Cum ſol iam occideret:neque boſtem arte : ulla æquum in locum ad pugnam attrahi poſſe Franciſcus uidet:neque iniquo ſibi loco pugnandum cenſet:receptui cani iubet.Quo ſigno dato utrique in caſtra exercitus pœne ueſperi rediere.Poſtridie ut cōſtituerat:Franci ſcus in placentinos traducit:& proximo die:qui fuit ad Kal.Octobres unis caſtris ad paſſuum millia duo prope placentiam admouet . Sed quoniam banc quam obſidere urbem properabat:magni eſſe ambitus magno refertam populo : & ualido munitam præſidio intelligebat : cuncta prius exploranda quam propius accedat : arbitratus:biduo ibi morandum ſibi ſtatuit.Aloyſium uermium primo ad ſe cum toto eius equitatu uenire iubet : magnūqꝫ inſuper ſtratorum numeꝝ uniuerſo placentino agro imperat.deinde quæ ciuitati rerum condicio eſſet:qui militum quiue hominum ad ſumenda arma idoneoꝝ numerus intus aleretur:quæ regioni natura eſſet : qui in placentinoꝝ finibus fidem Mediolanenſibꝰ ſeruarent : & qua demum municipes mente ſecum futuros ſperare poſſet.qđ bæc fere omnia ſibi incognita erant:ſumma

cura cognoſcere ſtudet. Quæ cum ſatis pro tempore partim ex placentinis ciuibus: qui eo uenerant: conquiſiſſet: præcipue ex Iohanne Anguiſſola non minus regionis eius quam belli perito: cui ob antiquam familiaritatē magnam adhibebat fidem: partim ipſe loca peragrando perſpexiſſet: ita comperiebat. quicquid placentini agri eſſet præter uicolenium Albertbi ſcopti municipiū quem defeciſſe ad uenetos dixim⁹: Mediolanenſib⁹ obtemperare. Municipes partim metu partim uoluntario animo ad pellendos placentia uenetos ſatis eſſe propenſos: Nobiles qui in municipiis eſſent: quorum non paruus erat numerus ex anguiſſola landa & arcella præſertim familia propenſiore quodam ad id motos ſtudio: omni ſibi auxilio affuturos urbē ipſam in patenti planicie ſitam: non amplius paſſibus quingentis ab flumine pado ſicuti in quattuor ciuium factiones diuidatur: fontanam Scoptam landam & anguiſſolam: Ita quattuor portis diſtingui. Harum una quæ ad orientem ſpectat: diui lazari porta ab templo extra urbem conſtructo denominatur. Alteram quæ ad occidentem uergit: uiæ ſublatæ portam appellant: quæ uero a meridie eſt: ab beati Raymundi fano: quod iuxta eam portam intra urbem exiſtat: nomen capit. Quarta quæ ad ſeptentrionem uerſa eſt: fontis auguſti porta nuncupatur: quam uulgo foſſam dicunt. Quod ſacer ac uetuſtiſſimus auguſti fons ab ea regione urbem præterfluat. Qui qdem fons magna ui aquæ in padum decurrens cōmodiſſimū ciuibus portum efficit. Cæterum pluſquam millia quattuor militū in urbe erant: in quibus duorum millium erat equitum numerus. Quod anteaquā e papia ad probibendos in placentinos tranſitu uenetos: ut demonſtrauim⁹: Galeones mitterent: duces uenetorum ſinguli ſingulas equitum turmas iuſſu legatoꝝ eo tranſmiſerant: præſidiumq; auxerant. Ex omni autem ciuitate: qui ferre arma poterant: amplius millibus delectoꝝ hominū ſex. Magnam præterea uim frumenti: magnáq; cæteraꝝ rerum copiam quæ ad alendos tam homines quam iumenta uſui erant: eo comportatā. eandam inſuper urbem maiore quam cæteræ longobardoꝝ urbes: ſed paulo tamen minore Mediolani conſtare circuitu: & ualidis mœnibus dupliciq; foſſa circūdatam: ac turribus uetuſtiſſimis & propugnaculis pluteiſq; frequentibus nouiſſime confectis ꝑmunitam. Ciues quoque cum omni multitudine: qui urbem uenetis tradiderant cōſtantiſſime in illorum fide ſe ꝑmanſuros conſtituiſſe. Idq; ſæpius in ueneti legati conſpectu iureiurando confirmaſſe atque omnia extrema prius paſſuros quam uenetis fidem fallere. Nam conſcientia dimiſſi facinoris ob factam dudum uenetis deditionem: ita eos uexabat: ita conterrebat: ut nunq̄ apud Mediolanēſes: quos ſuapte natura odio haberent: ullum ſibi clæmentiæ locum inuenire poſſe arbitrarent. Cumq; demum Franciſcus ſuum exercitum recenſuiſſet: non minorem pugnatoꝝ numerum eos

conficere poſſe repperit: qui placentiæ defenſioni eſſent conſtituti: ac cedebat: quod autumn⁹ iam pluuiis & hymbribus incrudeſceret: Quæ omnia cum obſidionē per ſe duram atque difficilem duriorem diutur nioremq; reddere uiderent: tamen eo acriore animo eius obſidendæ oppugnādæq; urbis negotium ſuſcipit: quo ſe maiorem inde laudem conſecutum intelligebat. Per eoſdem dies: quibus in placētinos Franci ſcus traiecerat: Michael & uenetorum legati: qbus nulla res magis erat curæ: quam ut placentinos ciues in fide continerent: urbemq; uſque adeo ſeruarent: quoad claſſis quam ueneti ſumma diligentia ac celeri tate Venetiis ædificandam curabant: pado flumine eo ſummitteret: decreuerunt: cōmunicato ſæpius conſilio: præſidium: quod placentiæ erat: tanto equitum ac peditum numero rurſus augere: quo plus in ciuitate milites quam ipſi ciues poſſent: contraq; hoſtiū uires mœnia facilius tueri: quod ſibi exploratiſſimū erat: hoſtem: niſi ea recepta ne quaquam inde diſceſſurum: cum magnam illum eius obſidendæ urbis opportunitatē habiturum intelligerent: Itaque cum ad Caſale poſter lengum in ueteri⁹ caſtris conſediſſent: magna exercitus parte ſumpta ad padi ripam quæ non longe ab placentia eſt: contenderūt. Vbi ad trauciēdum paratæ erant naues. Quorum de aduentu cum eſſet Thad deus certior factus cum toto præſidio & magna populi multitudine urbe egreſſus: ad alteram fluminis ripam e cōſpectu naualis ineundæ pugnæ ſignum expectabat. Duo ibi ex ſublimioribus Galeones: qui uti oſtendimus e papia uenerant: medio flumine in anchoris ſtabant: ne quis ea tranſiret probibentes: Quod traiectus ibi eſſet breuior & ad conſcēdendū naues & egrediendū accōmodatior. Reliqui quattuor multo minores: quorum duo nuper e Cremona miſſi fuerant: partim in ſuperiore partim in inferiore fluminis parte cōſtituti: tria paſſuum millia aut paulo amplius inter ſe diſtabant. hos quos diximus ſubli miores: quibus Bernardus euſtachius præerat: ſummo bombardarum colubrinarumq; impetu: quas uebiculis eo detulerant: ex utroq; littore uno atque eodem tempore acriter oppugnare: & multis flumine arma tis nauiculis duobuſq; galeonculis: qui placentiæ erant: expugnare cœperunt. At præfectus &ſi maiore nautarum militumq; parte multis confecta uulneribus: nullo temporis ſpatio intermiſſo ita in anguſtū undique conflictabat: ut iam hoſtes muſculis quibuſdā: quos uulgo Gattos appellant: clauos noſtrarum nauium appræhendiſſent: euellereq; adniterentur: tamē tandiu pugnam ſuſtinuit: quoad philippus nepos: qui erat in ſupiore fluminis ripa audito frequenti bombardarum ſtrepi tu: cum duobus quibus præerat galeonculis: ei ſubſidio uenit: cuius aduentu magno protinus periculo Bernardus liberatus eſt. Nam nec loco perſiſtere diutius poterat: quin deuictus in hoſtiū manus deueni ret. Sin uero ſoluens loco diſcediſſet: liberam tranſportandorum militum

boſtibus poteſtatē relinquebat. redintegratis igitur uiribus: ſublatiſq; anchoris extemplo boſtium claſſem inuadit: ſed illi naues cū leuiores eſſent: relictis ad ripam fluminis quæ ad placentiam pertinet leuiori bus nauigiis fugientes ſe per auguſti fontem placentiam receperunt. præfecti naues fugatis utraq; ripa boſtibus reſciſſas fractaſq; ad imū demergi iuſſerunt. boc prælio facto: boſtes irrito cœptu cum in ſtatio nes rediiſſent: maiore conatu claſſis pellēdæ ſtudio die poſtero eodem reuerti ſtatuerunt. Quo cum mane ueniſſent: & aliquandiu noſtros ex continenti laceſſiſſent: nec quicquam proficere poſſe animaduertiſſēt: pugna deſtitere. His cognitis: & omnibus ad obſidionem perſpectis rebus: Frāciſcus: ut decreuerat: placentiā toto exercitu propius accedit: caſtraq; in hunc modum circum mœnia diſponit. Suum in primis pe ditatum ad diui lazari portam: cui ſuburbiū multis ædificiis frequēs ſubiicitur: ponit. Equitatus paſſus abinde quingentos locat. Idque ea fecit cauſa: quod tantum ab urbis foſſa equitum tabernacula abeſſe uolebat: quantum ad inſtruēdum extendendūq; agmē: ubi opus eſſet: ſufficere poſſe arbitrabatur. preterea erumpētibus ex munitiſſima reg omniū ciuitate boſtibus: quod crebro facturos exiſtimabat: ita proſpi ciendum cenſebat: ne primo impetu in equitum ſtationes proſilire poſſent: quæ ſi procul ab mœnibus ſint. Carolum deinde cum ſuis ad fontis auguſti portam eodem fere interuallo ſtationes firmare iubet: cui quo ibi tutius ꝓmaneat: nō nullas ex Sphortiano equitatu turmas adiungit. picininum fauentinūq; ad beati Raymundi: & uermiū ſuis poſtremo copiis ad uiæ ſublatæ portam: quem magna inſuper auget militum manu ex iis qui ſub iiſdem picinino & fauentino merebant: conſidere imperat. Cæterum quia ipſa inter caſtra magna intercedebāt ſpatia aquæductibus foſſiſque agrorum compluribus impedita: hæc confeſtim æquari patenteſq; uias: quæ in urbem ducūt: foſſa intercidi & aggeribus repaguliſq; obſtrui iubet. Quod & obſeſſis eruptiones impedire: & obſidentibus per campos ita liberum patere iter uolebat: ut alteri alterius auxilium: ubi opus ſit: deeſſe non poſſet. Caſtra uero cum hinc ab obſeſſorum eruptionib? omnino cuſtodiri oporteret: quod ab partibus reliquis pado claſſeq; tuta efficiebant̃: pluribus in locis circum muros diurnas æque atq; nocturnas armatæ cohortis uigilias diſponit eo aūt die dum parandis ſtationibus tempus milites terunt: boſtes ineundi ſine ſuo periculo certaminis occaſionem nacti: tribus portis nunc equeſtri nunc pedeſtri nunc utroq; milite in noſtros ſæpe erumpere prælioq; acriter laceſſere non deſiuerunt: quos cum milites noſtri undique repellerent: ad portas uſque inſequebant̃: ita ut tælis e muro coniectis repellerent̃. In his prælis perpauci cecidere: multi utrinq; uulnerati. pauci uero intercepti. At Michael & ueneti legati poſteaq̄ nihil opis per exercitum pado claſſeq; prohibentibus obſeſſis

præſtare poſſe uident : alio perituræ urbi conſilio proſpiciendum eſſe iudicant. duæ omnino uiæ ſupererant : quibus præſenti placentinoꝝ neceſſitati ſubueniri poſſe exiſtimabant. Vna erat: ut claſſis quæ uenetiis uti oſtẽdimus parabatur: q̃celerrime conficeret̃ : pararetur: mittere tur: cuius tamen per Cremonẽſes tranſitum: quod ibi pons eſſet: quem magnis uiribus interſcindi oportebat : difficilioꝛẽ tardioremq; quam tempus expoſceret futurum arbitrabant̃ . Altera erat : quæ facilis ad modum: & imminenti placentinæ rei periculo profutura magis uidebatur: ut Mediolanenſib? papiẽſibuſq; ſimul eorum agros populando deuaſtandoq; bellum acrius ſolito inferrent. Ex quo ſicuti coniectura perſpicere poterant: ſic futurum ſperabant; Franciſcũ magno utriſque ciuibus detrimento affectis ſummoq; terrore concuſſis: ſæpius ferendi auxilii cauſa accerſitum: continuiſq; eoꝝ querelis p̃motum: derelicta placentiæ obſidione in inſubres propediem reuerſuꝝ. Quas ob res ad Sanctum columbanũ primum mouẽt: ac ibi relicto cum impedimẽtis præſidio papiam uſq; toto exercitu multis diuerſiſq; itineribus excurſionibus factis: magnam inde hominũ pecorumq; numeꝝ abduxere. & Sanctũ columbanũ continuo adorti ſcalis multiſq; machinis muro adactis biduo expugnare contenderũt. Oppidani contra & ſi defenſoribus nudi ex improuiſo oppugnabant̃: qđ quicqd apud eos erat militaris præſidii: in arce ſeruabatur: tamen adeo p̃tinaciter reſtiterunt: ut non modo ſe ac oppidum ſeruauerint : ſed multos etiam ex hoſtibus uulnerauerint: occiderintq;. Ac ea uictoria fræti pertinacius in Mediolanenſiũ fide perſiſtere conſtituerint. Quod tamen opinione omnium magis futuræ pœnæ metu quã datæ fidei iure faciebant. Imminebat enim eoꝝ ceruicibus arx cum natura loci ac artificio: ut ſupra demonſtrauimus : tum etiam firmo militum præſidio munitiſſima : quam uenetos ſi ſe dediciſſent : minime obtenturos exploratum habebant. Nec dubitabant: quin propediem uel ab uenetoꝝ uel ab Mediolanẽſiũ exercitu in prædam agi neceſſe foret. hoſtes interim per eos dies omni fere hoſtili metu liberi: non tam papienſiũ quam Mediolanẽſiũ fines magnis diurnis nocturniſque incurſionib? licentius infeſtare nullum tempus prætermiſerũt. Quibus de rebus Franciſcus multoꝝ nunciis certior factus pontem quem in pado iam ædificari inſtituerat: ſumma celeritate faciendum curat. Mediolanẽſeſq; quorum litteris de ſuo in laudenſes reditu quottidie obtundebat̃ : hortari: rogare: obteſtarique non deſiſtit: ut ea quæ ad conficiendũ pontẽ deficiebant ſupplementa omnibus prætermiſſis rebus importarent̃. Nam propter fluminis latitudinem ingentem prope eius conſtruendi pontis materiẽ deeſſe comperiebat: quam partim e Mediolano partim e uerbano lacu eo comportari oportebat : nec poſſe ob utriuſq; exercit? magnitudinẽ ſine longo temporis interuallo ulla alia ratione ad ferendã columbanẽſib? opem

niſi confecto ad placentiã ponte in laudenſes tranſire. Quia ſi ea qua premebant columbanẽſes obſidione: liberari cupiebant: toto ſibi exercitu erat in hoſtes eundum. pontem uero omnibus ad confectionẽ comparatis rebus intra ſextum diem ædificari poſteaq; cœptus ſit: perfici poſſe demonſtrat: quem quidem pontem neminẽ eſſe ita rerum expertem dicebat: qui non facile iudicaret: non minus in reliquum tempus dum cum uenetis Mediolanẽſes contendat: quam præſenti placentiæ obſidioni magno uſui futuꝝ. Hæc & ſi uera maximeq; factu neceſſaria erant: utque celeriter conficerent: magnopere apud Mediolanẽſes litteris nunciiſque inſtabat: tamen nequaquam adduci potuerunt: ut ex publico impenſa decerneret: quod nulli rei ſibi profutuꝝ dicerent: cum non unius ſed uix trium menſium ſpatio eum pontem ædificari poſſe: quo exercitus tuto traduceret: exploratiſſimũ haberent. Idemq; philippi memoria ſæpius ſuis ducibus cum uenetis bella gerentibus accidiſſe meminiſſẽt. Quæ quidem res Franciſco tantum inter quotidianos maximoſq; labores moleſtiæ inferebat: ut præſentes turbulentaſque temporꝝ conditiones & miſerandam prope totius longobardiæ calamitatẽ ſæpe ac longe indoleret. Non enim poterat dux belli reꝝq; prudentiſſim? inter cæteras tempeſtatis illius ærumnas: quibus ea ipſa regio admodũ laborabat: quam in perpetuã ſeruitutẽ maximãq; perniciem in dies per imprudentiã trahi uidebat: illud in primis non grauiter queri: quod Mediolanẽſes qui bacten? per diuturna tempora humiliter ſeruire conſueuerint: gentibus dominarẽtur: & dominari inſueti: quod ignorabãt: effici iuberent: quodq; præſertim res bellicæ quæ magni erant momenti & peritiſſimis dignæ uiris ſibi agendæ erant: Qui nihil recte nihilq; aut facile aut difficile factu putabant: niſi quod ipſi ignari rerum ſentirent. Ex quo fiebat: ut plærunq; plus ſibi eorꝝ imprudẽtia quam hoſtium cauſa negotii daretur. Sed quoniã omnia æquo animo ſibi ferenda ſtatuerat: pontemq; neceſſario fieri oportere intelligebat: decreuit rurſus Mediolanenſib? per legatos ſuos perſuadere: & preces in omnes deſcendere: ut res de ponte omnino impetraretur. Itaq; ad eos primo Marcum Attendolum cotboniolanũ ea ſola de cauſa tum mittit: quem ubi re in ſenatum relata: nequicquam proficere cognoſcit: eodem Carolum cãpobaſſum: & Dulcium Anguillarianũ magnæ auctoritatis uiros mittit. q frequẽti aduocata concione reip. periculum ſimul & ſalutẽ proponerẽt: nec poſſe ciuium quorꝝdam præſcripto res bellicas diu miniſtrari: qui ſiquid egregie proſpereq; geſtum erat: ægre ferant: imperatoriſq; cauſam multis oppugnare modis ſtudeant. demũ de placentino bello uictoriã in unius pontis confectione uerſari: facultatem quoq; perficiendi eius ad diem dictum demonſtrarẽt. Et maiorem ea de cauſa dependendæ pecuniæ partem daturum pro reipublicæ commodo Franciſcũ pollicerent. Hac

legatione ſimul & oratione ꝓmotis Mediolanenſiū animis: & faciēdi pontis : & belli gerendi unius ſupremi ſapientiſſimiq; ducis conſilio & auctoritate res tandem omniū conſenſu decreta eſt. Qua impetrata materiaq; celeriter undique comparata : nullum Franciſcus diurnum nocturnūq; tempus remiſit : donec ad diem conſtitutā præter omniū opinionem ſuper naues in pado pontem confecerit. dum autem ei rei dat operam : his crebro palamq; uerbis utebatur : facta in laudenſem agrum ponte tranſeundi copia: claſſe ad id cui intendebat operi præſidio relicta: quo eodem ſibi foret redeundi facultas: mox omnib? copiis in hoſtem ubicunq; eſſet ſe iturum. hæc tamen non eo animo pronunciabat in uulgus: quod ab placentiæ obſidione diſcedendum ſibi putaret: ſed ut ad hoſtes cum fama ꝓueniſſent: forte ſuum ex improuiſo in eos aduentū ueriti: Quod plærunq; in bello plurimū ſibi profuiſſe cognouerat: ab oppidi oppugnatione deſiſterent. Neque eum ſua tum fefellit opinio . Nam cum primum in hoſtium caſtra hic perlatus eſt rumor: Michael non expectandū ſibi ratus: ut pons conficeretur: quod iniquo eſſent uenetoꝝ caſtra loco poſita: tranſ lambꝝ in laudem ueterē uicum conceſſit: & ſiquem peditum deinde numeꝝ noctu placentiam intromittere poſſet: nauiculis quibuſdam per ſiluas ad ripam padi deductis tentare cœpit. Sed facto ſæpi? periculo ob diſpoſitas in flumine frequentes cuſtodias omnes eius in caſſum conatus cecidere. His conſtitutis rebus: cū per eos dies obſeſſa non oppugnata placentia fuiſſet: Franciſcus ad eam deinde oppugnādam conuerſus: inter duas ſanctoꝝ lazari & Raymūdi portas loco idoneo perſpecto: tres miræ latitudinis bombardas in murum adigit: ualidumq; ibi præſidium ponit : foſſis ſubterraneiſq; uiis cratibus deſuper contectis primam ac ſecundam urbis foſſam ingenti quodā ſtudio adire penetrareq; contendit: duaſq; ibi e regione muri turres ædificādas curat. Hoſtes contra omni miſſi liū genere noſtros opere occupatos dies atq; noctes oppugnare procul que foſſa ſubmouere : Turres præcipue ædificari cœptas crebro pilæ ſaxeæ ictu frangendo humi proſternere conantur. & adeo acriter percutere cœperunt : ut nullis ibi amplius conſiſtere audentibus : ædificia breui corruerent. Aduerſus tormentoꝝ impetū aggerem ab interiore parte triplici fere urbis muri craſſitudine trabe faſce fimoq; cōtextum inſtituunt: & muro æquare contendūt. præterea Taddeus qui & annis & corpore grauis ad defendendū quam offendendū aptior peritiorq; erat: ut ne utram tueri foſſam poſſe aīaduertit: tertiam ſibi ineundam putauit. Ripa terrena non nimium rapida ab imo foſſæ ad murum pertinebat . hic factis in eo muro ſubterraneis oſtiis quibuſdā in ripam erumpitur. Aliam ibi foſſam qnanto muri ruina patebat ſpatio patere que poſſe arbitrabatur : effodiendam duobus circiter cubitis a muro diſtantem inſtituit. At Franciſcus ubi fractas uidet deiectaſq; turres;

quas erexerat:alias deintegro inſtaurandas ac humo ceſpite & uimine replendas imperauit . Cæteꝝ in ipſo prope oppugnationis initio ruſticus quidam pannis barbaq; incultus:ſed callido uafroq; ingenio:cum in marginē foſſæ peruenīſſet:intrareq; urbem conaretur:compræbensus ad Franciſcū perducitur:iuſſuſq; effari:unde eſſet:& a quo miſſus: quidue in urbem afferret:placētina ſe patria oriundū ait:ab Michaele uenetoꝝq; legatis placētiam ad Taddeum æſtenſem & Gerardum dandulum cum litteris miſſum. Hunc cū abduci ab ſe laqueoq; ſuſpendi Franciſcus iuſſiſſet: reuerſus ad eum uenturas parmenſis turmæ præfectus : qui illum eo captiuum adduxerat . hic inquit ſi ei ignoſces : polliceretur:omnes tam ex caſtris quam ex urbe creditas ſibi epiſtolas & quo uolueris: & cui iuſſeris redditurꝝ allaturum & demum quicqd imperaueris integre facturum . Qua re audita Franciſcus cum id ſibi magno uſui futurꝝ ad cognoſcenda boſtiū conſilia exiſtimaret:quippe qui hactenus ſæpius ea cum boſtib? eſſet uſus arte: magnopereq; ſibi profuiſſe cognouiſſet:bominē ſolui: uitaq; donatum bono eſſe animo iubet.huic inſuper pecuniam dat:ſeque daturꝝ polliceretur quo magis ſpe præmii eum ſibi obſtringeret.& quid deinceps fieri uelit:oſtendit Apertis deinde leuiter litteris:quas tūc deferebat:ut obſignari iiſdem rurſus ſigillis poſſent : interpretatiſq; magno cum ſcribarum labore: quoꝝ e numero & ipſe fui:quod ignotis eſſēt figuris uariiſq; nominibus atque dictionibus aliter ſignificantib?conſcriptæ:cognoſcit duces boſtium placentiæ obſeſſos:uti forti eſſent animo:cohortari: claſſem uenetiis ſumma celeritate parari:eamq; ꝓpediem affuturā affirmare: cuius auxilio obſidione qua premebant : ſtatim liberari poſſe comper tum habeant.& ob id ne pons : qui ad Cremonam in pado erat:illius aduentum remoraret :toto exercitu reſcindēdi eius cauſa eo proficiſci conſtituiſſe.Quibus quidem litteris nuncio redditis:moxq; placentiā perlatis:rediit triduo poſt cū reſponſis Tabellarius idem.Ex his facile perſpectum : placentinos ciues militeſq; haud grauiter adhuc obſidionem pertuliſſe: ſpondereq; urbem tam diu aduerſus obſidentiū uires ab ſe defendi poſſe: quoad claſſis quam propediem expectabāt:aduentaſſet.Albertbum ſcoptum præterea ſuis litteris proponere nullo unq̄ humano conſilio ad liberandā placentiam aut melius aut ſalubrius eo tempore occurri poſſe: quam ut omnibus copiis in eam Mediolanēſis agri oram:quam Seprum uocant : ſigna uerterent: eſſe regionem eam Mediolano proximā frequētibus uicis ædificiiſq; refertam : & omni cibarioꝝ copia opulentam : unde quod adhuc bello intacta illæſaque euaſerat:magna ex parte Mediolanēſis populus nutriebatur . Qua opportunitate erepta:non paſſuros Mediolanēſes ut ſuo exercitu placentiam obſidente:ipſi uno tempore uaſtatis undiq; ædificiis ab boſtibus obſiderent .Quæ profecto res non mediocrem Franciſco metū iniecit.

Nam ſi hoſtes id conſilii caperent : quod Albertbus regionū peritus ſuadebat:diſcedendū omnino inde ſibi deſerta obſidione:intelligebat. Itaque retentis bis : atque aliis litteris:quæ ad hoſtes deferendæ non uidebantur:cum reliquis nuncium ad Michaelem dimittit: ad quem cum peruenisſet:interrogatus:quoná modo per hoſtium caſtra incolumis tranſiſſet:reſpondit:ſe Sphortiani cuiuſdam militis:qui ſibi multis iam annis herus fuiſſet:beneficio adiutum:cum eundo redeundo que ducem itineris dediſſet:ſeque eius famulum ſimulaſſet:re ſalua ad eos rediiſſe:dicitq; illum pro ea quam habeat in uenetos fide dum res poſtulet:idem ſe factuꝝ pollicitū:cum ſperet aliquando non nihil emolumenti a tanta rep.conſecutuꝝ.Ob id credita re:continuo ducentos aureos nummos equiti ſtatuerunt:quos ſecreto per alium nunciū deferendos iuſſere.Per hunc modum Franciſcus:dum placentia oppugnatur:quicquid & ipſi in urbe obſeſſi:& in exercitu Michael:& uenetiis ipſe ſenatus uel agebant uel acturi erant : uel ſiqua etiam inopia laborabant:ita quottidie cognoſcebat : ut nihil eum per id temporis illorum conſilioꝝ latuerit.Quod quantum ei commodi attulerit:cum nihil ſit utilius in bello ubi errorem illico pœna ſequitur:nihil opportunius nihilque magis neceſſarium : quam hoſtium conſilia habere explorata:non facile æſtimari poſſe:ſæpe illum dicere ſolitum:percepimus.Inter hæc fit item ex hoſtium caſtris certior : Michaelem ex laudenſibus in Mediolanēſem agrum demigraſſe . paulo deinde poſt e Mediolano ad oppugnādum Melcium oppidum proceſſiſſe:ac dedentibus ſeſe Melcianis ingenti pauore pculſis: eorum oppido nullo negotio potitū præſidioq; ibi Antonio uintimiliano natione ſiculo crotoniatum marchione & ab rege Alphonſo paucis ante annis domo eiecto cum mille equitibus totidemq; peditibus relicto : Adduam per caſſianenſium pontem in cremenſes tranſiſſe. Mox reſcindēdi pontis cauſa toto exercitu Cremoná contendere.Qua re cognita ueritus : ne hoſtes ciuitatem improuiſam:nulloq; præſidio munitam nacti : initi fierent conſilii compotes : extemplo imperat Mannum barilem & Iacomaciū ſalernitanū cum delecta militū manu Cremoná proficiſci.Ipſe eodem naui delatus comperit hoſtes iam ex arce conſpici cœpiſſe:& inſtructa acie ad pontē ſecus fluminis litt? magno ſtratoꝝ agmine coacto maturare : pontis aditum firmo peditum præſidio cōmunit.Quæ quidem uia ad ſecundum ferme lapidis iactum attingebat ab ſolo ſublimis foſſaq; & aggere a latere utroque permunita.Galeonem deinde:quem ad pontem forte deligatum conſpexerat : tantum armatoꝝ numerum conſcendere iubet : quantum pro tempore ad rem gerendam ſufficere præfectus iudicaret. Equitatum præterea in uia altera:qua ab eadem porta ad arcē iuxta urbis foſſam itur: ab læua dexteraq; item munita cōſtituit. Inter urbem uero atq; padum campus patet equeſtri pugnæ

accõmodatus. Hac non longe a fluminis littore hoſtes aciẽ producũt. Cõmittitur ſtatim pedeſtre prælium paucis eqtibus intermixtis. Quo in prælio Iohãnellus Arianenſis patria appulus: qui ab puericia apud Franciſcũ militaribus armis rem egregie nauãdo adoleuerat: inſigne uirtutis ſuæ periculum ædidit. equeſtri autem pugna propter ſuorum paucitatẽ abſtinuit. Qui uero in naui erant iuxta ripam aduerſo flumine nauigantes ita hoſtium aciem frequenti plumbeæ pilulæ pilæque ſaxeæ ictu cædere cœperunt: ut multis uulnere affectis turbauerint: diſiectamq; cœpto ab itinere ſubmouerint. At Michael & ueneti ſimul legati: ubi Franciſcum ex inſperato eo aduenisſe uident: quem tam ex inſigni galeæ chriſta quam ex ueſte & ingenti eius uoce agnouerant: nihilq; pficere poſſe animaduertũt: nullo impetu facto auerſis ſignis: qua uenerant: unis caſtris in cremenſes remearunt. Admirabant̃ non parum: fortunãq; ſuam redeundo querebant̃: nihil ab ſe tam ſecreto agi poſſe: quin ſtatim reſciret hoſtis: quottidieq; eorum falli conſilia: nec ab ſe proſpici poſſe. Poſtridie Franciſc⁹ in caſtra regreſſus: repperit illo ueniſſe Alexandrinũ quendam ab Raynaldo regio præfecto ad ſe cum mandatis miſſum. ab eo intelligit: nihil eſſe: quod Raynaldo eo tempore optabilius contingere poſſet: quam Franciſcum Sphortiam ſicuti hactenus ſuo regi præcipuo quodã neceſſitudinis iure affectum acceperat: ita noua mutui foederis acceſſione habere obſtrictum: nec ullũ dubitare ab munificẽtiſſimo gratiſſimoq; rege multis magniſq; beneficiis ornatum iri. Proinde ſiquod nouum foederis argumentum ſibi cum eo rege ineundum firmandũq; putauerit: ſua uteretur opera: quam magnopere ſibi profuturã re ipſa facile intelligeret. Interim ſi quid uel conſilii uel opis pro regis cõmodo præſtare poſſit: gratiſſimũ ſibi futuꝝ. præterea francos Raynaldo duce aduerſus boſcenſes caſtra habere: oppidumq; enixe oppugnare: nec inde niſi eo aut ui capto: aut per deditionem in poteſtatem accepto receſſuros ab eodem cognoſcit. Huic Franciſcus: ſatis ſibi eſſe cum regia francorum domo amicitiæ reſpondit: quã & ſeruare multis iam annis didiciſſet: & augere integra fide: cuius per omnem ætatem fuiſſet obſeruãtiſſim⁹ fixum haberet in animo: neque etiam quando grauiſſimũ cum ueneto⁹ republica ſummis opibus potẽtiſſima pro Mediolanenſib⁹ bellum gerat: auxilii quicquam ab ſe Raynaldum ſperare eo tempore poſſe. Sed illud in primis eũ edocere: non bono conſilio tam paucis copiis in aliena patria alienis moribus alienis finibus procul domo proculq; amicis oppidum muro cinctum & hominũ numero aduerſa ſibi factione munitum obſediſſe. Abundare Mediolanẽſes copiis: habere præter eas: quas in exercitu habeant: alias quamplures multis locis diſtributas. has facile cogi: & aduerſus eum immitti poſſe nuncio demonſtrat. Quare Raynaldum admonere: ne committeret: ut id oppidum: ubi conſediſſet: ex eadem

calamitate gallicæ gentis & internitione exercitus nomen caperet: qua Alexandrinoꝝ urbs pluribus exactis annis ſuæ etiam ætati memoriã prodidiſſet. Quãobrem optimum Raynaldo fore arbitrari: ſi omnibus copiis relicto oppido in Aſtenſium fines ſe receperit. Hæc Franciſcus quoniã & pro ſua conſuetudine & pro fidei obſeruãtia: ſicuti cæteris: quibꝰ aut neceſſitudinis aut foederis gratia iunctus fuiſſet: ita medio lanenſibus omnia quæcunq; ſibi uel belli cauſa agenda erant: uel ab alienis in dies propoſita: cõmunicanda uidebantur: nota apertaq; eſſe uolebat: Aloyſino boſſio & Petro cottæ eoꝝ legatis: qui nuper ad eum redierant: enuncianda curauit. Quæ cum intellexiſſet Raynaldus: & ſuperioribꝰ victoriis elatus: & ut ſunt natura galli mobiles: ſuſpicione & ſuperbia agitatus nihil penſi habuit: inquiẽs utrum bono uel malo conſilio eo acceſſiſſet: nihil ad Franciſcũ pertinere: qui regiis faueret hoſtibus: nec quicquam ab eo unquam in regis cõmodum niſi ſimulatum inſidiiſque plenum proficiſci eo tempore poſſe. Hæc dum apud placentiam geruntur: durius in dies ab Gallis boſcenſes obſidebanꝫ. Ob id Alexandrinis ciuibus: niſi propediẽ ſubſidia ferantur: ſeſe gallis dedituros nũciare. Quãobrem & ipſi apud Mediolanẽſes Alexandrini ut boſcenſibus in ſummo diſcrimine conſtitutis ſuppetias mitterent: quottidie rogare: atque inſtare: quod eo amiſſo oppido nihil in Alexandrino agro relinquebaꝫ: quin omnia eſſent in hoſtiũ poteſtate redacta neceſſeq; fore dicerent: ut undique hoſte circunſepti: non multo poſt tempore & ipſi quoq; in hoſtium manus deuenirent. Quibus rebus permoti Mediolanenſes colligendum parandumque celeriter militem conſtituunt: quo & ſociæ ciuitatis ſaluti proſpicerent: & imminenti boſcenſiũ neceſſitati auxiliarenꝫ. Ad Franciſcũ ea de re partem exercitus petitum mittunt: ab quo cum multis de cauſis id a ſe minus concedi poſſe reſponſum eſſet: quaſcunq; poſſunt: aliunde copias cogunt. Viglebienſibus Salenſibus & omnibus trans Ticinum padumque populis delectum imperãt. Bartholomæũ collionem deinde ex Mediolanenſibus cum mille circiter equitibus & Euſtorgium fauentinum Guidonis fratrem ex Nouarienſibꝰ cum quingentis in tranſpadanos proficiſci iubent: ut poſteaq̃ Alexandrinis ſe adiunxerint: periclitanti iam oppido celeriter ſubſidio eſſe maturent. Cum igitur omnes: ut iuſſi erant: præter Alexandrinos ad oppidum Salas cõueniſſent: Collioque & Euſtorgius primi expeditionis eius duces: ad quintũdecimum Kal. Nouembres diem pugnæ dixiſſent: per patentiſſimos campos qđ fraſchetũ longobardi uocant: in hoſtem producunt. Mittitur ex itinere Euſtorgius Alexandria proficiſcentibꝰ obuiam: ut dum ſe cæteris addiderint: illis præſidio ſit: quorum ad mille & quingẽtoꝝ hominũ arma ferentiũ partim ciuium: partim mercede conductoꝝ peditum: & ſeptingentorum equitum omnino erat numerus. Pedeſtribus copiis Bonus

Iohannes trottus ætate iam grauis : ſed animo fortis: & rei militaris ex longo belli uſu peritus:& Angelus labellus equeſtribus præerant. Hi ubi ea ſe militum phalange in prælium audente ſtipatos uident: non qua Collio uerſabatur:ſed parte alia uno atque eodem tempore in boſtes impetum facere conſtituũt. Præterea Campanella ex præfectis equitum bello ferox cum delecta eqtum coborte ab collione boſcum ingredi iuſſus : qua boſtes aberant porta:nullo negotio in oppidum introducitur:moxq; ſimul & oppidani eruptioni ſe parant:& pugnãdi ab iis qui foris erant: initium præſtolantur . At Galli ut de boſtium aduentu cognouerũt : ab media fere nocte in armis atque in acie eſſe cœperunt:& cum oppido datis obſidibus poſtero die ſe potituros non dubitarent:continere ſe caſtris:euẽtumq; prælii:ubi opus ſit:experiri conſtituunt . Erant autem peditatu Mediolanenſib? multo inferiores. mille circiter pedites aut paulo amplius in caſtris habebant : & eos quidẽ Tirones & collectitios: quos paulo ante ex proximis municipiis euocaſſent.In bis Iſnardus Malaſpina cum ducentis ex Cremolino oppido numerabaꝫ.equitatu uero fere pares.bi ubi Mediolanẽſiũ copias appropinquare uident:relicto impedimẽtis præſidio:bipartito agmine caſtris educunt. Trottus aliquantiſper Alexandrinã aciem e conſpectu boſtis ſtare iuſſerat ab collione cõmittendi prælii ſignum expectans. Interim pedeſtribus turmis mortem carnemq; frequenter conclamãtibus exauditur hic ab Francis fremitus.Raynaldus Alexandrinos quoſdam ciues:qui cum eo erant:quid ea uox gallica indicaret lingua percunctatus:cum reſponſum eſſet:cædem mortemq; minitari:furibund? extemplo: & nos item inqt more gallico in guttura mortẽ inferendo: cum boſtibus rem geramus.His dictis primũ in eos agmẽ immittit. Galli ſua conſuetudine cõfertiſſima acie ingentiq; impetu atq; furore magno cum clamore in Alexandrinã cohortem feruntur . Hi cum ne paululum quidem illorum impetum ſuſtinere potuiſſent : perturbati primo concurſu funduntur: diſiectiq; terga uertunt . pars maior equitum fuga ſalutem petit. Hos uſque Salas Dertbonamq; effuſo curſu boſtes inſecuti:multos ex bis occidunt.Quot enim inſequendo capiebant : tot caſſide detracta iugulabant : & inhumaniter crudeliterque interimebant:eadem in Alexandrinos peditatumq; ſæuitia utunꝫ feri ſanguinariiq; homines:nulli neq; precibus neque pretio parcunt:neq; uincendo cædi finem faciunt.At Collio & Euſtorgi? collectis in unum eqtibus:qui ex fœda reliquoꝝ fuga palantes Angelo cohortatore reſtiterant : alterum gallorꝝ agmen adoriuntur:boc idem ex oppido erumpens magno clamore ſublato Campanella facit. pugnatur utrinq; & a fronte & a tergo acerrime.Complures Italici generis milites cadunt. eandem gallis qua paulo ante in fugiẽtes noſtros uſi fuerant atrocitatem exercentibus:ex gallis aũt pauci interficiunꝫ.Quod noſtri Italico

militari more tantæ crudelitati insueti: & spe consequēdi etiam illoꝝ causa emolumenti aliquid ducti : uiuum quam mortuum captiuum hostem mallebant : Raynaldus simul ac se & numero superari : & ab partibus pluribus premi:nec suos ab hostiū insectatione reuerti uidet: omnes paulatim in castra redire iubet ratus cum & uetusto suburbii aggere & præacutoꝝ sudium uallo eorum more satis munita essent : tam diu se tueri posse quoad alterius equitatus subsidia aduenissent. Sed dum pedem Galli referunt: nostri acrius enixiusq; ingruunt: seq; ui inter confertissimā equitum aciem insinuant . Ex quo factum est : ut cum uim nostrorum militum hostes ferre amplius non ualerent : equitesq; castrorum portam occuparent : & claustra hostibus immixti ingrederent : Galli se fugæ mandarent. Capitur extemplo Raynaldus cum maiore suoꝝ parte. Reliqui ad castellatiū oppidum cursu euadūt. Dum hæc apud Boscum pugna fortissime atrocissimeque conseritur : gallis a nostroꝝ insecutione cædeq; redeuntibus renunciatū est suos iam prælio inclinari: esseq; ducem circūuentum: & prope iam deuictū Quo nuncio perterriti arctiusq; inter sese conglobati : castellatiū eis proximū sese incolumes receperunt: quod neque ipsi fugientes nostris pugnantibus: neq; nostri prælio prædaq; impediti: uim ullam inferendam putauerūt. Collio castris impedimētisq; galloꝝ potitus: grauisq; præda suos ab insequēdis fugientiū hostium reliquiis continuit. Hæc uictoria Mediolanensib? ductoribusq; cæteris pergrata quidem extitit & periucunda: sed multis tamen ex suis iniucunda & peracerba . Fuit enim nostroꝝ temporꝝ memoria apud nostros cruētissima atq; luctuosissima . periere siquidem eo prælio ad quadringenta hominū capita: quorum in numero ex fauentinis Collionianisq; equitibus amplius triginta: ex Alexandrinis supra centum fuere. cæteros ex reliquo peditatu cæsos fuisse constat . Hac multis crebrisq; & uariis referentibus nunciis Alexandriā clade perlata: maxim? continuo exortus est in urbe tumultus . immensus repente mæror totam ciuitatem inuasit. Vrbs tota ingentibus est repleta clamoribus . ubique lamētationes: ubique luctus fieri cœpti. Rumor idem rumoribus uariis auctus nobiliorem quam esset: eam cladem efficiebat . ob eam rem accersitus confestim in urbem Petrus posterla: qui cū pro Mediolanensib? ciuitati præesset: eo die cum delectu in hostem exierat: tumultuantē ciuitatem sedare : ciuiumq; animos factionis studio & inueterato quodā inter sese odio: alterum in alterius perniciem clademque irritatos pacare conciliareq; contendit . Sed maiore insequenti die excitato ibidem tumultu : in omnes franci generis captiuos sæuitum est. Regressi ad multā noctem ex prælio Alexandriā cum præda milites: qui inde eo mane discesserāt: complures ex Gallis equitibus captiuos secum adduxerāt: quibus spe pretii in ipsa pugnæ concertatione de capitis salute fidem dederant ,

Hos Alexandrini ciues ob ſuorum cædem ira incenſi: ſingulis militū hoſpitiis tumultuarie conquiſitis: quot ex francis compererunt: tot e cuſtodum manibus ereptos in forum traxere. deinde & præſide: & cæteris ciuibus inuitis alios ſecuri percuſſos trucidant: Alios multis illatis uulneribꝰ confodiūt. Quiſq; ut ſibi ultionis ira furorq; inceſſerat: in miſeros humano ſanguine animū explet. Deuicto ac deleto per hūc modum regio exercitu: Galli qui prælio ſuperfuerūt: quos ut demonſtrauimus caſtellatiū oppidum fugientes exceperat: inſequenti nocte relicto Alexandrino agro: in Aſtenſium fines urbemq; profugerunt. Quibus rebus territi Alexandrini municipes quos ſuperioribꝰ diebus ſe Gallis dedidiſſe diximus: nulla cunctatione ad priſtinam ciuium fidem rediere. Idem fecere ciues Bergolium incolentes: Guaſcbis qui oppidi eius dedendi auctores fuerant: domo patriaq; pulſis. Præterea Iobānes Galeacius trottus quod caſtellatiū hoſtibus tradidiſſet: retentus: moxq; Mediolanū perductus: in uincula coniicit. His rebus feliciter geſtis Mediolanēſes elati: in Dertbonenſes continuo animum conuertunt: quos quia uti oſtendimꝰ: eorum imperio obtemperare noluerant: Franciſciq; præfectum receperāt: graui odio perſequebant. Itaq; cum illoꝝ urbi admouendū uictorem exercitum conſtituiſſent: Collio quatriduo poſt prælium factū omnibus copiis in Dertbonenſiū fines proficiſcit. Deinde longe lateq; eorum agros populatus: caſtra ad ipſa prope urbis mœnia ponit. At ciues nil hoſtile eo tempore timentes: cū Franciſci fidei & auctoritati plurimū confiderent: multis grauibuſque omnium pœne rerum quas in agris habebant detrimētis uno die affecti ſunt. Deinde cum non minus domi quam foris ex improuiſo oppreſſi eſſent: ingenti pauore perculſi: quid agant: quidue in tanto reꝝ diſcrimine conſilii captent: non ſatis decernere ualent. Sed omnibus tandem rebus conſilio diſcuſſis: ubi ſe omni militum præſidio deſtitutos: moenia defenſoribꝰ idoneis nuda: quæ plurimis locis uetuſtate & diuturna pace collapſa erant: atque armis omnibus. Præterea & munimētis: quibus ſe defendere poſſent: carere uident: biduo poſt quam eo ab hoſte uentum eſt: ſeſe atq; urbem Mediolanenſiū legatis permiſere. Confecto Alexandrino bello: Dertbonēſibuſq; compoſitis rebus: Mediolanēſes ne quod ſupererat autumni tempus remitteret: pontem qui in Addua apud leucum uenetoꝝ præſidio tenebat: breui temporis ſpatio obtineri poſſe arbitrati: Collionē cum omnibus copiis eo ſe celeriter conferre iubent. Is traducto per papienſem Mediolanenſemque agrum exercitu: quem nouo peditatu Mediolanēſes auxerant: pontem ab utriſque fluminis ripis obſidet: ac tormentis oppugnare aggreſſus nullum neque diurnum neq; nocturnū opere uacuum tempus remittit. Verum ubi Michael uenetoꝝq; legati de eius pontis oppugnatione cognoſcunt: quāprimum magnam exercitus partem per

Bergomẽſes ac Sancti martini uallem obſeſſis ſubſidio mittũt. Quoꝝ de aduentu Collio certior factus: nec ſibi amplius ibi manendũ ratus: extemplo ſublatis machinis obſidionem ſoluit. Cæterum non facile dixerim quam grauiter quamque moleſte ea Franciſcus tulerit: quæ in Dertbonẽſibus geſta ſunt. perſpiciebat enim uir magnanim⁹ quam petulanter quam inſolenter nulla dignitatis ſuæ meritoꝝque habita ratione Mediolanẽſes urbem ſibi amicam ſuæq; fidei cõmiſſam atque deditam ingenti diſpendio affecerint: obſederint: & in poteſtatẽ inuitis ciuibus compulerint. Cogitabat quales eos in pacato & florenti rerum ſtatu erga ſe futuros ſperare poſſet: qui in nouo ac nutanti principatu & in ſũmo adhuc ueneti belli furore cõſtituti: hæc ſpreto eius honore aggredi auſi fuerint. Nec poterat ſecum multis de cauſis ſæpius non indignari: quod eorum res ab ſe geri oporteret: quorum peruerſa erga ſe uolũtas longa in cõficiendis rebus cũctatio nimia in alendo exercitu auaricia. leuis apud milites auctoritas plus ſibi negotii: plus animo moleſtiæ: quam & præſens placentiæ oppugnatio: & ipſi hoſtes afferrent. Nam propter pecuniæ inopiam Karolus quem quartis caſtris præeſſe diximus: cõpoſitis ſæpius impedimẽtis in byberna diſcedebat. Idem faciebat Fauentinus: Picininus præter cæteros longe moleſtior: quod fiſci: quod landi: quod Arcelli quamplura ſibi poſt philippi obtum municipia occupaſſent: quæ Nicolao patri ab philippo conceſſa in placẽtino agro poſſidebat ut ſibi relictis placentiæ rebus ad ea recuperanda nunc totis ſuis copiis: nunc parte ſumpta accedere liceret: & importune inſtare: & petulanter contendere non deſinebat. Interim indicto poſſeſſoribus: eorumq; adiutoribus bello: municipes in hoſtiũ numero habebat. Hos autem duces Franciſcus ſuo hortatu: ſua opera: ſua pecunia uix atque ægerrime per eam oppugnationẽ in caſtris continuit. Verum quoniam cum ignobili & ignara plebe: quæ magis impetu quam ratione mouebatur: cum nonnullis etiam ſuo nomini infeſtis ciuibus ſibi eo tempore agẽdum erat: Vbi nihil eſſe certi aĩad uertebat: omnia quantũcunq; dura pro communi longobardaꝝ rerum incolumitate: æquo animo ſibi ferenda: & diſſimulãda hæc in primis ſibi ſtatuit. Iam cum triginta ferme diebus: totidemq; noctibus dura obſidione multiſq; machinis Placentiã Franciſcus oppugnaſſet: diruto latiſſimo ſpatio muro: duæ ingenti altitudine turres magna in foſſam ruina nouiſſime conciderant: Quaꝝ ſublimior altera Corneliæ quondam portæ nunc obſtruſæ munimẽto ædificata fuerat: tantumque ex inde ruina effeciſſe apparebat: ut pugnatorib⁹ in aggerem quẽ contra eduxiſſe Thadeum prædiximus: offerri aſcenſus: patefactoq; deinde aditu facilis in urbẽ deſcenſus fore uideretur. Itaq; aduocato concilio: Non amplius nobis cunctandum Franciſcus ait: quin expugnandæ urbis fortunam experiamur. Importunã inſtare byemẽ: diutius caſtris

militem contineri non posse: qđ adhuc bombardis machinisq; cæteris efficere potuimus: satis industria nostra quottidianoq; militū labore consecutos arbitror. His dictis: postero die qui fuit ad sextūdecimum kalendas decembres pugnæ decreto: in hunc modum atque ordinem ad turbandos lacessendosq; pluribus locis obsessos: & ad uincendam urbem copias disposuit. primo ne ueneti præsidii placentiniq; populi in locum unum collatis uiribus difficilior duriorq; pugna redderetur: ab partibus tribus uno atq; eodem tempore urbem oppugnādam constituit. deinde Carolū classi præfecit: quā eius milite compleri ornariq; iussit: huic: quo datum sibi munus egregie obeundi sit copia: uermiani insuper equitatus partem attribuit. hac per padum & Trebiam classe subuecta: qui forte amnes per eos dies multo bymbre ita creuerant: ut fosustæ admiscerentur: & nauium malis aut superari: aut æquari plurib? locis muri possent: obsessos ab ea parte inuadere: murorum ꝓpugnacula: turresque excelsiores ac munitiores capere: easque impositis præsidiis tueri seruareque mandauit Fauentinū uermiumq; cum reliquis eoꝝ copiis: per ea: quæ inter beati Raymundi ac sublatæ uiæ portam spatia intercedūt: militibus quoad possint mœnia adeuntibus lacessere: infestareq; ciues præcepit. Spbortianis autē bracianisq; simul militibus prostrata iacerent mœnia: machinaꝝq; mole hostes acriter premerent: multoque acrius premendos decreuerat: ad faciendum in obsessos impetum: uimque urbi inferendam: negotium dedit. Tota ob id quæ secuta est nocte gregarius quisque miles crastino se prælio accingit: & sui tegendi corporis hostisq; offendēdi arma parat. Qui castris aberant: cum fama tum multis per loca dimissis nunciis de statuto oppugnationis die certiores facti omnes citi frequentesq; redeunt. plurimiq; præterea ex ꝓximis municipiis aut spe prædæ aut suis capta urbe auxiliandi causa eodem confluunt. postea uero quam dies apparuit: Karolus in primis suos naues conscēdere imperat: moxque tota classe mœnibus appulsa: magno uirorum clamore tubaꝝq; concrepitu: ut erat imperatū: sublato prælium cōmittitur. binc muro scalas admoueri: militesq; ita ascendere. binc paratos e nauib? pontes: qua minor est muri altitudo: aut lassari aut īmitti iubetur. binc defensoribus crebro tæloꝝ ictu murum nudari certatur. Resistit̄ contra acriter: ita: ut pugnantibus nostris sæpius repulsis: in muꝝ prosilire auderet nemo. Fauentinus ac uermius: ut iussi sunt: faciunt: non pede non equo prælium cōmittitur. fit ab ea parte tantūmodo ineundi certaminis species: distinendæ pluribus locis multitudinis causa. Nec inane fuit in ea re imperatoris consilium. His. n. a duabus partibus accensis prœliis extemplo ingētes excitati sunt in urbe tumultus: ubique trepidatum: cunctos ubique ciues: nulla adhuc posteaquam obsideri coepti sunt: oppugnatione tentata: ingens pauor cepit. rei nouitate Thadeus

Gerarduſq; conterriti: cõmunicato celeriter cum primoribus ciuitatis conſilio: urbem defendere parant. Ciues omnes qui arma ferre ualent: muro in circuitu dimenſo diſtributiſq; inter ſeſe nocturnis diurniſq; cuſtodiis conſtitutum ad locum capitis poena edicta concurrerũt. Ipſi uero ſimul & Albertbus cum omni equitatu ac peditatu tuendi anguli muroꝝque ruinæ ſuſcepta cura eo cõuolauerunt. Hic equites in acie ſtare: ac inde eadem poena præter eos: quos in aggere uerſari utilius erat: neminẽ abire: donec ad murum atq; in armis eſſet boſtis: iuſſere. Franciſcꝰ cum eadem de cauſa aliquanto tardius ad eum locũ ueniſſet: ubi erat pugnãdum equites omnis ætate & corpore graues pedibuſq; inualidos equo conſiſtere imperauit. Ex reliquis uero quibus integræ erant uires: duas pedeſtres Spbortiano bracianoq; immixtas milite cohortes efficit. Haꝝ priores milites ſingulos ſiniſtra faſces ex uirgultis ſingulos: quibus foſſam: quam ſecus urbis murum Thadeus: ut prædiximus: effodiendam curauerat: repleri uolebat: dexteraq; baſtam deferre iuſſos pugnam inire mandauit. Sagittariũ uero ac pilularium quenque militem partim in turribus aduerſus murum ædificatis: & aggere uetuſtas inter geminas urbis foſſas intercedẽte collocauit partim in primæ foſſæ ripa multis oppoſitis ex induſtria tum tabula tum humo factis propugnaculis ſiſtere: indeque boſtem cædere edixit. Quibus conſtitutis rebus magno tubarum ſonitu: uiroꝝq; clamore undique exorto: milites non ſecus ac imperatũ: foſſas murumq; inuadunt. At &ſi faſcem nouiſſimã in foſſam quiſque importare adnitebatur: tamen cum priores duro ac multo lapide teſtis quoq; & caniſtris calce & cinere plenis & feruenti inſuper aqua obruerent̃: oculoꝝq; lumine & ſpiritu occuparent̃: perpauci admodum ad eam cum faſce peruenire potuerunt. Satis enim ſuperque omnibus erat: ſe ab continua ueluti bymbre tælorum ictu: quæ ab obſeſſis ex aggere coniiciebant̃: utraq; manu tueri. fit ob id magnus ad foſſam armatoꝝ militum globus: eamque pauci tranſire audent. pugnatur utrinque tamen omni miſſilium genere enixe atque atrociter. Vulnerant̃ ab parte utraque quam plurimi: cadebantq; permulti. Nam in tanto decertationis furore una omnino offerebatur Spbortianis militibus uia: qua aggerem conſcendere poſſent: & ea quidem peranguſta & periculoſa: ut quæ uix tranſeuntes binos caperet. forte pons erat quidam ubi foſſa deſinebat: quæ noſtros in aggerem ſaltu probibebat ex quinque tignis iunctis ſimul conſtructus. Is ad aggerem pertinebat: bærebatq; muri angulo: quod erat turris reliquũ. Corneliæq; portæ proximũ: quem quidem pontem nõ eo conſilio Thadeꝰ effecerat: ut in reliquas ex aggere foſſas tranſiretur: ſed ut qui intus foderent: deſuper contecti ſaxis crebro in foſſam coniectis lædi non poſſent. Cum uero pontis aditũ Spbortiani milites occupaſſent: & in aggerem aſcendere cœpiſſent: bæc Albertbum ad

Thadeum dixiſſe ferunt. beri noſipſi boſtibus pontem conſtruximus: & aditum in urbem parauimus. Tũc manifeſte Thadeum animaduertiſſe ſe per ſuperiorẽ noctem reſcindendi pontis oblitum: grauiſſimũ ſubiiſſe errorem. & ob id eueſtigio militibus: quos & animi uirture: & corporis uiribus præſtare ſciebat: angulum muniiſſe: præcipueq; eius defendendi aditus curæ Georgium quendam natione dalmatã ducto rem peditum inſignem ac fortem præfeciſſe. At nonnulli ex Sphortianis equitib? animo audaces dimicando inſtandoq; acrius in aggerem proſilierant. Sed dum progredi conantur: & ab tergo ab iis: qui poſt angulum ſtabant; feriebant̃: & a fronte acrius repellebant̃: quibus ex rebus non ſuccedentibus reliquis terga uertere coacti paulatim retrocedebant: quorum in numero cum eſſet Iobãnellus Arianenſis: de quo ſupra mentionẽ fecimus: ſaxo in aduerſum caput percuſſus: in foſſam exanimis corruit. Quod ubi animaduertit Frãciſcus: qui eo die poſtea quam pugnari cœptum eſt: armatus ſublimiq; equo uectus: iuxta anterioris foſſæ latus huc atque illuc diſcurrendo milites in certamen impellere. Sagittarios: tormentoq; miniſtros: quo ſuum quiſq; munus obiret: hortari: admonereq; non ceſſabat. Antonium taurinẽſem artificem inſignem: cui exercendæ maioris bombardæ cura erat: cum rei huiuſmodi peritiſſim? haberetur: edocet: ut q̃diligentiſſime poſſet in muri angulum: cuius muniméto ſe potiſſimũ boſtes defenderent: ictus intenderet: eoſque in primis qui angulo tecti decertabant: uel interemptos uel mortis metu territos loco depellere ſtuderet. deinde uoce per milites in aggerem reddita: iubet eos: qui ibi erant: parietiq; eius hærebant: pauliſper pedem referre: & corpora humi inclinare. Antonius aũt re diligẽtius perſpecta atque dimenſa: quod ſibi imperatum eſt: ſine militis cuiuſquam detrimento ex imperatoris ſententia citius quam putarat: exequitur. pila magnæ quidem molis ſummo impetu emiſſa: quæ ſupra armatoꝝ militum ceruices euolans multorum cbriſtas corraſerat: primo ictu muri angulus ruẽs in urbem concidit: ac miſerabile Georgii corpus inter cæteros tũ peremptos plura in fruſta per aera ſpargitur. Quo quidem ictu maximus undique lætitiæ clamor extemplo tollitur: moxque liberius milites in aggerem proſilientes: ubi tutius conſiſtere poſſe intuerent̃: audacius prælio incumbũt. pugnatur a fronte utrinq; baſta enſeque cõminus fortiſſime dum ſic in ipſis moenibus pugna conſerit̃: Gerardus facto nuper nõ procul ab eo aggere in murum iuxta ſolum foramine: comportari eo iuſſerat bombardulam quandam: qua multitudinẽ pro foſſa ſtantem ſubmouere poſſet: admonueratq; miniſtros: ut in unum præ omnibus Franciſcũ: qui facile dignoſcebat̃: pilas omni ſtudio torquerent: Ipſe uero Franciſcus ubi rem tandem in anguſtum deductam uidet: quod ad ſuperãdum in moenibus boſtem: expugnandáq; urbem facto opus

eſſet: impigre & ſubminiſtrabat: & peragebat. Sed dum in margine foſſæ uerſatur: ecce inopinanti ſibi ex urbis muro adueniente & ſecun dum ſuram eius dexterā radente pila uterus equo traiicitur: extemplo que cum eo ſimul intacto uidentibus plurimis equus humi proſterni tur. Quo caſu: qui proximi erant: flæntes accurrunt: & præter cæteros donatus Mediolanenſis ex familiaribus domeſticis ad eum aduolat: multique illum circūſiſtunt: quem aut mortuum aut loetali uulnere affectum exiſtimabāt. Ipſe autem ſummi dei beneficio ad meliorem rerum fortunā ſeruatus: cum pedem equino cruore madefactum exten deret: nihil ſibi mali eſſe inquit: confeſtimq; pedibus ſtetit intrepid⁹. deinde quia de eo quod acciderat: iamprimū ad pugnātes ierat rumor: & ob eam rem territi terga dare retroq; cedere cœperant: cum equum aſcendiſſet: & ſuos tumultuātes aſpexiſſet: ingenti uoce: ut omnes redirent in prælium: clamare cœpit: nōnulloſq;: quos chriſta agnoſce bat: nominatim appellans grauiter increpabat. Militibus uero ducem ex uiuæ uocis ſigno incolumem audientibus: mox in animum redit uirtus: & in aggerem regredientes acrius quam antea pugnam inſtau rant. boſtes contra a fronte nemini cedentes fortiſſime repugnabant: quorum in numero Alexander Siccus Carauagin⁹ eximiæ fortitudinis operam edebat. Ver⁹ ubi ex defenſoribus quam oppugnatorib⁹ ſagitta pilulaq; frequenti multo plures conficerent̄: languidius ſe ſuſtentare cœperunt: quod ſauciis abeuntibus integris equo ad mur⁹ ſtantibus perpauci & ii quidem ægre ſuccedebant. Cum ita aliquandiu æquo cer tamine pugnatum eſſet: prodit ante alios iuuenis quidam ex Salerni tani militibus natione thuſcus: cui uicino erat nomē audax in primis pedeque agilis: ceſtum triplici cathæna tripliciq; ferrea pilula munitū ferens. Is nihil cunctatus in prioris boſtis faciem tanta ui deflexit: ut ille primo ictu obtritus retro in proximū rueret ſociū: & adeo rueret: ut ambo concidērēt. Contigit præterea ſeu dei optimi maximi cōſilio: ſeu quod ſic placentinor⁹ errata ferebant: ut eodem momento tertius quoq; aduerſus oculum tælo tranſfixus laberetur. Nam non amplius quam bini aut terni per aggeris latitudinē ire ſimul poterant: quibus ad alior⁹ pedes proſtratis: Sphortiani per eorum corpora magno impe tu emicantes acrius ingruunt facileque ex aggere pulſis boſtibus: ad muri deambulatoriū perueniunt: & plane toto in aggere dominant̄. Quo rerum ſucceſſu militum multitudo nullis probibentibus prædæ cupiditate eo certatim aſcendere incipit: & per muror⁹ deambulatoria dextera ſiniſtraq; diffundit̄. Sed diſpoſitis ut pugnæ initio oſtendim⁹ prope aggerē: ubi planicies erat haud parua ædificiis uacua pluribus equitum turmis nō tam equeſtri quam pedeſtri prælio paratis: nemo erat tam ferox animo: qui in pomerii planiciem deſcendendi initium faceret. Quāobrem omnibus equos: equoſq; iter⁹ e muro cōclamātib⁹?

Franciſcus qui magnum equitatum intus eſſe ſciebat: remque adhuc in periculo uerſari uidebat: mittit uelociter qui multitudinē inſtruāt: ut murum turreſq; paſſim ab utraque parte caperent: captaſq; tenerēt: & in proximam ſancti lazari portam properarent. Ipſe autem cū nulla tum ſibi intromittēdi in urbem equeſtris ſubſidii facultas eſſet: eiuſq; rei celeriter conficiendæ arderet animus: ad Sancti lazari portam cum ueterano equitatu cōuolat. Cæterum dum eo feſtinat: ciues quos per mœnia diſpoſitos eſſe diximus: perterriti loco cedere. muros deſerere & domum confugere: cum crederent miſeri ſe ibi aut tutos fore: aut ſaltem aliquod ſuæ ſuorumq; ſaluti cōſilium facilius inuenire poſſe. Quod ubi conſpicatus eſt Thadeus: nullum ſaluti locum deſtitutis paſſim moenibus actumq; de urbe eſſe iudicat. Rebus igitur omnino deſperatis: cōmunicato cum Gerardo & albertho de eorū incolumitate conſilio: uiſum eſt: ne in tanto tumultu prædæ boſtib? eſſent: in arces confugiendum. Itaque inſtructis cohortibus mediam per urbem tranſeuntes in urbiculam fœda fuga ſe recipiunt: quæ ad alterum urbis latus foſuſtæ finitimū erat ſita. Ea fuga cōſpecta multitudo inermis leuiſque armaturæ celeriter e muro deſcendit. Idem faciunt armati milites, pectis armis: ut curſu leuiores eſſent. Ita ſecunda & uigeſima diei hora iam exacta urbem undiq; inuadunt: & non multo temporis ſpatio diſcurſionib? uicatim factis tota ciuitas capta atque in prædam uerſa eſt. Cum uero ad portam ueniſſet: pandiq; clauſtra Franciſcus iuſſiſſet: paulum pro foribus cuſtodum pertinacia retardatur. Sed refractis primum clauſtris: ualuiſq; deinde a præfecto ſponte reſeratis urbem & ipſe ingreditur. Quo tempore fauentinus uermiuſque cum reliquo equitatu per uiæ ſublatæ portam introducunt. At dum Franciſcus ad Sancti antonii arcem contendit: quo ſe contuliſſe Thadeum & Gerardum audierat: uidens per urbem cuncta tumultuarie agi: rapi: & clamoribus miſceri: ac ex placētinis etiam plæroſq;: qui ſimul cum reliqua multitudine introierant: & ſibi flæntes occurrerant: oīa deniq; humana diuinaq; diripi & profanari. Indoluit ſane infelicem nobilis & antiquæ urbis ſortem: & miſerabilē defectionis inſontiū calamitatem. dimiſitq; ob eam rem celeriter p urbem ex ſuis complures: quos ſibi fideles fore non dubitabat: monaſteria in ſingula diuino cultui dicata: & in ea præſertim quæ a ſacro muliebri ſexu colerentur: quo magnum uirginum matronarūq; numerū ſalutis cauſa confugiſſe accipiebat: ut ab iniuria & maleficio inuiolatas ſeruari curarent. Poſtea uero quam peruenit ad arcem: cognouit Thadeum cum Gerardo & Albertho exinde paulo ante in urbiculam ei arci proximam cōceſſiſſe. Qua quidem arce nulla mora recepta: bæc Thadeo per Tubicinē enunciari iubet. cum ſe eum in locum iam redactum uideret: unde nequaq̄ eſſet euaſurus quin ſuam in poteſtatem propediem deueniret: ſe ſibi

atque urbiculam traderet: nec expectaret: ut uel fame: uel ui militum ſicuti in urbe deuictus ita in urbicula uinceret: quia uicto ſemper deterior in dies condicio fieri ſoleret. Thadeus ad hæc cum cybariorum inopia urbe amiſſa: uix bidui ſpatio ſe tenere poſſe animaduerteret: ita reſpondit: non uideri ſibi: tenebris iam factis deditionem multorum faciendam: Sed poſtero die & ſuo ſe arbitrio dedituꝝ: & quæcunq; imperaſſet: facturum. Inter hæc nouiſſimus omnium Karolus armis in claſſe relictis: urbem poene ſero ingreſſus eſt: qui cū omnia a reliquo exercitu capta occupataq; inueniſſet: & ob eam rem qui ſibi eo die in nauali dimicatione ſocii fuerant: prædæ expertes grauiter quererent: ciues ad quingentos: qui forte turris cuiuſdam muniméto adhuc in urbe ſe tenerent amiſſi lucri loco ſibi concedendos depoſcit: Qua re audita Franciſcus: & ſi iidem iam ad eum ciues de deditione miſerāt: eoſque ac cæteros captiuos libere dimittēdos ſtatuerat: tamen & militum querela: & ducis poſtulatio: quæ non aliena a militari uſu uidebatur: & quod eius dicto Carolus audiens ſemper fuiſſet: effecerunt: ut obſequēdum illi eſſe putaret. Sic igitur re facile conceſſa: ne ob id propter inuidiam aliqua inter milites contentio oriretur: omnes eodem modo captiuos ciues habendos iudicauit. Qualis aūt quantaq; fuerit eius urbis clades: quæ cōmiſſa inſequēti nocte ſcelera: quot inter milites prædæ cupiditate illata uulnera. Quot cædes in uaſta urbe a multis hominū millibus hoſtibus etiam īmixtis facta fuerint: haud facile explicari poſſet. Multa enim ac uaria nefanda per eam noctē facinora non in uictos modo: ſed in ipſos etiā uictores ſunt perpetrata. Quiſq; ut libido inceſſerat: ullo ſine humano diuinoq; metu ſceleratū expleuit animū. Qui præda uacui erant: facto perditiſſimoꝝ hominū numero: mutataq; facie domos ab aliis occupatas ferro igneq; expugnauerūt: & multo quā priores immitius cum miſeris egerunt. Alii alios bonis belli iure partis exuētes: uita inſuper ſpoliauerūt. ubi illuxit: Thadeus nulla exceptione cū equitatu ſimul & urbicula ſeſe Franciſco permiſit. dum autem inter reliquos captiuos Gerardum & Albertū præ omnibus diligentius uictor inquirit: comperit eos poenas ueritos ob eam qua ille aduerſus eum dum Cremonæ ſuperiore āno pro uenetis legationis munere fungeret: hic aduerſū Mediolanēſes perfidia uſi eſſent per noctem pedeſtri itinere parmam uerſus fugiſſe: abeundique illis facultatem incuſtoditos uiarum aditus præbuiſſe: propterea qđ omnibus eam noctem intra urbem militibus prædæ intētis nullæ uſpiam uigiliæ fierent. Verum Gerardus corporis onere grauior non diu eua ſit incolumis: compræhenſus eſt enim multo iam die errabund?: incognito habitu ab bracianis ſatellitibus non longe a florentiola oppido. Albertus uero pedibus aptior diligentia ducum etiam adhibita: quanuis a multis quæreret: poſt biduum in regienſiū fines peruenit. Dum

hæc agunt: quæ per ſuperiorem noctem ſcelera in urbe admiſſa ſunt: multos quærelis Frāciſcus cognoſcit: quæ cum moleſtiſſima ſibi exti tiſſent: miſeranda præcipue mulier condicione permotus: eas ſtatim ſeu uiris ac parentibus ſiqui repperirent ſeu hoſpitibus cōmiſeratione quadam petentibus: quorum magnus ut demonſtrauim? eo confluxe rat numerus: reddendas iuſſit: capitiſq; pœnā qui non paruiſſet: conſti tuit. Sacra ac pia rurſus clauſtralia loca integra atque illæſa eadem pœna ſeruari mandauit. Ipſe præterea urbem colluſtrans: quot ſcele ſtiſſimos: qui tum contra ius belli deliquiſſent: cōprehendi poterant: fune illico ſuſpēdi iubet. Multas quoq; ac graues inter milites illatas nataſq; prædæ cauſa iniurias atque ſeditiones ſola uel præſentia uel dicto ſedebat. & quoniā eadem de cauſa nouæ in boras lites oriebant: ad eas cognoſcendas atque dirimendas uiros rei militaris peritos & auctoritate grauis iudices delegit. Quorum numero Thadeum ueluti bellicæ diſciplinæ ſcientiſſimū propter longum belli uſum principem adhibuit: qui ea fide & æquitate: eaque patientia omnia ſibi mandata obiuit: ut magnam inde laudem fuerit aſſecutus: & ſingularem pœne omnium ſibi beniuolentiā comparauerit. Cum hoc homine Frāciſcus: & ueteris hoſpitii: & recentis inter eos familiaritatis ac neceſſitudinis memor: præter libertatem quouſq; apud ſe fuit: humaniſſime egit: quem poſt ſuæ captiuitatis menſem libertati reſtitutū ad ſuos equis armiſque donatum dimiſit. In præſidium quoq; militum clæmenter uictoria uſus eſt: quos relictis reb?: quas in ipſa urbis direptione ami ſerant: libere laudem proximum ei receptum recto itinere proficiſci pmiſit: eademq; ducentis circiter peditib? condicio fuit: qui ſuperiore nocte cum padum nauiculis quibuſdam: quas ſecum ex laude adduxe rant: traieciſſent: ubi nullæ: ut ſupradixim?: cuſtodiæ fiebant. & ad mœ nia urbis exorto iam die eas rerum quæ acciderant: ignari pueniſſent intercepti armiſque exuti fuerant. De his rebus geſtis Mediolanēſes Franciſci legatos q; litteris certiores facti tridui ſupplicationes decre uere. Poſt captam placentiā quadraginta ferme dies ibi toto exercitu pmanſum. Quo tempore placētinos non tam pretioſa ſupellectile quā rebus cæteris quas & ad uitæ uſum & ad domos conſtructionē longo iam tempore comparauerāt: ſpoliatos conſtat. omnia enim abſumpſit magna pado flumine nauigandi opportunitas: Qđ inter cætera mala: quæ tum ciuitati acciderunt: longe maximo ſibi detrimento fuiſſe placentini deplorabant. præterea & uenetos exercitus ex cremenſium tranſadduanos q; finibus in ciuitates quæ trans olium. Mintium. & Athesim amnes ſunt: ſicuti quot annis facere conſueuerat: hyematū diſceſſit: & claſſis quam Venetiis: uti ſupra memorauim?: ex duobus & triginta Galeonibus Senatus ædificauerat: ad Caſale maius pado ſubuecta appulit: & Franciſcus copiis per hyberna in tranſpadanos

distributis : nouissime cũ duabus cohortibus Cremonã profectus est.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER VNDECIMVS.

VM esset Cremonæ Franciscꝰ: nõ minꝰ pado flumine ea ciuitas quam terra premebat. Quod cum uniuersus pœne ager in hostiũ esset potestate: ad ipsa prope urbis moenia quottidie incursiões fiebãt: & dimissis ab uenetoꝝ classe biremibꝰ: & aptuariis prædatoriisque nauiculis permultis totum id padi littus: quod ad parmensẽ placentináq; oram pertinet: unde cõmeatus sine periculo eo abunde importabant: crebrius longe lateque uexabatur. At Franciscus ubi per hyemem bis ciues angustiis liberare minus posse uidet: ne eo aditu perturbato: qui adhuc tutus ciuitati in transpadanos relinquebatur: omni ex parte cibariis intercluderet: magnopere sibi curandum putauit: ut pons q ibi: uti demonstrauimꝰ: in pado erat: & contra aquæ & hostilis classis impetum: ita cõmuniret: ne aut capi: aut interscindi posset: Quãobrem ad firmitudinẽ tigna ei operi adiũxit. Quod propter fluminis latitudinem mille circiter passus complectebat: & quantum in longitudinẽ patebat: ab inferiore latere ꝓpugnaculis pluteisque frequentibꝰ instruxit: & ualida ab utraq; ripa castella obduxit. Ibique magnæ latitudinis tormenta collocauit. præterea Horolandũ palauicinum: qui plæraq; non procul ab eo flumine municipia possidebat: intẽtum ad omnes hostium impetus esse iubet: ac in eo magnam se spem pontis defendendi ac subleuãdæ ab inopia frumẽti cremonæ habere ostendit: & Mediolanẽses ad reficiendas naues quæ papiæ erãt classemq; instruẽdam: & ad pecuniam comparandã: qua ineunte uere ornari exercitus posset: hortari & admonere litteris legationibusq; assidue non desistebat. Sed dum hæc summa diligentia confici studet: res longe aliter: quam cogitarat: atque proposuerat: occulte aguntur. Qd̃ post placentiæ expugnationẽ ab iis maxime: quibus eo bello subleuari oportebat: graues in eum insidiæ strui cœptæ sunt. Picinini enim fratres: qui innata & capitali quadam simultate illum insequebant: nulli rei magis per id temporis studebant: quam quẽadmodum ad interneciõnem eum redigere possent. Accedebat ad hanc fratrum perfidiam singularis Franciscꝰ uirtus & potentia: omniq; rerum accessio Mediolanensium primoribus ualde suspecta esse coeperat: cum metuerent: ne aliquando inuiti una cum Mediolanensiũ imperio in eius potestatẽ corruerent. & ob id nihil quod ad Sphortianoꝝ nomen gloriamq; pertineret: audire æquis auribꝰ poterant. Gerardus dandulꝰ uti demõstratũ

eſt : in bracianoꝝ erat poteſtate. hunc adduci ad ſe Franciſcus magno pere cupiebat : cum ab eo de Cremonenſiū ciuium quorundam fide exquirere nōnulla cognoſcereq; uellet. Quod cum ab picininis ſæpius cōtendiſſet: impetrare nequaq̄ potuit. Hi enim re poſtulantis neglecta captiuum data libertate cum his mandatis domum remiſerunt: ut ſuo ſenatui referret: eodem picininos erga uenetos eſſe animo: quo erant: cum primum philippus e uita exceſſit: eorumq; mentem qualis eſſet: ſatis Gentilis leoniſſani ducis interuentu eſſe cognitam exiſtimare: ſua opera Mediolanēſes: modo ipſi uelint: & pacem & ſocietatem cum iis contracturos ſeruaturoſq; perpetuā: propterea quod maior ciuium optimatiū pars non minore odio Franciſcū Spbortiam habeat quam ipſi ueneti infenſo ſeruent animo. Quo quidem aut e medio ſublato: aut longobardia pulſo: futuꝝ: ut cuncta pro uenetoꝝ nutu per Italiam procederēt. His a Gerardo in ſenatu expoſitis: non multo poſt tempore eo per internuncios ſecreto deuentum eſt: ut Mediolanēſes communi conſenſu legatos de ineunda cum uenetis pace Franchinū caſtillioneū iuriſconſultū cui plurimum fiderent: Oldradum lampugnanū. Iohannem meltiū. & Ambroſiū alzatem Bergomū miſerint: quibus paucis poſt diebus re incompoſita redeūtibus: rurſus eodem miſſus eſt Iohannes meltius cum chriſtophoro uelate iuris perito firmandæ eius pacis cauſa. Hæc Frāciſco cum moleſtiſſima eſſent: quod intelligebat quantum ſuæ ſuorumq; ſalutis intereſſet : ſi ea tranſigerent̄ : quæ de pace circūferebant̄: quando quidem omnia ad ſuam ſuoꝝq; pernitiem tenderent : mittit Aloyſium boſſium legatum apud ſe agentem: ut Theodori fratis opera: qui contrarius Triultiæ erat factioni: quæ iam eſſent de pace decreta interturbaret. Scribitq; præterea legatis: quos Mediolani habebat: ut idem ab neceſſariis amiciſq; dando ac pollicendo agi ſtuderent: apertiſſimeq; deinde omnibus in ciuitate demonſtrarēt: eam pacem cuius petendæ gratia miſſæ eſſent bergomū legationes : non ſecurum Mediolanēſibus otium: cum plena ſit inſidiaꝝ: ſed continuū ferme in faucibus uiſceribuſq; bellum: non publicæ libertatis diuturnitatem: ſed ſeruitutem breui parituram: laudenſibus tranſadduaniſq; in uenetoꝝ poteſtate pmanentibus : quam quidem ad rem iam ciues permulti & ipſi etiam magiſtratus aſſentiri uidebantur . Quibus ex rebus factum eſt: ut multos ciuitatis Theodorus & Georgius lampugnanus audaces ambo atque impigri : quoꝝ apud plebem auctoritas plurimū ualebat: in ſuam belli gerendi ſententiam traxerint. Interim legati Mediolanēſes ita cum uenetoꝝ legatis egerunt: ut parte utraq; quod obtineret poſſidente inter duas reſpu. pax eſſet. Id cum ab Mediolanenſibus publico noningentoꝝ ciuium decreto probari oporteret. Et ut efficeretur præter cæteros cum clientela Araſmus triulcius curaret Franciſco quidē amicus ſed amicior libertati cui obſtare illū cernebat:

tota comenſis porta : quæ uti demonſtratū eſt : ſextam urbis partem continet Theodoro & Georgio auctorib? commota eſt. deinde magna populi multitudine coacta bellum bellumq; etiam conclamāte: ubi in curiam principum uentum eſt: ab frumēti multitudine Araſmus petitur: quod foedæ ꝓnitioſæq; pacis eſſet auctor: Qui populari tumultu territus ui multitudinis cædendum ratus bellum & ipſe protinus inclamat: cumq; ſe paulatim multitudine explicaſſet: domum ſe recepit. Cum igitur cōmuni conſenſu Mediolanēſes perſeuerare in bello decreuiſſent: ex eo die ad bellandi ſtudia conuerſis omnium animis ad eas res conficiendas : quas multis ante diebus Franciſcus in ſenatu per ſuos deferri iuſſerat: propenſius enixiuſq; operam dare coeperunt. Magnam claſſis partē pro tempore armis nautis & remige ornatū Cremonam mittunt. reliquū uero claſſis uti in diem inſtruitur: & in aquam deducitur: eodem celeriter proficiſci iubent. Antonium uintimillianū præterea quem Meltii præſidio ab uenetis relictum diximus: cū eſſet Mediolani tranſfuga mille & quingentoꝝ equitum & peditum quingentoꝝ ſtipendio conducunt: dataque pecunia ſe propere bello paret: contendunt: diſtribuiq; item argentum frugaliter in reliquos militū duces: qui placentinoꝝ præda abfuerant: magnopere curant. Franciſcū uero: picininos: ac uermium: Karolo & fauentino prætermiſſis: qui ſe liberos eſſe dixerint: & alter in mantuanos : alter in flaminiā omnib? eorum copiis byematum diſceſſerant: mirum in modum & hortari: & orare non ceſſant : ut pro reip . commodo non expectato dependendæ pecuniæ tempore: cuius inopia tunc plurimū laborarent: ex hybernis copias educerent : & quantacūq; celeritate fieri poſſit: Tranſadduanos aggrederent̃ : quorum oppida non dubitabant imparatis celeritateq; præuentis boſtibus nō multo labore paucis diebus in poteſtatē redigi poſſe. Franciſcus &ſi quod ab ſe tantopere petebatur: non ſine magna militum querela atque incōmodo fieri poſſe intelligebat: tamen quoniam Mediolanenſiū poſtulatis ſatiſſacere uolebat : quo in reliquum tempus obſequētiores in rebus gerendis ſibi eſſent: quæcunq; ipſi proposuerint: modo a belli gerendi ratione non diſcederent : ſe pro uirili facturum reſpondit: probauitq; præſentis in tranſadduanos profectionis conſilium: dummodo propediem pecuniæ exercituſq; ſuppleméta: priuſquā eſſet in expeditionē ab boſte proditum mitterent̃. His rebus conſtitutis Frāciſcus tria inter oppida piſleonem Cremam & caſtellionem idoneum tutumq; colligendi exercitus locum nactus huc conuenire oēs imperat: pauciſq; diebus contractis undiq; copiis: ſingulis aureis nummis rhenēſibus in milites ſingulos diſtributis: & cybariis dierum decem ex publico comparatis: circa kalendas maias Mozanicā primum : deinde Vailatūaggreſſus obſidet. Triuilium poſtea ducit . hæc oppida quanquam firmo peditum præſidio ab uenetis tenebant̃:

tamen coactis ui tormentoꝝ oppidanis: decem circiter dierum ſpatio obtinuit. Quibus in poteſtatem acceptis: præſidiiſq; uenetorum cum armis boniſq; omnibus ad ſuos dimiſſis: Caſſiano admouit: Quod oppidum uti initio oſtendimus in mediolanenſi eſt agro; fluminis ad ripam poſitum: ex eo ad trāſadduanos pons pertinebat. Id ualido peditum præſidio ab uenetis ſumma cura cuſtodiebaꝫ. eodemq; tempore cum Euſtorgius fauentiꝰ haud parua militum manu ab Mediolanēſibus eo miſſus ueniſſet expugnato uico: qui aggere foſſaq; circundabatur: qua ad occidentem ſpectat ſolem caſtra ponere iubet. pontemque deinde in Addua pluribus iunctis lembis quāceleriter faciendū curat. quo utrique exercitus facta ultro citroque tranſeundi poteſtate: ſibi auxilio eſſe poſſent: & cōmeatus e Mediolano ad maiora caſtra tranſportandi foret facultas. Cæteꝝ muro atque aggere receptaculi: quod eſt pro arce conſtructum aſſiduo bombardaꝝ ictu ad ſolum deleto: ui eadem quoq; munitio capitur. Arxque quam maiore deinde conatu duces aggreſſi ſunt: poſt diem decimum quam oppugnari Caſſianum cœptum eſt: in poteſtatem Mediolanēſis populi per pactionem accepta ueneto præfecto cum peditatu Bergomū incolumi trāſmiſſo: deuenit. Quibus nunciatis rebus: qui Meltio præſidio erant: metu perculſi: relicto oppido laudem profugere. Caſſiano igitur cum arce ponteque recepto: Franciſcus reliqua tranſadduanoꝝ oppida recuperatū pergens Ripaltā ſiccā adortꝰ circūſiſtit: Qđ oppidū cū aliquandiu oppugnaſſet: incolis prædæ metu impetrata præſidio ſalute ſeſe eius fidei permittentibus in deditionem accepit: & Mediolanenſiū præſidio muniuit. Pandinum deinde obſedit: & ruptis deletiſq; ui tormentoꝝ aggeribus quibus miro quodam ſtudio Iobānes quidam natione biſpanus præſidii præfectus oppidum munierat: expugnauit: moxque arcem qui ei præſidio erant: ſeſe dedentibus recepit. Dum hæc in tranſadduanis geruntur: omnia Cremonæ turbauerat: atque terruerat uenetoꝝ claſſis & in ſummum prope diſcrimen adduxerat. Huic præerat patricia ex gente ueneta Andreas Quirinus. Is cum ab caſalēſi ſtatione ſoluiſſet: & non longius paſſibus mille ab ea urbe conſtitiſſet: poſtridie quam eo uentum eſt: ad lapidis iactum magnam claſſis partem ponti admouit: & cum ex Galeonibus nōnullos magis omnibꝰ arduos delegiſſet: eiſq; muſculis quos ut diximus catos uulgo appellant: ſingulis ſingulos adiūxiſſet: & proiectis ſublatiſq; ſæpe anchoris: propius ei operi adegiſſet: pluribus exinde locis uno tempore omni miſſilium genere oppugnare pontem cœpit: & ſiquam eius partem aut capere: aut interſcindere poſſit: ad mane uſque ad meridiem magnis uiribus obſtinate obnixeque contendit. Nec multum abfuit eo die quin ponte ſimul & claſſe: quam ut prædiximus milite nudam eo Mediolanēſes miſerant: uno fere momento ueneti potirentur. Deſcenſum eſt. n. multo pedite

in arenam:ubi forte paruulam quandam per eos dies inſulam flumen effecerat: Ibique adeo ægre ab noſtris pedeſtri prælio pugnatum eſt: ut ex boſtibus alii pontem aſcenderint: & ſummo clamore uenetorum ſigna pinnis infixerint.alii magno impetu columnas ſuccidere:& eoꝝ qui deſuper erant pedum plantas pilorum cuſpide ferire cœperint: & qui præterea in nauium pluteis ſtabant:multis coniectis iaculis:atq; tælis pluribus locis defenſoribus iis: qui ex ciuitatis delectu eo miſſi fuerant: pontem nudauerint. Quod ubi cognouit Blanca Maria non fœminæ ſed uiri atque ducis operam egregie nauãdo:tanta celeritate atque opportunitate cuncta prouidit: ut tam imminentiſſimo Cremo nẽſes periculo magna cum laude liberauerit. Occurrerũt autem illius hortatu atque impulſu & manu forti & animo ingenti ab utroq; pon tis capite Roggerius gallus:qui tum ex piſleone accerſitus in ea prope prælii contentione ueloci itinere urbi appulerat: & Bellintiona acres utriq; peditum præfecti: & magna cæde edita boſtes depulerunt. Ma gno præterea ad id adiumento fuit Bartholomæ? Gadius cremonẽſis: qui per eos dies eger domi remanſerat: uir quidem impiger & ſingu lari bellicarum machinaꝝ induſtria præditus:qui aſſiduis tormentoꝝ ictibus e caſtellis utriſq; effecit:ut ea pars claſſis:quæ ad pontem pro pius acceſſerat:magno hominũ nauiũq; accepto detrimento ui amota paulatim receſſerit.Salernitanus inſuper:quem urbi Franciſcus præſi dio reliquerat: factis celeriter ex cratibus atque humo pontibus cum delecto milite catefractis equitibus in inſulam deſcendit:boſtiles tur mas:quæ nauib? egreſſæ in arido erãt:inuadit & primo impetu fudit: multos ex iis occidit:multos quos Scaphæ propter multitudinẽ fœdã que fugam recipere nequiuerũt:padus abſumpſit.Sic præfectus irrito conatu & graui inſuper incõmodo affectus eo uſque regreſſus eſt:ubi ab tormentoꝝ ictu abditam claſſem:in tuto fore perſpexit:Nec deinde tamen deſtitit: quin fere quottidie triremibus nauiculiſq; permultis pontem urbemq; infeſtaret.De his rebus cum eſſet Franciſcus crebris Blancæ coniugis litteris certior factus:conciliũ aduocat.docet quanto in periculo ne dum cremonẽſes:ſed nauales quoq; res uerſentur:quan tumq; deinde cõmunis ſalutis interſit: ſi boſtes pontem cuius muni mento integræ adhuc res eſſent: ſuperauerint: cum futurum procul dubio exiſtimari poſſet: nullas uſque Ticinum padi partes ſicuti per ſuperiora tempora philippo uita regnoq; incolumi eueniſſe uiderat: tantis boſtium uiribus Mediolanenſiũ claſſe amiſſa clauſas fore. pro pterea omnibus modis ſtudendũ:ne id quod uererent: aut imperitia aut negligentia ducum accideret:optimũq; eſſe cenſet: ſi omiſſo odio atque inuidia: recta ratione bellum gereretur: ut omni exercitu quan celeriter Cremonam proficiſcerent: claſſemq; delecto militum robore complerent: & boſtilem ſecundo flumine claſſem inuaderent: celerem

uictoriam relaturi: quam se in manu iam habere exploratum dicebat: Deleta uel fugata classe: libertatisq; periculo cremonēsib?: in brixianorum agrum mox traducendum exercitum dicit: & in hostium finibus bellum gerendum: atque ex ea re necessario fieri oportere: ut uenetoꝝ exercitus quem nondum transisse olium: sed transituꝝ in transaddua nos propediem intelligebat: permanere in suis finibus compelleret. Quod si diutius in his locis essent: ita nouo hostium aduentu distinerentur: ut in tuendis oppidis: quæ in regione obtineāt: reliquū æstatis tempus nequicquā consumerent. In transadduanis autem nihil esse reliqui: quod breui obtinere possent. Carauagiū quod oppidum in ea regione hostibus relinquebat: non uideri sibi in eo rerum statu oppugnandum: neq; laudensium ad urbem cōmorandum: cuius potiundæ incredibili quadam siti Mediolanensiū animi arderent: cū nihil uenetis hoc tempore optabilius: nihilq; quod magis illoꝝ rebus conducat: contingere posse: quā ut circa ea oppida mediolanēses tempus terant. picinini &si inuidiam ab Franciſci sententia: quam quidem rem paulo ante ille cum iis cōmunicauerat: dissentire uidebant: qđ ea in mediū adducere statuerāt: quibus profectionē propositam impedire posse confiderent: tamen quoniam non uidebant impræsentia quēadmodum eius argumentis annuentib? præsertim cæteris: contradicere possent: laudarunt & ipsi quoq; probaruntq; simul cū reliquis ducibus imperatoris consilium: omnibus una uoce dicentibus: nec aliter bellum recte geri posse: nisi dedita opera uinci ab hostib? Mediolanēses decreuisset. legati Mediolanensiū nequaq̄ ex his locis iniussu suorum principum discedendū dicebant: quos de iis quæ in ea consultatione dicta essent: quāprimū suis litteris certiores facerent. Interim quoniam ita Mediolanensibus placebat: in laudenses Franciscus ducendum statuit: & passus circiter quingentos ab eo ponte: qui in Addua est: & ad tæli iactum mœnia urbis attingit: castra firmat. Deinde ponte in superiore fluminis parte: quæ Mediolanēsem spectat agrum: scaphis ædificandum curat. Ibi trans id flumen Collionem qui nuper eo uenerat: & Eustorgiū stationem habere iubet. laudensibus præsidio erant equites ad octingentos. & pedites amplius mille: cum his quottidie leuia ad pontem: quem obtinebant: prælia cōmittebant. Cæterum quod in consilio pudor coram agere picinin os deterruerat: id aliena ope efficere conantur. Per Brocardum persicum familiarem suum uersuto ingenio uirum: Arasmo cæterisq; suæ factionis ciuibus persuadent: ne exercitū e laudēsium finibus excedere sinant: neu ornatis Franciſci uerbis simulatisq; consiliis credant: qui non Mediolanensiū: sed suum quæreret cōmodum: cum Cremonā ipse possideat: & brixia cum toto agro: quo duci exercitum summopere cōtenderet: ubicunq; ab uenetis defecerit: ad eum iure foederis pertineat: magnum præterea in sinu serpentem

Mediolanẽſes alere. omnem hominis huius fortunaꝝ acceſſionem eoꝝ imperii diminutionẽ parere. hoc maxime ab Mediolanẽſibus animad uertendum dicunt. laudem poſtremo facile obtineri poſſe: ſi trans ad duam in eo loco caſtra locarent̃ : qui inter flumen & urbana moenia intercederet: demonſtrant. Hac ſubdola & pernicioſa Brocardi oratione re ciuibus perſuaſa: qui quod cuperent: facile credebant: mittunt̃ magi ſtratus conſulto ex optimatib? ciues ſex in caſtra legati : quoꝝ uitalia nus borrhomæus domi potens . Oldradus lampugnan?. & Iohannes caſates primi erant: qui Franciſcum reliquoſq; exercitus duces ad obſi dendam arctius oppugnandãq; laudem hortarent̃: multaq; hominum millia e mediolanẽſes miſſuros : & quæq; oppugnationi ei neceſſaria ſubminiſtraturos dicerent. Hos cum in concilio audiſſet Franciſcus : in eadem ſe eſſe: qua fuiſſet hactenus ſententia reſpondit: neq; ſi per ſeuerare in ſua opinione Mediolanẽſes uoluerint : ut diu in his locis exercitus permaneat: ſe paſſuꝝ ut Cremona diuturno bello attrita per paucoꝝ inuidiam & plurimoꝝ inſciciam in hoſtium faucibus peritura relinqueret̃. Oſtenditque deinde ipſo proſpectu: exercitum : qui citra flumen erat in eum locum : quem deſignarãt premendæ laudis angu ſtius cauſa ſine certiſſima militum pernicie traduci non poſſe . Hæc &ſi legatorum reditu aperte ſatis Mediolanẽſes intelligebant: nihilo tamen ſecius & bracianoꝝ & ciuiũ eorum qui cum iis ſentiebãt horta tu in priore ſententia pulcaciter perſiſtunt . Ob id cum Cremona con tinenter importuna uenetoꝝ claſſe infeſtaret̃: Robertum Sanctoſeue rinatem : & Mannum barrilem cum equitatus delectu eo Franciſcus præſidio mittit. Ipſe uero: cum Mediolanenſiũ pertinaciæ non ampli? ſibi cõtradicendũ putaret: ſua patientia omnia dura tolerabat. Interim dum ad laudem caſtra habentur: Collio qui pluribus ante diebus cum uenetis de ſuis rebus ſecreto tranſegerat: magnis diurnis nocturniſq; itineribus Bripium omnibus cum ſuis copiis peruenit: atque eo ponte qui ibi in Addua uenetorum præſidio tenebatur: paucis itinere amiſſis impedimentis bergomẽſium in fines ſe recepit . Eius fuga & Franci ſci ſimul hortatu permoti Mediolanẽſes Guilielmum Iohannis Mon tis ferrati Marchionis fratrem : qui a uenetis per idem forte tempus uenia impetrata diſceſſerat : ſtipendio conducunt : & Collionis loco ſufficiunt.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER DVODECIMVS.

Er eoſdem dies circiter Kalendas Iulias Michael nō prius tranſire olium auſus: poſtquam uniuerſas uene torum copias in unum locum coactas uidit: potentiſ ſimo exercitu id flumen traiecit: & circa Mozanicam caſtra poſuit: Q đ oppidum cum triduū oppugnaſſet: ui cepit: & magna in parte confeſtim a militibus incenſum in prædam uertit. Quas ob res Franciſcus; quod his locis ubi erat: propediem ſibi diſcedendū intelligebat: ſi tueri parta uellet; rurſus Mediolanēſes tentandos putauit: ut per eorum uoluntatē ſibi ea belli gerendi conſilia capere liceret: quæ ſaluti omniū & dignitati conducere uiderent. Mittit propterea Moretum Nazariū quem ſupra noīauim? qui modo ſingulos modo in concione uniuerſos hortando docendo egregiam ducis fidem & optima conſilia cōmemorando: ita biduo Mediolanēſiū animos commouit: ut ad ſan itatem reuerſi com muni cōſenſu decreuerint: uti deinceps Franciſci arbitratu atq; ductu res bellicæ adminiſtrarent. quod ubi Frāciſc? accepit. mirum in modū lætus & grauibus curis leuatus: cum in priore de inuadenda hoſtium claſſe ſententia omnino perſeuerandū affirmaret: quātis poteſt copiis exercitū augere contendit: atque ſic triduo effecit: ut recenti Guilelmi Karoli: & chriſtophori Taurelli Guidonis filii quem maxime probabat aduentu & multor̄ undiq; cōfluentiū alior̄ magno militum numero exercitus creuerit. & quoniam de picininor̄ bracianor̄q; omnium fide cum pro iis: quæ Mediolani contra ſuam dignitatem in dies conaban tur: tum etiam quod eos occulte cum hoſtibus continēter agere cogno uerat: non nihil ſubdubitabat: nequid in caſtris per dolos in ſe moli rentur: Hos quos diximus: cum uermio duces: quibus plurimū confi debat: ſibi quodā beniuolētiæ & neceſſitudinis iure ſecreto obſtringit. Idemq; egiſſet cū Euſtorgio: ni ille per eos dies accerſitus in patriam ad capeſſendū per Guidonis fratris mortē patrimoniū relictis uermii curæ militibus: in flaminiā diſceſſiſſet. præterea domeſticos picininis exploratores ponit: ut quid agant: quidue conſilii ineant: ſcire poſſit. Quare ubi ſe & aduerſum æmulor̄ inuidiam familiariūq; inimicor̄ perfidiam tutum: & hoſtibus ſi non ſuperiorem: attamen non inferio rem numero uidet: ex laudenſib? mouet: & per cremenſes trinis caſtris ad padi ripam profectus non procul cremona: ad Moſam dicunt: caſtra locat. hoſtes paribus fere itinerib? iuxta olii ripam locis tutis noſtros obſeruant. Interea renunciat̄ Franciſco Quirinū: ubi primum de eius in ea loca aduentu certior factus eſt: ueritū ne aduerſo flumine iniquo

loco dimicare cogeret: toto ſuo nauali exercitu in ueterē apud Caſale maius ſtationē rediiſſe. Quæ quidem res admodum ei fuit pmoleſta: quod ſi loco ꝑmanſiſſent boſtes: ne ea minorem ex inde uictoriam ſe reportaturꝰ ſperabat: quā philippi tempore dum ſub eo mereret: iiſdem fere locis: iiſdemq; fere æſtatis diebus ex potentiſſima uenetoꝰ claſſe Nicolao Taruiſino præfecto rettuliſſe meminerat. Itaque ea ſpe dere lictus: mittit quanceleriter ex ſuis nōnullos rei militaris locorumq; peritos: qui omnibus diligenter exploratis: qđ inueniſſent: referrent. Ab his poſtero die cognoſcit: boſtilem claſſem in eo padi ramo ſtare: qui penes Caſalis oppidi foſſam præterfluebat: iuſulamq; efficiebat: ubi inſignem illam calamitatē ſuperioribus annis philippi exercitus acceperat: atque eius foſſæ labro alligatam: eſſeque ramum ipſum ab ſuperiore oppidi parte ſtipitum in terram demiſſoꝰ: & ex aqua paulum eminentiū uallo clauſum. uado tantūmodo relicto: quo nauigiis ſingulis ingreſſus exituſque præberetur: quod ferreis etiam catbænis muniebat: eamque claſſem oppido caſtris circūſeſſo: & noſtra claſſe ad rami oſtium oppoſita ab duobus lateribus ex continēti facile tormentis offendi delericq; poſſe. Ea re in conſilio delata: omnes uno animo eo proficiſcendū: nihilque inexpertum de expugnanda profligandaue boſtium claſſe relinquēdum conſuluerūt. Sed enim picinini &ſi a reliquorum ſententia minime diſcrepare uidebantur: profectionē tamen eam quoad poſſunt: uariis modis impedire adnituntˇ: Negāt præcipue ſuos milites propter pecuniæ inopiam ulterius progredi poſſe. quin etiam ipſis neceſſe fore dicunt: niſi propediem ſtipendia penderentur Mediolanū uerſus remigrare: ubi ſi pecuniæ eos defecerint: cibaria tamen frumētaria: quæ Mediolanēſes hactenus exercitui dare conſueuerunt: haud ſibi defutura ſperabant: Franciſcus quod intelligebat: quorſum hæc ab picininis dicerentur: per hunc modum eius difficultatis cunctationiſq; cauſas illis adimere excogitauit: eſſe municipia quædam in boſtium manu: qua iter ad claſſem facturus eſſet exercitus proponit. Ex his quāquam ſuæ erant dicionis: & quotiens uellet: in eius fidem redirent: unum tamen opulentius cæteris prædæ militibus deſtinabat: quo ſe ab præſenti inopia eximere: reficereq; poſſent. Quod cum omnibus perplacuiſſet: picinini lucri cupiditate pellecti ſententiā mutant: & ſe ſigna ſecuturos dicunt. & caſtelletum quod pontionum Cremonenſes appellant: priuſquam ſit e concilio diſceſſum direptioni dictum. Vt uero e Cremona eo uentum eſt: municipes continuo per eos ciues: qui ibi prædia habebant: ad Franciſcū oratum mittunt: ut ſupplices in fidem atque gratiam reciperet: quibus ipſe ob eam quam prædiximus cauſam: uelut indignabund? paucis reſpondit: ſe eos: quod priuſquam in eum locum tantus exercitus ueniſſet: ad eum de deditione non miſiſſent: cæteris qui ad boſtes defeciſſent: fore documento

ſtatuiſſe . proinde ſe intus tenerent: fortiterq; defenderēt . Illi autem nequaquā aduerſus principem ſuum arma ſumpturos ſe dicunt. Interim militibus locis pluribus ingreſſis excurſionibuſq; ubique factis: caſtelletum diripitur. Incolas bonis omnibus ſpoliatos cum mulierib? atque liberis ab omni iniuria & maleficio Frāciſcus liberos eſſe iuſſit. Ibi magna uis frumenti : magnaq; animaliū copia inuenta . Nec ea tamen picinini præda contenti fuere : nam &ſi earum rerum magna pars ad eos peruenerat: qui multo ante alios caſtellum inuaſerant : & repugnantib? nullis: multa priuſquā reliqua multitudo introiiſſet: occuparant: rurſus tamē cum eſſet in acie exercitus ſignis ad caſale conuerſis: grauem ſuorum militum inopiam prædicāt: nec eoꝝ memores quæ paulo ante ad Cremonā ꝓmiſerant: negant uel inuidia uel innata quadam eorum alteri animi ignauia eo proficiſcendū eſſe: aſſeuerātes magno ibi cum periculo propinquis boſtibus futuꝝ exercitum: ubi & ipſi boſtes & nauales turmæ & oppidani uno tēpore in caſtra pluribus locis impetum facere poſſent. Ad hæc Franciſcus & cōmeatum abunde habituꝝ exercitum: quem pado aduehēdum militibuſq; diſtribuendū prouidiſſet: & ad caſale non amplius triduo cōmorandum ſtatuiſſe dicebat: quo tempore ſiqua ad uenetæ claſſi uim inferendā poteſtas fieret: id facile confici poſſe arbitrabat. Quod ſi interim boſtes ſuis auxiliū ferre conarent: quod magnopere optabat: nulla iis mora obuiā progrediendum cenſebat. His atque aliis uerbis picinini ab ſententia remouentur: & quod ipſe iuſſiſſet imperator ſe facturos affirmant. Nam ea erat Franciſcus præter cæteras animi dotes ſapientia & facundia præditus: ut nihil fere eſſet in conſultandis deliberādiſq; rebus tam arduum: quin demonſtrando & perſuadendo facile facile : aut tam facile : quin durum & ꝑdifficile redderet: & in ſuam ſententiā traheret adeo: ut legati Mediolanēſes eius uiri prudentiā atque ſingularem in rebus bellicis diſciplinam admirātes uulgo ſæpius dicerent: & ſuis interdū ſcriberent: nullam eſſe rem : quam cum uellet: Franciſcus in conciliis non obtineret: Quæ res magnam profecto ei conflabat inuidiam: magnumq; parabat odium : & mediolani maliuolis magis atque magis ſuſpicionem augebat. Poſtquam igitur uentum eſt Caſale : ab tribus partibus: nam ab reliqua uti oſtendim? : flumen prohibebat: ubi claſſi locus erat: caſtris circundat. Deinde quattuor ab duobus oppidi lateribus tormenta: ſicuti ab exploratoribus acceperat: alia ex alioꝝ regione ſumma in claſſem celeritate conſtituit: quibus die poſtero hinc atque inde continēter ab utroque latere naues ꝑcutiendas cōficiendaſq; ſtudio ingenti contendit. Papienſem uero claſſem ne ueteribus exercitus cohortibus minueret: eo ſolummodo milite atque hominum delectu: quos e parmenſibus nuper euocauerat : compleri : & ad rami oſtium cōſiſtere iubet: ut ſi forte ueneta claſſis metu territa fugæ ſe mādaret:

itinere intercluſo prælio decretare compelleret: quod ex noſtræ claſſis præfectis Blaſius aſaretus qui nauali pugna in mari tyrrheno alphon ſum regem uicerat cum ſe & nauium & militum numero longe hoſti bus imparem eſſe diceret: exequi pertimuit: ſtetitque uniuerſa claſſe eo loco: unde ramus ad Caſale defluens: diſcedebat. Dum hæc agũtur: fit frequenter certior Franciſcus: Michaelem ad ſanctum Iohannem ad crucem toto exercitu conſtitiſſe: minus ſeptẽmillibus paſſuum a noſtris caſtris. Qua re nũciata ſtatim qua hoſtes eo iter facere poſſent: ad ſecundum uſque lapidem uias conſterni: foſſaſq; æquari imperat. Speculatores non tam pedites quam equites frequentes ponit: ut quid agerent hoſtes ſcire poſſet: eo animo ut in eos: relicto caſtris præſidio educeret: & pugnam extra oppidi ædificia apertis campis conſereret. Poſtremo neminem procul caſtris frumentatũ pabulatumue exire per mittit. Quibus ex rebus tantus ſubito timor omnem pœne exercitum occupauit: ut non mediocriter ducum animos perturbaret. Accedebat ad id: quod ut ex captiuis ac perfugis acceperat: ad octo armatorum hominum millia in oppido eſſe: quæ partim ex claſſe: ac præſidio cui Iohannes pazalia præerat: partim ex oppidanis conficiebant quod eru ptionibus crebris quæ nõ paruo militũ impetu in caſtra & ad tormen torum munitiones fiebant: non obſcure iudicabat. Ex quo creſcente magis atque magis ſingulis horis in exercitu timore cuncti militum duces præter Carolum & Taurellũ qui magis odio in bracianos: quã uirtute a cæteris diſſidebat: & taurellum qui de prudẽtia imperatoris non diffidebat: & præclaꝝ aliquod de ſua uirtute piculum edere cupie bat. Franciſcum adeunt: & quanto omnes in periculo uerſentur: ſi ibi diutius morentur: ubi & a fronte & a tergo magno hoſtium numero facile locis iniquis circũueniri poſſent: oſtendere adnituntur. & propte rea eodem omnes animo præter duos in ipſo etiam meridiani ſolis ar dore abeundũ inde: & tutum in locum exercitum reducendũ cenſent: atque teſtantur. Franciſcus: quod tam repentinam animoꝝ mutationẽ a timore natam uidebat: conuocatis ducibus. Non inquit adeo rerum imperitus aut temerarius ſum: ut ſi exercitum in tam manifeſto diſcrimine: ut mihi omnes demonſtrare conamini: poſitum eſſe perſpi cerem: uos hic amplius manere adhortarer: Nemo certe hic eſt: qui plus & rei & nominis amittere poſſit cum omnis & uxoris & liberoꝝ & fortunaꝝ mearum omniũ ſalus ex mea ſolum pendeat ſalute. Hæc quis ex duobus ſit: qui me uolentẽ putet ire peditum: neſcio: Nihil profecto eſt duces quare tantopere uobis timendum ſit. Hæc omnia quæ cõmemoraſtis: iampridem animaduerti atque prouidi. Hoſtes omnino contemnẽdos eſſe non cenſeo. Sed belli ratio & diligentia no ſtra & ſingularis noſtroꝝ militum uirtus certam nobis uictoriam pro mittere uidentur. Tot nobis copiæ ſunt: ut eodem tempore & cum

bis qui in classe & oppido sunt: quos tantopere ptimescere uidemini resistere: & cū uniuerso uenetoꝝ exercitu haud ægre confligere ualeamus: & quēadmodum hostibus: si hi in nos irruperint: si illi eduxerint repugnādum & obuiam eundum congrediendūq; nobis fuerit: satis uobis demonstratū existimo. Cæterum exploratam iam de classe victoriam: cuius potissimum causa huc uenimus: & in manu habere plane dicere possumus: banc tantā benegerendæ rei opportunitatē abeundo amittere. Infectis rebus: non profectio binc nostra: sed fuga potius uidebitur: quod quā detrimētosum mediolanēsi paulo: quamq; nobis turpissimū sit futurum: facile omnes iudicare potestis. Quare manendum hic in diem crastinum quæ pexigua temporis mora est censeo. Interim quid in hostilem classem tormētis & classe etiam nostra proficere possimus: facilius ex reꝝ succesu metiemur. deinde quid nobis expediat: melius iudicare: & quod consilium capiendum sit: tutius ac honorificētius ex ipsarum rerum euentu capere licebit. Hac oratione duces cū nescirent: quid imperatori responderēt: annuerūt: & abeuntes e concilio sese ac exercitum suæ uirtuti: cui magnopere confiderent: cōmittere dixerunt. At Quirinus a Michaele & legatis admonitus ne eo accedentib? simul cū classe hostibus terreret: neue loco discederet: cum sibi q̄primum ab tergo infestissima acie illos inuadere staret animus: paruit ducis legatoꝝq; iussis: & cum posset obsidionis initio re salua abire: ea spe auxilii frætus: ubi principio steterat: præter omniū opinionem perstitit. Sed suis mox opem ferre cunctantibus: cum de discesu cogitare cœpisset: pertimuit nostram classem: quam ex oculis stantem aspiciebat: maiore quam esset militum numero ac robore instructam existimans. Sed enim cum a mane usque ad solis occasum assiduis tormentoꝝ ictibus oppugnaret: quatereturque classis: maior sublimioꝝ Galeonum pars ita est in latera saxeis transfixa atq; quassata pilis: ut complures non tam ex nautica turba: quam ex militum coborte conciderent: & maxima ubiq; per nauium alueos & tabulata hominū cædes: stragesq; conspiceret. Quod cum aīaduertissent Eustachii duo Bernardus & phil ipp? qui cum blaxio asareto & ipsi classi præerant ad rami fauces Francisco non adhortante modo: sed impellente descendente si perdenso nauiū ordine proris ad hostem uersis: iactisq; anchoris constiterunt: duosq; deinde protin? Galeones egregie præter cæteros omnibus rebus ornatos contra aquæ impetum eo imperio immiserunt: ut eos ex classe Galeones inuaderent: qui primo sibi obiicerentur: reliquosq; acriter missilibus lacesserent: ut quid in prælium auderent: ex nauium motu cognosci posset. bi ut iussi faciūt. & primo cōgressu singuli singulos tormentoꝝ terrore defensoribus destitutos nulla contentione cœperunt: & ad classem uersos traxerūt: nec reliqua proinde quicquā ueneta classis sede commota. Quæ quidem res tantā

uniuerſo exercitui læticiam attulit : tantamq; omniũ animis alacritatem ſimul cum uirtute præbuit : ut ſublato timore omnium iudicio parta iam de claſſe victoria uideret̃ : laudareturq; magnopere ſumma imperatoris conſtantia:quod eius prudentia eo res naualis deducta uideretur:ut exercitu incolumi ampliſſimã inde eſſent victoriã habituri. Quirinus aũt tanto nauium naualiũq; ſociorum detrimento accepto conterrit?:ubi multis ſignis fumo factis:quibus quo in periculo uenerta claſſis eſſet : facile terreſtris exercitus intelligere potuerat : neque adhuc exaudiri:neq; multis quaſſatis nauibus exituq; fluuii occupato niſi manifeſta omniũ pernicie diſcedere poſſe uidet:deſperata ſalute: naues omnino deſerere:& oppido naualis turmæ incolumitatẽ petere cõſtituit.Nam nemo erat nautarũ præſidiiq; naualis miles:qui mortis metu in nauibus amplius conſiſtere auderet.Itaq; in proximã noctem facta in terram deſcendendi libertate : omnes cum iis bonis quæ pro tempore bumi exponere potuerũt:paucis in Galeonib?ſingulis relictis nautis:ſeſe in oppidum receperunt.Orta autem luce prima:ut rurſus crebri tormentorũ ſtrepitus audiri:& ex continenti contortis lapidibus naues confodi cœptæ : papienſiſque claſſis uenetæ paulatim appropinquare uiſa eſt:continuo Quirinus:qui ut demonſtrauim?: in oppidũ ſe receperat:excelſiores nõnullas omnib?naues ab iis quos ibi reliquerat ſuccendi:præciſiſq; rudentibus:ut ipſarum incendio cæteræ quoq; exurerent̃:ne integræ in boſtiũ manus deuenirẽt:profluenti deuebendas dari iuſſit : ut uero ad claſſem flamæ atrique piceorum fumorum globi ab exercitu conſpici cœpti ſunt:extemplo multitudo inermis:id quod erat:ſuſpicata:eo cõcurrere cœpit: & partim ſcaphis quas in ripa reperiebant:partim natando nullis prohibentib?naues conſcendũt:& quiſque præda grauis factus in terram redire : & in ſtationes arrepta comportare contendit . Idem faciunt ſumptis nauiculis qui noſtram claſſem:quæ ignem uerita procul ſteterat:conſcenderãt.Franciſcus id conſpicatus : mox armari exercitum:& in acie ſtatutis locis conſiſtere iubet. Deinde præter caſtra:qua in boſtem iter ſtrauerat:educit . Sed dũm hæc aguntur:rumore ingenti inter milites de nauali præda exorto : nemo erat ita dicto audiens :qui non eius prædæ cupiditate : qua permulti ſæpe mortales ad uetita & fœda quæq; trahunt̃ eo abire exardeſceret.Ex quo factum eſt:ut cum permulti clanculũ acie ad flumen exceſſiſſent:aut famulos miſiſſent:ita armatum agmen exinanitũ ſit: ut non aduerſus boſtem exiſſe:ſed ad diripiendam uenetorũ claſſem totus poene exercitus inermis confluxiſſe uideretur: & omnia in caſtris concurſatione & tumultu pmiſcerent̃ . Quod ubi Franciſcus animaduertit : dimiſſis confeſtim ad claſſem & in omnẽ caſtrorũ partem tubicinibus:milites cunctos unum in locum armatos coire : & boſtes iam adeſſe:pugnari iam coeptum pronunciari locis pluribus conclamariq;

imperat. & capitis insuper poenam iis : qui non paruerint : adhibet. Verebat enim non mediocriter: ne si forte hostes quos magnitudine fumi excitatos in armis esse renunciabat diuisum exercitum præda q; occupatum rescisserent : tantam adoriendi occasionem nacti : eo iter arriperent: & diuisis copiis imparatũ offenderent. Sed posteaquã ne id quidem proficere quicquam uidet : magnitudine periculi tam propin quis hostibus permotus: misit : qui in omnes uenetor; iam captas na ues: quas nondum incensas flamæ attigissent: ignem iniicerent. Qua ex re ita factum est: ut statim totus exercitus in aciem cogeret: & mi nus semi horæ spatio uniuersa uenetor; classis tanto undiq; conflagra ret incendio : ut nihil supereſſet ex septuaginta nauiũ numero præter quattuor ad sumum Galeones: quor; duos superiore die captos fuisse diximus. Alteros uero concursus initio eo mane Bernardus ad suos de duci curauerat: quin ignis absumpserit. Constabat nanq; ea classis ex duobus & triginta ut prædiximus : non exiguæ altitudinis galeonib? triremib? duabus. totidemq; biremibus: cæteræ uero naues quæ nume rum confecerant: actuariæ erant & onerariæ ex uaria & humiliore qua dam forma ædificatæ: partim ad transuehendos celeriter: & in terram exponendos milites : partim ad commeatus & reliqua quæ bello usui erant: importanda: & padi fluminis nauigationi accõmodatæ. Concre mata est cum ipsa etiam classe: quæ maximo prope sumptu comparata æstimabat : ingens poene tum bellicar; tum naualium rerum tum cibarior; copia: quæ uincẽdi studium cumulatissime congesserat. His rebus triduo prospere confectis Franciscus quod paulo ante de mutan dis castris dixerat : postridie confecit . Nam & si non recepto oppido inuitus inde recedebat: tamen ne suo commodo omniũ fere uoluntati ꝑtinaciter repugnare uideretur : castra mouit & in uico quam piccior; turriculam uocant: medio fere itinere inter ipsum oppidum & Cremo nam positum consedit. Dum hæc ad Casale gerunt: hostes de ferenda obsessis ope dies atque noctes conciliis agendis cõsumpsere: & in his graues prope inter eos contentiones exortæ sunt: propterea quod lega tis & aliis quibusdã primariis uiris placebat : ut in hostes totis copiis iretur : & collatis signis dimicaretur. Michaeli uero & maiori ducum parti non uidebatur rem tanti momẽti fortunæ temeritati uelut aleæ obiiciendam. Nam qui rei militaris disciplinã ꝑfitebantur : cũ nostri equitatus robur & præstantiam uererẽtur: & præ omnibus rebus sum mam imperatoris prudentiã: uirtutem egregiam: singulareq; in bello auctoritatẽ & secũdam omni tempore fortunã plurimi facerent: illius propemodũ totis copiis congressum & ꝑborrebant: & fugiebant. & ob id præter legatorum uoluntatem se pugna alia atque alia simulando abstinuere .

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XIII.

Ondum certus uictoriæ nuncius ab exercitu Mediolanum puenerat: cū tota ciuitas incertis adhuc rumoribus lætitia ingēti repleta eſt. & nōnulli ex primoribus ciues: qui Franciſci fortunæ ſemper inuiderant: uarias iam belli gerendi cogitatiōes uolutare animo: uariaq; inter ſe colloquia habere cœperūt: nec multo poſt Franciſci multoꝝ litteris re confirmata: decreta eſt tridui per urbē ſupplicatio. Deinde aduocato concilio omniū ferme conſenſu abrogat̄ Franciſco poteſtas quam ſuperioribꝰ diebus de bellicis rebus ſuo arbitratu adminiſtrādis nō ſine magno labore impetrarat. rurſuſq; ducendum in tranſadduanos carauagii potiundi ſtudio exercitum decernit̄: cum hi qui Franciſco infeſti erant: eo oppido recepto: laudem poſtea facilius premi oppugnariq; poſſe dicerent. & ea in poteſtatem redacta pacem cum uenetis prorſus faciendam cenſerent: ne unius maxime bellicoſiſſimi ducis præſcriptu rēpublicā diu adminiſtrare & maximo inſuper belli ſumptu non tam publicas quam priuatas opes cōſumere cogerent̄. Scribitur legatis: ut omnibus publicis priuatiſq; rebus poſt poſitis in tranſadduanos cum exercitu maturarēt. Carauagiū primo aduentu obſideri oppugnariq; curarent. Mediolanēſes mollitum decoctumque militibus triticum in pecuniæ ſupplementū: quam diu ibi fuerint: daturos: nulliſq; etiam rebus quæ oppugnationi ei neceſſariæ uiderentur: defuturos ducibus pollicerentur. Quæ cum ex longa legatorum oratione Franciſcus intellexiſſet: non ſine graui indignatione: Se non poſſe uæbemēter non admirari: atque dolere inquit quod id quod paulo ante decreto publico de bello gerendo Mediolanenſes ſtatuiſſent: nūc ſecundis rebus elati ita repente nulla rerum ſuaꝝ habita ratione retrectaſſent. Quæ res quantum & bonori ſuo & publicæ utilitati detrimēti ſit allatura: iudicio eorum qui rei militaris uſum probe tenerēt: relinqueret ſibi enim in animo fuiſſe & pro reipublicæ & ſuo & exercitus commodo in brixienſem agrum arma ſignaq; conuertere: & boſtes qui tam diu agrum mediolanēſem depopulentur: arte transolium amnem in eorum fines detrudere: atque repellere. Quod ſi res integra in ſua eſſet poteſtate: paucis diebus confici poſſe: ut carauagini ſimul & laudenſes undiq; boſtilibus oppidis atque præſidiis circumſepti non multo tempore neq; multo labore ad deditionē cogerentur. Sed poſteaq̄ Mediolani ſic res haberēt: ut paucoꝝ magis libidine atq; impetu quodam animoꝝ: quam multoꝝ conſilio & ratione agerentur: & ſui eſſet officii: ut quod Mediolanēſes iuſſiſſent: efficiēdum curaret;

ſe quocunq; uoluerint ſimul cum cæteris iturum . Hæc poſteaquam queſtus eſt ex cremonenſib? poſtridie profectus quintis caſtris quarto Kalendas auguſtas carauagium peruenit: oppidum tranſadduanoꝝ in ſigne: regioniſq; caput: populo frequens: muro ac foſſa egregie muni tum: mille amplius paſſibus in ambitū aquæductib? foſſiſq; frequenti bus pœne inuium. At ubi nocte priore huc Matthæum campanum. & Iodouicū Maluicium bononiēſem cum ſeptingentis circiter equitibus & peditibus octingentis: quibus præerat Deteſaluius bergomenſis ab hoſtibus præſidio miſſos renunciatū eſt: Iniucunda quidem & permo leſta ea res fuit : quippe quod ob id quam durior quamq; diuturnior futura eſſet oppidi oppugnatio intelligebat eiecta præſertim inde ma iore oppidanoꝝ parte: quæ uenetoꝝ nomini ſuſpecta haberetur : quod certe præter opinionem euenerat: cum eos quos eadem nocte eademq; de cauſa præmiſiſſet: celeritate ab hoſte ſuperari nequaquam putaret. Præire. n .iuſſerat cum primū de campani ab hoſtium caſtris diſceſſu cognouit : certos equeſtri pedeſtriq; manu confertos : & his Petrum Iohannē camertem uirum fortem belli & locoꝝ peritum ducem addi derat: qui oppidi ingreſſu hoſtem prohiberent. Accedebat ad id etiam: quod propediem tuendi eius oppidi cauſa hoſtes toto exercitu per ea loca futuros compertū haberet. Quis ob res uiſum eſt ei: ut ad ſecun dum tæli iactum procul mœnibus ſtationes militum poneret. Itaque circūſpecto oppidi ſitu : loca caſtroꝝ inter duces dimenſus multo iam die erumpentib? ſæpe hoſtibus per hunc modum Franciſcus cingere exercitu carauagiū cœpit . ſuas in primis copias ad eam ipſius oppidi partem ſtationes facere iubet : quæ ad orientem ſpectat ſolem : & ad uicum quod forum nouū appellant: attingebat: & qua hoſtibus breui? expeditiuſq; ad id oppidū iter fore animaduerterat. Ad dexteram quæ ad ſeptentrionē pertinebat: qua ad Morengū itur uicum: quaue item ad obſeſſos facilem hoſti patere aditum ꝓſpexerat : bracianos tendere edicit. Ad ſiniſtram uero quæ ad Meridiem & ad occidentē uergebat: Guilielmianas Carolanas Taurellanaſq; deinde & uermianas turmas locat. Quod autem agri inter uermianos bracianoſq; milites ſtationi bus reliqui fuit: Id ita paucis interiectis diebus nouo copiaꝝ aduentu completur: ut nihil ſupereſſet circa oppidum ſpatii: quin in coronam militum tabernaculis occuparet̃. Ex his autem equitum ductoribus : quos eo poſteaq̃ uentum eſt: Franciſcus cum ſuis accerſiuerat: ſeptem præcipue numerabant̃: Franciſc? ſcilicet Americus & Barnabos fratres Sāctoſeuerinates. Iacobus urſinus. Angelus labellus. Florauātus peru ſinus : qui ſub philippo Maria duce meruerant . Antonius præterea uintimillianus nouiſſimus omnium recenti milite exercitui additus eſt: duabus etiam equeſtris ordinis cohortibus : quæ ex familiari & domeſtica philippi militia fuerāt: quib? Georgi? annonēſis præficiebat̃

eodē fere tempore adiunctis. Hos omnes præter uintimillianū pedita tum ſupra quattuor equitum millia duxiſſe in ea caſtra affirmabatur. Quo quidem ſupplemento non tam exercitus numero eſt auctus:quā militibus additus non mediocriter animus.firmatis igitur in coronā circa oppidum caſtris Frāciſcus quod boſtes maioribus quam conſue uerant: itineribus appropinquare finibus intelligebat: Nam longius illis per cremonenſes ſecus olii ripam quam noſtris in tranſadduanū agrum ꝓficiſcētibus iter fuerat:poſtridie collecto pro tempore propin quis ex oppidis non exiguo foſſoꝝ numero:qua incluſi boſtes eruptio nibus milites faciendis ſtationibus occupatos turbabant: fatigabātq; uias intercidere: & materie obſtruere: caſtra item a duobus maxime apertis lateribus de quibus ſupra diximus: foſſa & aggere magno ſtu dio munire aggredit̃.Via eſt a carauagio recta ad foꝝ nouum ducens Inter uicum aūt ipſum & nouiſſimas pedeſtris manus ſtationes pari fere interuallo foſſa erat perpetua: tutelæ cauſa quondam circa oppi dum facta uetuſtate & negligētia magna ex parte ad ſummū æquata. Sed forte ibi ad dexteram meridiem uerſus progrediens adeo erat ue prium plena:ut niſi paucis locis tranſiri poſſet.Hanc Frāciſcus oppor tune nactus:quadringentos circiter in longitudinē paſſus non multo opere inacceſſibilē cōtinuo effecit.deinde uia prærupta atq; intercluſa: quæ ab latere utroque prætermiſſis etiam ad dexteram uici ædificiis ad ſilueſtria & paluſtria proxima quædam loca intranſmeabili foſſa extruebat̃. In ea ipſa de qua prædiximus:foſſa ubi planities erat ſatis patens pontem fieri: repaguliſq; ita obſtrui iubet: ut pro tempore & claudi & reſerari celeriter poſſet.Hæc illa ſane munitio fuit: quæ po ſtremo non uniuerſo modo exercitui ſummo in diſcrimine uerſanti ſalutem attulit: ſed maximā ac memorabilē non ſolum noſtris quidē ſed poſteris etiam temporibus paulo momento uictoriam præbuit.& Sphortianæ porro domui cū excellenti illa Franciſci uirtute cōiuncta: quēadmodum ex ſucceſſu ac ſerie rerum facile perſpici poteſt: magni principatus dignitatē atque gloriam peperit.Nec id minus caſtrorum latus:quod ad ſeptentrionalē uergebat plagam:cum ab reliquis parti bus proximis ac frequētibus tranſadduanoꝝ oppidis tuta redderent̃: foſſa & aggere munire contendebat.dum bæc ſūma feſtinatione apud carauagium gerunt̃: fit triduo poſteaquam eo uentum eſt:quod fuit ad Kalendas auguſtas:Franciſcus prima luce ab exploratoribus certior boſtes copiis omnibus iam ad Morengum: quod ab caſtris quattuor paſſuum millibus aberat: aduentare cœpiſſe:qua re nunciata: armato confeſtim exercitu: relictis pro portis oppidi præſidiis:longo turmaꝝ ordine eo conſilio atque animo in boſtes educit:ut uel in ipſa caſtroꝝ locatione:ubi nullus plæꝝq; pugnandi ordo ſeruari ſolet:prælio colla tis ſignis decertaret; uel ſi forte ipſi pugnam renuentes eo ſe foſſæ

munimẽto continerẽt:quæ inter Bergomẽſes tranſadduanoſq; agros diuidendos cauſa longo olim ſpatio fuerat extructa:quam & in hodiernum uſq; diem bergomẽſem foſſam appellant: Illos ſuis caſtris hoſpitio procul arceret: Sed nõdum præcurſores ad eam foſſam puenerant: cum ei renunciat̃ : iam Morengum hoſtes præteriſſe: & ad foſſam eandem primum eorum agmen appuliſſe. Qua re nec mora noſtri pugnapedeſtri eos laceſſere cœperũt:ſubſecutis deinde leuis armaturæ equitibus cõmittitur foſſa tenus prælium equeſtre atrox:qđ ex altero foſſælabro ſagittariis tæla coniicientib? noſtri acriter cæderent̃ . Ob id noſtris equitibus diſcurrendo defatigatis: equiſque aut interemptis aut uulnere confectis:duos Frãciſcus ordines ex delecto ex ſingulis totiusexercitus turmis equite coactos quos ſtationarios nominabãt:eo immittit: iiſque picininus iunior pugnãdi auidus impetrata precario abimperatore licentia adiungitur. Dum ſic parua utrinq; manu interuirgulta pugnat̃ : uox frequens per ordines exoritur: q̃plures ex hoſtibuscohortes per fos nouum iter ad oppidum facere: confirmat̃q; a nouiſſimo agmine uenientib? nunciis eas illo maturare. Franciſcus id ueritus : quod nullum munitioni ei de qua obſidionis initio mentionemfecimus præſidium reliquiſſet : cum hoſtes nequaquã bipartita tamlongo interuallo acie dimicaturos exiſtimaret : extemplo alteri picinino ſeniori mandat : cui primum ex ducibus eo die cum ſuis ineundæpugnæ munus obuenerat:uti hoſtes ad ſuum uſque reditũ leui prælio diſtineret: & quoad fieri poſſet: citra foſſæ munimẽta æquum in campum trahere conaretur. & quia hominis & uirtuti & fidei pas confidebat: Dulcium comitem uirum impigr & belli ſcientiſſimũ illi ſocium & pugnãtibus moderatorẽ adhibuit. Deinde dum ad poſtremũ agmenceleriter cõtendit: & ſiquid ex itinere apud cohortes minus compoſitę & præter iuſſa factum uidet: agri uoce caſtigat & moderatur: dumquemilites forti eſſe animo hortatur: & ad rem ſtrenue:ubi opus ſit factogerendam admonet : plures eodem tempore a Micha ele in præliantesnoſtros equitum turmæ : quas Guido Rango Mutinenſis ex hoſtiumducibus nõ poſtremus ducebat: immittũt̃ :q uibus alias pugna pauliſper conſerta integras ſuccedere iubebat. Ex quo equites noſtri cum &numero premerentur & longo labore nulla ope ſubminiſtrata ſuperarentur: ad Franciſcum picininum: qui ad duplicem tæli iactum ab certamine procul ſteterat: mittunt petitum auxilium: qđ &ſi ad prælium paratus ſtabat exercitus omnis : tamen nemo erat eques ex inſtituta ab Franciſco lege:qui iniuſſus ingredi pugnã auderet. At ille ne dumuinci ſed uincere quoq; ueritus : quod & ſuã ſimul cum cæteris perniciem ac uictorem Franciſcum : cuius uirtus & gloria uti demonſtratũeſt & ſemper bracianis ſuſpecta fuit & formidoloſa: propemodum perborreſceret. Velle ſe potius militum numero minui q̃ augeri prælium

per tubicinem laborantibus reſpondit:& ob id pugna protinus excede
rent:mandare.Quo reſponſo piciniuus frater quãgrauiter ꝑturbatus:
iterum fratri renunciari iubet : ſe boſtium multitudine non ſuperari
modo ſed obrui. & niſi uelociter ſubſidium mittat neque ſe ſuſtinere
amplius:neq; ſine detrimẽto ex confertiſſima boſtium acie diſſoluere
poſſe. Is nec conſyderato fratris ſocioꝝq; periculo:eadem ei & dulcio
referri imperat. Quod cũ plæriq; audiſſent:qui armati baſtaſq; manu
ad fæmur tenentes aderant:rem ſane indignã & perpetuæ ignominiæ
notã ſubire omnes dicere ſinguli cœperunt:ſi fratrem frater:ſi ducem
milites ab boſtibus ante oculos circũueniri capique paterent̃.proinde
eum orare:ut ſibi ire in prælium : & laborantibus ſuccurrere liceret.
Nec ob id tamen ille ſententiã mutat: quinetiam loco neminem diſce
dere permittit. Dulcius eo præcepto quod a Franciſco proficiſci crede
bat : cum per eum præſertim enunciaret̃:quem ex ipſius tubicinum
numero cognouerat: prælium nõ multo labore languidius ingruenti
bus boſtibus diremit.Nam michael:cum omnem pœne uenetã aciem
ſicuti in locandis caſtris ſæpe accidere ſolet: impedimẽtis a tergo im
plicitam intelligeret : quod equitatus in fronte expeditum habuit:id
boſtibus oppoſuit:& ne foſſa a noſtris ſuperet̃:ſummo ſtudio ſũmiſq;
uiribus conabatur:& ob id baud longe ſuos boſtem urgendo progredi
ſinebat. At Franciſcus ad nouiſſimũ agmen profectus:quod prætoria
nondum tentoria præterierat : falſo de boſtibus ab tergo conclamatũ
comperit:uermioq; ibi relicto:cui mandarat:ut ſiquid ea boſtes cona
rentur:conuerſis in eos turmis ꝓximis acriter confligeret:cum tanto
maxime equitatu abundarẽt:ut & ab fronte & a tergo magnis uiribus
confligere poſſent:celeriter unde erat digreſſus equis pluribus cõmuta
tis reuertitur. Nam tantum ſoli a coborte poſtrema uſque ad eum
locum : ubi pugnari cœptum erat acie mediocribus inter ſe diſiuncta
ſpatiis : ne prælíando alteri alter impediméto eſſet:occupabat̃ : quod
tribus amplius paſſuum millibus contineri æſtimabatur.& admiráti
cur ſe abſente prælio diſceſſum eſſet : quod in ſuo reditum impetu in
boſtes facere.& foſſa qua ſe tenerent : ſi ui tranſire poſſet:tentare ſta
tuiſſet:cum baud difficile futuꝝ arbitraret̃.quando quidem eos impe
dimentis ſarciniſq; impeditos cognouiſſet:reſponſũ eſt picinini iuſſu
quem prælio præfeciſſet:id eſſe factum : & cum omnibus ſe inſciente
caſtra repetentibus plurimum ipſe quereretur:quod oblata tam oppor
tuni temporis profligandi boſtis occaſio uano ſuorum ſiue metu ſiue
conſilio e manibus eriperet̃ : dulcioq; grauiter præter cæteros ſuccen
ſeret:qđ trepidantib?& ab tergo pœne fugatis boſtibus ſe colligendi
facultatem dediſſet:& alieno imperio prælium diremiſſet:& ille admi
rans & quaſi ſubiratus non alieno inquit ſed tuo iuſſu inuitus pugna
exceſſi tũ manifeſto cognita eſt picinini fallacia:& imprudẽtia nuncii:

qui qđ ſibi a Franciſco iuſſum non fuerat: pro iuſſu rettuliſſet. Nam & pugnãdo & poſt pugnam ex perfugis compertum eſt: omnia apud hoſtes tumultuarie agi: & terrore cõmiſceri omnes non in armis atq; uiribus ſed in fuga ſalutem ponere: & plæroſq; iam impedimenta & quod carum haberent trans oliũ mittere cœpiſſe: & in tanta adeo trepidatione uerſari: ut ſi ab fronte repulſi pauliſper premerent̃: actum eo die fuiſſet de ueneto exercitu: cum non multo negotio in fugã territi coniicerentur. Quod cum ita eſſet: & iam ad meridiem ſol ꝓceſſiſſet: & niſi ſumma loci & temporis iniquitate redintegrari prælium non poſſet: redire in caſtra copias omnes Franciſcus iubet: & picinini igna uiam atq; perfidiam: quaſi re bene geſtã diſſimulãdo æquo fert animo hoſtes maximo liberati metu atque periculo: quoꝝ pars arrepta fuga: ut demonſtratũ eſt: olium iam in brixienſes tranſierat inter Morengũ & bergomẽſem foſſam: ut coeperant: caſtra locant: & ingenti celeritate nouo ſe aggere munire contendunt. Cæterum Franciſcus tam propinquis hoſtibus duo maxime caſtroꝝ latera: quæ ut oſtendim⁹: ad ſeptentrionem & orientem ac uenetoꝝ caſtra uerſa erant: munienda prius quam oppugnandũ ſibi oppidum ratus: magnum foſſoꝝ numeꝝ ab Mediolanenſib⁹ ad ſe celeriter mittendum depoſcit: & plurium inſup dierum pabulum: cuius magna per loca erat copia: equites conuectum habeant: ne ſæpius ob eam cauſam caſtra nudarent̃: edicit. Deinde a foro nouo initium capiens: hoc genus munitionis inſtituit. foſſam iuxta id nemus: de quo ſupra mentionẽ fecimus: paluſtre quidem: ſed multis peruium locis: & hoſtium caſtris proximum millia paſſuum quattuor in circuitu effodiendam: & aqua complendã curat: quæ duo tantũmodo caſtroꝝ latera attingebat. huic aggerem plurib⁹ interiectis turribus pedum in altitudinẽ duodecim addit: ut ſi foſſa traiicerent̃: aſcenſum hoſtibus tardaret. Hunc etiam uallo pluteis pinniſq; ligno & ceſpite factis ita deſuper exornat: ut oppidi muri inſtar uideretur. hoc tantum operis quod neceſſario completus erat: quanquã dies atq; noctes operarios ipſe fatigabat: tamen propter illoꝝ paucitatẽ ægrius quam uolebat quam q; res poſtulabat: inſtruebat̃. & ob id: quo celerius ſuppleméta mitterent̃: Mediolanẽſes ſollicitare nõ deſinebat. Interim ne opus intermitteret̃: quamplurimos ex propinquis oppidis foſſores quottidiana mercede ſuo ſumptu conducit. Hoſtes contra: quoad Mediolanẽſium caſtris propius munimẽtis foſſaꝝ aggerumque oppoſitis ſua caſtra pedetentim admouere ualeant: ut ſpem auxilii obſeſſis præbeant: & timorem aduerſariis incutiãt: ne oppugnare oppidum aggrederentur: nullo intermiſſo tempore concertare cœperunt. Magno enim foſſorum coacto numero bergomenſi foſſa quingentos circiter paſſus prætermiſſa aliã ingenti per noctem celeritate eduxere: moxque inter utranq; peditatum omnem: & equitatus partem præſidio diſpoſuere.

Quod ubi Franciſcus animaduertit : arbitratus id quod boſtibus erat in animo:ne inſtituta ſine cõtrouerſia ſub oculis munitio conficeret: laceſſere ei operi deſtinatos conſtituit.Itaque ueſperi uenetoꝝ oculos ſole ꝑcutiente prælium cõmittitur utrinque in ea planitie : quæ ante nouam boſtiũ foſſam patebat acerrimũ:& præ pilulariorꝝ multitudine qui nuper e Mediolano uenerant teterrimũ:quoꝝ quidem pilulariorꝝ fumi in nubem coacti ita aera obſcurabant : ut pugnantes alter alterꝝ cernere non poſſent.Qua re multi ex boſtibus cecidere:plures uulneribus confecti prælio ceſſere.poſtremo omnes turme quas Michael Guidone duce eduxerat:repulſæ plæriſq; interceptis equitibus : in interiores munitiones ſeſe receperunt:noſtris:quos foſſa tardauerat:eas inſe qui non audentibus.Quam quidẽ foſſam cum ui ſagittariorꝝ nudato defenſoribus aggere:quem ei foſſæ boſtes adiecerant:impetu facto : ſuperaſſent:continuo eſt in boſtium ſtationes penetratũ.Quibus direptis atque incenſis:ubi nihil præter tegmenta inuentũ eſt:diſcurſioni buſque ad ſecundas uſque caſtrorꝝ munitiones factis:maius aliud prælium inſtauratꝫ: cum his qui pro caſtrorꝝ portis ſummo robore conſtiterant. Franciſcus autem poſteaquam tenebris iam factis in reliquas munitiones minus irrumpi poſſe uidet:receptui canere iuſſit:copiaſq; in caſtra nõ ſine magno boſtium detrimẽto & ignominia ad multam noctem incolumes reduxit.Nam in ea pugna magna fuerat in uenetorum milites cædes facta:multa multis illata uulnera:& eorꝝ ſpectante armato exercitu expugnata deletaq; munitio.Inter cæteros autem qui eo die egregie operam nauarunt:Robertbus Sanctoſeuerinas & Antonellus cornetan?præcipue laudati ſunt : quippe qđ ſemp primos inter dimicatores pugnando uerſantes: Ille militis & ducis:hic militis munus fortiſſime functus:& pilulariorꝝ mediolanenſiũ manus equitibus intermixta ita acriter in boſtes contorſit: ut ſingulare ſuæ uirtutis experimentũ præbuerit:& ingentem boſtibus terrorem iniecerit.ueneti hoc nouo totque ſuperioribus acceptis incõmodis maiore quam antea ad belli ſtudia animo incenſi:ita ſibi conandũ cenſent:ne cum longe opibus & belli gloria Mediolanẽſes antecellant. Iis nouo ac prope nutanti adhuc imperio:impenſæ parcendo cædere uiderentur:Hortabatꝫ ad id quoq; eos illa maxime res : quod intelligebãt Mediolanenſes & propter pecuniæ inopiam & inteſtinas inter eos domi diſſenſiones:& militiæ inter duces æmulationes atque diſcordias:neq; diutius belli eius impenſam perferre neque exercitum per autumni etiam tempus ſimul in caſtris continere poſſe.Itaque ſumma celeritate magnum ex dalmatia ſagittariorꝝ numerum accerſunt:magnãq; ex germania pilulariorꝝ manum conducunt:præterea equos arma undique comparare: in caſtra militib?diſtribuenda ſubmittere:& foſſorꝝ numerum augere die noctuque non deſiſtunt . brixienſib? bergomẽſibuſq; inſuper non

paruum armatoꝝ hominū delectum imperant nec quicquam quod & ad alendum exercitum: & ad uincendum pertinere arbitrarentᵉ: præter mittunt: ac paucis poſt interiectis diebus rurſus foſſam aggeremque: quæ uti oſtendimus: noſtri deleuerāt: per ſilentia noctis tanta celerita te & altitudine inſtaurant: ut facile paucis defenſoribꝰ defendi poſſent. Quod ubi cognouit Frāciſcus: haud eo opere pellere boſtē poſſe ratus: aliam contra & ipſe foſſam atque aggerē quadringētos circiter paſſus ab ea foſſa: quam paulo ante inſtituerat: faciendam imperat. portam qua in eam planitiē de qua ſupra dictum eſt: erumpebatᵉ propugnaculo adiecto miro artificio ædificādam deſignat. Turrim inſup munitioni ipſi trabe humo faſce tabulatis quinq; excitandam addit: quā tantum in altitudinē erexit: ut cuncta fere uenetoꝝ caſtra uno exinde ꝓſpectu detegerentᵉ. Interim equeſtria fere quottidie prælia per eos campos conſerebantᵉ: q inter bina caſtra intercedebāt: Quæ & ſi læuia ſingula uidebantᵉ: grauis tamen inde equoꝝ ſtrages: grauiſq; militum iactura boſtibus in dies inferebatᵉ: faciebat enim Sphortianoꝝ peditum alacri tas eximiaq; uirtus & pilulanoꝝ multitudo: quorum ope equites dimi cando maxime utebantur: ut ueneto equitatu ſæpe repulſo: eorum per multi tranſfoſſis equis in terram prolapſi aut caperentur: aut pedibus in caſtra reuerterentur. Cæterum munitione ea quam oſtendimus per fecta: tertiam deintegro foſſam eodē fere interuallo ab ſecunda diſtan tem ineunt: & ſumma feſtinatione dies nocteſq; conſtruunt. Huic ēt boſtilis e regione ſtructæ munitionis inſtar ante portas propugnaculū adiungunt: moxq; peditatum huc omnem duces admouent: equitatū que inter primam & ſecundam munitionē conſidere iubent. Quis ob res ita factum eſt: ut ea ipſa de qua ſupra diximus: planicies decem & octingentos paſſus omnino in latitudinē pateret: quæ & ab inferiore parte eodem nemore de quo mentionē fecimus: & a ſuperiore foſſis quibuſdam uetuſtiſſimis quas tam noſtræ quam boſtiles munitiones attingebant: claudebatur. hic quanquam antea leuibus ſæpe prælijs certabatur: crebrius tamen deinceps & maioribus interdum copijs pu gnare utraq; acies cœpit. Nullus enim præteribat dies: quin ob caſtro rum propinquitatē aut equeſtre aut pedeſtre aliquod prælium iniretᵉ. Siqua ab altero exercitus duce e caſtris cobors ad laceſſendum boſtem educebatur: pugna ab altero non detrectabatur: & ob id dimicabatur utrinque acriter ancipiti prælio. Nam ubi alter ſuam inclinare aciem uidebat: integros confeſtim auxilio laborantibus ſubmittebat: & cum idem faceret aduerſarius: prælium perſæpe maiore militum numero quam ipſi duces uellent augebatur: & nunc boſtes nunc noſtri ceden tes ita aliquando premebantᵉ: ut in ipſas prope munitiones repelleren tur: atque ex aggere turribuſq; in boſtes tæla coniicerentur. ex quo maxima fiebat equorum cædes: & qui peditatu quo noſtri fere ſemper

prævalebát: inferior erat. Is maiore incõmodo afficiebatur: deteriuſq; habebat interdiu autem: Nam hæc: quæ demonſtrauim?: uel mane uel veſperi fieri ſolebant: pedeſtris ſæpe pugna laceſſebatur. & ubi milites pugna defeſſi erant: induciis factis ad umbram quietis cauſa conſedebant: & rurſus pugna indicta iaculis haſtis tæliſq; emin? contendebãt. Qđ & ſi uenetis legatis minime placebat: & hoſtilia ob id colloquia uetabant: non deſiſtebaẽ tamen: quin ſæpiſſime depoſitis armis hoſtis hoſtem adiret: ſalutaret colloquereturq; familiariter: Erant qui nemi nem ferme in uenetoꝝ caſtris militem eſſe dicerent: qui Franciſcum Spbortiam uelut lumen & optimum militiæ patrem a quoꝝ ſuperari profligarique uellet pro huiuſmodi præſertim rebus publicis bellum gerente: quæ cum neque beneficiis: neque amicitiæ memoria moue rentur: pro præmiis aut uerba: aut terga: aut abeundi poteſtatem iis dare ſolent: quoꝝ opera & labore uiciſſent. & ad id demum diuturna ac frequens inter duos exercitus contentio deducta eſt: ut ſiquis cum hoſte tælum cõmutare optabat: ubi in campum prodibat: mox eſſet ſuo ſatiſfactum deſyderio: & ſiquis item uel audacia uel inani quadam oſtentatione uirtutis: uel odio ex hoſtibus aliquem ſingulare in certa men infeſtis haſtis peracutiſq; cuſpidibus ultro prouocabat: extemplo inueniret: qui ei uenia a ſummo impetrata duce: re alacriter reſponde ret: animuſq; ut plæriſq; accidit: acceptis illatiſque uulneribus utriq; expleretur. Interim cum ſuas uterque exercitus munitiones conficere ſumma feſtinatione cõtenderet: hoſtes quod magna operarioꝝ copia: ut demonſtratũ eſt: abundabant: noſtros ædificandi celeritate ſupera bant. Qua re: iis quas inſtituerãt: munitionib? pro uoluntate ꝑductis: aliam item foſſam ab ſuperiore parte: quæ ad Aquilonem ſpectabat: inire cœperunt: qua etiam propi? Mediolanenſiũ caſtris appropinquare poſſent. Sed noſtris die noctuq; ꝓhibentibus cœpto ab opere: quod nõ ſine magna contentione ſolo æquatũ eſt: deſtitere. Quo irrito conatu: munitiones: quas nouiſſime extruxerant multis uelut urbem bombar dulis colubriniſq;: quibus hoſtes longius inde ſubmoueãt: communi unt quattuorque præterea intus molis magnæ tormentis loco ædito diſpoſitis intra munitiones noſtras quottidie lapides contorquent: atque iis rebus terrere milites: & ab ea parte caſtra nudare ſumma ui conantur. Ob id Franciſcus: ne munitiones deſtituerenẽ: ſtationeſq; militum offenderenẽ: ita prouidit. Aggerem quẽ initio contra hoſtiũ caſtra inſtituerat: multo maiorem in altitudinẽ quam antea eſſet omni bus poſtbabitis operibus educendum curat: eique munitioni præter cæteros qui ſingulis diebus ſinguliſq; noctib? cuſtodiendæ eius cauſa imperabanẽ: certum militum numeꝝ ex omni exercitu delectũ præſi dio adiungit. Huic Moretum ob fidem & ſollertiam præficit: eius præſidii ſtationes ſingulas reliqs: quas in ea caſtroꝝ regione milites

firmauerãt:locis commutatis longoq; locoꝝ interuallo abditis aggeꝝ parietibus in longitudiné admoueri perdenſoq; ordine diſponi iubet. Dum ſic ſummis utrinq; uiribus contenditur : multi ex noſtris cadebant:quorum in numero Bernardinũ urbeueteranũ non obſcuro loco natum morientem Franciſcus uidit:quem cum ab adoleſcentia apud ſe multos annos meruiſſet ſagittariis præfecerat.At dũ infelix boſtes nouiſſimam foſſam effodere conantes probibet in aduerſam frontem ſagitta ictus paucis poſt diebus uita exceſſit . tulit ſane eius uiri deſyderium Franciſcus ægerrime:quem ob eius mite ingenium egregiáq; in ſe fidem unice diligebat:& non tam in rebus publicis illius opera quam cõmunicandis conſiliis conſuetudine familiariſſime utebatur. Picininus præterea minor cum ſe inter confertiſſimos boſtes ualida equitum manu ſtipatum iniecíſſet : eiuſq; illi fortiter impetum ſuſtinuiſſent : in latus grauiter baſta traiicitur:quo uulnere cum de eius ſalute plurimum dubitaretᷣ: Triuilium lectica delatus eſt.Sed plures tamen ex boſtibus periſſe in dies comperiebatᷣ : adeo ut plæroſq; peditum præfectos bis fere iiſdẽ caſtris milites renouare oportuerit. Inter cæteros autẽ præſtantes Sphortianæ militiæ uiros: quoꝝ non paruus erat numerus : id de ſe Cornetanus quem ſupra nominauim?:in bis prælíis experimentũ præſtitit:ut magnã non tam apud noſtros:quam apud boſtes laudem ſibi comparauerit.Auxit nanque illa res maxime eius uiri famam : quod cum ei ab Franciſco præcipue indulgeretᷣ:ut prætermiſſis exercitus inſtitutis in certamen prodiret : Is quotiens equeſtri prælio pugnabatur:ſemper alacris manuq; promptus aderat. & cum aurata bouis cornua in caſſide pro cbriſta ferens:hucatq; illuc emicaret:primos inter pugnantes conſpiciebatᷣ: urgebat: cædebatque boſtes ita acriter:ut ſæpe ſpectãtes ſocii eius exemplo accenſis animis enixius in pugnam concitarentᷣ.Inter aſſiduas duorum potentiſſimoꝝ exercituum contentiones : & tot tantoſque tumultus & in tanta belli ſumma:quæ tota ſoli Franciſco incũbebat:multa etiam ac uaria quotidie occurrebant:quæ non mediocriter illius animum exagitabant: eique non minus ſollicitudinis quam boſtes ipſi afferebant . Erat in primis in Mediolanenſiũ caſtris ob non ſoluta diu militib? ſtipendia grauis omniũ fere reꝝ egeſtas: quibus rebus exercitus in dies minui. Milites quod bello gerendo eorum erat partis languidius agere : præfectorum iuſſis minus obtemperare:Karolus : uermius.& uintimillianus præcipue quottidianis:Franciſcũ querelis:ut ſibi ſuis copiis eius uoluntate caſtris excedere liceret : obtundere. æmulationes uero odia ſuſpiciones atque diſſenſiones : quæ iam Mediolani inter ciues & in exercitu inter duces uigere cõmemorauim?:maiorẽ in modum excreuerant . In uenetoꝝ autẽ caſtris contra ſumma omniũ rerum quæ bello uſui erant bubertas exercitus non minus tranſfugis quam conducto

ac euocato undique milite augeri . Omnes præceptis audire . ducum ſumma conſenſio. & quiſque ſine querela : quo rem laude dignam & Senatui ueneto gratam efficeret: magno ſtudio contendere. Mittebant̃ præterea a Mediolanenſib? crebræ in caſtra ad Franciſcum legationes: Quarũ aliæ admirari ſuam ciuitatem : & plurimum dolere dicebant : qđ cum tandiu tantus exercitus ad Carauagium conſediſſet: nondum oppidum eſſet oppugnari cœptum. Aliæ item nimiæ eum moræ accuſantes inſtabant: ut cæteris poſtpoſitis rebus ad obtinendum id oppidum incumberet: propterea qđ Mediolanẽſis populus ſumma pecuniæ inopia preſſus haud multos dies tantos belli ſumpt? ſuſtinere poterat. neque tanti etiam aderat frumentarii cõmeatus exercitui ſuppeditãdi facultas. habebãt ad id quoq; Mediolanẽſes picininos fratres ſubdola mente incitatores : qui demonſtrare ſecreto legatis innitebant̃ : non bono Franciſcum erga Mediolanẽſes eſſe animo: quippe qui longo eos ſumptu labefactari & bello diu impeditos diſtineri ſtuderet : quo facilius in ſuam aliquando poteſtatem redigeret . Nam ſi uoluiſſet: oppidum iam recepiſſet : ſed operæ ſimulatione rem ex die in diem ducere conari . Ad hæc Franciſcus: quæ uelut abſurda & nullo temperamẽto dicta grauiter eius animum offendebant: ita ſingulari prudentia & patientia ſua ſatiſfaciebat. facile Mediolanẽſes exiſtimare poſſe eo tempore ex amicorũ numero eſſe neminem qui aut uincere quam ipſe magis optet: aut uinci magis timeat: cũ plus inde præmii ſe habiturũ ſperet: & multo plus detrimẽti acceptũrũ proſpiciat. Proinde longe eos errare qui ſecus uel ſuaderent uel crederent quam id ſe conari conaturũque ſummo ſtudio : ut illud aſſequi: & hoc euitare poſſit. Non uiſum eſſe ſibi tam finitimis hoſtibus prius carauagiũ oppugnãdum quam ualidis caſtra foſſis aggeribuſq; ubi munitione magis egeant: circũuallaſſet: ſeque ſi ea foſſorũ copia: ut in tanta rei magnitudine oportuerat : utque ipſe aſſidue inſtiterat: affuiſſet : quod de muniendis caſtris inſtituerat: confeciſſe: oppidumq; machinis aggredi cœpiſſe: atque ex ea re facile qui recte intelligerent : iudicare poſſe ſe atque exercitum ea oĩo culpa uacare: qua Mediolani iniq; damnabant̃ : quin damnantes prius eodem crimine damnandos. oſtendebat deinde legatis : cum in caſtra aduenieb̃at & operum magnitudinẽ & hoſtium uicinitatem : ducebat que eos ſtudio: ubi acies certare conſueſcerẽt: & eo uſq; : ut non ſolum quæ utrinque fiebant: intuerent̃ : ſed & terga nonnunq̃ dare: & ſe poſt aggeres abdere ſibi eſſet neceſſe. Ex quo haud aliter fieri poſſe: quam Franciſcus de munitionibus ſtatuiſſet: palam prædicabant: multaque præterea de graui exercitus inopia deque nulla ſeu parua ducum inter ſeſe fide atque in omnibus pœne gerendis rebus diſcordia cõmemorabat. Quæ res &ſi pnicioſæ erant ſemper in caſtris: pnicioſiſſimæ tamẽ eo ipſo tempore tam propinquis hoſtibus iudicari poterant: cum non

minorem ſibi laborem atq; rebus præſentibus piculum quam boſtes afferrent. habere poſtremo Mediolanēſes dicebat plures in eoꝝ caſtris duces & rebus geſtis & belli uſu claros: Quoꝝ operam atq; uirtutem ſiquis hæc pro ipſoꝝ rep. maturi? meliuſq; agere confideret: poterant experiri: cui ne inuito quidem animo ſe & imperandi quā ipſe habeat poteſtatē traditurꝝ: & cunctis in rebus etiam ſi diebus ſingulis pabula toribus præſidio eſſe iuſſerit: obtemperaturꝝ pollicebat. Poſt quintum & trigeſimum diem: quo eo uentum eſt: munitionib? ubique perfectis Franciſcus carauagium tormentis quattuor cuniculiſq; pluribus: qui bus in foſſam irrumpebat: oppugnare ſumma ui cœpit. Interim uene tis ducibus: ne id pereat oppidum: conſilia quæq; excogitantib? Tiber tbus brandolinus ex iis unus audax in primis & ingenio uerſutus: cū omnia præter cæteros ſcrutaretur: ut aliquod incluſoꝝ ſaluti reme dium ſua opera præſtari poſſit: Gregarium ſe ſimulat militem & inco gnita ſordidaq; ueſte per id nemoris iter facit: de quo ſupra ſæpe men tionem fecimus: & dum uias adituſq; per ſiluam circūſpicit: eo uſque peruenit: ut nō longe ab Mozanica abeſſet: ubi cum multos ex noſtris pabulantes repperiſſet: duos uuaꝝ manipulos facit: & ab utroq; fuſtis uertice pampinis pendentes humeris portans ignotus boſtis notos in ter boſtes uelut amicus uadit: & caſtroꝝ munitiones ingreditur. At cū ad forum nouum appuliſſet: & haud procul eius uici ædificia præter greſſus magnifica Franciſci tentoria frequētes Sphortianæ phalangis ſtationes & campos qui ab ea parte erant: ad oppidum uſque patere uidiſſet: depoſita ſarcina: reſtitit: & pluſtratis circūquaq; exploratiſq; iis: quæ negotio conducere uidebantur: reuerſus: legatis ac ducibus refert: inueniſſe uiam: qua facile non obſeſſis modo pereūtibus ſuccur rere: ſed obſidentes ſine periculo inuadare fugareq; poſſent: occultum liberumq; per ſiluam paluſtribus quibuſdam locis trabe crateq; æqua tis ad forum uſque nouum iter fore boſtiles caſtroꝝ munitiones quæ intercederēt ui ſtratoꝝ facta boſtibus etiam ignorantib? cum nullæ ea cuſtodiæ fierent: paulo momēto deleri: ſuiſq; aditum cohortibus aperi ri poſſe. Inter eum autem uicum & carauagium nihil eſſe: quod obſta ret: prata primum æquoſq; deinde campos militū tabernaculis tantū modo occupatos: eoſque lata ad oppidum uia diuiſos intercedere: nam ea foſſa de qua initio diximus: uepribus proſpectum impedientib? non animaduerſa quod non uidiſſet pro uiſo referebat. Quod cum intelle xiſſent legati placuit mirum in modum eis & ducibus: quibus id con ſilii aperuerat: & ſpem ferendi carauaginis auxilii attulit non medio crem. Cæterum non multis interiectis diebus poſteaquā cœptum eſt oppugnari oppidum ita ſunt ui tormentoꝝ exciſa ad ſolum moenia: ita foſſa muroꝝ ruina repleta: ut dubitandū non uideretur: quin facile primo impetu expugnari poſſet: Quare īcredibilis poene timor boſtiū

mentes occupat: & nō minus pugnæ euentus Franciſci animū quatit: obſeſſi deſperata omni ſpe ſubſidii ne in prædam ruant: ueneti duces ne amiſſo carauagio omnis impetus boſtium in ſe conuertat: uæhemē ter timebant. Nam ad id utroꝝq; exercituū propter uicinitatē res deue nerat: eaque omnibus erat opinio: ut inde alter ſine alterius pernicie diſcedere non poſſet. Franciſcus: ne ſi oppidum expugnare contendat: cladem ipſe ſibimet pariat: plurimū uerebatur. Quod &ſi cōmunicato ſæpe eadem de cauſa conſilio: ita exercitū diuidebat: ut pars expugna tioni ei: pars tuendis aduerſus boſtem munitionibus intenderet: ſta tuebatq; etiam: miles quiſque prædæ particeps fieret: ut ea ſpe fræti qui defendendis caſtris deſtinati eſſent: liberiore cōſtantioreq; animo demandatū munus obirent: tamen cognita imperitæ multitudinis imprudētia & inſatiabili prope militum cupiditate quod non multis ante diebus apud Caſale maius apertiſſime cognouerat: expugnationē tentare non audebat. Dubitabat enim ne capto oppido perlatoque de præda eos inter milites rumore: qui munitionib? præſidio ſtarent: ne glecto lucri cupiditate omnium imperio ab his loca ſibi commiſſa in boſtium faucibus deſerta relinquerent. proinde placere ſibi magis uel metu obſeſſos uel obſidione: cum haud diu ſe ſuſtinere poſſe arbitrare tur: ad deditionē cogere quam armis uincere dicebat. Sed unum illud maxime eum uexabat: quod uidere uidebatur: ſi oppidi expugnationē diutius remoret: ſe & ab Mediolanenſib? & ab militū uulgo non tam ignauiæ quam ꝑfidiæ inſimulatū iri. At dum has inter cogitationes difficultateſq; uerſatur: affuit ei ex inſperato fortuna. Nam quod ſum mopere appetebat: id ei attulit grauis & incognita incluſoꝝ condicio: propterea quod Campanus: ubi ſe in extremo ſuæ ſuoꝝq; ſalutis peri culo uidet: miſſis ad Franciſcū poſtulatis: de oppidi deditione agere coepit. Interea uenetoꝝ legati militumq; duces in eam reꝝ difficulta tem redactum eſſe carauagium certiores facti: ut propediem in boſtiū manum eſſet deuenturꝝ: niſi q̄ primum ab uenetis ſubſidium afferret: Iniere concilium de ferenda obſeſſis ope. Quamobrem cum in longa cōſultatione uariæ ac diuerſæ conſultantiū ſententiæ in mediū relatæ eſſent: communi conſilio decretum eſt: ut quod quiſq; ſentiret litteris Venetias ad ſenatum ꝑſcriberet: memoriæ mandaret ſenatus de cuiuſ que opinione edoctus: quid gerendum foret: ipſe decerneret. Itaque omnium primus Michael attendulus: qui ut oſtendimus: uniuerſo exercitu imperator præerat: huiuſmodi uerba fecit. Videtur mihi ſane optimum factu: ut hinc Martinengum uerſus recedamus. Vbi inter oppidum: qđ non inde octo amplius paſſuū millibus aberat & foſſam quæ ei oppido munimēto erat: caſtris poſitis tam diu manendum ſit: donec carauaginæ obſidionis exitus uideat: quod ſi oppidum diripia tur: ita enim iuſſus erat ab uenetis: campanus: ut non prius id dederet

oppidum quam futurꝫ intelligeret: ut ab hostibus ueteret in prædam ad non mediocrem accederet mediolanensis exercitus ꝑturbationem. Nam prædæ gratia is cū diuerso genere militibus diuersisq; animis constet: in eam esset facile dissensionē iturus: ut nunquā amplius una futuri essent: Nos uero integris uiribus instructi & ad pugnā parati facile omnia pro uoluntate sumus consequuturi. Deinde Lodouicus Marchio mantuanus qui cæteris dignitate præstabat: ita scriptis con suluit. Quantum mea fert opinio: ea uia: qua sunt hostium castra: nullo pacto possimus carauagio auxilium ferre: Via etiam: qua itur Triuillium: quantū oculis datur ꝑspicere: cum nulla nobis ea ex parte sit regionis cognitio: est admodum periculosa: tum quia opus est iter facere inter eas hostium munitiones quæ inter Triuilliū & Brinianū sunt constitutæ: tum etiam quod iter ipsum tanta est longitudine: ut cum ab nostris ordinibus ad eam partem descensum esset: cogeremur castra hæc deserere: quæ hostis posset pro uolūtate ab multis lateribus inuadere: ex quo fieret: ut uenetæ rei salus maximū in discrimen ad duceretur: quod Mediolanensi b? potius esset relinquendū: quoꝫ dicio & noua est: & male sibi ipsi consentiens. Accedit ad hæc: quod inter Mediolanēses & comitem Franciscum nulla fides est. nec inter ipsos exercitus duces ulla concordia: & rei pecuniariæ penuria maxima. Contra uero senatus noster omni ex parte & antiqtate & opibus & animorum consensu q̄optime est constitutus: cui & imperator ipse Michael & cæteri duces militesq; omnes non minus libenter parent: quam ipsi inter sese ad rem gerendā omni ex parte consentiūt: Præterea si hostes carauagio etiam potiantur: Non tamen tantum uenetoꝫ imperiū est ob rem non multi faciundam tam magno discrimini obiiciendum: quādoquidem ob eas: quas cōmemorauim? difficultates: consentaneū est: hostiles copias una diutius esse non posse. Itaque pro meo iudicio castra mouēda sunt Mozanicā uersus: quod quidem oppidum: si prius quam hostes senserint: a nobis occupetur: non mediocrē rebus nostris afferet utilitatem. Quæ autem causæ in id consilii me adducant: hæ sunt: tum quod: ubi Franciscus id senserit: operam dabit: ut reliquas ex ea parte munitiones faciat: id quod esset in causa: ut Carauagii expugnatio diutius tardaret: nobisq; tempus esset ad resistendū. Secundo autem loco: uerebitur hostis: ne ad cremam copias traducamus: quam si munire uoluerit: ac firmam Mediolanensib? reddere: opus erit: ut magnum eorum numeꝫ: quos suspectos habent: ex eo oppido eiiciant supra homines mille: qui nunc pro illis sunt. Id autem ueriſimillimū est: tantam uim præ se ferre: ut Frāciscus aliud sit consilium inturus quam expugnationē carauagii demum uero: si carauagiū etiam ipsum uenerit in hostium potestatem: non tanti ea res ducenda est: quanti exercitus nostri incolumitas: qui sine maximo periculo hoc in loco

manum cum hoſtibus conſerere nunquam poſſit. Bartholomæus aũt collio in hunc modum ſuam dixit ſententiã: Nihil nobis eſſe magis hoc tempore ſtudendum quam ſalutem ueneti exercitus: quando Mediolanenſiũ ductores non magis inter ſeſe quam canes & feles conueniant: nec fieri ullo pacto poſſe: ut eorũ copiæ menſem una eſſe poſſint: præſertim cum inter cætera incommoda ac difficultates ea quoq; non minor habẽda eſt: quod ſingulis diebus ſinguli panes ab Mediolanẽſibus inter milites ſingillatim diſtribuant̃. Nicolaus dein Guererius huiuſmodi p ſcripta conſilium dedit. Caſtra cũ uniuerſo exercitu eſſe ad Triuillium mouenda. Idq; tum auctoritatis tum etiam ſecuritatis gratia: caſtra mœtandũq; eſſe intra Triuillium & Brinianũ: quod ſi fieret: foret & obſeſſis adiumento: & hoſtili exercitui: ne aut res frumẽtaria: aut cõmeatus ullus ab Mediolanenſib? adueheret̃: impedimento non paruo. Poſtremo Gentilis leoniſſanus. Robertbus bodienſis. Tiberthus brandolinus. Cæſar Martinẽgus. Guido Rango: Karolus fortebracius bracii peruſini filius. Iacobus Gotholanus una cum chriſtopboro Tholentinati: qđ eſſent præter cæteros maxime ſtudioſi uenetæ dignitatis a duo Marco euangeliſta Marciani appellati: una eademq; ſententia uoluerunt: ut Tiberthus quid octo ductores ipſi ſentirent ſolus exponeret. qui & prolyxa & ornata oratione ſuadebat: ut carauagio auxilium ferretur: eiuſq; ſaluti uel ob eam potiſſimũ rem conſuleret̃: ne urbs laudis ob carauagii captiuitatẽ in deſperationẽ adducta ſeſe hoſtibus traderet: quod eſſet uenetæ reip. non mediocri dedecori atq; detrimento: Addiditq; id auxilii facillimũ fore: cum haberent iter & excogitatum & tutum non ſolum ad inuadenda hoſtium caſtra: ſed ad exercitum ipſum penitus delendum: Quæ quidem omnium ſentẽtiæ: cum a uenetis legatis: qui duo erant in exercitu bermolao donato magno animo uiro & Gerardo dandulo ad ſenatum miſſæ eſſent: ea ſola eſt approbata: quæ ab octo iis Marcianis dicta eſſet. Itaq; poteſtas legatis conceſſa eſt: ut eam exequerent̃: tempuſq; ac modum deligerent: quẽ iidem octo quibus cum ueneti legati tãquam eorum ſenatui fidelioribus priuata conſilia habebant: daturi eſſent. Quo circa diem tempuſq; ad inuadendos hoſtes ignorãtibus cæteris inter ſeſe conſtituunt: ad ſeptimũdecimum Kalendas octobres factoque per ſiluam & paluſtria loca: quæ Tiberthus ut ſupradixim?: prouiderat: ſecreto celeriterque itinere armari exercitum legati iubent. Collionẽ cum peditatus equitatuſq; parte: cui quid facturi eſſent: oſtenderant: munitionib? præſidio eſſe mandant: eo imperio: ut inde crebris tormentorũ ictibus hoſtilia caſtra turbare. pugnaq; pedeſtri: qua certari ſolitum erat: laceſſere non deſineret. Deinde re cum Michaele Lodouico & ductoribus reliquis: quos adhuc id latuerat conſilii cõmunicata: copias omnes præter eas: quas cum Collione reliquerant: paulo ante meridiem quæ prandii erat

hora:caſtris educunt.& per ſtratum iter inſtructa acie collatiſq; ſignis Leoniſſano & Robertho & Tiberto ducibus atque moderatoribus ire contendunt.De hoc repentino hoſtiũ motu cum fieret crebris Moreti nunciis Franciſcus certior : mittit Corradum fratrem : & Robertum ſororis filium cũ turmis quattuor & toto peditatu ut Moreto adiũcti munitionib? præſidio ſint. Iubetq; præterea bracianos qui non procul ab Moreto ipſo tendebant in armis eſſe: & reliquos per caſtra equites ephippiatos penes ſe habere equos: & excepto thorace:cætera induere arma:& ſtationibus non diſcedere:quo primo dicto in acie præſto eſſe poſſint.At dum multo iam die inter diſcumbendũ de Campani poſtu latis agit:deſtinatq; Cibum Simonetã: cui ſecreta ſua maxime crede bat:reſque grandes conficiendas mandabat:qui cum eo tranſigeret:ut oppido equiſq; omnib?quos poſteaq̃ eo uenerat:intercepiſſet:relictis: poſtero die cæteris ſuis ſuorumq; rebus incolumib? : ei ad ſuos liceret abire : ab exploratoribus duobus:qui haud multo temporis ſpatio ad eum diuiſim uenerant:cognoſcit:hoſtẽ totis caſtris Mozanicã uerſus properare.His nunciis credita re : mittitur ſtatim qui eos reuocet qui in eandem partem pabulatum ierant : & Donatus Mediolanẽſis qui quorſum hoſtes tendant:cognoſcat.nũciiſq; celeriter edoceat.Interim contendebat̃ inter nõnullos ex iis:qui aderant:ducibus : quo conſilio ducti hoſtes meridiana iam hora mouerent . Nam alii non expectata Carauagii deditione eos fugere. Alii Mozanicã uel oppugnatum:uel circũſeſſum proficiſci arbitrabant̃. Franciſcus autem longe ſecus ſen tiens:neutr; ſe credere dicebat:cum & copiar; partem caſtris præſidio & immotas ſuis locis ſtationes reliquiſſent.bis dictis armari exercitũ: atq; in acie ſiſtere imperat. Ipſe equum inermis aſcendit.& dum cum paucis forum nouum uerſus equitat : ecce amiſſo equo fit ei donatus obuiã & anhælans:quo pergis : inquit:Imperator?hoſtes totis adſunt uiribus:iamq; peditatus totam hanc compleuit uiam prouolauerũt.n. per ſyluam : & ad munitiones ubi uentum eſt:nullis neque præſidiis neq; cuſtodibus repertis: qd̃ nullæ ibi fierent propter locor; difficulta tes cuſtodiæ:quandoqdem ab ea parte nulla ſubeſſet de hoſtibus ſuſpi cio:magna celeritate ad ſolum ingentem æquarunt aggerem:uiaque patefacta:& peditatu præmiſſo : uici ædificia haſtis ſubmiſſis occupa runt.Quibus auditis illico Franciſc?conuerſo equo celeri curſu caſtra petit:in quoſcunq; incidit:iubet:armis inſtruant̃:& ad repagula uelo citer contendãt:ne hoſtes patefacto aditu ob paucitatem repugnantiũ caſtra inuadunt:miſſiſque hac illac frequenter per militum ſtationes nunciis omnes iidem facere . picinino autem:qui in armis ſed procul erat:quattuor ex ſuis ad ſe cohortibus celeriter accerſitis cum reliquis ne loco diſcedat:idem Corrado Robertho Moretoque mandat præ cæ teris : qui proximi erant : ſumptis armis nullo in cohortem coeundi

ordine ſeruato: eo accurrant: eodē Alexandꝛ Sphortiā fratrem ingenti animo uirum & rei militaris ſcientiſſimū : qui paucis ante diebus pi ſauro ad eum uenerat: Karolum Gonzagā Mannū barrilem & flaſcbū Giraſium: qui pontem aditūq; uiribus obnixe ſeruent: ne eo occupato in caſtra irrumpat̄: mittit. Quare dum minutatim equites: nam nulli tum forte ibi pedites erant: ut ſors tulerat: eo loci ſe conferunt: Ingēs boſtium globus armis ſole repercuſſis miro ſplendore nitentib?e uico in eam planitiē prodit: quæ inter uicum ipſum & foſſam de qua muni tionum initio mentionē fecimus: quamq; Tibertbū minus prouidiſſe paulo ante diximus: interiacebat: tanta ui tantoq; impetu & clamore: ut illis æquo loco minime reſiſti poſſet. Nam qui repagula tranſierāt Alexander Karolus & alii admodum pauci: cum boſtium multitudinē ſuſtinere non poſſent : repulſi terga dare coguntur tanto cum labore atque periculo : ut uix ſe intra munitiones recipere potuerint. Ex bis Karolus enſis cuſpide circa oculum uulneratus: ubi in ſummo omniū ſalutem diſcrimine poſitam uidet: ſuam & ipſe in fuga ſalutem ponit Itaq; ſualitudinis cauſa ob acceptum uulnus: quod leue erat: diſceſſū ſimulat: moxque cum paucis ex ſuis per media caſtra citato equo iter faciens non prius reſtitit: quam Mediolanū peruenit : ciuitatique aut profligatū eorum exercitum : aut quin profligaret̄: euadere non poſſe renūciauit. Idem iis dixerat omnibus: qui ei ad urbem ꝓperanti obuii fuerant. Mannus humi proſtratus multitudinēq; obrutus capitur: & dum per agmen cuius poſtremus ordo anterioribus non progrediēti bus haud procul caſtroꝝ munitionib? receſſerat : ad leoniſſani taberna culum cuius erat captiuus: perducit̄ : ab ſingulis illudebatur turmis: cui & Michaelem primum & deinde Lodouicum: tui ſunt hodie uicti fuſiq; Manne dixiſſe: Illum uero magno animo magnaq; uoce reſpon diſſe ferunt : quin uos potius : quippe qui eum in locum ducti eſtis: unde niſi diminuto capite: qđ ci to intelligetis: abire non liceat. pugna batur igitur ad repagula foſſamq; caſtroꝝ: quæ nec profunda erat nec lata: utrinq; acerrime. operiebat noſtros ingens uelut grando tælorum uis e labro foſſæ coniecta eques equitem infeſtis haſtis aditu ſubmo uere innitebatur. boſtes defenſoribus aditum nudare: & ferro uiam aperire magno ſtudio magnoq; impetu contendebant. Noſtri contra inter ſeſe conglobati ne tranſeant : neue ſpatii quicquam in ponte oc cupent: ſumma ui ptinaciter repugnabāt : nec ab ictibus ullis corpus excutiebant: nec ulla feroces uulnera ſubire recuſabant. Sauciis prælio diſcedentibus integri extemplo ſuccedebant. Nemo erat qui non aper tiſſime pſpiceret : ſi is deſtitueret̄ aditus eueſtigio irrumpentib? boſti bus caſtra ſimul cum milite prædæ ubique fore. Inter cæteros eo loco ſtrenue pugnātes flaſcbus & campanus quidam ruffetus noīe ſemper ingenti animo ſummaq; conſtantia aduerſus boſtem in fronte medii

pſiſtebant: & ſingulare uirtutis operam edebant. Inter hæc Mathæus campanus: ubi ad arma conclamari: & tumultuarie omnia in caſtris agi: & ſuos ad Forum nouum aduenisſe: & non longe ab ſtationibus hoſtium abeſſe uidet Cicbum: qui in ueſtibulo erat portæ oppidi: & hoſti datas litteriſq; mandatas condiciones: ſigno: quo Franciſc⁹ uteba tur: obſignare firmareq; parabat: Iubet inde mox abire: ſeque futuræ calamitatis neſcius ad erumpendū accingit. At in tanto hoſtium im petu rerumq; nouitate q̄ multa Franciſco erant uno eodemq; tempore agenda milites alii accerſendi: alii ad tuēda repagula cohortandi: acies inſtruenda incluſoq; eruptioni prouidendū: ſi quem hoſtes in foſſa re periant aditum: ne tranſeant: probibendū. Quarum rerum maiorem partem & temporis anguſtia: & inopinata hoſtium per eum locum in uaſio impediebant. Itaque inter tot difficultates magnitudo periculi fecit: ut cum ante tentorium armis indueretur: uix thorace indutus: ſic: ut erat ſine brachialibus ſine fæmoralibus: confeſtim equo arrepto ingenti ſpiritu magnoq; corporis robore in eum locum aduolaret: ubi fortiter ad repagula pugnabatur: quo ubi uenit: dimicātes hortatur ad impetum hoſtiū ſuſtinendū: donec ſocii aduenisſent: qui cito adeſſēt: ne aditum deſererent: neue inde ſe repelli ſinerent: in quoq; uirtute omnis omniū ſpes ſalutis ſita eſſet: Nam ſi foſſam hoſtes traiiciant: nulla ſibi amplius neque reſiſtendi uſpiam: neque euadendi quoquam ſpes reliqua foret. Deinde dum hoſtes per foſſæ labrum ad dexteram effundunt: ipſeque e regione contendit: agnouit cōminus inter con fertiſſimā hoſtium aciem Robertbum bodienſem armis equoq; ſuper bum atque iactabundū: & aditum præter cæteros in foſſam quærentē: qui cum dixiſſet: o Comes Franciſce non ſine feruēti aqua bodie binc es diſceſſurus: clara ei uoce & ipſe reſpondit. eo in loco es Robertbe: unde: niſi facta tibi cum caupone epulaq; ſupputatione: non es abitur⁹ & progrediens duas uidit cobortes ad ſe citato curſu uenientes: quaq; alteri Marianus calaber & Turcus fuſiculan⁹: Alteri blaſius Serranus præerant: uiri fortes & longo rei militaris uſu periti. borum aduentu Franciſc⁹ non parua eſt cura leuatus creuitq; ei: atq; elata eſt in animo uirtus mirum quidem in modum. præfecti uiſo duce alacriter o impe rator inquiunt bono lætoq; ſis animo: bos bodie ſuperabimus hoſtes quibus ipſe ait: non militibus ducem: ſed duci milites confirmandos eſſe. Seqmini me: & quod uobis dixero: facitote. Cumq; eos ad alium quendam eiuſdem foſſæ aditum: qui erat ad dexteram p̄duxiſſet: cuius hoſtes erant ignari: iuſſit in eos: qui e regione non longe aberant: ſtrenuo atque ingenti animo impetū facerent: iuſſit etiam uni ex iis: quos penes ſe babebat: ut iidem cæteris militibus: qui minutatim ad ueniebant: imperaret. Illi igitur in eam equitum alam: quæ erat ad de xteram fortiter facto impetu eos pedem referre cogere. Quo factū eſt:

ut multo magis quã antea inter ſeſe conferti boſtes minus apti eſſent ad pugnam. & cum per idem tempus noſtri undiq; non mediocri numero ad repagula aduolaſſent: erant autem boſtes ad ſiniſtram militi noſtro: pontem tranſilierũt: atque boſtem non breui ſpatio repulerũt. & ita duobus in locis fortiſſime pugnabaꝫ. Cumq; Franciſcus eadem qua uenerat: ad repagula reuerteretꝫ: quo inde boſtes auerteret: uidit inter equitandum inter ſe confligi boſtium baſtas: quæ confertim in ſe redactæ nemoris inſtar uidebantꝫ: & inter ſeſe magna concuſſione turbari: quod tantus boſtium numerus loco admodũ anguſto coactus eſſet: ut ſe explicare nullo pacto poſſent. Quod nullam ob aliam rem fieri animaduertit: quã ex animoꝝ inconſtantia ac metu: & confeſtim boſtes ſuperatos uictoſq; eſſe inquit: Deinde ubi ad repagula uentum eſt: ut ordines foſſa per pontem ſuperata in boſtilem aciem impetum facerent: iuſſit. Qua re cum ii uiderent a duobus lateribus ſe urgeri ac maiorem inuadentiũ globum etiam atque etiam increbreſcere: nec licere ſibi ullo pacto procedere: quod uſque adeo loco breuiſſimo inter ſeſe conferti eſſent: ſummo terrore perculſi atque exanimati terga repente uertunt: fundunꝫ: fugãturq; præcipites adeo: ut fugientiũ pecudum inſtar uiderentur: quos noſtri magis magiſq; urgentes pro libidine capiebant repugnãte nemine: & antea quam peruenire fugiendo potuerint ad ea munimẽta: quæ ut ſupra oſtendimus: ſolo æquarant: quo ſibi ad inuadendũ expeditius foret iter: maiore ex parte proſtrati captiq; ſunt. Cum ea loca & anguſta admodum eſſent: cõglobatimq; ipſi fugerẽt numero pingenti: ex quo alteris alteri erant impedimẽto. Quibus in locis quod reliquum erat ex tanta acie ita in captiuitatem eſt actum: ut ex iis qui uerſus forum nouum fugam arripuiſſent: uix quampauciſſimi euaſerint. Inter eos autem capti ſunt Gentilis leoniſ ſanus. Robertbus bodienſis: qui ambo equis deſcenderãt: armaq; exuerant: quo eis expeditior fuga eſſet. Qui quidem ubi ad Franciſcum confeſtim perducti ſunt: eos imperator collachrymãtes præ dolore in tutus humaniſſimis uerbis cõſolatus eſt: & ut bono eſſent animo hortatus ſpem iniiciens: fore: ut in eos clæmẽtia & manſuetudine ſua uteretur. Cumq; aſſidue aduenta rẽt peditum ordines: qui cum Moreto erant apud caſtellum ut antea diximus: ſiſtit imperator in ipſo munitionum limine ſua ſigna uno confertiſſimo ſtipata militum ordine: Iuſſitq; & Alexandro & Guilielmo: ut curam & munitionũ & ſignoꝝ gererent: ne ſcilicet procederẽt longius: quo illi boſtium ordines quot quot integri adhuc eſſent: ſi forte reſumptis uiribus noſtros cœpiſſent urgere: ne iis liceret per eũdem locum rurſus in caſtra impetũ facere: cœptamq; interturbare uictoriam. & quoniam plane animaduertebat: boſtilem aciem ſuperatam ac uictam: alta uoce permiſit omnibus: ut boſtes inſequerentꝫ: captiuoſq; facerent: ita ut faciebant. rei militaris

uel nullo ſeruato ordine: quem nec antea ſeruare licuerat. Iuſſis tamẽ Lodouico uermio. Chriſtopboro Taurello. & dulcio Anguillariano: ut ipſi etiam ſubſequerent̃: & nequid noſtri temere agerent: prouideret. Poſt bæc autem citato equo eo fertur : ubi Franciſcus picininus pro caſtelli præſidio aduerſus boſtium caſtra ſtabat . Tum picininus: qui ſecundis rebus præ animi liuore ſubtriſtis erat: ait. O comes Franciſce non ne ego tibi bodie morem geſſi: Nõne ordines illi mei tempeſtiue tibi affuere? certe: bilari uultu reſpondit Franciſcus: adiecitq; : boſtes ab fori noui latere & uicti & capti ſunt. Quare ſine ulla cunctatione nobis eundum eſt : ut banc quoq; reliquam aciem uictoriæ perinde atq; extremam manum addamus: quæ ab boc latere relicta eſt boſtilium caſtroꝝ præſidio : ita ut nequid reliqui bodie ueneto ſit imperio . Cui picininus reſpondit : Satis mibi bodie ſuperq; uidetur geſtum: quare meo iudicio quieſcendũ potius eſt . Minime inquit Franciſcus . Non enim ſatis eſt uiciſſe: ni uictoria utamur. Quare ſeqmini me omnes. Itaq; ad caſtelli præſidium relicto picinino : cæteri eum omnes ſecuti ſunt Corrado ac Robertbo iuſſis ut q̃primum boſtes inuaderent: qui parati in acie alii extra: alii intra munitiones noſtros expectabant. bis autem inuadentib? boſtes: qui erant extra munitiões ſeſe primo intra repagula recepere. dein aduerſus noſtros tanto impetu incubuerũt: ut eos non paruo ſpatio a munitionib? ſubmouerint. Tum Frãciſcus bis ſiſtere iuſſis : imperat rurſus Corrado & Robertbo : ut in boſtes cum ſuis ordinibus fortius irruant: bortatus etiam bracianos: ut eos quoq; uæbemẽtius inſequerent̃. Quod facientib? noſtris boſtes ad repagula uſque uertunt̃ in fugam. At illi rurſus receptis animis aguntur in noſtros: coguntq; terga dare. Quod ubi animaduertit Franciſcus: non potuit non aliquãtulum animo cõmoueri in bracianos: eoſque ignauiæ accuſare: quos buiuſmodi culpæ auctores animaduerteret: quandoquidem ipſi ſemper fugæ primi initium facerent. Quare facto iterum in boſtes uæbemẽtiore impetu: eos intra repagula uſque fuſos fugatoſq; abegerunt: ubi cum ſe clauſos munitoſq; continerẽt: uideretq; Franciſcus haud facile factu fore: ut propter difficultatẽ munitionũ & ingentem peditum manum qui foſſam tuerentur : repagulis potiretur . Vt erat uir omni in re prudens: & rei bellicæ ſcientiſſim? alta uoce inquit. Quid agitis cõmilitones ? Num ſcitis boſtẽ ex altero latere & proſtratum eſſe & uictum : noſtroſq; caſtris potitos intra tentoria iam late uerſari: & impedimẽta omnia ac tantas boſtiũ opes certatim diripere? Agite igitur. Agite: fortius urgete: fundite. Vincite boſtilem ignauiã. In caſtra etiam ipſi irruite: ne ſoli uos ſitis tantæ prædæ & tantarum opum expertes. Quibus dictis mirabile uiſu fuit: quanta cum animoꝝ tum fiducia tum alacritate noſter peditatus ſeſe in foſſam boſtilem iniecerit: confeſtimq; aggere ſuperato ſtrenuo ſaltu intra boſtiũ caſtra

irruperit: diſiectoq; agger e una cum portaꝝ ualuis ac proſtratis repa gulis noſtro equitatui iter patefec erit: hoſtes fuga ſalutem petunt. Collio qui: ut diximus: illis ordinibus præerat: rebus deſperatis atque perditis: cum minime eſſet repugnare auſus: occultiore quodam calle ei ſoli & cognito & præuiſo fuga celeri Bergomū petit: relictis omnibus & rebus & ſociis. Quid multis eſt opus? Noſtri milites caſtroꝝ rerumq; potiti tantam hoſtium manum captiuam fecerunt: quantam uoluerūt: cum ita eſſent illi omnes exanimati: ut ne minimū quidem repugnare auderent. Offenderūt autem Mannum barilem ex captiuo & ſeruo: ut antea diximus: & liberum factum: & opulentū. Cum intra id tentoriū non ſolum quæ Gentilis fuerant bona: ſed quicquid etiam pretioſius apud alios multos & ductores & milites eo cuſtodiæ gratia conuectum eſſet: cum ſperarent rerum illaꝝ domini fore: ut Mannus ex iis rebus ſeſe in dominos liberaliſſimū redderet: Ex altero aūt caſtrorum latere Michael & Lodouicus Mantuanus quanuis ipſi fuſi quoq; fugatiq; eſſent: conſtiterāt tamen in uiam cum non mediocri ſuorum militū manu: erantq; militi noſtro impedimēto: quo minus expedite fugientes inſequerent. Sed cum a noſtro peditatu: qui ex utroq; latere in loca illa paludoſa & arboribus conſita magna ui laceſſerent: tandē noſtris a fronte equitibus audentius inuadentibꝰ incūbentibuſq;: Illi permultis equis a peditibus: quos diximus: interemptis: coacti ſunt poſt deſperatam ſalutem fœdiſſimæ fugæ ſe cōmittere. Inter fugiendum autem poſt terga relicto ingenti militum numero: qui quo ipſi tutius euaderent: noſtris eſſent impedimēto: incidunt in hermolaum donatum: quem hortati ſunt: ut ſe etiam fugiens ſequeret: ne caperetur ab hoſtibus: quibus ille reſpondit: id minime factuꝝ ſeſe: quin malle una cum ſignis diui Marci captum iri: quam turpiter ſaluum fieri. Scire enim ſeſe: quæ eſſet paſſurus apud Senatum ſuum: ſi ſecus faceret: & ita: ut decreuerat: una cum uenetoꝝ ſignis & captus eſt & ad Franciſcum deductus. Idem de altero legato Gerardo dandulo accidiſſet: niſi relicto equo pedibus ſalutē quæſiuiſſet: quippe qui a Franciſco ſibi metueret plurimum: non ſolum quod in placentina oppugnatione ei ictu bombardæ: quo equus tranſfoſſus eſt: molitus necē eſſet ſed etiam quia cum ſuperiore tempore Cremonæ fuiſſet: eo miſſus a uenetis: quo urbem illam aduerſus philippum tutaret: inſidias tetenderat: & ut a Franciſco ad uenetos deficeret uti demonſtratū eſt: nihil omiſerat. Nec tamen effugit omnino: quin inter fugiēdum non longe a crema oppido caperetur a bracianis. Caſtra igitur hoſtium ſunt omni ex parte in noſtroꝝ poteſtatem acta direptaq;. Milites alii in caſtris: alii fugientes ab inſequentibꝰ noſtris capti q̄pauciſſimi incolumes aufugere: & hi quidem maiore ex parte inermes: ac pœne nudi: equis prope omnibus amiſſis. In his uero inſignes militum ductores capti

ſunt cum alii multi : tum Guido Rhango & Iacobus Gotholanus. In ipſis autem boſtilibus caſtris bombardæ ingenti magnitudine ſunt repertæ numero ſex. & aliquanto minores ad triginta. Quaꝝ aſſiduis ictibus noſtri milites uel in caſtris ipſis agitabant̃ : lædebanturq; ad interitum uſque. Paluſtroꝝ autem carrorumq; incredibilis numerus. Vini reique frumẽtariæ & aliarum huiuſmodi rerum copia maxima : ut nihil omnino deeſſe uideretur non modo ad uictũ cultumq; humanum ſed ne ad delicias quidem . Auri uero argentiq; & pretioſiſſimæ ſupellectilis tanta uis: ut incredibile dictu ſit . Quid multis? Nemo oĩo ex noſtris militibus eſt inuentus ad ipſos uſque calones & lixas : qui ex boſtili præda non redditus fuerit opulentus. Cum tanta autem & tam inaudita reꝝ omniũ præda ad ueſperam noſtri in caſtra redeũt non minus bonuſti omnes quam læti: & ita ſane boſtium ſpoliis atq; opib? onerati: ut incedere uix poſſent. Erant omnia & carminũ & ludorum: ut in huiuſmodi rebus ſecundiſſimis fieri ſolet uſq; adeo plena: ut præ nimia læticia animi relaxati uix compotes ſui eſſent. At Franciſcus maiora quædam animo uerſans diſpoſitis excubiis ac procubitoribus non ſecus ac ſi boſtis integer eſſet: ut prudentis imperatoris eſt : diem opperitur: quo cum primum illuxerit: oppidum primo ui potiat̃. dein ad brixiam exercitum agat. Sed nulla ui nullo impetu opus fuit. Nam ſimul cum duce ultro ſeſe ei oppidani dediderũt. Præerat præſidio: ut demonſtratũ eſt: Matheus campanus: Is captiuus & actus cum ſuis omnibus & militibus & rebus non parui pretii: quas omnes inter eos Franciſcus diſtribuit: qui oppidum : ne qui intus erant; in caſtra aduerſus noſtros erũperẽt: obſederãt: nec boſtilis prædæ participes eſſe potuerant. Reliqs peditib? armis ſpoliatis miſſiſq; factis: Mathe? ſolus ſeruatus eſt . Numerus aũt tam peditum quam equitũ: qui in utroq; exercitu fuere huiuſmodi eſt repertus. In noſtris caſtris pedites ad tria millia: equites ad duodecim millia fuiſſe exploratiſſimũ eſt. In boſtiũ exercitu pedites ad quinq; millia: equites ad duodecim millia & quingentos: ex quibus omnibus pedites ad unum uſq; & capti & ſpoliati. Ex equitibus uix quingenti ac mille fugere : quoꝝ equi præ nimio labore ac curſu magna ex parte interiere. Qui uero equites in captiuitatẽ uenere: bi armis omnes equiſq; nudati imperatoris iuſſu dimiſſi ſunt. Paucis admodum utrinque deſyderatis. Exiſtimauit enim Franciſcus nõ eſſe rem tutam: ut tanta boſtium multitudo inter noſtros: qui minore eſſent numero : uerſarent̃ : neque etiam tot hominũ millibus unum in locum coactis cõmeatus ſuppetebat . Itaq; illis omnib? abire iuſſis: ſoli ductores ipſi ac legati retenti ſunt. Iacobus Gotholanus: qui ſeſe dediderat Guilielmo Montiſferratẽſi: ab eo propter ueterem amiciam : ut clam e caſtris fugeret: exorauit. Guido Rhango. Gerarduſq; dandulus : quo Franciſcus picininus captiuos haberet : ab eodem ut

Mediolanenſib⁹ gratificaret: mittuntur Mediolanū: Gentilis & Robertus & cum his hermolaus donatus iuſſu Franciſci miſſi ſunt Cremonam. Matheo cāpano libere abeundi uenia conceſſa. Fuit hæc profecto uictoria & tanta & tam illuſtris: ut ante multa etiam ſæcula nulla in Italia fuerit audita uel maior uel præclarior: cuius rei gratia: uti par erat: Supplicationes Mediolani cum mirabili omniū lætitia & gaudio totum triduum celebratæ ſunt. Sed cum plærique alii de exercitu ducto res eo die & ſtrenue & fortiter ſe geſſiſſent tū non mediocriter claruit inter pugnandum prudentia atque uirtute Taurellus: qui firma atque conferta cum ſubſidiario⁹ manu uſq; uno in loco ſeborſum a pugnātibus imperatoris iuſſu ſeſe continebat: iis aſſidue auxiliū ferens: qui a prementibus boſtibus pedem referre cogerentur: neq; ulla ſpe prædæ ductus: eodem ſe ſemper reciperet: rurſuſq; noſtris fugientibus aut laborantibus ſubſidio eſſet in tempore. Quæ quidem res non parum profuit ad expeditioré uictoriam. Cum omni autem in re ſumma admiratione digna fuerit ſemp ſingularis ac pœne diuina Franciſci uirtus: tum maxime eo die quo tantus tam firmus tamque munitiſſim⁹ boſtium exercitus eum inopinato eſſet adortus: neque ꝑterritus eſt: nec animo commotus: id quod plæriſq; omnibus uſu uenire ſolet. Sed conſtans & omni ex parte compos ſui ea omnia ex tempore incredibili quadam celeritate & prouidit & obiuit: quæ a prudētiſſimo & fortiſſimo duce & prouidenda ſunt: & gerenda. Quo factum eſt: ut longe maiore cum laude & gloria tanta uictoria ſit potitus: quā ſi prius oīa & excogitaſſet: & multo conſilio prouidiſſet. Nec tamen defuere: qui ei uictoriā tanta uirtute partam falſis criminibus polluere conarentur. Repertæ enim ſunt litteræ calumniato⁹ quorūdam & inuido⁹ hominum: quæ nunc ad hos nunc ad illos per Italiam clam totam pugnæ ſummam ac primam uictoriæ laudem picinino aſcriberent. & mentiētes hæ quidem: cum affirmarent: niſi opportune & in extremo diſcrimine ordines quattuor e ſuis laboranti Franciſco ſubſidio miſiſſet: actum fuiſſet eo die & de ipſo imperatore: & de uniuerſo Mediolanenſium exercitu: quippe quem nihil huiuſmodi opinantem planeq; imparatum ac pœne nudum boſtes adorti eſſent. Quod ubi Franciſcus reſciuit: ut erat uir ingenti atque excelſo animo: ſubriſit tantum nec re nec uerbo ullum edidit indignationis ulciſcendæq; calumniæ argumentum: cum apertiſſime conſtaret: ſero eos ordines & iam fere parta de boſte uictoria eo loci acceſſiſſe.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER . XIIII.

T Mediolanenſes profligato penituſque deleto apud carauagiũ uenetoꝝ exercitu: caſtriſq; direptis: uictoribus omnia prona & aperta fore rati : diuerſa diuerſi conſilia animo agitare cœperunt . Mittunt postridie in caſtra octo cum his mandatis tum publice tum priuatim datis ad Franciſcũ legati: ut quod deinceps bellum gerendum eſſet: id pro ſuæ ciuitatis uoluntate & reip. cõmodo gererẽt: quod erat maxime ; ut pars maior exercitus in laudenſes reliqua in bergomẽſes confeſtim traduceret . Eius legationis Franchinus caſtillione? Iuriſconſultus magniq; conſilii uir : Vitalianus borrhomæus: & Theodorus boſſius principes fuere. Hi cẽturionib? præfectisque militum ac reliquis ducibus in concionẽ accerſitis de tam ampla atque memorabili uictoria gratulant . Deinde ſummis cuiuſq; uirtutem laudibus extollunt: gratiaſq; Franciſco in primis & cæteris ingentes agunt. Præterea ex omnibus ſingillatim in ea proſequẽda uictoria ſententiã exquirunt. Itaque alii in bergomẽſem: alii in laudenſem alii ut erant antea edocti : bipartitis copiis in utrunq; agrum ducendum eſſe exercitum cenſent . Franciſcus uariantib? ſententiis: poſteaquam inquit ex hoſte uictoriam conſecuti ſimus: ea deinceps ratione bellum gerendum cenſeo: ut illud maxime uel negligẽtiæ uel ſecordiæ uel imperitiæ crimen: neſcire uictoria uti: fugiſſe uideamur: qđ ſæpe multis hactenus aſcribi ſolitum meminim?. Itaque optimum mihi uidetur: ut bellum quod deinc Mediolanẽſis populus aduerſus uenetos geſturus eſt: ultra olium amnem intra ipſa hoſtium præcordia geratur. Qđ ex ea re multa ac maxima & ad augẽdum uictoriæ nomen & ad bellũ ipſum conficiendum commoda conſequemur. Exercitus ſiquidem alienis ſumptibus alieniſq; opibus aletur. Reliquiæ hoſtium: ſiquæ ſunt fugabunt . populi qui ad eam oram uenetis parent: dum in trepidatione uerſantur: dumq; uenetæ fractæ ſunt uires: facile in deditionem adducentur. Nec deeſt nobis animus: & obſidere urbem brixiam integro exercitu & circũiacentib? oppidis in fidem acceptis acriter oppugnare: quam ſi omnes eo animo ad oppugnãdam fueritis : quo uos futuros ſpero: non dubito: quin breui in poteſtatem redigamus. Quod ſi brixienſem tantũmodo agrum ſubiugauerim? : quis bodie neget: non tam laudenſes quam bergomẽſes undiq; intercluſos: ſolis duntaxat epiſtolis in Mediolanenſiũ manus deuenturos? Sed ſi ſecus fiat: quid ueneti in bello poſſint: quã ſint eoꝝ facultates ampliſſimæ: quantis affluant pecuniis: quos tota hæc longobardiæ prouincia ſuperiorib? bellis ſæpe

experta eſt: Mediolanēſes uero contra quam ſint omnibus pœne rebus inferiores: & quādiu tantam belli molem laturi ſint: nemo eſt ueſtr; qui non aperte intelligat. Quibus ex rebus ſi brixiā ueneti belli ſedem cum adiacentibus populis ab præſentis belli impetu liberam ſeruaue rint: eos propediem nō minus refecturos quam coacturos exercitum: & nō minus laudem quam bergomum magnis auxiliis in fide contenturos ante oculos pponere debetis. facto dicendi fine: uermius primo: deinde Karolus & Taurellus ſubſecuti non modo comprobant Francisci conſilium: ſed magno etiam opere laudant. Idem faciunt inſurgentes plærique alii: quos & prædæ cupiditas: & imperatoris auctoritas: & oratio ab priore ſententia reuocarat. Sed quoniā brixia cum uniuerſo eius agro ex fœdere: uti initio oſtendimus: Franciſco debebatur: ſiquo pacto durante eius cum mediolanenſib? ſtipendio e uenetor; manibus eriperetur. Picininus qui permoleſte ferret: ſi ea urbs in Franciſci potestatem pueniret: brixienſe bellum quibus poteſt rationib? impugnare contendit. Verum aduocato rurſus in proximum diem concilio: poſt multas ac uarias concertationes: uicit tandē Franciſci ſententia. Itaq; decretum eſt: ut omnis exercitus in brixienſem agr; deducatur: præter uintimillianū & Sanctoſeuerinates cum ſuis aliiſq; perpaucis copiis: quibus laudenſis belli ſumma tradita eſt. Dum hæc apud Carauagiū aguntur: quod tridui poſt prælium nouiſſime factum mora fuit: per multi ex brixienſibus municipibus ad Franciſcū ueniunt: ſeſe ei municipiaq; atque oppida dedentes. Admirant deinde tantum exercitū fugatis diſſipatiſq; hoſtibus tandiu iiſdem caſtris cunctari. damnāt maiorem in modum eam tarditatem: hortantur rogantq;: ut omni ſublata mora ſe cum exercitu in ſuos fines tranſferat. Res uenetas magna in trepidatione atque tumultu uerſari. Brixiæ tam celebris tamque præclaræ urbis potiūdæ occaſionē ei hoc tempore oblatā haud eſſe prætermittendam demonſtrāt: cuius oppugnādæ atque obtinendæ gratia ſe cunctis in rebus adiumento futuros ingenti quodam animi feruore pollicentur. bor; frequens hominū concurſus ſingulariſq; erga Franciſcum uoluntas non modo illius iudicium confirmauit: uer; etiam plurimum auxit ab carauagio igitur mouet: & unis caſtris in brixiæ fines traducit. Picininus ſuis apud Triuillium relictis: Mediolanū proficiſcitur: eius profectionis cauſam eſſe: pro componēdis ſuis cum Mediolanenſibus negotiis: proque pecuniis expetendis ſimulat. Is dum ibi moratur: priuatim ciuibus nōnullis ex primatibus perſuadet: ne Franciſcum Sphortiam maioribus quam eſſet uiribus atq; opibus in longobardia augeri patiantur: Quod ſi pmiſerint: eos ipſos ſuæ libertati excidium paraturos. proinde cauendum præcipue impræſentia: ne brixiam præſenti uenetor; clade territam obtineat. Videri ſibi nunc expetitæ iandiu pacis cum uenetis tempus ueniſſe: quam ſi uellent: facile

boneſtis condicionibus ab uictis imperaturos . Quod &ſi Araſmo & ciuibus iis qui cum eo ſentiebant:mirum in modum placebat:tamen Gebellina aduerſante factione.eam rem neq; in conſilio deferre : neq; in uulgus recenti uictoria erectū diſſæminare audent.Picinini fratres ad uenetos ſecreto nuncium mittunt:qui Nicolai guerrerii interuētu referat : ſe eodem erga uenetam rempu.eſſe animo : quo fuiſſe ſæpe intellexerūt : & quanquam mediolanēſes nunc uictores nihil de pace cogitare uideantur:tamen ſi paciſci cum iis uoluerint:non dubitare: quin a ſe facile & ad pacem firmandam & ad fœdus ꝓcutiendum ad ducantur.bi poſt hæc &ſi natu maior ſe copiis omnibus in exercitum propediem reditur; promiſerat: tamen expetentibus ipſis cum ab Mediolanenſibus laudenſi bello præficerent : ſe in laudenſes urbis oppugnandæ cauſa contulerūt.ea de re Franciſcus certior factus uæbementer animo commotus eſt . Quod &ſi ſatis antea picininor; peruerſam erga ſe uoluntatē animaduerterat : tamen non credebat de iis quæ ad carauagium communi omniū conſenſu decreta fuiſſent:Mediolanēſes quicquam ſe uel inuito uel inſcio mutaturos . Eodem quoq; tempore allatæ ſunt ei litteræ ab Araſmo ad Vitalianum ſcriptæ : humi dum forte excidiſſent: repertæ : in quibus erat ſcriptum : ita cum ducibus ageret:ut exercitus omnino plures in partes diuideret: ne Franciſcus eo diuiſo brixiam aggredi auderet. Quibus ex rebus &ſi manifeſtius picininor; perfidiam cognoſcebat : & Mediolanenſiū mens quorſum intenderet:ſatis ꝓſpiciebat:nihilo tamē ſecius cœpto in itinere pergit: & hæc quantūcunq; dura haud ſibi moleſta eſſe ſimulat:omnia ſua in commoda pro mediolanēſiū commodo æquo ſe animo latur;.Interim Salernitano cum duabus turmis præmiſſo : oēs non tam bergomēſis & cremonenſis quam brixienſis agri municipes qui Benacum uſque lacum & mintium amnē incolunt:& uenetor; parent imperio oppidis arcibuſq; præter Aſulam & Ionadi arcem receptis:quattuor dier; mora in deditionē accepit.Eo tam felici & incredibili rerum ſucceſſu Franciſcus maiore animo ad ſuſcipiendā brixiæ oppugnationē confirmatus: ad duo paſſuum millia ab moenibus caſtra locat:ꝓſpectoq; urbis ſitu: biduo poſt propius admouet . & a duabus tantūmodo partibus : quæ in plano ſunt : ob ambitus magnitudinē circūſedet.Ab reliquis partibus intercluſis undique aditibus millibus paſſuum tribus ab epiſcopi porta mōtaniſq; arcibus nequid eo uel cōmeatus importet: uel auxilii mittatur: excubitores præſidiaq; ponit. Iacobus gottbolan? cum quingentis circiter equitibus ex iis : qui a carauagina clade uenetis ſuperfuerant:& peditibus mille ei urbi præſidio relictus:leuia raro interdiu ſæpius uero noctu prælia cōmittebat . At dum ea quæ munitiſſimæ urbis oppugnationi neceſſaria uidentur:Franciſcus magno ſtudio conquirit : non tam picininor; quam mediolanenſiū dolos multo etiam

apertius cognoſcit. Nam cum amicoꝝ legatoꝝq; ſuorum litteris: quos Mediolani ferrariæq; apud leonellum æſtenſem habebat: tum etiam certis quorūdam ex boſtibus nunciis certior fiebat: Mediolanēſes ad præfectos primarioſq; obſeſſæ urbis ciues litteras dediſſe: quib? illos ne ſe Franciſco dedant: neue timeāt: ſed in priſtina uenetoꝝ fide perſiſtant: adhortabant̃: quod de pace cum uenetis agerent: eſſentq; prope diem præſenti eos obſidione liberaturi: cum exercitum aut in byberna confecta pace: aut ſi in bello perſequi ꝓſeuerauerint alio tranſferendū conſtituiſſent. Acceſſit ad id quoq; inopinatus in caſtra Antonii porri Mediolanēſis legati aduentus: qui explicabat: quod cogitantib? ſæpe numero Mediolanenſib? de bellicis rebus: quibus graui & intolerabili prope ſumptu premerent̃: non uidebatur eam urbem niſi longa obſidione ſubigi uincique poſſe: cum & loci natura & foſſa: inſuper muro milite & populo ſupioribus bellis armis laboribuſq; aſſueto omni ex parte eſſet q̄munitiſſima: & cōmeatu etiam refertiſſima. Ex quo fieret: ut fruſtra exercitus ibi eſſet plures etiam menſes futur?. Quare caſtra mutanda: & copias ultra Mintium in ueronenſiū fines traducendas eſſe Mediolanēſes iudicare dicebat. Quod ut efficeret̃: inſtare nō ceſſabat: cum maxime ꝓgrediendo Brixia ſuis etiam incolis undiq; circumſeſſa poſt terga relinqueret̃: & nutantibus uenetoꝝ rebus ueronenſes qui moleſte illorum dominationē ferre uidebant̃: iugo uenetæ ſerui tutis excuſſo ad eum defecturos ſperari poſſet. præterea Guilielmum reliquoſq; ſingillatim mediolanenſiū ductores ſecreto admonebat: ut ſuos paulatim milites in laudenſes tranſmitterēt: cauſamq; traſmittendi banc eſſe palam prædicarent: quod pecuniæ inopia in caſtris amplius perſeuerare non poſſent. Hæc pro reip. mediolanēſis commodo: ni faciāt ſtipendia in poſteꝝ minus babituros. Quibus auditis Franciſcus quæ de Mediolanenſib? aduerſum ſe quottidie ſibi enunciabant̃: diſſimulans legato ſic reſpondit: ſe brixiam omni ex parte ꝓmunitam non diffiteri. Sed ſi Mediolanēſes quēadmodū & iure fœderis obſtringebantur: & paulo ante per ſuos legatos ad carauagiū confirmarant: conceſſas ſibi copias ſi nō omnes ſaltem eas: quæ impræſentia ſecum erant: ad brixiæ oppugnationē militare uoluerint: non dubitare omnibus obſeſſis itineribus omnibuſq; ad oppugnādum rebus comparatis quin baud multo tempore uel uoluntaria deditione: uel metu uel uitandem ea urbe potiretur. Nec in ueronenſes traiiciendum cenſere: Brixia poſt terga in boſtiū poteſtate relicta: quæ adeo dediticios ſollicitare & infeſtare quottidie armis poſſet: ut rurſum in uenetoꝝ fidem redire cogeret. eſſe præterea omnia adbuc circa Mintiū oppida partim in uenetoꝝ: partim in Lodouici mantuani principis manu: qui niſi cōſentiat: cōmeatuq; exercitum iuuet: nihil in regione ea profici poſſe cum redeundi duo inter flumina itineribus undiq; intercluſis nullus

exercitui aditus pateret . Interea ueneti poſt acceptam carauagienſem cladem nihil eaꝝ rerum omittere conſtituunt : quæ obſeſſaꝝ urbium ſaluti conducerent:quibuſq; præſertim brixiæ laborantis periculo maturius occurri poſſe arbitrarentur. Quare confeſtim Paſqualem Maripetrum:qui poſtea eoꝝ reip.princeps fuit:& Iacobum Antonium Marcellum in ueronēſes ad colligendum reſarciendūq; exercitum legatos mittunt. bi piſcheriam profecti quod eſt oppidum ueronenſiū in ipſo prope benaci lacus oſtio ſitum:unde Mintius amnis initium facit:& id quidem munitiſſimū:belloq; gerendo in regione ꝓpportunū: ubi iam Michael cū paucis conſtiterat:copias omnes ita ut erant:inermes eodem cōuenire iubent.Has ingenti celeritate uelut in ſummo rerum ſuarum diſcrimine nullis parcendo impendiis reficere ex integro contendunt . Triremes quattuor quas in eo loco exædificatas habebant ſumma feſtinatione inſtruunt : quibus frequenti nauigationū curſu caſtella:quæ circa lacum eundem adhuc in fide perſtiterant:in officio continebant:& quæ defecerant : in priſtinam fidem reuocabāt. Quencunq; militum numeꝝ modo ex uſu ſit ſuo:omni ex parte conducunt. Magnum ciuitatib?:quas ultra Atheſim obtinent:delectum imperāt: & quantas poſſunt : pedeſtres copias undique cogunt.Ad florentinos præterea & propter ueteris amicitiæ officia &ꝓpter ſocietatis iura mittunt imploratum auxilium.Qui forte ſub idem tempus eo bello quod Alphonſus rex per annū iam exactum terra mariq; intulerat:liberati : tribus armatoꝝ hominum millibus eos iuuare conſtituūt.Nam profligato:ut demonſtratū eſt:apud Caſalemai?philippi exercitu:Alphonſus ex campano agro mouens: Tibur per hyemem cum paucis copiis uenerat: eo quidem conſilio:ut uere primo contracto exercitu ad ferendam laboranti philippo opem ſe accingeret:& quanquā eo uſque diſceſſum moratus erat:ut prius e uita philippus emigraret:quam romano agro exceſſiſſet:tamen conata aduerſus florētinos perficere conſtituit.Itaq; cum in Senenſes per autumni tempus magnis copiis ꝓueniſſet: mox que florentinoꝝ fines inuaſiſſet:depopulatus ab ea parte agros cuncta ad ipſam uſque Florentiā militibus longe lateq; ꝓuagantibus præda igni ferro deuaſtauit:ac tumultu terroreq; ingenti inuoluit. Florētini autem quod eos potentiſſim?boſtis imparatos adbortus eſſet:cū nihil boſtile mortuo philippo uererent : Frederici feretrani urbinatiū comitis primum:paulo deinde poſt Sigiſmundi malateſtæ : qui per idem tempus ab eo rege deſciuerat : aduentu:ſe per eam hyemē ægre tutati ſunt.In proximum uero annum facta iam in campis pabuli copia:rex e ſenenſibus ubi hyemarat : eduxit : confeſtimq; Plumbinū oppidum ſane inſigne & bello gerendo accōmodatum terra marique in numero pœne exercitu circūſedit ſpe breui ſeu per oppugnationē : ſeu per obſidionem eius potiundi:hac potiſſimū ductus cā:ut in ea ora maritima

ſtationem portumq; ſuis aliquem ex utriuſque Siciliæ citerioris biſpa niæ & Sardiniæ regnis ad eum nauigãtib? pararet: quo tuto flectere: cõmeatuſq; ad alendum exercitum deferre exponereq; poſſent. At cum totam ibi æſtatem oppidum ſũma ui tormentoꝝ oppugnãdo pluribus tentatis ſæpe pugnis deuicta etiam hoſtium claſſe cõſumpſiſſet: exerci tu prope graui tabe & ſumma pabuli inopia confecto obſidionem tan dem ſoluit: & qua uenerat diſcedens Sigiſmũdo & frederico ducibus infeſto exercitu agmen a tergo laceſſentib? in ſenẽſes ſe recepit: moxq; mari delatus in ſuum proximæ ſiciliæ regnum uelut æthruria pulſus uictuſq; rediit. Soluti igitur eo bello Florentini: recuperatis omnibus fere oppidis: quæ hoſtis ſuperiore ãno occupauerat: Sigiſmundũ cum duobus equitum millibus & Gregorium Anglarẽſem cum peditibus mille magna celeritate uenetis auxilio miſere. Itaq; Michael ac legati reſumptis paulatim uiribus per montes pedeſtribus copiis nullo inter miſſo tempore obſeſſis auxilium ferre contendunt. Ludronẽſibus uio lata factæ nuper deditionis fide ſecum cõſpirãtibus. Cæteꝝ Paſqualis Maripetrus alter ex legatis cum ob ſuperiore tempore cum Franciſco inchoatam amiciciam non nihil mutua beniuolentia ab eo impetrari poſſe confideret: eidem Angeli Simonetæ uſus opera: qui apud eum gratia & auctoritate plurimũ poterat: ut in antiquam uenetoꝝ amici ciam redeat: multa pro eius cõmodo atque gloria proponendo ac polli cendo: multa quoq; de Mediolanenſiũ in eum perfidia demonſtrando pſuadere conatur. hæc Franciſco ſæpe animo uolutanti multa quotti die occurrebant: quæ non modo eum adhortabant: ut ſuæ ſuorumq; ſaluti proſpiceret: ueꝝ etiam plurimum incitabant: atque impellebant. Quod Mediolanẽſes mortuo philippo illius imperiũ quod ad ſe iure optimo ptineret: temerario quodam impetu occupaſſẽt: cum memoria teneret uigeſimo iam anno exacto: dum apud eundem philippum me reret: ultro ſe ab eo adoptatum blanca filia unica ſibi in matrimoniũ data. Quod nõ multo anteaquam ex humanis emigraſſet: uniuerſum quod in longobardia poſſidebat imperium: ita ab eo publicis documẽ tis ſibi conceſſum conſtaret: ut poſt eius e uita deceſſum donationis iure ſuccederet: quanuis in ipſo prope mortis furore ſicuti principio demonſtrauim?: aliter ſuis rebus diſpoſuiſſe diceretur uariis uaria cir cũferentibus. Quod plane animaduertebat Mediolanẽſes eam quam ſibi per philippi obitum libertatẽ uendicarãt: tum propter incredibile odium graues inteſtinaſq; diſſenſiones: quæ quottidie inter eos orie bant: tum etiam propter regendi adminiſtrãdiq; imperitiam non diu retenturos: animi tam celebre imperium tandem in uenetoꝝ manus: niſi quis obſtaret: deuentuꝝ. Dum in his cogitationibus uerſatur: fit multis modis certior: ſũma feſtinatione inter Mediolanẽſes uenetoſq; de pace ſecreto agi. & petentibus uenetis picininos ſimulata in caſtra

profectione cum his mandatis uenturos: ut deinde ſi uoluntarie obſi
dionem ſoluere recuſaret:Brixiam ingreſſi circūſeſſis ciuibus præſidio
pro uenetis eſſent.Accedebat ad hæc & liberoꝝ amor & cura & non in
iuſtus dolor : & aſſidua blancæ coniugis querimonia bis eum uerbis
tum coram tum litteris ſæpe ſollicitantis:paternas opes adeo iniuſte
ab multis direptas atq; poſſeſſas ſibi ipſis & poſteris iure debitas eius
uirtutis eſſe: & officii ab iniuria uēdicare.Domum uicecomitū proſtra
tam atque pœne extinctam ſubleuare . paternum regnum ab interitu
eripere:nec pati eo ſeſe & filios ullo pacto defraudari . Poſtremo nun
quam ſe animo lætari aut cōquieſcere poſſe donec ſe patria extorrem
& paternis bonis ſpoliatam uideat reſtitutam.bis rebus diu multūq;
cogitatis:non amplius ſibi cunctādum putauit tam imminēti & ſuæ
ſuorumq; uitæ & fortunarꝝ omnium diſcrimini occurrere. Itaque per
eundem Angelum Simonetā cum uenetis paſqualis eorꝝ legati inter
uentu:de pace ac fœdere agere cœpit:qui &ſi cum Mediolanenſibꝰ de
componēdis inter ſeſe rebus aſſidue tractabat̄:tamen cum plurimum
uel uoluntariā brixiæ defectionem uel proditionē timerent:præſertim
cum quod in primis de picininis ſibi præſtari petierant:ob Mediolanē
ſium cunctationē qui niſi laude recepta : militem nullum ab ea obſi
dione abire ſtatuiſſent:pro temporis anguſtia minime confici poſſe ui
derent:ad eam ſane cum Franciſco concordiam quando maxime in lu
cro eſſet:propenſioribus animis deuenerūt.Summa autem pacis initæ
percuſſiq; fœderis hæc fuit.Vt pax primum & amicicia inter uenetos
& Franciſcum Sphortiam perpetua ſit . Captiui utrinq; in libertatem
reddant̄.Vniuerſa tam brixienſis quam bergomēſis agri oppida:quæ
Franciſcus eo bello cepiſſet: uenetis reſtituat.Crema & cætera tranſad
duanorꝝ oppida præter pandinum:quod laudenſis eſſet agri:& Sancto
ſeuerinates iure poſſiderēt:uenetorꝝ.Reliqua oppida atque urbes:quas
philippus in ipſo eius obitu poſſidebat:Franciſci ſint:utq; eas facilius
aſſequi ualeat : quattuor equitum & duo peditum millia ſuo ſumptu
ueneti intra menſem poſt ictum fœdus ei auxilio tranſmittant:tria &
decem inſuper aureum nummū millia ſingulis menſibus dependant.
Quæ quidem auxilia tam diu ueneti Franciſco præſtare debeant:quo
ad urbe Mediolano potiatur:deinde uero in amicicia & ſocietate inter
ſeſe uiuāt:ſocietaſq; eo iure maneat:ut alter alterius hoſtes in hoſtiū
& amicos in amicorꝝ numero habeant. Veneti Franciſcū.Franciſcuſq;
uenetos:ut rerum poſtularet condicio pace ac bello iuuent.Rebus per
hunc modū compoſitis atque firmatis:quæ ſolis Alexandro ac dulcio
& ppaucis quibuſdā cognitæ erant:operæpretiū fore Franciſcus exiſti
mauit rem omnem exercitui aperire.Quare omnibus in campum con
uocatis:ita ex equo locutus eſt.Arbitramur duces optimi & uos cæteri
cōmilitones futuras nōnullos:qui non ſine admiratione audiant:quæ

nunc in medium referemus:perinde ac rem nouam & inopinatã. Sed ubi cauſas atq; rationes diligẽtius cum mente uerſauerint:non modo deſinent mirari: ſed potius damnabũt nimiam cunctationẽ ac patientiam noſtram: Qui tãdiu cunctantes eorum inſidias atque perfidiam æquo animo ꝓtulerimus:de quibus optime meriti ſumus. Non enim uos latet:quo in ſtatu Mediolanenſiũ res eſſent:quo tempore mortuo pbilippo duce patre Soceroq; noſtro: ex picentibus in Galliam ciſalpinam reuertimus:cum ueneti occupatis finitimis & opulẽtiſſimis urbibus placentia ac laude:captiſq; uniuerſis poene municipiis & oppidis Mediolanẽſis agri: ita urbem ipſam undique fere clauſam tenerent: ut uix tuto cuiquam portas egredi liceret.Nec eſtis obliti:quãto cum labore Mediolanenſiũ copias:quæ ſub pbilippo meruerãt:minutatim circũquaq; diſperſas:& ob cõfertiſſimos boſtium exercitus ita territas: ut necubi conſiſtere auderent:unum in locum coegerimus:& eo firma uerimus robore:ut non modo boſti reſiſterẽt:ſed terrori eſſent:ut qui iam plurima pro libidine occuparant: facilioraq; reliqua ſibi omnia ac prona fore putabant:in reꝯ ſuaꝯ uenire dubitationẽ coeperint. Parma ex ipſo itinere noſtro Mediolanenſib? ſocietate & amicicia coniuncta eſt.Sanctum columbanũ citato agmine omnium primum recepimus. Deinde placentiam circũſedimus in maximis rerum omniũ:ut noſtis difficultatibus:urbem ſane non peditatu modo & equitatu:ſed rebus iis omnibus munitiſſimã: quæ non tam ad repugnandũ quam ad oppugnandum ſatis eſſent:ſuperq; futuræ. Quanto autem cum capitis noſtri periculo:& uos omnes: & nos ipſi in ea oppugnatione expugnationeque fuerimus:egregie meminiſtis:cum ex noſtris militibus non pauci ceciderũt.& bombardulæ ictus quẽ inſidebam? equum:repente tranſfoderit:parumq; a noſtra nece defuerit.Expugnauim? pro diuina clæmentia urbem opulentiſſimã & uenetorum cunctis uiribus quæ ei præſidio erant ſuperatis:in prædam ingenti uirtute diripuimus.Qua quidem una uictoria tantũ terrorem ueneto militi iniecimus: ut conſiſtere eo anno nuſquam auderet. Cum uero tantam urbem cum uniuerſo eius agro Mediolanenſiũ dicioni adiecerim?:qua illi in nos gratia ſunt uſi: ea fuit:quod inſidiari nobis:& clam alia atq; alia tentare cum uenetis in ꝓniciem noſtram nunquam deſierunt.Loquimur aũt: & querimur non de uniuerſa Mediolanẽſi ciuitate:ſed de nõnullis & perpaucis ciuibus:qui cum ſemper & nomini noſtro infeſti fuerint:& fortunæ noſtræ inuiderint: ipſis auctoribus cum multitudo principũ conſilia ſequi ſoleat.bas in nos inſtructas quas intelligitis:inſidias: apertiſſime cognouimus. Quæ autem boc anno deinde a nobis geſta ſunt:uniuerſa cognouit Italia.Nam quibus ſtipendiis quibuſue commeatibus aciem primo ex bybernis in trãſadduanos eduximus: nemo eſt ueſtrꝯ: qui ignoret:cum per Mediolanẽſes nũmos aureos rbenẽſes

militibus ſingulis ſingulos tantūmodo dare licuerit. Reliqua impēſa noſtra fuit: quantácunq; præſtare ualuimus: quo aūt ſtudio: quibuſq; innixi uiribus præter carauagiū totam eam mediolanēſi populo regionem recuperauim?: uos ipſi Teſtes eſtis: qui laborum ſocii ſemper mecum fuiſtis. poſt hæc ingentem ac potentiſſimā uenetoꝝ claſſem: quæ uniuerſam prope: ut ita dixerim: ciſalpinam tranſpadanāq; regionem infeſtabat: uaſtabatq;: ad caſalemaius mirabili noſtra induſtria inuitis fere omnibus non fudimus ſolum ſed cōcremauim?: & ne id quidem ſine maximo noſtroꝝ ciuium Cremonenſiū detrimento. Obſedimus poſtremo carauagium eorum iuſſu & re frumētaria & militum præſidio & rebus omnibus munitiſſimū: & ita obſedimus: ut nos ipſi quoq; illorum negligentia & auaricia: quēadmodum uidiſtis: non minore periculo quam obſeſſi laboraremus: cum e conſpectu hoſtes caſtra ſua multo quam noſtra rebus omnibus munitiora atque formidabiliora firmaſſent. Sed noſtra tandem diligētia labore atque tolerantia uobis adiutoribus fortiſſimeq; pugnātibus & hoſtium exercitum deleuimus & carauagium deditionem facere coegimus. banc ob tanta beneficia nobis gratiam homines omnium ingratiſſimi rettulerūt: ut ſcelus ſcelere in noſtrā calamitatē accumularent: obliti in rebus uenetoꝝ ſecundiſſimis & ſuis ærumnoſiſſimis: noſtra opera & induſtria quinetiam impenſa rem prope ꝑditam reſtituiſſe & trāſpadana oppida atq; urbes ſibi ſtipendiarias feciſſe. Paciſci enim uſque adeo cum uenetis ſtudue runt: ut erepta nobis Cremona & papia: non modo nos e longobardia pellerent: ſed quoad ab eis fieri poſſet: e medio quoq; tollerent. Pepigeramus autem cum mediolanenſib?: ut brixia: quam obſedimus: noſtra foret: ubi ueniſſet in deditionem: cuius obſidendæ gratia profligatis ad carauagium hoſtibus: uniuerſi exercitus milites nobiſcum perſeuerarent: excepto duntaxat Antonio crotbonis marchione: qui cum ſuis & aliis perpaucis copiis ad laudem obſidendam mittendus erat. Nos uero in brixienſem agrum urbem banc oppugnaturi proficiſceremur: Frāciſcum piciniū: qui nos ſequi debebat: ab expeditione noſtra auerterunt: & ut laudem peteret: iuſſerunt: cumq; intelligerēt propediem brixienſes ciues in noſtram uenturos poteſtatē: clam litteras dederunt ad Antonium martinengū ad petrum aduocatū: & ad nōnullos primarios ciues: quibus eos monebant: ut reliquos ciues adbortarent: neqd fœderis nobiſcum inirent: ſed in uenetoꝝ fide perſiſterent: quod breui cum uenetis non pax modo futura eſſet uerꝝ etiam ſocietas: & ꝑpetua amicicia. Idque ut facilius efficerent: miſerūt nuper ad nos ut uidiſtis Antonium porrum legatum: qui ineptis quibuſdā ac puerilibus mandatis nobiſcū ageret: ut brixiæ relicta obſidione: in ueronenſes copias traducerem?: cum urbe uerona in deditionem recepta nullus foret reliquus de brixia potiunda labor: nec legatus ipſe quēadmodum ſcitis

unquam ceſſauit uobiſcū agere: ut paulatim miſſis tranſ adduā militi
bus in agrum laudēſem nos tandem omnes ſolos deſereretis: quo ita
deſtituti omnino copias binc adducere cogeremur. His igitur cognitis
atque patefactis dolis & inſidiis cum apertiſſime ꝑſpiceremus eos
nihil aliud quam ꝑniciem & exitium noſtrum cogitare: rebus noſtris
proſpicere non amplius nobis cunctandū putauimus. habuimus neceſ
ſariam & honeſtiſſimā ſalutis noſtræ rationem. Nam ne ipſi uobiſcū
unaq; cum uxoribus liberis & fortunis omnibus per illoꝝ ſcelus atq;
perfidiam periremus: Ita nuper cum uenetoꝝ ſenatu paciſci coacti ſu
mus: ut perpetua inuicem pace: ſocietateq; & amicicia firmata: nobis
auxilio ſint futuri: ad uendicandū nobis longobardiæ imperium: quod
philippo duci in ipſo eius obitu paruerat: quod nobis hæreditario iure
debetur: & ut intelligatis rem non fictam eſſe aut ſimulatam: omniū
primum urbs laudis: quæ nunc ab Mediolanenſib? obſidetur: atque op
pugnatur: cum eo ꝓuenerimus: aut miſerimus ſubſidio ex noſtris ali
quos: noſtra continuo erit. Itaque ut bono lætoq; animo nobiſcū ſitis
uos etiam atque etiam hortamur. ſi uultis tot tantoꝝq; laboꝝ & peri
culoꝝ: quæ fruſtra pro Mediolanenſib? ſubiſtis: digna a nobis præmia
recipere. Quāto enim ampliores erunt facultates noſtræ: tanto in uos
eſſe benigniores munificētioreſq; poterim?. Id qđ tum noſtro ingenio
q̄libentiſſime facturi ſimus: tum etiam pro tot tantiſq; difficultatib?:
quas nobiſcū una pertuliſtis: Hac oratione cum ſingulari quadam ac
plane imperatoria & uocis & uultus dignitate habita: tantus repente
& tam lætus omnium clamor ſublatus eſt: ut nemini prorſus ex tanta
multitudine quicquā reſpondere licuerit: ſed omnes confuſis uocibus
rogare: ut confeſtim ſe nouæ expeditioni aduerſus fidefragos & ingra
tos accingeret: cum dicerent: eum feciſſe quāoptime: & pro iure atque
æquitate: ne diutius in tanto ſuoꝝ beneficioꝝ cumulo tantam homi
num ingratitudinē pateretur. Tot enim tantaq; pericula quæ Mediola
nenſiū cauſa ſubiſſent: longe ea libentius pro tanto imperatore forent
toleraturi: in cuius ſalute ac fortuna ſua & ſalus omnis & res ſecūdæ
poſitæ eſſent. Facto dicendi fine: Petrus cotta legatus: qui paulo ante
cū Aloyſio boſſio collega hæc eadem planius ab Franciſco cognouerat:
Mediolanum celeriter profectus: quæ nuper in caſtris facta eſſent: ciui
tati renunciauit. Poſtridie autem Franciſc? Spbortia caſtra ab eo loco
mouet. & relictis brixiæ finibus toto exercitu magnaq; omniū alacri
tate per Soncinates Mediolanū uerſus ire contendit. In itinere Lodoui
cum uermium Karolum Guilielmum Taurellum & reliquos Mediola
nenſium ductores: quos ad brixiam ſocios habuerat: ſibi aſciſcere: &
multis per Alexandꝝ fratrē ſingillatim ꝓpoſitis præmiis iureiurando
obſtringere nititur. Interim Mediolanēſes laudem facta ciuium dedi
tione in poteſtatem cum arce acceperant: & Franciſc? picininus Iacobo

fratre cum ſuaꝝ copiaꝝ parte trãs padum in placẽtinos miſſo: cognito Franciſci motu & repentino aduerſus Mediolanẽſe s aduentu cum reſi duo copiaꝝ laudem ingreſſus: Adduã: ne ab boſte ſuperaret: cuſtodiri tuerique conabatur. Hæc laudenſiũ rerum in ipſo prope ſuſcepti belli initio brixiaq; receſſu cõmutatio: Quanquam Franciſci animũ primo nuncio grauiter pturbarat : quod eam urbem : uti demonſtratũ eſt : ueneti: miſſis cum mandatis iam nunciis : ubi eo uel ipſe uel ex ſuis aliqui ueniſſent : ei tradi iuſſiſſent : quæ res & ad ſuperandũ flumen Adduam & ad inuadẽdos terrendoſq; ea parte primo impetu Mediolanenſes plurimum profuiſſet: tamen mutato traiiciendi fluminis & in eundi belli conſilio: baud longe a caſtelloleone caſtra ponit: militibus que nõnullis: quos ingenio callido: & regionis peritos nouerat : mandat: ut fluminis ripas diligenti? ſpecularent: locumq; ubi pons ſecreto conſtrui poſſit : deligerent: delectumq; confeſtim referrent. Præterea Marcoleoni ex præfectis peditum uiro forti atque impigro dat negotium: ut naues interim quæ faciẽdi pontis cauſa Cremonæ erant paratæ: locum ad quendam non procul ab eo flumine carris noctu deuehe rentur. Dum hæc aguntur: ſex ab Mediolanẽſibus ciues miſſi ad eum legati ueniunt. Quoꝝ primi Bartholomæus moronus & Iacobus cuſanus Iureconſulti fuere. Hi data loquendi copia hæc ſuæ reip. nomine uerba fecere . Vt primum ex Petri cottæ legati reditu populus Mediolanenſis te ab ſua amicicia diſceſſiſſe: tantoſque motus ita repente & inopinato a te agitari: ſimulq; cauſas cur id feceris : teque deinde ad inferẽdum bellum properare intellexit: quantam omniũ animis admirationem quantũue dolorem is iniucundus inſperatuſq; nuncius attulerit: baud facile uerbis exprimere poſſemus : cum tota Mediolanẽſis ciuitas: quæ paulo ante ob res te auctore atque duce proſpere geſtas : in ſumma felicitate atque læticia erat: hoc tam acerbo nũcio ita graui uulnere affecta eſt: ut ex maximo gaudio in ſummum mærorem & lachrymas conuerſa ſit. Proinde nos ad te miſſi ſumus: ut banc quam in noſtram remp. uideris ſuſcepiſſe indignationẽ ex animo deponas : & optimam multoꝝ erga te uoluntatem: & non paucoꝝ ſiqui ſunt: peccatum metiri uelis: cum affirmare ſe poſſe ciuitas noſtra dicat: nihil eaꝝ rerum in te cõmiſiſſe: de quib? te q̃grauiter queri ex ſuo legato nuper audiuit. propterea te oramus: & quanto maiore poſſumus ſtudio obſecramus: ut nullam uelis populo Mediolanẽſi iniuriam nullumq; maleficium inferre. Arma non in eos: qui tui ſunt: ſed in cõmunes boſtes exerceas. & ſiquid ab Mediolanenſib? uelis: tuum erit poſtulare : quia nulla in re quoad fieri poſſit: ciuitas noſtra tibi deerit. Atqui ſi ita tibi omnino in animũ induxiſti : ut conata contra Mediolanẽſes perficere intendas: te rogamus: ut noſtris ſaltem ducibus noſtriſq; copiis: quæ in tua ſunt poteſtate: Mediolanum redire libere permittas . Quibus

Franciſcus ita reſpondit. Si Mediolanēſes: uel potius qui reip. ſummā tenent: recte memoria repetiſſent: quomodo mecum egerint: poſteaq; in longobardiā ex picētibus rediuimus: ſane neq; hanc rerum nouitatem tantopere admirarent: neque hos motus ita: ut expoſuiſtis indignos cenſerent: & ſi doleant: ſe non immerito dolere iudicarent: cum quenq; malefactoꝝ conſcientiā accuſare aliquādo & deflære oporteat. Nam ſiquid Mediolanenſib? aduerſi accidit: non id aliena ſed eorum culpa accidiſſe: quiſque iuſtus rerum æſtimator intelliget. Quinetiam comperiet Franciſco & ſuæ ſuorumq; ſaluti conſulendi cauſam iandiu fuiſſe iuſtiſſimā. Quod ut apertius oſtenderet: eadem ab ſe in Mediolanenſes collata beneficia: eaſdemq; ſibi illatas ab Mediolanēſibus iniurias recenſuit: quas paulo ante ad brixiam exercitui cōmemorauerat. Adiecitq; ne hoc quidem Mediolanenſib? eſſe mirandum: ſi ab uulgi inſcitia: ſi ab multitudinis ingratitudine: ſi ab ciuium nonnulloꝝ ex ciuitatis primoribus perfidia: qui ſuæ perniciei ſemper ſtuduerant: ſe eripuerit: quo tum principes quorum bracianaꝝ partium fautores ſuis ſæpe ſermonib? nominabat. quam quidem rem nō ſponte ſed inuitus neceſſarioq; coactus fecerat: Addidit q; præterea oppida atque urbes uniuerſas: quibus imperaſſet philippus: tum donationis tum hæreditario iure ad ſeſe coniugemq; & liberos ſuos ſpectare. Quæ quidem omnia iure ſibi debita: ſi ſibi nunc armis: quando aliter nequeat: uendicare conetur: ſe nemini iniuriam facere. Duces autem & copias eoꝝ: quæ apud ſe eſſent: in caſtris nulla ui teneri: cum iis Mediolanū uel alio ſi ſe conferre uoluerint: liceret. poſtremo & ſi iniurias ulciſcendi tempus facultaſq; adeſſet: tamen ſe eas: quæcunq; eſſent: obliuioni mandaturꝝ: & læniorem quæ opinarent in Mediolanēſes futuꝝ: cum ea eſſet ſibi oīo uoluntas: multis potius ignoſcere quā quæ de paucis uindictam ſumere: & mallet omnes quam partem amplecti. Interim exequētibus imperata miſſis Herneſtes & bonofrius fratres ex nobili biboaqua familia: ſed diu uerona patria exules Macbaſturnā arcem Franciſco ſe traditurōs peramice ac popportune pollicent. Quam qui dem arcem ab philippo dudum dono datam trans adduam in ipſa fluminis ripa ſitam poſſidebant: locum ſane cum ad neceſſitatē tum ad ſecuritatem conſtruendi in eo flumine pontis aptiſſimū. Ea autem re nunciata Franciſcus graui tranſeundi fluminis ſollicitudine leuatus ſtatim Salernitano mādat: ut ſumptis iis equitum peditumq; cohortibus: quas uſui ſibi fore putaret: eo aduolaret: Scaphiſq; traiecto amne in arcem præſidium imponeret. deinde adductis nauibus: pontem in Addua ædificandū caſtelliſq; ab utraque ripa muniēdum ſumma dili gentia celeritateq; curaret. Poſt hæc hermolaum donatum Gentilem leoniſſanū Roberthum bodienſem ac cæteros captiuos: qui uti ſupra oſtendimus: in Cremonēſi arce cuſtodiebant: ad ſe adduci iubet: eoſq;

benigne & ꝑbumaniter exceptos armiſq; & equis donatos ad uenetos remittit. Per eoſdem dies Karolus Gonzaga cū ducentis & mille circiter equitibus qngentiſq; peditibus ab exercitu per noctis ſilentia ignorantibus cæteris diſcedit: quod paulo longius ab reliquis tendebat. & ad municipia quædam: quæ in agro cremonēſi olio propinqua & mantuano agro finitima poſſidebat: concitatis equis ſeſe recepit. duo bæc aduerſa & laudis amiſſio: & Karoli fuga cum eodem fere tempore: & in ipſo ſuſcepti belli initio accidiſſent: per multoꝝ in caſtris uirorum inſignium animos ꝑturbarunt: & mæror non mediocris omnē pœne exercitum occupauit. Suſpicabanť enim qui Franciſci præſertim commoda cupiebant: ne cæteri qui ſub Mediolanenſib? meruerant: Karoli ſequerenť exemplum. At Franciſcus animo ſemper infracto omnes: ut bono ſint animo: hortatur: cum neque ſe dubitare multis de cauſis affirmaret: quin tandem iuſticiæ fauēte deo: cœptum iam bellum eum eſſet finem habituꝝ: quem ipſi optarēt. Hæc & huiuſmodi incōmoda: quæ haud nunc primum ſuſtinere didiciſſet: fructus eſſe demonſtrat: quos ſæpe ſolet & fortunæ acerbitas & uarii belloꝝ caſus afferre. Sed eos inuicto eſſe animo ꝑferendos: nec decere uiros fortes in bello ulla aduerſa fortuna deterreri aut frangi: cū nihil ſit aut tam arduum aut tam durum: quin uirtute & tolerantia ſuperari poſſit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XV.

Onte ex ſententia in Addua confecto: Franciſcus toto exercitu: non ut boſtis: ſed ut amicus in laudenſium fines tranſit: atque apertis undiq; belli gerendi itineribus: ea ſolertia omnia peragit: ut nihil quod ad res conficiendas attineret: memoria: conſilio: animo omitteret. Primum omnium Mediolanenſiū ducibus atque præfectis ſecretos cuſtodes ponit: ut quid agant: quidue loquantur: ab his quottidie cognoſcat. Trans padum certos mittit nuncios Iohānem anguiſſolam comitem ex præfectis equitum: Antonellum ruffum: & Iacobum palmanū placentia oriundos familiares ſuos: qui placentinos: quos Mediolanenſiū dominationē ægre ferre ſciebat: ad deditionem ſollicitarent. claſſis inſuper partem: quæ papiæ ut oſtendimus: aſſeruabať: celeriter armari iubet: flumē padum cuſtodiri: boſtes ultro citroque tranſitu probiberi: & magnam cōmeatuum copiam alendum exercitum papiæ comparari. Poſt bæc Aloyſium boſſium Mediolanenſiū legatum: qui nondum ab exercitu abierat: cum ſibi haud licere diceret: niſi ab ſua rep. iuſſus inde diſcedere: humaniter admonet

ne poſt hac in ſuo exercitu pergeret immorari . hortaturq; præcipue : ut cum Mediolani eſſet: Theodoro fratri propoſitis præmiis ſuaderet: ut eius neceſſarios partium ſuarum faceret: optimatiūq; deinde ciuiū uolūtatem ſibi: quoad poſſint: reconciliarēt: ciuitatis utilitatē priuatis affectibus anteponerēt: publicis rebus non domeſticis cōmodis proſpi cerent: & quod erat maximū: id re omnium incolumi ſponte facere ma turarent : quod uitare non poſſent: quodq; tandem : ſi bello & armis contendere uelint: magnis omnium incōmodis: magniſq; ſumptibus ui eſſent facturi. Se interim Mediolanenſib? nullum maleficiū inferri paſſur?. Quod ſi in eorum fucatæ libertatis tuēdæ ptinacia perſiſtere: & bello ſecū decertare maluerint: ne mirarent Mediolanenſes : ſi aliter in eos ſtatueret: q d certe inuitus faceret. Hæc omnia chriſtoforo Brauo parmēſi legato cōmunicat: qui paulo ante in caſtra uenerat ab parmēſi bus miſſus : ut quo ipſe animo in poſterum erga eos futurus eſſet : cognoſceret. Parmēſes hortatur: ut Mediolanenſiū partes poſtbac relin queant: ſeſe ſibi ueteris amicitiæ memores amico amici iungant. Sed ſiqua boneſta cauſa impræſentia id ſibi minus facere uideret : ne inte rim ſe bello implicent: neue ulla re Mediolanēſes: aduerſus quos bellū geſtur? eſſet: iuuent. in pace cum poſſint uiuant: familiariter admonet. Præterea quoniā ad alienam opem nutriendi exercitus cauſa ſibi con fugiendum erat: quandoqdem ſuæ uires facultateſq; diuturnis multi plicibuſq; attritæ ſumptibus nequaquā tales eſſent: ut tanto exercitui neceſſaria ſuppeditare poſſet: cum bactenus magis ueteranum exercitū beniuolētia quā opum beneficio in officio continuerit : neque nouos milites ſpe futuri commodi diu in fide retinere poſſe confideret : ad florentinos & Coſmum medicem omniū in Italia ea tempeſtate ditiſſi mum & magnæ in ſua patria auctoritatis ciuem. deinde ad Genuēſes: quibus per id temporis Ianus fregoſus magni animi uir erat in ea re publica princeps : cui ſuperiore anno Druſianam filiam ex concubina ſuſceptam deſponderat. & ad Leonellū æſtenſem hæc eadem ipſa nun ciatum mittit : petitque ab iis pro cōiunctionis & antiquæ amicitiæ iure longo uſu ſeruatæ uti ſe in tāto bello iuſte neceſſarioq; ſuſcepto: aut pecunia aut copiis iuuent: beneficiūq; quod ab iis accepiſſet: nun quam intermoritur? demonſtrat . Ad uenetor? poſtremo legatos: qui Brixiam iam redierant mittit: ut promiſſæ deſtinatæq; ex fœdere auxi liares copiæ ad ſe celeriter mitterent . His rebus conſtitutis : biduo poſteaq̄ flumen traiecerat ad Caſale poſterlengū uicum profectus ibi caſtra firmat: ut ex eo loco placētinis rebus: quas ſollicitantib? nunciis magno motu teneri audiebat: deditioni faciēdæ adiumēto eſſet. Dum hæc geruntur: Iacobus picininus: qui Burgonouo paucis ante diebus ſe incluſerat: cognito Franciſci in laudenſes tranſitu: omnibus copiis ingredi placentiā ſtatuit trepidam : ac factionibus uariis laborantem

ciuitatē in poteſtatem acceptam facile in fide continere: & milites ibi alieno ſumptu per hyemem alere poſſe arbitratus. Itaque inſtructo agmine: citato gradu eo proficiſcit̃: urbemq; introire multis artibus contendit. At ciues id maxime ueriti: quod Iacobo iam erat in animo: cunctas urbis portas claudunt: atque ei introire conanti: qui ad elatæ uiæ portam mane appulerat: reſpondent: nequaquā ſe illum tot armatum ſtipatumq; copiis introducturos. Quod ubi Iacobus præter ſpem euenisſe uidet: relicto Burgonouo Florentiolā quæ tunc oppida in picinino⁹ erant poteſtate ad multam noctē ſe recepit. Poſtridie eius diei Franciſcus cum ad uiſendam claſſem: quæ nuper philippo euſtachio præfecto e papia ſoluerat: & e regione placentiæ in pado ad anchoras ſteterat: cum paucis ſe contuliſſet: fit ex ea urbe frequēter certior: totā ciuitatem iam metu liberatam rerumq; nouar⁹ cupidam in armis atq; tumultu uerſari: ciuibuſq; primariis abmiſſis diu multūq; ſollicitatis reconciliatiſq; omniū fere animis rem eſſe iam ad recipiendum eum inclinatā. Qua re nec multo poſt: cum ibi adhuc eſſet: ad urbem accerſitur. Qui &ſi ab plæriſq; haud tuto conſilio ei ſe genti milite præſertim inermem cōmittere poſſe prædicebat̃: quam ſuperiore anno tam inſigni & memorabili calamitate affeciſſet: tamen eorum ciuium fide frætus: qui ad id eum hortabant̃: quorum inter cæteros primi erant Iohannes anguiſſola: & Comes manfred⁹ landus anguiſſolæ & landæ factionis principes: de quibus maxime benemerit⁹ eſſet: mox flumine Galeonibus traiecto urbem magno omniū conſenſu & lætitia ingreditur: atque in forum uſque ꝓductus: qua uenerat: eo conſilio mox regreditur: ut poſtero die eo rediret: & ita cū paucis inermibus eodem poſtridie reuerſus maiore ciuiū municipūq; numero: maioreq; plauſu & lætitia excipitur: atque conſalutat̃. Quo facto diuiq; Antonii arce cū urbicula recepta. Ciues pro more: exhibitis portar⁹ clauibus: nullis petitis condicionib⁹? ſeſe ei atque urbem dedidere. His confectis rebus Franciſcus poſteaquam Thomam Thebaldum bononiēſem ciuitati & Salernitanū cum equitibus ſexcentis militum præſidio præfecit: in caſtra iam ueſpera remigrauit. Placētinis rebus per hunc modū bidui ſpatio compoſitis: ne in iis locis exercitus per cibariox⁹ inopiā laudenſibus in hoſtium poteſtate cōſtitutis diminueret̃: ita papiam uiſum eſt Franciſco propius accedere: ut inde cōmeatus ſine periculo abunde in caſtra importari poſſent. Ob eam rem inter papienſem Mediolanēſem que agrum ad Lardiracum uicum ducit: papiæ terga: Mediolano frontem uertens. Cæterum ex itinere fratres tris Sanctoſeuerinates liberis uxoribuſq; Mediolani relictis: cum octingentis circiter equitibus ad eum uelut futurum Mediolanenſiū ducem & principem nullis neque impetratis neque poſtulatis rebus deflectunt: cui libero ſeſe animo permittentes: breuem banc publice orationem habuere. Se nō ſpe præmii

ſed ueteri a parentibus inchoata neceſſitudine ductos coniugib? natis boniſq; omnibus in boſtium manu dimiſſis: ad eum ueniſſe: cum nō poſt partam de Mediolanenſib? uictoriam: quam deo propitio haud ei defuturam ſperarent: ſecundis rebus & in magna opum affluentia ad eum confugere: ſed dum ipſe in laboribus ꝑiculiſq; uerſetur: ſub bene ficio: ſiquid erat: adiuuare: & ſecum utranq; fortunam experiri conſti tuerint. Quibus Frāciſcus acceptis gratias egit: gratiſſimūq; ſibi eſſe: & eo maxime tempore iucundiſſimū eorum aduentum demonſtrauit: cōtraq; beneficii adeo ſe gratum ac memorē futurꝫ: ut optime id collo caſſe re ipſa intelligerēt: & quoniam Guilielmiana uermianaq; res nō dum erat iureiurando & ſcriptis firmata legibus: quod Guilielm? niſi impetrata Alexandria: quæ res erat Frāciſco admodum ingrata: nego tium ſuum ſcriptis tranſigi nolebat: quodq; uermius: quanq̄ ſe eidem morem geſturum: & quæcunq; uellet: ſine pretio factuꝫ affirmabat: tamen id: quo minus ſcripto extaret fœdere: rem ex die in diem duce bat: decreuit duobus bis ducibus Franciſcus priuſquā Mediolanenſiū fines progrederet: cauſam ſuam modeſte aperire: bortariq; eos: ut id ab ſe uellent: quod eſſet & illis petentibus boneſtum: & ſibi non diffi cile conceſſu donanti: quem ſemper eſſent re præſertim mediolanenſi parta & liberalem & munificū benemerentes babituri ac eo quidem munificentiorē: quo ſeſe ſibi æquior ſecundiorq; fortuna oſtenderet. Qua re uermius deditis eo maxime tempore placentinis: in quoꝫ fini bus multa prædia & caſtella poſſidebat: quæ eum res potiſſimū adbuc ſuſpenſum tenuerat: omnibus prætermiſſis condicionib? ſeſe libere Franciſci arbitrio ꝑmiſit. Sola re ſtipendii lege ſancita: uno boc tantū modo addito: facileq; impetrato: ut Antonia unica eius filia Spbortiæ Frāciſci filio ex matre eadem qua Druſianā habuerat: ſuſcepto nubili bus adueniētibus annis matrimonio iungeret. Itaq; & uermii & Gui lielmi res Alexandria per fœudum conceſſa uno atque eodem tempore compoſita eſt. & ob id Franciſcus maxima cura liberatus: liberiuſque procedere poſſe ratus circa Kalendas nouembres ad caſolatum uicum mouit. Iam byems matureſcere: & continuus exercitum bymber labe factare grauiter cœperat. Quāobrem Franciſcus qui nulli rei magis in bello: quam quod poſſet non ſolum a cæteris incōmodis: uerum & ab byemis bymbriumq; calamitate milites ſeruare ſtudebat: nō tentoriis aut factis ex tæla tegminibus: ſed tecto deinde uti conſtituit: cum id præſertim babita ab regionum peritis agroꝫ ratione: qua maxime ſibi eundum putabat: facile fieri poſſe intelligeret. Nam regionem eam omnem: quam ueteres Inſubriam appellauerūt: quāq; ab una parte Alpes quibus a germania & gallia Italia ſe iungitur: & tres inclyti amnes padus. Addua. & Ticinus ab tribus reliquis partibus claudunt: uicis uillis. Tuguriiſq; frequētibus & feracib? inſup agris refertiſſimā

reperiebat: & uſque adeo iis omnibus rebus munitiſſimã quæ ad homi
num iumentoꝝq; uſum pertinent: ut nõ mediocri admiratione tenere
tur: & quod ſæpe dicere ſolitus eſſet: memoria repetens cum ab Meſſa
næ freto ad Taurinos uſq; montes uniuerſam prope Italiam tum pace
tum bello peragraſſet : nullam aliam Mediolanẽſi patriæ laudenſium
papienſiũq; inter eos amnes adiunctis finibus conferendã uel uidiſſe:
uel audiuiſſe aſſeueraret. Copiis igitur per proxima ædificia diſpoſitis
quæ & frumenti & cæteroꝝ cibarioꝝ plena erant: cum parum ſeu nihil
ſuarum rerum Mediolanẽſes in loca tuta pro temporis anguſtia con
ferre potuiſſent : Roſatum . Binaſchum. & clarella ꝑmittentibus ſeſe
primo aduentu municipib?: ab Mediolanẽſibus deſciſcunt: & uaganti
bus deinde per patentiſſimos campos longe lateque militibus: omnia
in prædam agi: ac tumultu & pauore ingẽti miſceri cœpta. Quod ubi
animaduertit Franciſcus: pro eius prudentia atq; manſuetudine regio
nem præſertim improuiſam adortus alia ratione uincẽdi quã impetu:
& belli immanitate in Mediolanẽſes uti conſtituit. Proinde edici tuba
rum præconio iubet: uti nemo miles neque mediolanẽſem ciuem: neq;
municipẽ: neque uillicum agriue cultorem neq; pecus ullum caperet:
neque ædificia incenderet: & ſiquid eſſet in prædam abductum : mox
dimitteret: huic edicto ſuſpendii pœnam cõſtituit. eo conſilio & huma
nitatis artibus contra multoꝝ ſententiã tentandum prius cenſebat an
ſibi reconciliare nobiliũ mentes & plebem allicere poſſet . Poſtero aũt
die: quo hæc geſta ſunt: Binaſchi arce in Mediolanẽſiũ fide ꝑmanente
Franciſcus relictis in ſtationibus impedimẽtis ſic eo cum exercitu pro
ficiſcitur : ut uel metu uel ui & oppugnatione arcem in poteſtatem
redigat. Prius q̃ a Franciſco toto agmine Binaſchũ uentum eſt: magna
equitum peditumq; leuis armaturæ multitudo præceſſerat: arcemque
circũdederat. Illiuſq; defenſoribus ꝑmulti ita acriter ſũt interminati:
ut ſiquod tælum deiecerint: quenquãue ꝑcuſſerint graues pœnas gra
ueſque cruciatus eſſent daturi. Itaque quanq̃ arcem altiſſimus murus
altiſſima foſſa altiſſimaq; aqua cingebat: & præſidio cibariiſque ſatis
abunde ab Mediolanenſib? prouiſum fuerat: tamen ut erat præfectus
bellicæ artis ignarus ſic iis auditis uocibus: & per campos tot armato
rum hominũ millibus proſpectis obſtupuit: ſimulq; animo defecit: &
protinus ſuos ab tæloꝝ coniectu prohibuit. Quod cum intueret Franci
ſcus propius ad foſſæ marginẽ accedens. Niſi hanc mihi inquit arcem
nunc præfecte tradideris : nulla mora erit: quin eam haſtis enſibuſq;
omiſſis tormẽtis quæ non longe ſtructa ſunt : præcidamus: expugne
muſque: in qua nunc tibi tam tutus uideris eminere : & quanto nunc
ſis excelſior: tanto ſies inferior: ſimulq; iſti: qui tecum ſunt: omnes in
foſſam præcipites concident. Quo dicto præfectus & præſentia impera
toris: & cõminatione ꝑterritus: Iacobum Ionatem ex propinqtate agri

ſibi familiarē uocat: eoque deprecatore uſus : orare obteſtarique cœpit bonoris cauſa tantum ſibi temporis dari : quo bæc Mediolanenſibus nunciare: reſponſumque ad diem poſterum expectare poſſit. At Franciſcus ubi hominē ita attonitum ꝑterritumque uidet : multo ſe quam prius acriorem iratioremq; oſtendit: & clara rurſus uoce. Quid tempore quid Mediolanenſib⁹ ad bæc opus eſt? Si nunc nunc inquā arcem non dederis: nemo te hodie præter optimum deum meis e manibus eripiet. Ita bonus ille uir his uerbis fere exanimatus inclinauit: arcemq; continuo tradidit: qua recepta: & præſidio impoſito: mox receptui canit iuſſū: & in caſtra reditū eſt. Quibus confectis rebus. Iacobus cuſanus. Georgius lampugnan⁹ iuris periti. Petrus cotta & Paulus ámico: impetrata fide publica cum iiſdem fere mandatis in poſterū diem ad Franciſcum legati ueniunt: cum quibus ad caſtellum leonem legati priores uenerāt: & facta exponendi poteſtate duo priori tantūmodo legationi addiderunt: unum quod Mediolanēſis populus quanquam de eius in laudenſes tranſitu audierat: nequaquam tamē ſuum exercitus imperatorem tam aperte bellum ſibi illatum credere potuerat; niſi poſt recentem placentinoꝝ & proximam Mediolanenſiū municipum ad eum defectionē. Quāobrem cum ipſum ex defenſore apertiſſimū ſibi boſtem factum Mediolanēſes uiderent: maximo in mærore uerſari rogare ab inferenda iniuria deſiſteret: infenſumq; in ipſos animū deponeret : & ſiquid eos uellet: re publica incolumi peteret: quod facile eſſet impetraturus. Alterum ſi nulla amplius ſpes paci: ſi precibus nullus omnino apud eum locus relictus eſſet: Mediolanenſiū copias: quas ſecū adhuc ducebat remitteret . Ei legationi Franciſcus per eandem quoq; orationem reſpondit: per quam priori reſponderat. Seque nemini iniuriam facere dixit: ſi id quod iure ſuum eſſet: ab occupantiū manibus eripere conaret: & ab nonnulloꝝ præſertim tyrannide: qui ſuo nomini ſuæq; dignitati inimiciſſimi ſemper fuiſſent: ſemperq; ſuæ & ſuoꝝ perniciei minus merito ſtuduiſſent. Copias aūt quas etiam ſuas Mediolanēſes appellabant: nulla ui nulla arte ſuo in exercitu teneri. Nam ſic iis qui in caſtris remanſerāt: Mediolanū redire: ſi uellent: licebat: quēadmodū cæteris licuerat: quæ iam ut uiderant : eo incolumes rediſſent: eiuſq; rei Georgium Annonēſem præfectum eſſe teſtem. Qui ubi de ſuo ad Mediolanēſes reditu ſermonē fecit: ſtatim ſibi duabuſq; ſimul turmis diſcedendi e caſtris poteſtatem impetraſſet. bæc &ſi ſatis Mediolanēſibus ex legatoꝝ reditu nota fore arbitrabat: tamen Mediolanū quoq; legatum ſuum mittere conſtituit: qui populo quod legationi utrique non tam reſponderat: quā demonſtrarat: atque ꝑpoſuerat: ipſe coram referret . His reſponſis Mediolanum legatis redeuntibus plæriq; de exercitu milites cupiditate prædæ inducti obuii fiunt : eoſque bonis omnibus exuunt. Quod ubi Franciſc⁹ accepit: rei indignitate cōmotus:

quod in ſuo maxime prope conſpectu facinus tam indignū contra ius gentium contra fidem publicam in legatos homines perditi admiſiſſent: eo loci celeriter equo defertur: & quot ex iis cōpræbendi poſſunt: ad ſe perduci iubet: quoꝝ auctoribus fune ſtrangulatis: reliquos legatorum precibus uita condonat. Deinde legatis ipſis: quod ex amiſſis rebus repertum eſt reſtitui: quod defuit: de ſuo reſarciri mandat. eo Mediolanum legatoꝝ reditu quāquam nōnulli ciues: qui tum in rep. plurimū poterant: ardentiſſimo Franciſcū odio inſequebant̃: Nobilitatemque ac plebem miro ſtudio in eum quottidie concitare non ceſſabant: tamen cognita in ciuitate tum in omnes tum præcipue in Mediolanenſes Franciſci liberalitate atque māſuetudine: & ingenti uirtutum ſuaꝝ nomine: ita pro repentina rerum nouitate pars maior nobilitatis plebiſque in eum reconciliata uidebatur: ut non ingrata ciuitati eius dominatio: ubi de dedenda urbe ageretur: futura putaret̃. Qua quidem in re Benedicti reguardati: ut paulo ante oſtendimus: legati eo ab Franciſco miſſi oratio diſertiſſima quam in ducali aula ad populum habuerat: plurimoꝝ mentes confirmarat. At Georgius lampugnanus: quem ſupra in legatoꝝ numero fuiſſe diximus: ſummæ audaciæ & temeritatis homo id repente ſuggeſtum aſcendit: unde benedictus deſcenderat: & temeraria ac pniciosa oratione ita diſſeruit: ut omnia pturbauerit: mutaueritq; : & omnium uoluntates paulo momento ab Franciſco auerterit. Nam inter reliqua dictu nefanda: bis uerbis uultu uoceque uæbemēti uſus eſt. Præſtare inquit hoc tempore Mediolanēſibus pro communi libertatis ſalute omnia dura omnia extrema pati: quam in hominis teterrimi poteſtatē deuenire: ipſum uxoremq; : quos fœdis ſæpe nominibus appellabat: tanti principatus faſtigio indigniſſimos eſſe. multos Franciſcum habere fratres plures filios complures utrinq; propinquitate affinitateq; cōiunctos : horum quenq; dominū ſibi futurum: quoꝝ tyrānide inſatiabiliq; auaricia multis uariiſque ſumptibus populum Mediolanēſem continēter fatigari: & uarias in partes diſtrahi: foret neceſſe. liberos non parentū non cognatoꝝ arbitrio: ſed eorum præſcriptu nuptui tradi oportere: nuptas innuptaſq; in ſtupra in adulteria trahi rapi. Ciuium bona aut iure aut iniuria auferri. publicari. præterea dirutam & ad ſolum euerſam Iouis portæ arcem publico ſumptu atque ſanguine inſtaurari. Quinetiam uxores filioſque ulciſcendæ iniuriæ cauſa ad cementa lapideſq; importandos cogi. Quibus dictis multitudo ignara: quæ natura magis impetu quā ratione moueť: mox ira furoreq; incenſa multa per urbem inſolenter ac temere dicta iactare cœpit. Nam alii per contumeliā in Franciſcum grauiter inuebunt. Alii alia per longa mendacia fingentes multa ei uitio tribuunt: & adeo multis irarum miniſtris intemperātes animos concitantib? in eum exarſerunt: ut quanuis antea uti demonſtratū eſt:

optima de ipſo in ciuitate opinio haberet̃ : nemo tamen illum poſtea auſus ſit niſi p ignominiã appellare. Deinde ad rei bellicæ ſtudia conuerſis omniũ animis : Magiſtratus qui reip.ſummã tenebant: Franciſcum picininũ in urbem cum copiis introducũt . Item Carolũ Gonzagam:qui ſeſe eis auxilio affuturꝯ pollicitus erat:accerſunt:populoque uniuerſo ducem moderatorẽqꝫ præficiũt.Milites tam ex perfugis quã ex popularibus:quod aliunde conducendi facultas erat nulla:mercede conducunt.Vintimilianũ Modoetiam præſidio mittunt.Abiatum.Buſtumarſitium .& Canturiũ:quæ ſunt oppida circa Mediolanũ.Vrbem etiam Comum:ac Nouariã quo maiore poſſunt militum ac pilulariorꝯ numero: quorꝯ Mediolani infinita erat pœne multitudo : muniunt . Præterea ad fredericũ Tertium romanorꝯ eo tempore regẽ: qui poſtea romam profectus : imperator appellatus eſt ad Alphonſum regem ad Lodouicum Sabaudianorꝯ ducem implorandæ opis cauſa legatos mittunt.Ad Karolum uero francorꝯ regem:ad lodouicum eius primogenitum delphinum Viennẽſem : & ad philippum burgundionũ ducem litteras exarant:quibus de eo bello:quod ſibi a Franciſco inferebatur: certiores faciebant . & multa regibus uelut ab oris Italiæ longo interuallo remotis Petro candido Viglebienſe dictante:per impuram ac nefariam rerum narrationẽ ſummi uiri dignitatem polluere : multorꝯqꝫ criminũ falſo incuſare conabantur . Nam Mediolanẽſes:qui tunc maximo remp . gubernabant:dum non tam noſtrorꝯ quam externorꝯ principum animos ſuæ partis facerent : & ad præſtanda ſibi belli auxilia adducerent:& in Franciſcũ omnium odia concitarent:eiuſqꝫ nomen ubique gentium celebre:conuiciis & calumniis obſcurarẽt.pro ueris falſa in uulgus diſſæminare litteris nunciiſqꝫ mandare non pudebat . hæc ubi tot tantaqꝫ ignobilium publicanorꝯqꝫ maledicta Franciſcus cum ex multis e Mediolano uenientib? : tum ex litteris iiſdem : quæ interceptæ:& ad eum mox delatæ fuerant reſciuit:nihil penſi habuit:eumque illorꝯ eſſe morem dixit:qui in bello uiribus diffiſi:ad maledicendi artes fictoſque dolos plærunqꝫ confugiũt. Quas ob res aperto deinde Marte Mediolanẽſes undique urgere premereqꝫ conſtituit . Et Abiatum primo circũſedit:quod : ut prædiximus oppidum ualido Mediolanenſium præſidio tenebatur. Id tormẽtis adortus magnaqꝫ in muros triduo patefacta ruina:oppidanos de deditione tentare cæpit : quibus nequicq̃ reſpondentib? quanquam ſuapte natura miſerorꝯ omnium & illorum præſertim calamitatẽ quibus ipſe ac poſteri eſſent imperaturi inuitus uidebat:tamen quia ea ſe celeriter obſidione ſoluere cupiebat: & in nouo bello milites aliquo prædæ emoluméto reficere opportunũ iudicabat:oppidum expugnare diripereqꝫ conſtituit.At Blanca coniũx quæ Papiam nuper uenerat:obſeſſos frequentib?nunciis commendat: Cõmendationis cauſa hæc fuit quod ab ipſa infantia cũ matre agnete

eo uſque ibi educata fuerat: quo uiro tradita eſt. Diligebat propterea Abiatenſes & ueteris cõſuetudinis & familiaritatis memor nõ mediocriter. Quare Franciſcus uxoris precibus ſententiã expugnandi oppidi mutat ſeruãdoſq; omnino ac inſcitiæ ignoſcendũ dicit. proinde admoneri rurſus de deditione oppidanos mandat: ne oppidi expugnationẽ expectare: neue militum ſæuiciam experiri uelint. At illi rei bellicæ ignari in ſua ꝑtinacia ac temeritate ꝑſiſtentes: uelle ſe Mediolanenſibus fidem ſeruare dicũt. Quo reſponſo illico exercitus omnis feruere: & omnes prædam prædam conclamãtes ardere cœperũt. Concurrit ob id Franciſci iniuſſu eo loci: ubi in oppidum patebant aditus ingens gregariorũ militum multitudo. Qua re animaduerſa mittit Franciſcꝰ eo q̃celerrime Dulcium comitẽ: qui cunctos inde milites ſubmoueat. Sperabat enim Abiatenſes perſpecto quanto in periculo uerſarent̃: ſeſe ſuæ fidei extemplo ꝑmiſſuros. At dulcii aduentu cum per inducias ab tælorũ coniectu deſitum eſſet: clamat de muro oppidanus quidam ad alteram eſſe oppidi partem eundum: qua maxime tumultus aberat: ibi adeſſe: qui de deditione cõueniant: qua uoce dum eo Franciſcus proficiſci maturat: ita mediolanẽſis quidã e muro in eum pilulam contorſit: ut ſi poſſet: euntem uita ſpoliaret. Quod ſceleratam pilularii mentem haud fefelliſſet: niſi forte uænabulũ pilulæ ictum excepiſſet: quod lato ferro miles quidam circa ipſum pedes inter cæteros ſedulo gradiens cui Iohanni grandi nomen: cognomenq; erat: geſtabat. Qua re magis atque magis irritatis militũ animis ad periclitantiũ prædam frequentius conclamat̃. Franciſcus impauidus eo ire quo cœperat pergens: non nunc ſibi moriendum fuiſſe ait: qui cum ad deſtinatum locum ꝑueniſſet: neminẽq; comperiſſet: moleſtius id ſane ſibi eſſe dixit: quã quod modo pilularius egiſſet: cum irridere eum homines perditi & dementes: ac ex die in diem oppidi deditionẽ ducere uiderent̃. Hæc Franciſcus &ſi non nihil detrimenti atq; ignominiæ ſibi afferre uidebantur: Tamen coniugis cauſa æquo animo ferebat: iubet proinde rurſus neminẽ oppidi mœnibus appropinquare. Abiatenſibuſq; prædici: Se non poſſe plurimũ non admirari: qđ in tanta adhuc etiam inſania ꝑſeuerarent: cum: ut facile animaduertere potuiſſent: niſi ipſe milites prohibuiſſet: iam in oppidum nullo labore irruiſſent: & omnia intus in prædam uertiſſent: & ob id uellent q̃celerrime eorũ ſaluti conſulere. Quod ſi diutius in ſua pertinacia ꝑmanſerint: poſtridie prima luce in eos eſſet exercitui poteſtatem facturus. bis oppidani tandem uerbis permoti: ac in ſe reuerſi: poſtero die ante lucem primam ſeſe atq; oppidum dedidere: Arx quoq; tormentorũ metu poſt biduum nullo negotio a præfectis tradita. Dum hæc ad Abiatem gerunt̃: Franciſcꝰ cui nõ minori cætera erant curæ: quæ bello gerendo ſibi incũbebant: quam præſens oppidi oppugnatio: eũ ruptis pluribus locis aggerib⁹ fluuium

a ſuo decurſu auertendum curauit: qui ex Ticino amne tractus manu alueo facto Mediolanū influit . Auertendi fluuii cauſa fuit: ut earum potiſſimū deuehendaꝝ rerum facultas Mediolanenſib⁹ adimeretᷣ: quæ maxime ad uitæ uſum pertinerent: Nam ea omnibus erat opinio: ſub lato fluuii eius decurſu ad ſummā ꝑpediem cibariosꝝ inopiam urbem deuenturā: quod &ſi difficultatē ciuitati non paruam afferebat: magnū que omnium animis ipſo rumore atque aſpectu pauorem incutiebat: tamen hominū ingenia ita effecerunt: ut longe aliter euenerit: quam fuiſſet plurimoꝝ expectatio. Nam cum magiſtratus īminētiſſimis pro pe difficultatib⁹ celeriter occurriſſet : facilius quam & ipſi etiam puta rant: fluuii incōmoda perferebant. Perquiſitis enim ciuium ſingulos horreis: in quibus magna frumenti uis inuenta eſt: quicquid ab eius: cuius erat: uſu ſupereſſe reperiebatᷣ: ut emendi indigentib⁹ foret facul tas: in forum ſtatuto pretio uændendum deferri iubebant . Præterea auulſis ex monumētis muriſque urbanis molaribus ſilicibus tot per urbem piſtrina conſtructa ſunt: ut ſatis præſenti molendi uſui neceſſi tatiq; prouiſum uideretur. Per hunc modum magiſtratus a tumultu & querelis multitudinē continere: ac ſpe futuri auxilii in dies nutrire conabantᷣ . Sub idem tempus Iacobus Antonius Marcellus uenetosꝝ legatus cum duobus peditum millibus exercitui ſe adiunxit: his cum mandatis ſuo ab ſenatu miſſus: ut copiæ: quas ſecum duceret: & quæ ſubmitterentᷣ: eius imperio parerent. Ipſe uero Franciſci imperata face ret . Paulo deinde poſtea duo alii ab eo ſenatu Paſqualis Maripetrus de quo ſupradiximus : & Lodouicus lauredanus uiri ſane utriq; patri cii & in ſua ciuitate primarii ad Frācīſcū legati mittuntᷣ: qui de rebus inter ſeſe ſancitis feliciterq; ab eo deinde geſtis cōgratularentᷣ: & con uenta coram confirmarēt . Sub eoſdem fere dies Matheus campanus ex auxiliaribus uenetis ducibus unus cum quingentis equitibus per placentinos papienſeſq; quod Marcellus paulo ante fecerat : in finiti mos Nouariēſibus agros ꝑuenit: ac per ea loca conſidere iuſſus plæriſ que aliis auctus copiis: & Lumellinæ partes ab crebris boſtium incur ſionibus tuebatur: & bellum Nouarienſib⁹ ipſis acriter inferebat. His rebus peractis : Mediolanūq; omnibus iis : qui Abiati oppido & arci præſidio fuerant: remiſſis: quos tutelæ gratia Franciſcus ipſe duo paſ ſuum millia ab caſtris eduxerat: ad lignanum uicum ducit: boſpitiiſq; per proxima ædificia copiis ſingillatim diſpertitis : caſtra locat. Poſtri die cum paucis buſtenſiū munitiones : quorum oppidum non longe aberat : exploratum proficiſciᷣ: & maturam ſitumq; loci conſpicatus eo animo in caſtra regreditur : ut in proximum diem toto exercitu ad expugnandū oppidum reuerteretᷣ . Quod : &ſi nullo negotio eo cum ueniſſet: capi poſſe ꝑſpexiſſet: cum neque muro neque foſſa : ſed ſolo uallo: & eo quidem pertenui & uetuſtate collapſo muniretᷣ: ea tamen

quæ inſecuta eſt nocte: oppidani ſummo periculo excitati atque territi miſſis in caſtra ad Franciſcū nunciis ſalutem miſericordiāq; ſupplici ter exorant. Franciſcus enim qui ſuo ingenio magis ad clæmentiā & manſuetudinē quam ad crudelitatem propenſior erat: re facile ab ſe multis maxime deprecatorib? impetrata: eos ad deditionem accepit. Quo recepto oppido: magnus fuit nō tam municipū quam nobilium ſeſe dedentiū concurſus. Ex his Philippus Maria uicecomes Gaſparis filius eius qui olim apud philippum potentiſſim? fuerat & omnibus conſiliis præfuerat primum: & item cæteri ex uicecomitū familia qui municipia & arces in ea regione p multas obtinent: & caſtellionei cum arce ac uariſini ſeſe Franciſci fidei ultro permiſere. Canturio deinde admotum: quod cum in æditiore ſit loco poſitum: ab peditatu circun ſederi Franciſcus iuſſit: ſtationibus equitatui ad collis radices diſtri butis. & quanquā id oppidum & muro & non inualido militum præſi dio defendebat: tamen triduo peracto dirutis tormentoꝝ impetu ab uno latere mœnibus pactione obtinuit. Interim impedito circa Cantu rium exercitu Franciſc? picininus: qui uti demonſtratū eſt: Mediolani ſe continebat: papienſem agrum ab ea parte quæ Mediolanū ſpectat: inuadere conſiliū iniuit: acceſſum eo regreſſumq; tutiſſimū ſibi futuꝝ arbitratus: diem noctemq; unam Mediolano abeſſe poſſe prouidiſſet: priuſquam adoriri eum boſtes poſſent. Vintimiliano igitur cum equi tatu ſibi addito per noctem Mediolano diſcedit: & ad eum locum extra parcum ante ſolis ortum puenit: qu em ad duas portas appellāt millia paſſuum duo ab urbe papia diſtantē. bac portis apertis parcum ingreſ ſus: magnum inde pecoꝝ numeꝝ abegit: quem eo papienſes: ubi nihil boſtile futurum putabant: paulo ante contulerant. Piciniuus præda grauis Mediolanum rediens: Clarellam deflexit: caſtellumq; ex impro uiſo adortus: ſumma ui expugnare contendit. Sed reſiſtentib? fortiter incolis: cum præſertim ab Corrado ſoliano: qui Binaſchi cū præſidio relictus fuerat: ab tergo laceſſeret: timore perculſus: ne propinquus boſtis maioribus augeretur: de media nocte: relicta caſtelli oppugna tione ad clareuallis monaſteriū: ubi ſe tutum fore ſciebat: diuertit. Per eoſdem dies Briancini: qui briancium montem inhabitant: & omnes qui circa larium lacum uſque Comum incolunt: miſſis legationibus ſeſe Franciſco & fortunas ſuas omnes præter leucēſes cōmuni omniū conſilio & præcipua quadam beniuolētia dediderūt. Idem fecere Fran chinus Ruſcha: luganēſes. & qui uerbanum lacum circūſedent: præter Aronenſes Anglerienſes: & cæteros: qui Vitaliano parebant. præterq; Comenſes & Bellincionēſes: qui omnes potius belli difficultates pro Mediolanenſiū rep. perferre quam Franciſci imperium ſubire conſti tuerant. Lanzalotus uicecomes præterea: qui municipia quædam cum arce non ignobili trans Ticinum in Nouarienſibus poſſidebat: facta

deditione: hoc idem facere uicinis ꝑſuadet : Itaque eius exemplo atq; hortatu Olegeni Galeatenſes Tricatenſes & Cerranēſes qui non longe ab eius fluminis ripa ſunt: ad Franciſcum de oppidoꝝ traditione legatos miſerunt . Dum hæc aguntur : Alexander ex Alexandria familia eques florentinus : qui in ſua patria & nobilitate & auctoritate poſt Coſmum præſtabat ad Franciſcū legatus uenit. Hic primū ei de tanta ad ſuam gloriam ſuaſq; fortunas rerum acceſſione gratulat̃ . Deinde refert: quod ſi populo licuiſſet florentino: præſtitiſſet utiq; ei id: quod neceſſitudinis inter utrunq; diuturno uſu cōtinuatæ ius poſtulabat : quandoquidem ipſum ſuæ uniuerſæ ciuitati non minus copiis quam pecunia: uti petierat: iuuare mirum in modum placeret. Verum recens ac piculoſum Alphonſi regis bellum: quod florētina reſp. biennio fere perpeſſa fuerat: fecerat : ut grauibus attrita ſumptibus & non medio criter inſuꝑ ære alieno preſſa ne dum amicicia coniunctis & de ſe bene meritis : ſed ne ſociis quidem de publico qcquam præſtare poſſet. Sed quod ſponte impræſentia poterat: quæ res cæteris præclarior erit exiſtimanda: ſuum erga eum optimū animum pollicebat̃: ſeque ea de cauſa ita ad illum eſſe miſſum : ut nunquam quoad liceret: ab eius exercitu diſcederet: donec longobardiæ imperio potiretur : ut florentini etiam populi legati præſentia ſuſceptum aduerſus Mediolanēſes bellum nō tam probaret̃: quam conficeret̃. Franciſcus qui Florentinos & Coſmia nam præſertim factionem : quæ in ciuitate principatum obtinebat : maximi peculii loco ſemper habuerat: & illorum amicicią & auctoritatem eo maxime tempore plurimi faciebat : & ſibi coniunctam ſeruare magnopere cupiebat: legatum ꝑbenigne ſuſcepit: ſeque non dati auxilii excuſationē bono animo accipere oſtendit . Hoc ſucceſſu reꝝ Franciſcus maiora bello gerendo negotia agitare animo cœpit. & cum ex iis locis propediem ſibi diſcedendum eſſet : exercituſq; aut in Comenſes aut in Nouarienſes ducendus uideretur: quoꝝ urbes uti demonſtrauimus: non exiguis hoſtium copiis tenebant̃. Vtraq; potius eo tempore ſibi obſidenda eſſet: cum ſuis uenetoꝝq; belli ducibus cōmunicat: ac re diu multūq; in concilio diſcuſſa: eadem omnibus tandem ſententia fuit: ut in Nouarienſes primum exercitus traduceretur. Quod Comenſes adeo undique intercluſi relinquebātur: ut ad uictoriam deeſſe non poſſent. Nouarienſib? uero: quorum urbem Amadeus ſabaudian? Lodouici ducis pater ſummo ſtudio occupare conabatur : plures patebant aditus. Quare Franciſcus dat Bartholomæo Gadio cremonēſi uiro impigro negotiū: ut in Ticino nauibus: quas e papia ſubuexerat: pontem ædificandū curet: quo celeriter confecto: exercitum traducit. Nouariā que profectus ac ſuburbiis primo impetu expugnatis: urbem ab partibus pluribus obſidione circūuallat. Ciues de deditione continuo admonet: quod niſi ante diem poſterum fecerint: ſe eos poſtea oppugnaturꝝ:

neq; niſi capta urbe milites a prælio & expugnatione reuocatu⁹ dicit. Quot afferat detrimẽta direptio: quot mala exinde in urbe præſertim nobili & opulenta proueniãt paucis oſtendit: proximã placentino⁹ cla dem cõmemorans. At illi quoniam de cõmuni omniũ ſalute agebatur rem inter ſe cõſultaturos: eiuſq; uoluntati ſatiſfacturos p̃humaniter reſponderunt: qui cum ſe omni auxilio deſtitutos uiderent: & urbem imparatã foſſis repletis: mœnibuſq; undique fere & uetuſtate & negli gentia collapſis atque dirutis: a tanto boſtium impetu tueri poſſe diffi derent: emiſſis biduo: poſtea q̃ eo uentum eſt: legatis ſeſe atq; urbem Bartholomæo uicecomite præſule præcipuo deditionis auctore Franci ſci fidei p̃miſere. Qui nec multos poſt urbiculam & arcem: & uniuerſa Nouarienſis agri municipia atq; oppida partim ciuium opera: partim metu in poteſtatem accepit. præter Romaniã: quod oppidum Tauriné ſium Sabaudiano⁹q; delectus: qui ad tria hominũ millia conficiebat: Lodouici iuſſu paucis ante diebus occupauerat. Ho⁹ præfectis Franci ſcus per tubicinem enunciari iubet: q̃primum oppido abire maturarẽt Ciues nouariẽſes: quos per iniuriam compræbenſos in uincula conie ciſſent: libertati reſtituerẽt. Deinde ut ipſe uniuerſis ſui exercit⁹ milti bus præceperat: ne ullam trans Siccidam Vercellenſib⁹ Taurinẽſibuſq; iniuriam nullumue maleficiũ inferrent: ita & ipſi erga Nouarienſes reliquoſq; ſuos citra eum amnem facerent: cum de iis maxime rebus quas philipp⁹ dux in ipſo eius obitu poſſidebat: nequicquã ad Lodoui cum ullo iure p̃tineret. Siccidam utriuſq; fines longo uſu diuidere: quem quidem amnem: ſi uicinitas: ſi amicicia inter ſeſe feruãda erat: quam ipſe non modo inuiolate ſancteq; ſeruare: ſed augere etiam con ſtituerat: niſi amice trãſire liceret nemini. Hæc ſi neglexerint: ſe nulla mora exercitum in eos miſſu⁹. At cum oppido excedere Sabaudiani recuſaſſent: & ut natura gallo⁹ eſt: ſuperbe nimiũ reſpõdiſſent: Franci ſcus qui & pro re⁹ ſua⁹ ſalute piculoſum iudicabat: & pro ſua digni tate ſibi ferendum non putabat: ut gentis eius nomen: eo oppido occu pato in ſuis finibus inueteraſceret: Lodouicum uermium cum parte exercitus eo confeſtim proficiſci iubet. Is ubi ad locum uentum eſt: oppidum circũquaq; aggredit̃: & ſumma ui: ſummaq; celeritate expu gnare contẽdit. Hoſtes primum uermii impetum ingenti animo ſuſti nent. Sed ingruẽtibus a fronte non minore animo Sphortianis militi bus: ita ut nullum reſipiſcẽdi illis tempus daretur: langueſcere animis atque ægre reſiſtere cœperunt. Itaq; ui noſtri oppido potiti: bona mox diripiunt: paucis utrinq; deſyderatis. Sabaudiani uero ſimul cum oppi danis in captiuitatẽ abducti: non multo tempore tanta ſe pecunia rede merunt: ut non mediocri uniuerſo fere exercitui emoluméto fuerint. Dum hæc in Nouariẽſibus gerunt̃. Dertbonẽſes orta inter eos diſſen ſione duas in factiones diuidebant̃: cum alteri Franciſci Sphortiæ:

alteri Mediolanenſiũ partes ſequerent̃: ob id plærique ex primatibus Sphortianæ factionis ciues cõiuratione inter ſeſe facta ad Frãciſcum rogatum mittunt: ut ſi eam urbem cuperet: ſi ciuium nominis dignitatiſque Sphortianæ amantiſſimor̃ ſalus ſibi curæ eſſet: non cunctaretur præfectum de exercitu aliquem haud magna manu in ſuos fines tranſmittere. Quod illius ope urbem iam diu ſui amantiſſimã e perditor̃ quor̃dam aduerſæ factionis manibus facile liberari poſſe: & in eius poteſtatem continuo tranſferri confiderent. re ab Franciſco cognita: mittitur eo confeſtim moretus Nazarius cum equitibus quingentis: qui ab amicis nulla cunctatione introductus: facta ubique per regiones Sphortiani nominis cõclamatione: urbem paucis reſiſtentib⁹ obtinuit: nec multo etiam labore urbiculam: & arcem paucos intra dies adiutoribus ciuibus recepit. Viglebienſes item eiecto ex oppido taurinenſium præſidio: quod nõ multis ante diebus accerſiuerãt: ultro ſeſe dediderunt. Quor̃ exemplum mox Salenſes ſecuti: miſſis in caſtra legatis Franciſci imperium ſubiere. Alexandrini præterea: quorum ad urbem Sceuam curtem legatum adhortatorẽq; Frãciſcus miſerat: ſeſe Guilielmo cum toto agro inuita tamen factione Gelpha ſubiecerũt: præter Boſcenſes: qui Franciſcũ ſæpius precati uti ſe atque oppidum in ſuam fidem reciperet: & non alienæ traderet poteſtati: aliquandiu pertinaciter obſtiterunt.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XVI.

Nter hæc Petr⁹ maria ruber & uetere amicicia & nouo ſtipendii iure Franciſco obſtrictus ad eum ſcribit ſe cum parmenſis urbiculæ præfectis: qui de garimberta familia & de ſua erant factione: ita egiſſe: ut ſi ad obtinẽdã urbem copiæ mitterent̃: liberum eſſent aditum in eam habituræ. Quod ubi reſciuit Franciſcus mox ad eam rem conficiendam Alexandrum fratrem delegit. Is poſteaquam naui per padum in parmenſes ad Petri mariæ municipia delatus eſt: Salernitanũ: qui in placentinis erat: ad ſe confeſtim uenire iubet. Franciſcus autem ea re: quod magni eſſet momẽti cum Iacobo Antonio marcello ueneto legato cõmunicata: ſic cum eo efficiendum curat: ut ex auxiliaribus copiis: quas ueneti ſubmiſſuri eſſent: Bertholdus æſtenſis Thadei filius Adoleſcens: & Iacobus Gotbolanus cum octingentis: Chriſtophorus Tholentinas cum totidem: & Iohannes comes romanus cum qngentis equitibus ex brixienſi agro ad Alexandrum celeriter proficiſcerent̃. Sed fortuna quæ humana conſilia in iis

maxime rebus quæ in bello per proditionē aguntur: fallere plærunq; ſolet: negotii euentum negauit. Nam dum Marcellus ea de re uene tum ſenatum certiorem reddit interceptæ ſunt in itinere ab hoſtibus litteræ ſeu dolo ſeu temere Tabellario cōmiſſæ: & Mediolanū perlatæ: & inde ſtatim ad parmēſes tranſmiſſæ. re magiſtratui patefacta extem plo compræbendi præfectos: & in eos animaduerti decernitur. Sed illi per amicos clam edocti: ad Petrum mariam profugerūt. Ea re per hunc modum prodita Alexander ſpe urbis ꝓpoſita uia potiundæ derelictus: Fillinum conceſſit: copiaſq; eo undique ad inferendum aperte parmēſi bus bellum conuenire ſtudebat. His de cauſis parmenſes amittendæ libertatis timore ad Iacobum picininum: qui uti oſtendimus: floren tiolæ ſe continebat: auxilia rogatum mittunt: parmenſiū rerum noui tate lætus: non modo nunciis pro eorum reip. ſalute omnia ſe factuꝝ reſpondet: ſed etiam hoſtem ubicunq; eſſet adoriēdum parmēſibuſq; finibus expellendum magnopere hortatur: ſeq; ad eam rem conficien dam totis uiribus cum uellent affutuꝝ. Parmenſes conſilio picinini probato: Karolum cāpobaſſum: qui impetrata ab Franciſco ad Appulos Alphonſi regis iuſſu redeundi facultate diſceſſerat: ex itinere auertūt: mercedeq; conductum populo cæteriſq; militibus: quos in urbe habe bant: præficiunt: alioſq; inſuper ſtipendio conducere: & intra mœnia accerſere die noctuq; non ceſſant. Dum hæc geruntur picininus alter: quem ad clareuallis monaſteriū ſe contuliſſe diximus: quoniā hoſtem deuictis Nouarienſib? tranſpadaniſq; rebus pacatis: in Mediolanēſes propediem redituꝝ exiſtimabat. Melenianū omnibus copiis ſe reduxit: ut quod adhuc ſibi Mediolanēſes negauerāt: inde laudis ingrediendæ urbis modum tentaret: opportunitatēq; nactus arriperet: cum neq; in eo loco unde diſceſſerat: amplius conſiſtere auderet: neque ſi in urbem reuerteret̃: diu ibi manere poſſe putaret: ueritus: ne propter frumenti omniūq; ferme rerum inopiam tot in dies per urbem ab ſuis rapinæ cōmitterent̃: ut in eos populi tumultum aliquando concitarent. Karo lus uero cum Mediolani eſſet: ac trepidare uacillareq; ciuitatē uideret: ad uendicandū ſibi urbis dominatum conſilium init: non quod eam aduerſus tantas hoſtium uires diu tueri ac in poteſtate retinere poſſe confideret: ſed qđ pro eius cōmutatione ſe aut Cremonā: aut aliquod dignum ab Franciſco præmium conſecutuꝝ ſperaret. Itaq; perpaucoꝝ ciuium opera magnā plebis partem: & nobiles nōnullos ita ſibi conci liarat: magnis ad liberādam bello patriam auxiliis magniſq; præmiis propoſitis: ut nihil fere deeſſet ad capeſſendā urbis dominationē: niſi ut eam ꝑcurreret: eiuſque nomen inuocaret̃: & palam conſalutaret̃. Iamq; ob id ſupellectilē ſibi cariorem domo efferri: ac ſuſcipiendoꝝ amicorum cauſa epulum parari iuſſerat. At hæc ubi Theodor? boſſius & Georgius lampugnan? intellexerūt: qui non tam patriæ: quam ſua

cauſa eos ſemper acriter oderant:quos in ciuitate nouis rebus ſtudere audiebant:omnia per urbem pturbare:ciuiumq; animos ad cõmunem libertatem ſeruandam tuendamq; confirmare conantur . Quãobrem Karolus capitali eos deinceps ſimultate inſecutus:non prius deſtitit: quam non modo ſuam:ſed multoꝝ etiam ciuium iniuriam ultus eſt. Summa eo tempore reip. penes nobilitatẽ gebellinæ præſertim factionis erat . Sic igitur Karolus ſecreto egit:ut in gelphæ factionis ciues principatus:& rerum publicaꝝ adminiſtratio deduceretur : Nam qui ſibi obſtiterant:gebellinæ tantũmodo partis erant . deinde Theodoꝝ & Georgium proditionis inſimulat. Quæ cum aĩaduertiſſent gebellinorum principes coniurationẽ inter ſeſe iniere:quoꝝ primi Vitalian? Theodorus & Georgius fuere. Hi cõmunicato ſæpe inter ſe clãculum conſilio omnia prius tentare atque experiri conſtituerũt quam pati:ut uel in popularium manus deueniret:& fortunaꝝ ſimul & uitæ diſcrimen ſubirent:uel ab reip.adminiſtratiõe omnino abdicati in exilium mitterent̃:aut patria pulſi extorres per alienas ſedes uagari cogerent̃. Summa autem coniurationis fuit:ut ſi fieri poſſet:urbs ciuibus aſſentientibus Franciſco traderet̃:iis ab eo condicionibus impetratis:quæ reip.uſui eſſent:cum ipſis præſertim tribus & aliis perpaucis ciuibus data eſſet publico decreto poteſtas ea omnia inquirendi atque agendi: quæ libertate incolumi rebus publicis ſalutaria uiderent̃.Sin uero ob uarias multipliceſq; hominũ uoluntates id minus effici poſſet in urbẽ per nouam portam quæ in eorum erat poteſtate:introduceret̃.Itaque hæc per nuncium ſecreto Theodorus Franciſco ſignificãdi negotium ſuſcipit:pſuadetq; ei:ut,ppius q̃celerrime urbi appropinquet. Landrianum uicum caſtris idoneũ locum docet.Vintimilianũ præterea:quem eius dignitatis & fortunæ ſtudioſum inueniſſet:ſtipendii fœdere ſibi obſtringere hortatur.Quibus cognitis rebus Franciſcus negotio uintimilliani ex Theodori ſententia compoſito : e Nouarienſib?in Mediolanenſem agrum traiecit:& ad landrianũ caſtra poſuit.In itinere autem uintimillian?: qui uti conſtitutũ erat : e Moguntia cum quingentis circiter equitibus quadringentiſq; peditibus diſceſſerat:Mediolanum ſe accerſitum ſimulans exercitui factus eſt obuius : & magna omniũ lætitia exceptus ſe agmini inſeruit.Poſteaq̃ in Mediolanẽſes reditum eſt:& copiis paulo minus quattuor paſſuũ millibus ad picinini byberna propius acceſſum:plæriq; ex braciano equitatu ad Franciſcũ tranſfugere cœperunt:quoꝝ inter reliquos Andreas landrian?Mediolanẽſis equeſtri turma ſtipatus aduenit:eius frater Antonius paulo ante picinino inuito ducentis cum equitibus Mediolanũ redierat : neque inde ad eum amplius reuerſurus neq; iuſſis obtemperatur?.His deſtitutus fratribus picininus:quibus ob præcipuã & antiquam eoꝝ & Franciſci fratris in bracianos fidem uiuo philippo multa & ardua credere atque

cõmittere ſæpe ſolebat: magna ſuſpicioe teneri magnoq; urgeri metu cœpit: ne a militibus cæteris paulatim deſereret. Nam præter quod de ſuorum fuga dubitabat multis de cauſis tam propinquis boſtibus ſummũ in periculum ſe deductum uidebat. Quod frumẽti inopia premeretur: & in dies magis preſſum iri perſpiceret. Quod ubi erat non ſine manifeſto omniũ diſcrimine manere diutius poſſet. Quod locum quo ſe reciperet præter Mediolanũ habebat nullum: & eo: uti demonſtratum eſt: per hyemem redire nolebat. Sed pro ingenii calliditate per hunc modum bis ſe difficultatib? liberare excogitauit. Ad boſtem eo conſilio tranſire confugereq; conſtituit: ut exacta hyeme rurſus ad Mediolanẽſes reuerteret. Qua quidem re cum bis qui ſummã reip. priuatim eo tempore in ciuitate obtinebãt cõmunicata: de pace atq; fœdere ſecreto cum Franciſco agere cœpit: multam ſe operam uel de adducendis ad uoluntariã deditionem Mediolanenſib? apud quos & auctoritate & gratia plurimum ſe poſſe aiebat: nauaturũ: uel armis in poteſtatẽ redigendis conaturũ pollicitus. Quæ cũ accepiſſet Franciſcus: & ſi antiquo credendũ boſti omnino non iudicabat: cuius anteactæ uitæ mores uoluntatẽq; qualis erga ſe eſſet: multis argumẽtis ſatis ꝑſpectam habebat: tamen ad ſubiugãdos parmẽſes & ad terrendos coercendoſq; undique pro ſententia Mediolanẽſes magno ſibi uſui futurũ exiſtimabat: ſi picininus uterque ab Mediolanẽſibus deſciſcentes ſibi adiungerẽt. Itaque ea re in conſilio deducta: facileq; ab omnibus probata: picinino certis de ſtipendio legibus ſibi obſtrinxit: ut autem infirmos dubitanteſq; facilius in officio contineat: affinitatis nexu & argento percuſſum iam fœdus confirmat. Nam & druſianã filiã mortuo Iano fregoſo: cui eam primum: uti demonſtrauim?: deſponderat Iacobo fratri in matrimoniũ ſe daturum promiſit: & grandi inſuper pecunia utrunq; donauit. His confectis rebus: picininus ad Franciſcũ ſe contulit: ut eum cõſalutaret: & conuenta ſua præſentia confirmaret: a quo pro eius in omnes cõſuetudine benigne bonorificeq; exceptus: bis uerbis audiẽtibus ꝑmultis uſus eſt. Se non ſponte ſua: ſed neceſſitate coactum ad eum ueniſſe: quicquid ꝑmiſiſſet: inuiolate præſtiturũ: & pro eius amplitudine non ſe operam modo daturũ: fortunaſq; omnes expoſiturũ: uerũ etiam nulla unquam pericula recuſaturũ. Ad hæc Franciſcus minime ſe dubitare reſpondit: quin fidem eſſet ſeruaturus: & quod eius fuerit officii diligenter obiturus. Proinde eum bono eſſe animo hortatur: quod ita ſecum & cum Iacobo fratre eſſet acturus: ut eos in filiorũ loco ſe habere plane intelligerent: cum nulla præſertim inter Nicolaum patrem eoſque & ſe capitalis alicuius iniuriæ cauſa: ſed æmulatio tantũ modo quædam uirtutis & gloriæ & rerum bellicarũ contentio interceſſiſſet. Q đ ea beniuolẽtia qua eos proſequi inſtituerat: & recens affinitatis coniunctio tollere omnino abolereque debebat. Non defuerunt

tamen eo die:qui Franciſco ſua ſerint:ut aut interfici:aut compræbẽdi picininũ iuberet.& inter cæteros patrandi facinoris concitatores Manus barrilis & Flaſcus plurimũ inſtiterunt.Cũ non ſuſpicari ſe modo ſed exploratum habere dicerent:picininũ & propter inuidiam & uetus odium:quo in Spbortianos braciani ſemper exarſerunt:nequaquã diu fidelem: ſed rurſus ei boſtem:& Mediolanẽſe bellũ eius cauſa durius diuturniuſq; futurꝫ.Nam nemo erat:qui neſciret:picininũ ipſum ſuo magno piculo ductum:quod & ipſemet teſtatus erat ad eum ueniſſe: quandoqdem milites ſui aperte dicerent: niſi eorum ſaluti conſulere maturaret:illum aut caperent:captũq; ad boſtem ducerẽt:aut omnino deſererent.& ob id ubi per tempus ſibi licuerit : ad Mediolanẽſes rediturum:aut mali aliquid in eum molituꝫ ſe nõ dubitare. Quibus ita Franciſcus reſpondebat : ſe emori malle : quam tanti ſceleris noxam ſubire:ut bominẽ ſcilicet interimi ſtatueret:qui ſeſe eius fidei commiſiſſet: Quinimo ſe ita in ipſum habituꝫ decreuerat : ut ſe de eo bene merente ubique gentium in eum potius quam in ſe culpa reiiceret . Nam ſiquid iure etiam merito in illum acerbius ſtatuiſſet : non eius peccato:ſed maliuolẽtia & iniquitate factũ omnes putarent.At picininus eodem die Melenianũ reuerſus : cum iam Alphonſum regem de bis rebus quas cum Franciſco egerat : ſui purgandi cauſa certiorem facere inſtituiſſet:Iuuabat enim rex ipſe picininos eo tempore pecunia multum:& Mediolanẽſes cum ſponte ſua: tum Iacobi triulcii eorum legati opa ad retinendã libertatẽ aſſidue & bortabaṫ:& ſe ad præſtãda ipſis auxilia non defuturꝫ pollicebatur. Franciſcũ aſſiſinum familiarẽ ſuum: qui ſupioribus noctibus una cum Lucbino palmerio equitum præfecto magnæ apud eũ auctoritatis uiro de fœdere tranſegerat:Neapolim mittit : qui regem edoceat ſe : quanuis ad extremam inopiam redactus ad boſtem tranſiſſet: tamen neque ab eius gratia : neque ab Mediolanenſiũ amicicia diſceſſiſſe.Quod egiſſe : ſuoꝫq; ſalutis cauſa egiſſe . Sed cum primum uere nouo pabuli copia & abeundi facultas affuerit:ad Mediolanẽſes rediturum.Vtq; aſſiſini celerior & ſine ſuſpitione eſſet profectio : Peruſium uſque negotioꝫ conficiendoꝫ gratia eum mittere ſimulat : litteraſq; publicas gentibus cõmendaticias ab Franciſco impetrat.Interea coniurati Mediolanẽſes:& Karolus nunciũ de dedenda urbe deque publicis priuatiſq; condicionib? clanculum in caſtra ad Franciſcum mittunt.Quoꝫ poſtulata cum ille accepiſſet:duri ora nimis atq; difficiliora iudicauit non minus ea:quæ priuatim quã quæ publice poſtulabanṫ:admiratuſq; petentium arrogantiã ſimul & auariciam:cum bis reſponſis nuncium remiſit.Si ab Mediolanẽſibus boneſta petantur:ſe iis facilem liberalẽq; futurꝫ.Nam ſi eorum poſtulatis aſſentiaṫ:non eos ipſe:ſed ipſi eum uiciſſe uiderentur.At illi priuata & innata quadam babendi cupiditate flagrãtes conſtituerũt inter

ſeſe quo magis pro eoꝝ uoluntate res conficerent̃: de urbis deditione differendum:& nunc Franciſcū ut propius ad urbem toto exercitu accedat:nunc ne irritatus populus arma in ſe capiat:ut ubi eſſet:paulum etiam reſideat:litteris nunciiſq; crebro hortabant̃. Dum res per hunc modum ex die in diem ducitur: ciues factionis gelphæ principes: & Karolus:qui incredibili gebellinos ſimultate inſequi iam cœperant:& Mediolanenſiū dominationem aduerſæ præſertim factionis opera in Franciſcū tranſferri ꝓmoleſte ferebant:Gebellinos ab reip.adminiſtratione ciues abdicare conſilium inter ſeſe ineunt:cauſaſque conquirere ſtudent:quibus in eos populum concitent. Qua in re affuiſſe fortuna uidet̃: cū per eos dies acciderit:ut interciperent̃ epiſtolæ notis quibuſdam ſeu caracteribus ſcriptæ:Quibus ad magiſtratū cōtinuo perlatis: & in latinas litteras traductis plane ꝓſpectum eſt:epiſtolas ad boſſios ab familiari fuiſſe ſcriptas:quē ipſi apud boſtem ſecreto morari iuſſiſſent:nec minus de iis omnibus:quæ cum eo coniurati agerent:compertum.Quibus cognitis & magiſtrat? ipſi & gelphoꝝ principes:hac ſibi in aduerſarios animaduertēdi occaſione oblata:quos tā infenſo ſeruabant animo:illos mox compræbēdendos mortiq; tradendos conſtituerunt. Sed ꝓtimeſcentibus prope omnibus:qui id conſilii dederant:ne quis forte in capiendis ciuibus in urbe tumult? oriretur:quod multas cognationes clientelaſq; habebant:placuit:ut extra urbem coniuratiōnis principes compræbenderent̃: & ob id Theodoꝝ Georgiumq; faciноris: dedendæq; urbis auctores pro reip.cōmodo ad fredericū Romanorum regem legatos mitti oportere ſimulant. Sed dum ipſi eorum uiaticum mandataq; parant:Comum præire hortant̃.At illi &ſi eam: quam poſſunt morandi cauſam innectere conabant̃: cum itineribus undique boſtibus intercluſis: non poſſe ſi manifeſto ſuæ ſalutis periculo iuſſa facere aſſererent: tamen ſeſe libertatis principum uoluntati obtēperaturos dicunt. Interim ædes defenſoribus ꝓpugnaculis armis cibariiſq; cōmuniunt:ut ſiqua in ſe uis fieret: tandiu ſuſtinere impetum poſſent:quoad uel ab amicis:quos intra urbem parauerāt:uel ab Franciſco Sphortia per nouā portam ſubueniret̃.Sed principes iidem: qui omnē illis morandi uiam adimere maturabāt:id ſe præſidii miſſuros dicunt:quo facile Comum ꝓducerentur.bi:quod erant magnopere ueriti:ſuum ita repentinū ab urbe diſceſſum rurſus multis argumētis recuſare conantur.Sed Carolus doli conſcius:eos ad profectionē hortatus: certam ſalutem pollicetur. Itaque illi Caroli fide fræti:dum per noctem Comum ire credunt:Modoetiam ꝓducuntur:quo ubi uentum eſt:mox ab iiſdem Karoli militib?:qui in itinere eis præſidio fuerant: retinent̃. Georgius mox obtruncat̃. Caputq; Mediolanū defertur:& quo magis qui ſuæ erant factionis ꝓterreantur:cunctis ſpectaculo datur.Theodorus in carcerem coniicitur:ac uariis ab eo cruciatibus quid

ſibi cum hoſte negotii fuiſſet : quidue cum cuibus ſuæ cõiurationis conſilii iniſſet: exquiritur. Quot autem Mediolani ex ſua confeſſione cõiurationis participes reperiunt: tot retineri ab magiſtratib⁹ iubent: quoꝝ ex numero fuere Iacobinus boſſius. Ambroſius cribellus. Iohannes caymus cum Franciſco filio. Marcus ſtampa. Iob orumbellus : & Florius caſtronouates : qui publico damnati iudicio omnes capite obtruncati ſunt . Cæteri uero alii papiam: & in proxima municipia: quæ in boſtium erant poteſtate. Alii in caſtra ad Franciſcũ profugerunt. Ex eo numero Iobánes caſtronouates Florii frater fuit: quẽ poſtea Franciſcus ac deinceps inſecuti principes ob fidẽ & probitatẽ & continentiſſimos mores in magno bonore habuerunt: & in rebus ſuis plurimũ uſi ſunt. borum autem aliorumq; permultoꝝ : qui Franciſci dominationẽ putabantur affectare: bona partim publicantur: partim prædæ populari bus conceduntur . Complures præterea Gebellinæ factionis nobiles Comi Aronæ Tauriniq; ꝓſcribuntur . Vitalianus uero metu territus magna ſtipatus armatoꝝ comitum manu ex urbe fugiens Aronam ſe recepit: Itaque per hunc modum omni reip. adminiſtratione ad factionem Gelphan: deinde ad plebem deducta : Iobannes oſſona plebæus infimiq; mercatorii ordinis: qui magnæ per id temporis inter populares exiſtimationis habebatur: & Iobánes applanus tabularius duo ſane in ciuitate homines audaces & temerarii atque omniũ confidẽtiſſimi: Ambroſii triultii: & Innocẽtii coctæ duoꝝ ex nobilitate audaciſſimoꝝ uirorum conſilio atque opera ciuitatis totius imperii ſummam in ſe tranſtulerũt. pecuniã frumentũq; ad alendos in urbe milites per metũ perq; uim a Gebellinis duntaxat ciuibus omni ĩmanitate extorquẽdo cogunt . Præterea qui niſi per cõtumelias conuitiaq; Franciſcũ Spbortiam appellauerit: capitis pœnam publico edicto conſtituũt. Vrbem ſe tandiu liberam ſeruaturos dicũt: quam diu per publicas domeſticaſq; facultates poſſe confiderent: quam ad rem nibil ſe omiſſuros: nibilque intentatum relicturos pollicentur . & ubi ſuccumbendũ fore animaduerterẽt ſe uel Turcarum regi uel dæmoni potius quam Franciſco patriam dedituros uulgo affirmante prædicare quottidie non intermittunt. Ex quo factum eſt : ut omnia intra urbem pro duorum alioꝝq; paucorum ciuium libidine ac furore adminiſtrarẽtur . Quæ quidem res factionis utriuſq; nobilibus quiete & bene uiuere cupientibus tantum terroris intulit: ut & loqui pœne: & in hominum prodire conſpectum auderet nemo.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER . XVII.

Interea Alexander copiis omnibus: quas ad eũ Franciſcus ſubmiſerat : non longe a Fillino coactis : & per propinqua ædificia diſtributis parmenſiũ fines atq; urbem crebris incurſionibus infeſtabat. Quod ciues uariis continuiſq; belli detrimentis attritos & ſubor tam præſertim inter eos ſeditionẽ graui amittendæ per proditionẽ libertatis timore concuſſos ad deditionem propediem redigi poſſe ſperabat. Iacobus uero picininus re compoſita cum parmẽſium magiſtratu e Florentiola mouẽs cum omni ſuo equitatu pedita tuque in parmenſiũ fines Ianuario menſe peruenit: Vbi coactus ui frigoris copias omnes ſuas: id quod Alexander etiam fecerat: per conuicinos uicos ac uillas ſecus Tarum flumen diſpartiẽ: Stephani ſibi atq; Angeli Sanctouitaliũ municipio delecto : iubetq; q̃primum ii omnes ad ſe irent: quos placẽtinis oppidis imperarat: quæ ei fratriq; parebant & ut iidem ipſi Sanctouitales de hominib? ſuo iuri ſubiectis facerent: quotquot arma ferre poſſent: itidem mandat . Cum enim per explora tores didiciſſet: quibus in locis diſpartiti hoſtes conſtitiſſent: animad uertiſſetq; faciles ad eos inuadendos aditus fore: ad diem tertium con tractis equitibus peditibuſq; parmenſiũ: inſtituit eam hoſtiũ partem primo adoriri: quæ Fillino longius abeſſet ; ac reliquos deinde turbatos atque diſperſos fortiter inſequi . Id enim eo ſe facilius præſtitur arbitrabaẽ: quod ſe numero militum hoſtibus ſuperiorẽ intelligebat. Itaq; de propinqua uictoria minime dubitabat. Quibus de rebus cum reddidiſſet parmenſes certiores: & quid facto opus eſſet edocuiſſet: ii picinini conſilium plibenter admittũt: pollicenẽq; ad tubæ ſonitum ſe præſto fore cum expeditis hominibus duobus millibus & amplius. At Alexander: ubi de picinini aduentu in loca proxima didiciſſet: quæ non longe ab ſuis aberat paſſuum decem millibus : cõmunicato conſeſtim conſilio cum uenetarũ uirium præfectis ſtatuit in diem poſterũ cum hoſte manũ conſerere: ne ſi diutius cunctareẽ: contractis parmenſium copiis difficilius ac periculoſius prælium foret : cum ſibi multo minores adeſſe copias aduerteret. Itaque Salernitanus: qui paucis ante diebus eo uenerat cum equitibus circiter ſexcẽtis ad Tarum mittitur: quo e loco oblata occaſione irrueret : Nam parmæ quæ gererentur : Petrus maria explorandi negotium ultro iam ſuſceperat : quippe qui futurum recepiſſet: ut nihil parmæ ageretur: quod ipſe minus per ſuæ factionis homines cognoſceret: adeo ut quotienſcũq; in ſuos illi erum perent: ſatis intercederet temporis ad colligendas copias conſtitutũ in

locum . Is autem uicus erat colliculus nomine: qui militum inter ſe ſtationes dirimebat. Vnde, puiſum fuerat: ſi interdiu ab hoſtibus fieret impetus bombardaꝝ ictuum: ſin fortaſſe noctu: ignium ſignificatione res omnis indicaretur . Euenit autem uti eodem die ac temporis fere momento: utrique inter ſe hoſtes adoriri conſtituerint: quid alteri in alteros molirentur ignari: picinin? ad diem pugnæ dictum inter duos amnes parmam & Tarum nō longius mille paſſibus ab ipſa urbe parma ſub lucem parmenſibus copiis adiungitur: quibus: ut ſupra oſtendimus: præerat Karolus cápobaſſus : picinino equites erant mille: pedites ad qngentos ſupra mille: parmenſibus equites circiter octingenti: pedites ſupra duo millia: Quibus uiribus aduerſus hoſtes propere contendens ad colliculum uicum peruenit : quo in loco Gotbolanus atq; Bertboldus hoſtium aduentu de improuiſo cognito: ſe fuga Fillinum recipiunt: a quibus Alexander de hoſtium eruptione certior factus eueſtigio bombardaꝝ ſignificatiōe ſuos admonet: nuncii ſq; ſubinde citatiſſimis rem omnem edocet: iubetq; : ut omnes continuo non collicu lum ſed Fillinum concedant. Cæterum picininus : ubi colliculum uentum eſt: Faſianum balneatem ex equitum præfectis ad eos inſequēdos cum delectis eqtibus leuis armaturæ ad ducentos confeſtim mittit : Carolumq; ut antecurſorib? ſubſidio eſſet : cum equitatu peditatuque parmenſi per campeſtrē planiciem ſubmittit: iubetq; peditatum ſuum per editum collem: qui Fillino ad dexteram colliculum uſque adiacet: aduerſus hoſtem proficiſci: ſeque cum equitatu mox ſubſecturuꝝ dicit. Faſianus & Carolus non priūs citato curſu inſequi hoſtem deſtitere : quam Fillinū proxime adeo contendiſſent: ut ex oppidi muro coniecta tæla exciperent. At Alexander hoc tam improuiſo hoſtiū impetu circūuentus: utpote qui ex Petro maria: ut is ante pollicitus fuerat de ea parmenſium eruptione nihil præſenſerat: milites ſuos ob paucitatē paulis per a pugna continuit : ſed ubi eos redintegratis animis audentiores factos animaduertit : inſtructa acie agit in hoſtes tanto cum animoꝝ & corporum robore: ut eos facile ab oppidi muro ſubmoueret: repellere tque. pugnatur dein leui prælio: ut uiciſſim nunc parmenſium nunc Alexandri milites pedem referant: fitq; creber utrinq; curſus recurſuſque. Ita enim & Alexander: quoniam cæteros milites expectabat: quiiam continēter aduentare cœperant : ſuiſne longius ab oppido progrederentur: iuſſerat. hoſtes autem quod nec ipſi minus picininū præſtolabantur: Alexandri equitatū quam longius poterant: abducere ab oppido ſtudebant. Interim Salernitanus : ubi per exploratores de picinini diſceſſu e fontanellati oppido cognouit : idque per bombardaꝝ ſtrepitum certius didicit: citato curſu ad eundem uicum colliculum agitur: quem cum ab hoſtibus occupatū inſcius offendiſſet: repente pugnam conſerere cogitur : & intra ipſam hoſtium aciem dexter irruit . Tum

picininus ubi ab ea parte:qua minime uerebatur:aduertiſſet ſe laceſſi: ueritusne maior eſſet hoſtiū manus:mutato ex tempore conſilio aciem omnem in unum Salernitanū ab Alexandro conuertit . At ille ubi ſe hoſtium numero longe imparem uidet:paulatim ultra foſſam quandā propinquā ſe recipit:utpote qui picinini impetū diutius ſuſtinere non poſſet:ea autem foſſa cum tranſiri niſi ſolo aditu nequiret:hunc ne occuparetur ab hoſtibus fortiter ſeruare inſtituit. Quare militibus ſuis omnibus iuſſis:ut eo loco conſiſterent : ac ſumma ui & uirtute inuadentibus reſiſterent: atque repugnarēt:ne amiſſo aditu confeſtim oēs in hoſtium poteſtatem deuenirent. Atrox illic prælium pertinaxq; committitur aliis tranſire foſſam conātibus:aliis alios tranſitu prohibentibus.Dum hæc geruntur:& picinin? cum omni fere equitatu a Salernitano diſtinetur.Alexander cohortibus accerſitis omnibus Fillinum:ut ante dictum eſt:illiſq; inſtructis: facta illico pugnandi poteſtate:acriter ſtrenueq; hoſtes aggreſſus : eos primo impetu baud difficulter fudit:fugauitq;:captis equitibus ad quingentos:in quibus fuerunt illuſtriores Faſianus:& alii militum præfecti complures : peditatu omni circūquaq; in fugam uerſo : & ne mediocri quidem cum fugientium cæde.Karolus cum reliqua manu ſe fugæ cōmittens parmā conceſſit. Quibus rebus cognitis pterritus metu picininus:cum nō ſibi certandum diutius:ſed repente prælio excedendum conſtituiſſet:die noctuq; continuato itinere ex ſuis ſex:ex Salernitani uero militibus ſedecim captis florentiolam ſe recipit.Poſtero die ex litteris Franciſci picinini fratris de iis certior factus:quæ ille cum Franciſco Sphortia nup conuenerat:ab omni iniuria ac maleficio ſe continuit. At Alexander poſt uictoriam cum militem uideret captiuoꝝ multitudine impeditū:atq; ingenti bonuſtum præda & cum itinere tum multo magis prælio fatigatum:uideretq; equos non mediocri numero alios interemptos alios confectos uulneribus:ab inſequendis hoſtibus prohibuit.Cumq; receptui canere iuſſiſſet:copias omnis reduxit in ſtationes.paucis poſt diebus Petri mariæ opera ciues nōnulli parmenſes :qui rubram factioné ſectabantur : rurſus de ea Alexandro tradenda porta conſpirant : quæ Sancti Barnabæ dicitur . Hac igitur porta inuadendæ urbis conſilio inito ad conſtitutū diem eo ſe Alexander cum exercitu confert conſpirantes autem priuſq̄ urbi copiæ appropinquaſſent : portam ceperant: ac munierant . Qua quidem re audita tumultu exorto per uniuerſam ciuitatem ad portam eueſtigio factus eſt cōcurſus: binc tælis ſcaliſq;: & omni ſagittaꝝ nimbo ex occupatoꝝ manibus portam recuperare populus omnis anniti:portæ autem defenſores quo tutiores ſe redderēt: ipſius portæ cataractam demiſere: qua quidem re factum eſt:ut oppugnatores excluderent: & irruentibus a turri lapidibus facile inde pellerentur.Alexander ubi pueniſſet ad locum:unam Salernitani turmam

cui Gaynus uir manu promptus & animi corporiſq; robore excellens præerat: portam ſubire: urbemq; inuadere iubet: & ut reliquæ ſingilla tim ſubſequerent: imperat. Equites imperata facturi ad portã irruũt: ſed cataractæ impedimẽto iter in urbem occluſus eſt. Qui enim erant e loco ſuperiore diu ac multum cataractam enixi ad ſe tollere: uix tan tum e ſolo ſuſtulerũt: ut homo procumbẽs humi: ſe intra portam reci peret: cum neque uiribus neq; ullo humano ingenio ob diuturnã eius uſus intermiſſionẽ ſublimius attolli unquam poſſet. Quare militibus hac tranſire nequeuntib?: Gaynus & perpauci: qui erant anteriores: equis deſcendunt: cataractamq; ſubeuntes in urbem penetrant: futuq; opinati: ut quod ipſi feciſſent: reliqui quoq; facerent. Sed ſubſequẽti bus nullis haud difficulter capiuntur. Gaynus cũ ſociis tribus uulne ribus pluribus acceptis concidit. Quod autẽ alius nemo equo deſcen derit: id fuit in cauſa. Equites grauis armaturæ: quoniã eſſent cæteris omnibus nudi copiis: non poterant non uereri: ne circũuenti atque op preſſi populariũ uirium multitudine facile perirent. Cæterum pugna tum eſt ab albeſcenti die ad ueſperam uſq;: cum re tandem deſperata Alexander non ſine magno incõmodo atque periculo ibi pnoctandum animaduerteret: abeſſetq; a caſtris: unde diſceſſerat decem millibus paſſuum & amplius: exercitum eo reducere curauit: & id quidem non paruo inter proficiſcendũ accepto detrimento. Nam cum propter uiaq; anguſtias: quibus uix ſinguli facere iter poterant: eruptione ſubita ab hoſtibus facta: & tum a tergo tum a lateribus cateruatim populo inua dente impedirent: equites circiter centum deſyderati ſunt: ex reliquis uero equi non paruo numero partim aut interempti aut uulnerati. At parmenſes ubi Alexander a mœnibus ſe auertit: portam eueſtigio ſub euntes ingrediendi regrediendiq; aditu occupato flamiſque ſubiectis facile præſtiterũt: ut qui portæ turri potiti fuerant: omni ſe deſtitutos auxilio intuens: ne repugnãtes quidem in eorum irent poteſtatem. Hi poſtridie eius diei poſt multos ac uarios cruciatus necati ſunt. Quos autem ciues eiuſdem conſpirationis ciuitas conſcios nouit: compræ hendi iuſſit: inter quos fuit Antonius bardo uir ſane ingenti animo: & auctoritate magna in rubra factione: eiuſque conſpirationis plane princeps: ac Franciſci Spbortiæ in primis ſtudioſus. Is autem Iobãne zabolo & Aloyſio brauo importuni? urgentibus publico damnatus iu dicio ad prætorii feneſtram ſuſpenſus laqueo uitam finiuit. Hi enim duo ex Sanuitali erant corrigianaq; factione utraque rubris aduerſa: & Franciſco per id temporis maxime inimica. Quãobrem ut antea nun quam deſtiterant aliis atq; aliis calumniis Antonium illum ſuſpectũ reddere magiſtratibus non difficulter hac oblata occaſione eum perdi derunt: reliqui uero ciues qui capti ſunt: alii ſeruati alii morti traditi: prout uel magnitudo delicti uel pecuniæ uis potius aut cognationis

coniunctio patiebatur . His rebus cognitis cum putauiſſet Franciſcus maioribus quam antea uiribus Parmenſes urgendos : Bartholomæũ collionem:quem ueneti pro fœderis iure auxilio miſerant cum equitibus duobus millibus peditibus quingentis ex bybernis accerſitum:ad id bellum proficiſci iubet . Is per Cremonenſem agrum facto itinere padoq; ſuperato:ubi eueſtigio eo pueniſſet: non amplius mille paſſus a parma urbe caſtra poſuit : & ita durius quam unq̃ antea:ac periculoſius uexati parmẽſes tot boſtium copiis:ubi ſe grauiſſimis detrimẽtis affici uident: & inteſtinis præterea ſeditionib? agitari: & ad bæc picininorum in quibus ſpem maximã collocarant:deſtitui auxilio : nec quo ſe uerterent : ad ſuſtinẽdam tuendamq; libertatem intelligerent:Leonello æſtenſi tradere urbem conſtituũt. Is enim eius urbis dominatũ uelut bæreditario quodam iure:quo pater Nicolaus eam poſſederat: iam antea poſt philippi obitum per Sanuitaliũ factionem omni ſtudio induſtriaq; ſibi uendicare curauerat . Sed cum per eos dies leonellus Venetiis negotii ſui gratia morã faceret:Parmẽſes eius fratri Borſio: qui regii agebat: & quid ipſi cõſilii cepiſſent: & quid facto opus eſſet: per nuncios oſtendunt. Qua quidem de re Leonellus ex fratre certior factus:quid ſibi animi eſſet:cum ueneto ſenatu cõmunicat : oretq;:ut eius uoluntate liceat ſibi parmenſes in deditionẽ accipere:aut ſi ſecus animati fuerint:ipſi malint imperio ſuo addere parmenſes quam pati: ut iis Franciſcus Sphortia potiatur. Quibus ueneti auditis:Leonello iuſſo e curia ſecedere: ubi de re diligentius cõſultaſſent:tandem accerſito leonello : in hunc modum per Franciſcũ foſcarum eorum ducem reſpondent: Nihil apud nos Leonelle Marchio antiquus eſt: nihil uſitatius:nihil ſanctius:quam fidem integram inuiolatãq; præſtare:Quod & de parma & de cæteris ducatus mediolanẽſis:& urbibus:& oppidis: & locis cum Franciſco Sphortia cõuenimus:id ſeruemus:neceſſe eſt: proinde neque parmã ipſi uolumus:neque in tuam ire dicionem patiemur.Quinimo rem nobis gratiſſimã feceris:ſiqui tecum ſentiunt:parmenſes adhortabere:ut ſe q̃primum dedant Franciſco Sphortiæ.Quod ubi parmenſes per leonelli nuncios didiciſſent: reliqua ſpe omni deſtituti: continuo ad Alexandꝝ de deditione legatos mittunt una cum poſtulatis.Quos Alexander pbenigne bonorificeq; excepit: & poſtulatis omnibus comprobatis:parmẽſes hortatus eſt:ut ea de re ad Franciſcũ fratrẽ legatos mitterent.Ipſe confecto parmenſi bello:copiiſq; relictis piſaurum negotii ſui cauſa reuertitur.Dum bæc in parmenſib? geruntur:pturbatis ut ſupra memorauim?: Mediolanenſiũ rebus:de quoꝝ deditione ſperabatur:Franciſcus acriore quam principio ſtatuiſſet:Mediolanenſes bello uexandos cobercendoſq; decreuit.Quare ut cõmeatu prohiberet:mouet uniuerſis copiis landriano in proximos urbis uicos ac uillas boc pacto cohortib? diſtributis.Iuſſit.n.Franciſcum picininũ

cum braciana manu:& plæroſq; milites ſuos Meleniani & in Monaſte rio uicibaldonis piſcheriæq; ſtationē habere : Antonium autem uinti milianum ac Michaelem pedemontanū ueneti peditatus præfectum & peditum auxiliariū partem in claræuallis monaſterio quod reliquū erat hyemis hybernare: & ab eiuſmodi propinquis locis urbem die no ctuque hoſtili incurſione uexare:utque idem facerent Guilielmus uer miuſq; ac dulcius & Moretus inter uiam Ticinēſem:& fluuium eum: qui ex Ticino Mediolanū defluit: imperauit . Idem etiam facere iuſſi ſunt Robertbus una cum Franciſco & fratribus Sanctoſeuerinatib? e uico monaſterioq; badagii. Sibi uero Franciſcus ipſe ac ueteranis tur mis ſuis Moiragum uillam : quæ Mediolanū binaſchumq; ad uiam interiacet: delegit ſtationi . Is enim locus ita uniuerſis copiis diuiſis æquus erat & quaſi medius:ut eodem fere temporis momento : cum opus eſſet:omnes in unum poſſent conuenire . Cætera aūt multitudo ita ſeſe inter hos fines munitionib? cinxerat:ut ab omni nocturna bo ſtium incurſione q̄tutiſſima redderetur . Nam de diurnis nullus erat metus.Iuſſerat enim Frāciſc?finitimis populis:ut eos magno numero ad ſe mitterent : qui materie & aggeribus loca hybernātium militum circūuallarēt:quo tutiores eſſent ab omni eruptione.Quibus ſtationi bus ita diſpoſitis & die noctuq; ad urbem circūquaq; incurſantibus : cœperunt Mediolanēſes ita urgeri:ut mœnibus egredi auderet nemo. præſertim quod ex ſex urbis ipſius portis quinq; omnino interclude rentur.ab hoſtibus a Picinino & uintimiliano romana & orientalis.ab Sanctoſeuerinatib?& qui cum his erant Vercellenſis atque comenſis. ab ipſo Franciſco Ticinenſis.Itaq; ſolus eius portæ aditus:cui nomen eſt nouæ:relinquebat̄ quaſi liber ab hoſtibus . Nam & ſi ſeptima alia eſt porta:cui Tonſæ eſt cognomentū :quia tamen longe minorē quam cæteræ portæ ſingulæ populi numer̄ complectit̄:orientali adiungit̄. In quas quidem ſex portas omnis Mediolanēſis ciuitas diuiditur.Sin gulæ uero portæ per tribus:a quibus uniuerſa ciuitas regebat̄: & per ſuffragia ſingulis duobus menſibus per id temporis magiſtratus crea bantur.& quēquam Franciſci pmagnus erat exercitus:uelut qui quin quaginta paſſuum millia frequētibus interiectis ſpatiis occupabat:hæ tamen copiæ:quas memorauim?:nō ſatis uiſæ ſunt:quæ urbem undi que clauſam ac ſollicitam redderēt:Sed ne nouæ portæ egreſſio libera omnino relinqueret̄:in hunc modū ab Franciſco prouiſum eſt.Mona ſterium quod Creſcentiagiū appellant : abeſt ab ea porta non admodū longe.Id tametſi foſſa & muro ſatis erat tutum:uallo tamen atque ag gere : quo munitus eſſet:circūdedit:ei munitioni præfecit Iohannem quendam natione biſpaniēſem cum peditibus ſexcentis uir̄ ſane tum rei bellicæ peritum tum induſtria præſtantem : & in ipſum Franciſcū fide & obſeruantia ſingulari . Hoc igitur modo circūquaq; diſpoſitis

copiis crebræ quottidie incurſiones fiebant : pugnabaťq; acerrime ad ipſa uſq; ſuburbia : quoꝝ ambitus ad ſeptem millia paſſuum complectitur. Quin ipſa quoq; ſuburbioꝝ foſſa militum uirtute ſuperata ad urbana uſque mœnia manus conſerebať . Quas ob res Carolus Gonzaga:quē rebus ſuis Mediolanēſis populus perinde atque belli ducem præfecerat: uerituſne ciuitas tanta mole preſſa ob ciuilem diſcordiam tumultuaret: & ita in Franciſci deueniret poteſtatē : capto ex tempore conſilio : quo rebus ſuis proſpiceret: & Franciſci animū ſibi reconciliaret: clam nunciis frequētibus de his omnibus quæ in urbe gerebanť: & quæ eſſent Mediolanenſiū conſilia : eum quottidie edocebat: hortatus ut potentiore manu ad Ticinenſem portam accederet: futuꝝ enim ſperare ſeſe:ubi coram aſpiceretťa populo:Kalendis præſertim martiis: quo die abiecti nonnulli & humillimæ ſortis homines ſummū magiſtratum erant inituri : ut populus tanta indignitate cōmotus eum in urbem introduceret.Nam cum populus moleſtius ferret:quod Iohannes duo Oſſona & Applanus obſcuri ꝑditiſſimiq; homines iam plures menſes contra ius ac fas & ciuitatis inſtituta eum magiſtratum continuaſſent:decreuerat: ut ſingulis duobus menſibus noui delecti capitanei:hoc enim uocabantur nomine:ſummæ reip.præeſſent.Franciſcus igitur iis Karoli adhortationiḃ? adductus:prudenter diſpoſitis copiis e regione urbis potentiſſimis præſidiis: cum ſemel & iterum ad eam uſq; portam cum expedita fortiſſimaq; manu fruſtra impetum feciſſet ubi nihil eorum quæ prædixerat Karolus factum iri animaduertiſſet: re infecta in caſtra reuertitur . Nec tamen defuit:quin in magnæ perfidiæ ſuſpicionē Carolus uenerit: & ne id quidē ſine magno ſuo ſuoꝝque periculo atque detrimēto. Nam cum nouiſſime ad Kalendas martias Franciſcus in eius portæ ſuburbiis conſtitiſſet : dum non nullæ pedeſtres pugnæ ad ipſam urbis foſſam conſererentť: opperireturq; ſi quis fortaſſe in urbe tumultus fieret: uox quædam extemplo in populum oritur : Karoli equites:qui ad Romanā portam in armis erant:ad hoſtes tranſfugere . Quo factum eſt:ut illi repentino populi tumultu ac furore capti uerterentť in prædam . Cæterum poſtridie re diligenter cognita:ubi intellectum eſt : eos equites carere culpa : & libere miſſi ſunt : & quæ ablata fuerant: reſtituta . Per hos autem dies aduenere parmenſiū legati ad Franciſcū : quoꝝ principes fuere Aloyſius brauus & Iohannes zabolus.Hi ciuitatis ſuæ nomine poſtularūt:rogaruntq;: ut quæ iam cum Alexandro cōuenerant : ab ipſo quoq; Franciſco approbarentť.Ex quibus quidem conuentis quanquā erant ꝑmulta:quæ neque ab Alexandro fuerant concedenda : neque ab ſe probanda uidebantur: ea præſertim quæ ad uectigalia ꝑtinetenr : tamen ne uideretť detrectare:quæ frater promiſiſſet: eo maxime tempore:quo ſummam eius belli omnē in conficiendi celeritate multis de cauſis poſitam eſſe

iudicabat: ſingillatim omnia quæ legati poſtularãt: confirmauit. lega tos igitur ipſos pbumane liberaliterq; exceptos illoſq; præter cæteros quos modo cõmemorauimus: Aloyſium brauum & Iohannẽ zabolum ei & amicis ſuis maxime omniũ infeſtos ex inimicis amiciſſimos ſibi redditos parmam remiſit : quibus cum Iohannem etiam fratrem ea gratia proficiſci iuſſit: ut urbis imperium ſuo nomine acciperet. Nam parmẽſes in illam uſque diem neminẽ ex Sphortianis urbem ingredi paſſi fuerant: opperientes: ut quæ poſtularẽt: a Franciſco approbarentᷣ. Itaque cum alacres lætique parmenſes urbem tradidiſſent. Franciſcus cæteris copiis in Mediolanẽſem agrum tranſire iuſſis: Manfredum ac Gibertum fratres Corrigianos : quos modo ſtipendiis conduxerat : Itemq; Lodouicum maluitiũ & Petrum mariam in parmenſibꝰ regio nis tuendæ gratia remorari uoluit: & cum bis quoq; Nicolaũ Guerre rium ex familia tertiorum : quem tametſi ab ipſa uſque adoleſcentia inimicũ ſibi infeſtumq; cognouerat : & omnibus in rebus aduerſum: tamen ad ſeſe in ipſius urbis deditione adeuntem continuo : ut erat ingenio clæmenti atque liberali priorum iniuriaꝝ oblitus: & familia riter exceperat: & amice: adeoque benigne : ut non ei modo ſed tertiis cunctis quibus odio incredibili ſemper fuerat: omnia: quæ poſſidebãt municipia & oppida: uicos: caſtellaq; liberaliſſime confirmaret: utque bono animo eſſent: & q̃optime de ſe ſperarent: hilari facie iuberet. poſſi debat autem Nicolaus ipſe in parmenſibꝰ Guardaſonum atque Color nium: In placentinis uero caſtellum nouum : Quæ quidem oppida & munita admodum erant : & ad detrimentũ parmenſibus inferendum accõmodata plurimum. Per id quoq; tempus Franciſcus cum expedita manu Caſtellatium aggreditur: quod eſt monaſteriũ haud procul Me diolano ſitum ualido circũdatum muro: & altiſſima foſſa lataq; muni tum: & ea quidem aqua admodum plena. diſtat autem a Ticinenſi por ta mille circiter paſſus . huic præſidio præerat Thomas dalmata cum firmiſſimo peditum præſidio. Hoc igitur monaſteriũ cum obſediſſet: diſpoſitis in murum tormentis : intra ſpatium horarum quattuor & uiginti in deditionẽ accepit: eius obſidionis rumor cum apud Medio lanẽſes increbruiſſet: cateruatim uniuerſus pœne ex urbe populus latu rus obſeſſis auxilium erumpit: cui feſtinãtius iter facienti fit obuiam Franciſcus: omneſq; repugnantibꝰ fere ppaucis primo congreſſu uertit in fugam tanto impetu & terrore: ut plæriq; interficerentᷣ. Aliiq; per multi uulneribus confoderentᷣ: interciperẽturq;: Nam palantes fuſiq; reliqui ſeſe intra ſuburbia ædiũ frequentia urbiſq; muro tutati ſunt. his rebus geſtis : ubi præſidio impoſuiſſet caſtellatio delectos pedites ad quingentos: iuſſit cæteros omnes ſuas in ſtationes redire. Agebat ſub idem tempus Mediolani Maria philippi Mariæ uxor & Amidei ſabaudianoꝝ ducis filia mulier profecto & pudica & proba & moribus

modeſtiſſimis:ob idque reip. Mediolanenſi non cara modo:ſed etiam uenerabilis . hæc ſiue ingenii ſui acerimonia ſeu patris Amidei conſilio:clam primo cum primoribus quibuſdã ciuibus:deinde palam cum uniuerſis magiſtratib? agere cœpit:ut ad patris fratriſq; Lodouici auxilia cõfugerent.Ita enim fore:ut & Franciſcus Sphortia ſua ſpe atque auſis falleretur.& ipſi quam inierant:libertatem maxima ſua cum gloria tuerentur. Non difficulter mulier ſuã in ſententiã trahit homines non tam libertatis quam rapiendi cupidos:præſertim cum Franciſcus totius populi odium in ſe eo maxime concitaſſet : quod uenetoꝝ opes tantum imperium appeteret . Sunt enim in uenetos Mediolanenſes natura ſemper odiorum flamis uæbementer exæſtuãtes.Confirmabaꝫ autem quam Maria ſpem Mediolanenſib?dederat frequentib?nunciis qui tum a patre Amideo tum a fratre Lodouico tãquam eius uiſendæ gratia Mediolanũ uentitabant : Iamque eo res erat adducta: ut ictis inter Mediolanẽſes ſabaudianoꝝq; ducem fœderibus de proximis auxiliis ſpes baud dubia afferreꝫ.Nam ut ſunt illi more galloꝝ : & mendaces & leues:ad ſexaginta millia equitum parata eſſe iactabant:quæ propediem ſuperatis alpibus non Mediolanum modo omni obſidione liberarent:ſed omnes etiam Franciſci : uenetoꝝq; conatus eorum finibus pellerent:omninoq; perderent. Eiuſmodi pollicitationũ inani ſpe arrecti Mediolanenſiũ animi:multo quam antea ꝓuicacius libertatem amplecti:ac fouere inſtituerũt:& in dies magis magiſq; in Franciſcũ odiis irritantur . Quæ ubi is audiuit:ſtatuit omniũ primum per Mediolanẽſem quendam Mediolanenſiũ magiſtratib? aperire:quam ſua illos ſpes & opinio falleret . de uanis ſabaudianoꝝ pollicitationibus atque auxiliis monens atque adhortans:ut ex ciuibus certos:quos magis fidos habeant:in ſabaudiam uſq; mitterent : qui uiderent uera neeſſent:quæ a uanis gentibus iactarenꝫ.Se enim paratum eſſe : qui tutum atque expeditum iter præberet illis aduenientibus copiis.Quod ſi offenderint:ab Sabaudianis ſeſe deludi atque decipi: eos cõmonere cohortariq;:ne ſe ipſos uniuerſamq; remp.ꝓditum eant. Indignũ enim & nefarium eſſe: urbem tam pulchram tam præclaram:tam opulentã obſtinata paucoꝝ peruicacia ad ultimam ꝓniciem exitiumq; redigere. Nunq̃ enim ab infeſtanda urbe agroque uaſtando ſe ceſſatuꝝ : donec iuſta ſperataq; victoria potiatur.Non enim eos ignaros eſſe oportere: ſibi omni iure Mediolanenſiũ imperium ſpectare : nec defuturas ſibi ad eam rem:quam inierat obeundam:neque opes neque auxilia:cum non ſolum ipſe ſuis uiribus ualeat:ſed uenetos quoq; & florentinos & Genuẽſes habeat ꝓpetua ſocietate cõiunctos. Quare etiam atq; etiam animaduerterẽt : ne ſcientes uidenteſque extremam ſibi calamitatẽ & excidium parent.Fuit is nuncius a ſolis duodecim uiris : qui ſummæ reip.præerant:ſine ullis arbitris auditus:Iuſſuſq; nequid eorum:quæ

ſibi rettuliſſet: aliis enunciaret. Verebant enim ſi ea quæ nunciabant: apud populum increbruiſſent: ne ſeditio in ciuitate ac tumultus excitaretur. Cæterum cum enixius urgere Mediolanēſes Franciſcus inſtituiſſet: ſciretq; ab ea urbis parte: quæ Modoetiam proſpectat: quotidie ab iis mitti nuncios ac litteras: & in Vercellenſium uſque fines: eodemq; itinere in urbem frequenter frumentū aliaque cibaria importari decreuit: quantum in eo eſſet: eam illis facultatē adimere. Abeſt autem Modoetia a Mediolano paſſuum millia decem. Iuſſis igitur cæteris in ſuis manere ſtationibus: eius conficiendi negotii præcipuam curam mandat quattuor bis ducibus Franciſco picinino. Aloyſio uermio. Antonio uintimiliano ac dulcio: quibus etiā addidit Chriſtophoro taurellum: & Matheum campanum: relictis tamen in ſtationibus: qui ad tantum conficiendū negotium minus utiles uidebant. Hi Modoetiam profecti: eius oppugnationi accingunt. Ambitus autem eius oppidi eſt ad duo paſſuum millia: Quod & muro & foſſa idonee munit. Habet præterea arcem duplici munitione diſtinctam: eſtque id oppidum ab ea parte: qua Mediolanū proſpicit: eo munitius: quod lambet fluuius medius interfluit. Quibus ex rebus: cum oppidum hæ copiæ circūſedere undique minus poſſent: quod ad tantum ambitum non ſufficerent: conſtituūt duces a duobus tantum lateribus oppugnare. Picinin? eam partem ſibi deligit: quæ ad dexteram eſt: & ad orientem ſpectat ſolem: quo illac neq; ingrediendi nec egrediendi facultas ulla hoſti relinqueret. Alteram uero partem quæ ad ſiniſtram iacet: & occidentem proſpectat: reliqui duces & aſſeruanda: & oppugnādi oppidi munus ſibi aſſumunt: & ad lapidis fere iactum prope oppidi foſſam tabernacula firmant: quibus in locis tria magnæ molis tormenta: quæ aſſidue moles in muros torqueant: munitiſſime firmant. At picininus non prope oppidi foſſam ut cæteri fecerant: caſtra locat. ſed ſtationes ponit in uico: cui ſancte eſt cognomentū: abeſtque a Modoetia mille circiter paſſus. Aloyſius ac ſocii reliqui ad oppugnationē conuerſi: murum æquare ſolo omni ſtudio annituntur. Itaque factum eſt: ut ob crebros ac terribiles tormentorum ictus pmagna muri pars euerſa facilem ac pœne ſine periculo militibus in oppidum præberet irruptionē. Dum oppidani in tanto diſcrimine fortunas ſuas atque ſalutem omnē perdere pſpicerent: ac matresfamilias mulieresq; fere omnes in forum iam cōueniſſent: quæ flæntes & miſerabili cum eiulatu orare obteſtari que non ceſſarent: ne ſe deſtituerēt: quin potius cōmuni omnium incolumitati proſpicerēt: neque ſe paterentur fœdæ hoſtium prædæ immanitatiq; permitti. Ii propere quāto in periculo res ſuæ poſitæ eſſent: ad Mediolanēſes ſignificatū mittunt: affirmantq; ni inſequenti nocte tanto diſcrimini occurratur: ſe cogi omnino deditionem facere. His rebus Mediolani cognitis: uæbemēter ciuium animi & cōmoti ſunt:

& pturbati:uelut qui intelligerẽt:quam graue incõmodum extremũq; diſcrimen ſubituri eſſent:ſi id oppidum patiantur in boſtium manus deuenire.Quare publico omniũ conſenſu decernit̃ ferendum ea nocte auxilium . Carolus igitur Gonzaga & Michael Taurinẽſis qui paulo ante ad Mediolenẽſes tranſfugerat cum expedita ac multa equitum peditumq; manu & non mediocri Mediolanenſiũ multitudine eo celeriter cum his mandatis mittuntur:uti oĩo Modoetiam ea parte ingredi ſtudeant:qua picininus caſtramoetabat̃ . Ita enim fore:ut oppidanos omni obſidione liberos redderent .Id autem eo conſilio a Mediolanẽſibus iuſſum eſt:quod & conſulto picininus longius abeſſet ab oppido: facileq; paſſurus:ut laborantibus ſuccurreret̃. Ita enim curatur̃ ſeſe: clam cum Mediolanenſib?egerat: quippe qui ꝑmoleſte ferebat:id oppidum in Franciſci peruenire poteſtatem.Quãobrem Karolus relicto ad leuã lambro:& itinere celeriter confecto:excubiiſq; interceptis Modoetiam omnibus copiis tuto peruenit : oppidumque ingreſſus per noctis ſilentiũ ignaris boſtibus cum magna ciuium lætitia in foro conſiſtere omnes iubet.deinde præfectis equitum ac peditum conuocatis:quid ſibi ſit conſilii exponit . Non uideri ſibi eruptionem in boſtes faciundam:ſed oppido potius continẽdas copias:cum tutius eſſe duceret:ſine cuiuſquam periculo obſidionẽ ſoluere: quam per dubium pugnæ euentum cum boſtibus confligere.Non enim dubitare ſe boſtes ultro:cum primum de ſuo aduentu ꝑſenſerint:præ formidine inde abituros . Id uero Karolus propterea ſuadebat : quoniam ſibi ab Frantiſco plurimũ metueret:cum non eſſet oblitus ab eo ſe paulo ante tranſfugiſſe:ſuoq; diſceſſu Sphortianis rebus non parum detrimenti attuliſſe:quãobrem ſi fortunæ iniquitate ſui ſuccumberẽt:& ipſe in boſtilem manum incideret:id quod ſæpe uſu uenire ſolet : ut qui ſe uictoriam in manu habere putent:uincant̃ interdum:fiantq; captiui:actum de ſe fore iudicabat . Nondum enim ipſe quicquam de picinini cum Mediolanẽſibus conſpiratione didicerat.Nam ii propterea nihil cõmunicarant cum Karolo:quod noſſent eum & picininũ iam dudũ inter ſeſe mutuis odiis decertare.At præfecti legatiq; Mediolanenſiũ reiecta Karoli ſententia cenſent in boſtes confeſtim erumpendũ.Ita enim & reip.commodo & cuiuſq; tum bonori tum uirtuti conſuleret̃.Quod ſi ſecus fieret:non imprudẽtiæ ſolum & ignauiæ ab omnibus aſcriberet̃: ſed dolo malo atque inſidiis factitatum omnes arbitrarent̃ : præſertim cum ipſi & numero militũ & opportunitate loci & occaſione temporis eſſent quã boſtis ſuperiores:uelut qui & incautus & inermis & ſomno occupatus eſſet . His dictis incenſi cum eſſent militum animi:ab omnibus conclamatur . eueſtigio oportere in boſtes erumpere:quo factum eſt : ut omni mora ſublata a duabus portis citato agmine impetus fieret.bar̃ altera in machinas:altera in Aloyſii & dulcii ſtationes aduerſus caſtra

facilem præſtabat inuaſionē. decreuerant aūt & ignem iacere in tabernacula: & omnia clamorib⁹ miſſilibuſq; terrere. Hoc igitur pacto prima luce: facta eruptione Mediolanēſes magnis animis ac uiribus Sphortianos: qui nihil horum timebant: adoriunt. Quo tempore uintimilianus ad quem tormentor⁹ cura atque cuſtodia delata fuerat: improuiſo atque repentino tumultu excitatus non modo non defecit animo: ſed eo quo fuerat loco conſtitutus: fortiter conſtanterq; perſiſtens tantam hoſtium uim non ſuſtinuit ſolum ac repreſſit: ſed ita in foſſam uſque murumq; reiecit: ut & in oppidum regredi coegerit: pmultoſq; captiuos fecerit: ac ex ſuis nōnullos: qui pro tormentis ſtantes primo congreſſu fuerant compræbenſi: recuperauerit. At uero cum ab inferiore caſtror⁹ parte nullū ſpatium daretur Sphortianis: quo in aciem ſe colligerent: & tabernacula ſubiectis ignibus uno fere tempore totis caſtris conflagrarēt: Quod iccirco facillimū factu fuerat ob uarios uentor⁹ flatus: q paſſim in tabernacula quæ ex arida materie conſtructa erant: repente flamas inferrent: perturbati Sphortiani: ac diutius reſiſtere nequeūtes palantes fundunt: fuganturq;. At uintimilian⁹: qui ab ipſo pugnæ initio de improuiſo hoſtium aduētu: eruptioneq; ſubita picinino per nuncios fecerat certiorem: eumque propere affuturū arbitrabatur: nec cedebat loco: & acriter atque ingenti animo hoſtibus repugnabat: operamq; dabat: ut tormenta inde ſublata longius ſubduceren tur. Cæterum ubi diutius prælii molem ſuſtinuiſſet: & picininus nuſq̄ appareret: uideretq; fuſis atque fugatis reliquis: totum certamen in ſe conuerſum: ſuos uero alios captos: alios certatim capi coactus eſt tandem confertim inuadentibus hoſtibus non mediocri cum periculo ex eorum ſe manibus eripere: & ita ſe Canturiū cum paucis recepit. Qui uero ex ea pugna ſuperfuere: hi caſtris exuſtiſ imped imētiſque amiſſis omnibus tormentis in hoſtium poteſtate relictis in byberna ſe contulere Campanus Caratum: qui proximus uicus erat: confugit: Nam Mediolanenſes Karoli iuſſu neq; inſequi Sphortianos: nec ab oppido longius progredi auſi ſunt. Picininus integris copiis ſuis omnibus Melenianum regreditur. In eo prælio intercepti ſunt equites ad trecentos. Aloyſius uero ac dulcius pridie eius diei cum ad tormenta præſidia tenerent: plumbeis pilulis per id ferme temporis & iiſdem fere locis ſecundum genua grauiter uulnerati huic prælio nō modo præeſſe: ſed ne intereſſe quidem potuerunt. Dulcius paucis poſt diebus uæbementiſſimo uulneris dolore confectus ex neruor⁹ contractione: quē ſpaſmū medici uocant: papiæ diem obiit. Aloyſius autem Papiam delatus: ex eodem uulnere ita graui ac diuturna ægrotatione preſſus eſt: ut ab caſtris plures mēſes abeſſe cogeretur. Karolus poſt fugatos hoſtes Mogunti nis omni ſoluta obſidione: eodem die Mediolanū omnib⁹ copi s prædaque reuertitur. His rebus proſpere geſtis elati Mediolanenſes

confeſtim omnes Caſtellatiũ: quod Franciſcus: ut prædiximus: paucis ante diebus in deditionẽ acceperat: facto ab uniuerſo populo concurſu expugnatum eunt. At Franciſcus de iis omnibus: quæ ad Modoetiam geſta ſunt: Mediolaniq; gerebantur propere certior factus: neque eo ac cepto detrimento: neque tanto Mediolanenſiũ motu animo frangitur quin iis omnibus accerſitis copiis: quas ad Moiragum continebat: Mediolanũ uerſus ire contendit. Quod ubi Mediolanenſib? eſt renun ciatum: eueſtigio relicta Caſtellatii oppugnatione palantes in urbem refugiunt. Per hunc modum repreſſis Mediolanenſiũ animis: quos re centis uictoriæ inſolentia extulerat: qđ ob acceptã apud Modoetiã cala mitatẽ Sphortianos ſtationib? deſtitutis longe ab urbe abituros arbi trarentur. Franciſc? longe maiore ſtudio militibus iubet: ut & ordines ſeruarent: & iiſdem hybernis conſiſterẽt: eoſque omnium primũ equi tes omnes: qui prælio Modoetiaco equis fuerant armiſq; denudati: curat reſarcire atque reficere. Nec minus reliquo exercitui proſpicit: ut cum primum pabuli copia daretur: ex hybernis educi poſſet. Interea picininus qui ſimulandi atque diſſimuládi arcem ſatis probe calleret: biduo poſt prælium Moguntinũ Brocardum perſicum Cremonenſem hominẽ ſane uerſuto ſubdoloq; ingenio: ſui de his: quæ acciderant: purgandi cauſa ad Franciſcũ mittit: eumq; præterea hortat̃: ut rurſus cum pabuli tempus affuerit: Moguntinos obſideat: oppugnationiſq; eius ſummã fidei ſuæ induſtriæq; committat. Nec enim ſe diffidere futuꝝ: ut quodcunq; ea pugna detrimentũ & ignominiã accepiſſet: ma xima ſua cum gloria ulciſcerẽt̃. Nunquam enim ab ea oppugnatione diſceſſuꝝ ſe: niſi re optime confecta. Frãciſcus & ſi picinini dolos atq; inſidias manifeſte callebat: tamen diſſimulandũ putauit: ut eum pro rei magnitudine gratia ac beneficẽtia in officio contineret. Quare non ſolum eius pur gationẽ admiſit: ſed etiam de obſidenda Modoetia po ſtulatis aſſenſus: quæcunq; oppugnationi neceſſaria uidebant̃: parari mandat. & quoniã fuerant amiſſa tormenta: alia tria nequaquã amiſſis deteriora: quæ Cremonæ aſſeruabant̃: quo picinino in tempore præſto eſſent: Meltium deuebi iubet. Dum hæc in Mediolanenſib? geruntur: ueneti nouo refecto coactoque exercitu tranſadduanã oram inuaſere. Hæc enim ut ſupra docuimus: uenetis ex cõuentis debebatur. Eorum autem militum quos ad id belli contraxerãt: præter eos: qoos auxilio ad Franciſcũ miſerant: ad ſex millia numerus fuit: exercitui Sigiſmun dum Malateſtã: qui æſtate ſuperiore: uti demonſtratũ eſt: in æthruria pro florentinis aduerſus Alphonſum regem bellum geſſerat: ueneti re pudiato propter ſenium Michaele attendulo duce: cũ ſumma imperii præfecerant. Vt ea autem regione facilius celeriuſq; ueneti potirent̃: Franciſcus: ut erat in eos animo non beniuolo minus quam grato: Sacramorem uicecomitẽ uirum & genere clarum: & acrem ingenio:

clientelis cognatione & neceſſitudine apud tranſadduanos auctoritate pollentem : eo proficiſci imperat: tranſadduanis perſuaſuꝝ: ut ſe uenetis dedant: eorumq; iuſſis pareant. Qua quidem perſuaſione nullo negotio Triuillianos ueneti carauaginoſq; & reliquos oram tranſaddua nam incolentes: cremēſibus duntaxat exceptis: intra paucos dies in deditionem accepere. Nam Cremēſes cum eſſent oppido tutiſſimo quod ab uno latere palude muniti ſunt : ab reliquis tribus muro foſſaq; latiſſima aquis repleta cinguntur : bebebantq; præterea cum grandem populariū numeꝝ tum firmiſſimū militum præſidium: cum in Medio lanenſium fide perſiſtere decreuiſſent: hos tandem ueneti quam angu ſtius poſſunt: caſtris circūſedent. frequentib? deinde turribus ligneis: & omni tormentoꝝ machinaꝝq; genere enixius ptinaciuſq; aggreſſi : oppidum oppugnant. oppidani ſuſpectis factionis Gelphæ ciuibus eiectis ex oppido : cum ea militum manu cui Gaſpar Vicomercatus pro Mediolanenſib? præerat: qui iam pridem ſub Frāciſco meruerat: factis in hoſtes crebris eruptionibus: demum bombardaꝝ ſpiramenta ferreis clauis obſtruunt: turres incend ūt: munitioneſq; cæteras euertunt : quibus rebus fiebat: ut longe grauiora ea eſſent detrimēta: quæ obſidentibus uenetis: quam quæ obſeſſis Cremēſibus inferebanť. Nam quoq; fere die tam e muris & munimētis quā per frequētiſſimas eruptiones hoſtes q̄plurimi aut interficiebanť: aut uulnerabanť . Itaque factum eſt ut uaſtatis omnino uenetoꝝ munitionib? : quas grandi impenſa & maximo labore conſtruxerāt dies ꝑmultos oppugnatiōes intermittere cogerenť. & modo alias atque alias munitiones inſtaurare: modo longius ab oppido caſtra ponere ſtationeſq; locare. Inter hæc quottidiana detrimenta Andreas dandulus: qui apud Sigiſmundū legationem pro uenetis gerebat: ad Franciſcū rogatum mittit: ut pro ſuæ reip. cōmodo iis ſibi rebus adeſſe uelit. Ad tranſadduanū bellum conficiendū cremēſeſque ſubiugandos: quibus eum plurimū abundare noſſet: opus eſſe certo equitum ac peditum numero & fabris ad conſtruēdas machinas Eiuſmodi rebus uenetum exercitum propter calamitatē apud Caraua gium acceptam : maxime carere . Franciſcus continuo & fabros quos petierat pro rei neceſſitate idoneos ad eum trāſmiſit & equites ſexcentos Manfredo ac Gibertho corrigianis ducibus : quos paulo ante in parmēſibus cōduxerat: huiuſmodi ſuppetiis exercitus uenetus: qui pœne erat exinanitus: inſtaurat? eſt. Sub idem tempus Lodouicus Sabbaudianoꝝ dux firmata : ut ſupra oſtendimus cum Mediolanēſibus ſocietate : improuiſum repentinūq; Franciſco bellum ab duabus partibus intulit. Delectu enim ex uniuerſo regno habito in Lumelinæ regione & in Nouarienſiū finibus cuncta turbauit. Iohannes compeſius : qui auctoritate & gratia apud Lodouicū ipſum & Sabbaudianos plurimū ualebat: huic bello præpoſitus magna euocatoꝝ equitū manu ex urbe

Vercellenſi Nouariam noctu proficiſcit̃. Diſtant hæ inter ſeſe urbes ad decem paſſuum millia. Eo ubi puentum eſt: continuo milites remotis equis ea parte muros maioris arcis quam urbiculā uulgo appellant ſcalis appoſitis aſcendere adoriunt̃. Hunc enim locum pluribus ante diebus q̃diligentiſſime explorarant: tantoq; ſilentio id per nocturnas tenebras factitarūt: ut ex improuiſo excubitorib? interemptis: prius mediam fere arcem occuparent quam eius arcis cuſtodes ſomno excitarentur. At cum primum Guido Aſſiſinus & Lucas dalmata peditum præfecti quibus eius arcis cuſtodiēdæ cura data erat: muros magnāq; urbiculæ partem ab boſtibus teneri ſenſerunt illico ſumptis armis clamoreq; ſublato cum paucis admodum boſtem inuadunt. Nam plures mortis metu pterriti alii diffugerant: alii delituerant. Horum primo aggreſſu boſtis: qui ſe iam urbicula potitum arbitrabat̃: paulo reprimitur: repellituq;. Quod præfecti: ubi ſunt conſpicati: audentius redintegratis uiribus boſtem acrius premunt: atque iuſequunt̃: bocque audacius faciunt: quod qui diffugerant: atque delituerant: poſito metu prodierunt in pugnā. Hoſtes uero noctis opacitate impediti clamoribuſq; perterriti: & obliti qua mur̃ aſcenderāt: dum per arcem paſſim errant: fundunt̃ ſternunturq;: ita breui momēto milites mille & amplius qui ſuſtulerant ſe in arcem: quos ipſe Compeſius ex omni ſuor̃ numero delegerat & animi & corporis robore præſtantes pedites noſtri uix du centi ſolis pœne clamoribus pterritos uerterūt in fugam: aliis captis aliis interēptis: aliis uulneratis. Hoſtes ſpes urbis potiundæ deſtituti: poſteaquā agrum ſunt depopulati: uillis uiciſq; quotquot in itinere offenderūt: igni ferroq; uaſtatis: uiriſque ac mulieribus per omnem crudelitatē trucidatis: cum nulli neque ætati: neque ſexui peperciſſent: eo tandem: unde diſceſſerant: rediere. Quæ barbaror̃ & immanium hominū ſæuicia: tantum Nouarienſib? reliquis terrorem intulit: ut nō nulla per eam regionem municipia atque caſtella uel urgente nemine Sabaudianis ſe dediderint. Franciſcus uæbementer cōmotus: q̃d Lodouicus qui cum in banc diem pacate amiceq; uixerat: nulla laceſſitus iniuria & ne bello quidem indicto: repente adeo aduerſus ſe arma mouiſſet: & tantum incōmodi detrimētiue intuliſſet cum etiam populi taurinēſibus finitimi: ob eos Sabbaudianor̃ motus per frequētiſſimos nuncios ac litteras poſtulatum auxilium miſiſſent: ut eorum ſaluti celeriter proſpiceret: Chriſtophor̃ taurellum cum ſexcentis & Angelum labellum cum trecentis equitibus tranſmittit in Lumelinā. Corrado uero fratrem & Salernitanū cum equitibus mille atque quingentis Nouariam confeſtim iubet proficiſci: iis mandat: ut donec maioribus augerent̃ copiis: quas propediem eſſet ſubmiſſur? : ne ullam boſtibus pugnandi poteſtatem facerent. Sub municipia atque caſtella Taurinēſibus propinqua tuerentur: ne ab incurſionibus boſtium aduerſi aliquid

paterent̃.ad Amideum præterea: qui ſe: ut prædiximus: adhuc felicem Romanũq; pontificem ſcribebat: & a ſuis appellabat̃: legatum mittit Iobánem albonenſium ciuem papienſem: qui diceret: ſe plurimũ admirari: & ꝑmoleſte ferre: quod eius filius Lodouicus: quo tempore amiciſſime cum eo uiueret & mutuis utriuſq; populi cõmertiis uterentur: nulla intercedente iniuriaꝝ cauſa nullo belli neque iure neque more ſeruato boſtiliter in ſe arma mouerit: & Nouarienſiũ papienſiũq; fines incurſationib? populationibuſq; uexauerit. Quod urbem Nouariã per dolos atque inſidias capere tentauerit. Exploratiſſimũ autem habere: ea omnia non filii Lodouici ſed eius conſilio & opera conſtituta eſſe & ꝑpetrata. Quod aduerſus Mediolanẽſes bellum Franciſc? intuliſſet: nihil ad eum pertinere: ſuo Franciſcũ iure uti. Quod ſi Mediolanenſibus nouo occultoq; iunctus fœdere auxilio eſſe uoluerat: bonoris ſui fuiſſe: ut res ſuas nõ ita temneret: aut ſaltem quod magnos principes decet: antea bellum indiceret. Se tamen eum hortari: rogareque: ut a ſuſcepto abſtineat bello: & copias a maleficio & iniuriis reuocet: omnia municipia atq; caſtella quæ iniuſte accepiſſet: reſtitueret: damna quæ intuliſſet: reficeret. Ita ſe cum illo & firmam habituꝝ amiciciam & perpetuo ſeruatuꝝ. Sin bellum quam pacem maluerit: intelligat: ſe uenetorum florentinoꝝq; amicoꝝ auxilio facile omnem propulſatuꝝ iniuriam. Bellumq; iniuſte illatum pro diuino iudicio conſtanter fortiterque ulturum. Ad hæc Amideus: ut erat uerſuto callidiſſimoq; ingenio: ita reſpondit. Se iis rebus animũ mentemq; adieciſſe: quas chriſtianæ religioni ac romanæ eccleſiæ dignitati profuturas arbitrabat̃: omnem patrimonii ſui dicioniſq; adminiſtrationẽ Lodouici filii curæ poteſtatique ceſſiſſe. Eum cum pro Sabbaudianæ domus dignitate ab firmata nuper cum Mediolanenſib? ſocietate diſcedere nullo pacto liceat: rem omnẽ bello perſecutuꝝ: nec ullam eſſe cauſam: quare ea ſint reſtituenda: quæ filius diebus ſuperioribus armis cepiſſet. Ita enim ſe a maioribus ſuis didiciſſe: ut quod ſemel Sabbaudiani principes adepti ſint: non modo non reſtituerẽt ſed alia potius atque alia ab iis accipere conſueſſent: qui pacem ſecum futuram cuperent. Quo reſponſo Frãciſcus uæbemẽtius irritatus maioribus copiis aduerſus Sabbaudianos bellũ gerere ſtatuit. Cogitanti autem quem ex ſuis potiſſimũ ductoribus ei bello præficeret: ultro ſeſe Iacobus picininus: qui nõdum ex hybernis diſceſſerat: per Dominicũ piſaurenſem iuriſperitũ offert: inquiens ſe iam diu uæbemẽter cupere: ut aliquo egregio facinore exploratiſſimũ ei reddat animum ſuum. Quare cum ea ſit oblata occaſio: petere ac rogare: ut ſibi Sabbaudiani belli ſummã cõmitteret: admonuitq; ſi uellet bene ſuis rebus conſultum eſſe: ne cum Franciſco picinino fratre ullo pacto ſe coniungat. Quæ cum Franciſco non ſolum grata eſſet oratio: ſed probaretur etiam plurimũ: per Antonium Guidobonũ qui apud

Franciſcũ picininũ ſuo iuſſu agebat: petit ab eo: ut æquo animo ferat: id bellũ petenti tantope fratri demãdari. picinin? qui iam clam: ut ſuperius demonſtrauim?: de fuga cum Mediolanẽſibus cõuenerat Franciſci poſtulatis nullo modo aſſentiendũ putat: Brocardumq; ad eum ob eam cauſam mittit. Is enim omnia picinini conſilia ac negotia & tenebat: & adminiſtrabat. At Frãciſcus: tametſi picininũ perfidiæ ſuſpectũ haberet: tamen cum animaduerteret eum a ſuæ mentis inſtituto abduci non poſſe: ſtatuit in eam rem nihil amplius agere: quod illius animũ offenderet: quin potius gratificari omnia: quæ illi libuiſſent: quo nulla interceſſiſſe cauſa uideretur: qua quicquã aduerſus ſe picininus poſſet expoſtulare. Cæterum quod pro tempore tutius conſilium uiſum eſt: Iacobum padum in Mediolanẽſes tranſire: & Franciſcũ fratrem ſequi iuſſit. Præterea quo utrunq; magis ſibi conciliaret: Druſiam filiam: uti promiſerat: Iacobo deſpondit: Quæ cum nondum eſſet matura uiro: thorum in aliud tempus reſeruauit: præſertim cũ omnia ſibi duriora uiderent: neque nuptiali digna iucunditate priuſquam Mediolanenſiũ potiretur imperio.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XVIII.

Nter hæc Bartholomæus collio Sabbaudiano bello ab Franciſco præficitur. Is ſuis copiis in Nouariẽſem agrum profectus: reliquos equitum præfectos: qui Nouariæ conſederãt: ſibi addidit: quibus copiis aucto exercitu: uix dum ad Siccidæ fluminis ripas peruenerat: cum municipia caſtellaq; omnia: quæ paulo ante pauore territa ſeſe boſti dediderant: ſine ulla pugna recepit: Caſalibel trando dũtaxat excepto. Q đ ubi ptinacius in Sabbaudianoꝝ fide perſiſtere uidet: expugnare adortus eſt. At Caſalenſes initio pugnæ territi: & ad ſanitatem reuerſi: deduntur ipſis cum uxoribus liberiſq; incolumibus: bonis aũt prædæ militibus conceſſis. præterea Albertus pius Carpenſis: quem Leonellus æſtenſis marchio per eoſdem ferme dies cum equitibus octingentis trecentiſq; peditibus pro uetere boſpitio ac neceſſitudine ad Franciſcũ auxilio miſerat: eodem ſubmittitur. cis flumẽ Siccidam autem poſitis caſtris Corradus ac cæteri duces collione excepto Vercellenſiũ agros ad ipſas uſq; urbis portas quottidianis exagitabant ac populabant incurſionibus. Collio Iacobi Antonii Marcelli iuſſu a fluminis tranſitu & ab inuadendis Lodouici finibus abſtinebat: cum diceret Marcellus eam eſſe ueneti ſenatus mentẽ: ut quod Frãciſco ſtricto fœdere promiſiſſent: ad Mediolanenſiũ uſq; deditionẽ

ſeruaretur. Neque enim ullo iure obſtringebaꝫ: ut extra eius imperii fines quod uiuus philippus poſſidebat: cuiquam bellum inferret quare neque Vercellēſibus neque Taurinēſibus ullam per ſuos iniuriam in ferri ꝑmittebat: uel ea maxime ratione: qđ uenetis ſemper cum Sabaudianis principibus ꝑmagna fuiſſet neceſſitudo & quādoq; etiam ſocietas. Quare non per auxiliares uenetoꝝ copias: ſed per reliquos milites in hoſtium fines aſſidue fiebant incurſationes. Qua difficultate preſſi hoſtes relictis Nouarienſiū finibus Vercellas ſeſe & in ꝓxima ei urbi municipia recepere: cum interdum tamen in Nouariēſem agꝝ populaturi diſcurrerent: mox unde digreſſi fuerant: re infecta magna celeritate reuerterenꝫ. & quoniam ſciebant uenetis militibus non licere amnē Siccidam tranſire: præliandi quandoq; Spbortianis militibus poteſtatem faciebant: ut tamen ne horæ quidem ſpatium ullo in loco dimicaturi conſiſterent: ueriti Italicam tum conſtantiā: tum calliditatem: quare nolebant aut ſuperari uirtute aut inſidiis circūueniri. Erat autē eorum omnium numerus ad ſex equitum millia: in quibus merebant ſagittarii: ex eo genere belgaꝝ quos hac tempeſtate Picardos appellant ad facinus omne promptiſſimi atque uitæ prodigi. Noſtri cum trans amnem neque æquo neq; iniquo loco cum hoſtibus pugnare poſſent: quoniam ii in proxima caſtra ſemper citato curſu ſeſe reciperent: cogitauerūt eos citra flumen allicere: Idque fieri poſſe exiſtimabāt: ſi diſſimulato pugnandi ſtudio negligentius ſeſe intra dies aliquos ſtationibus continerent. Ita. n. fieri poſſe: ut decepti hoſtes & citra & ultra flumen petulantius ſe inferrent. Quibus conſiliis ita conſtitutis: hoſtes: ut ſunt homines leues: cœperunt alacrius frequētiuſq; non modo tranſire amnem Nouariēſem agrum populaturi ſed noſtros perinde atque ſecordes pugna laceſſere: neque parua quadam manu: ut ante ſed cunctis uiribus ſe in oculos inferre. Hæc ubi ſingulis fere diebus geruntꝫ ab hoſtibus: euenit tandem: ut dum Compeſius amne ſuperato aduerſus noſtros ire cōtenderet: Collio atque Corradus de illius aduentu ab exploratoribus facti certiores tempeſtiue copiis eductis ei celeriter occurrunt: ac priores hoſtiū a fronte adoriunt: primoq; impetu fundūt: & in fugam uertunt: illoſque alacrius inſectantes equites ad quadringentos cepere Compeſio etiam intercepto: Reliqui ſalutem ſibi curſu propter urbis propinquitatē peperere. Quibus de rebus proſpere geſtis ubi Franciſcus ex Corradi litteris intellexit: q̄primum ad ſe compeſiū adduci iubet: Quo cum non ſine magna animi indignatione: de Lodouico duce queſtus eſt qui præter omne humanum ius atque officium ſibi tam inſignem intuliſſet iniuriam. Deinde poſt triduum ad Collionem: a quo eſſet interceptus: remiſit cum non uulgari cōmendatione: ut in eius redemptionis cauſa: quoniam eſſet nobili loco ſe humaniter manſueteq; gereret: clanculūq; per nuncium addidit: non uideri ſibi

hominē quantum ex eius ſermone atque præſentia animaduerterat ea prudentia qua dicebatur. Itaque ſe minime dubitare: ſi cæteri gallo⁹ duces ſimiles forent. Poſt id præliū hoſtes amiſſo duce ab amnis tranſitu deſiſtere conſtituerūt. At noſtri cognita hominū uanitate longe maiore animo ac ſtudio Vercellenſem agrum uexare ex integro cœperunt. Quibus cum permulti etiam Collionis milites ſiue iniuſſu ſeu eius uoluntate accenſi prædandi ſtudio mixtim incurſabāt. Dum hæc in Nouarienſib⁹ geruntur: tempus educendo⁹ ex hybernis militū iam aduentarat: & pabuli copia erat in campis. Frāciſcus tum Guidoboni: tum aliorum plurium frequentib⁹ litteris ac nōnullis etiam nunciis: qui clam ueniebāt e Mediolano: de Franciſci picinini perfidia & cum Mediolanenſib⁹ conſpiratione cognoſcit. fitque de eius: quam parabat: fuga quottidie certior. Erant inſup non pauci ex ipſius equitū ductoribus quos eiuſmodi doli ac fraudes non latebant: qui ſe hominē interfecturos pollicebant: Franciſcus grauiter cōmotus non ſatis compertū habebat: quid conſilii capere oporteret. Nam ſi eum tranſfugere ſineret: intelligebat: præſentibus rebus non parum detrimenti allaturum. Sin eum interfici iuberet: aut quod factu erat facillimū captiuum faceret: uerebatur infamiæ notam: ne id feciſſe diceretur: quod ex factione braciana & Nicolai picinini filius eſſet. & eo magis animo angebatur: quod neque eius perfidiam per aliquas illius litteras poſſet oſtendere aut ullis teſtibus cōfirmare: quos in ſua haberet poteſtate. Hæc igitur cum diu ac multum ſecum animo agitaſſet: tandem potius conſilium uiſum eſt rem diſſimulare: & quenuis euentū potius expectare: quam ulla ratione in picininū animaduertere. Itaq; Modoetiacæ obſidionis deditus curæ: quam: ut prædixim⁹ ipſius picinini hortatu: cum primum per tempus liceret aggredi conſtituerat: ut ei oppido propinquior eſſet: e Moirago ad Figinū uicum cum exercitu mouit. Deinde paucis poſt diebus Guilielmo cui octo cohortes erant & alias ipſe duodecim addiderat: quas ſimul cum picininis ad res conficiendas delegerat: diem dicit: quo die ad Modoetiam omnes cōueniant. Hi ut erat imperatum ſtatutum in locum cum ueniſſent: Franciſc⁹ ut in locandis caſtris diſtribuendiſq; in ſingulas cohortes ſtationibus præeſſet: ipſe quoq; eo contendit: quippe qui nullis parcens laboribus: ſua quæque negotia & cognoſcere ſemper: & diſponere ſingillatim uolebat. Nec enim quæ adminiſtrare per ſeſe cōficereq; poſſet: alio⁹ curæ cōmittere unquam conſuerat. Guilielmo ea oppidi pars obuenit: quæ citra lambrum ad occaſum proſpectat. Picinino eadem illa: qua ſuperiore obſidione conſederat. Itaq; uniuerſæ copiæ in bina ſunt caſtra diſtributæ: quæ oppido ac lambro flumine: ut ſupra cōmemorauim⁹: inter ſe diuidebantur. Horum alteris Guilielmū Franciſcus: alteris picininos præeſſe inſtituerat. Hic dum ſtationes in eas cohortes ſingillatim partit:

picininos aut ſaltem eorum alterum expectabat: qui non amplius mille paſſus ab oppido longius inſtructa acie conſtiterant: Nec aliquid de firmandis ad oppidum caſtris ad Franciſcū petitum miſerant. Horum ubi non modo aduentum: ſed ne etiam nuncium cunctando diutius Franciſcus uidet: admiratus cū paucis ad picininos ire contendit. Quo iter liberius faciente Albertbus ſcottus placentinus magna prudentia uir Marcellum legatum adit: docetq; nequaquā probari ſibi Franciſci ad picininos acceſſum. neque ſani eſſe conſilii ut eorum ſe fidei atque poteſtati committat. Quod ſi fecerit: ſe de eius uita plurimū dubitare. Legatus quæ acceperat ab Scotto repente in ipſo fluminis tranſitu Franciſco ad aurem refert: rogatq;: ut ab ea ſe profectione contineat: qui cum id conſilii probaſſet: a picininis iter auertit. At poſteaq̄ uidet Franciſcū minime ad ſe iturum: Picininus natu grandior protinus ad eum pergit: cæterum eo uultu: qui non obſcure mentem exulceratam declararet. Erat enim facies tota rubore perfuſa: & quod antea nunq̄ conſueuit: ſumma cum ueneratione Franciſcum medium complexus deoſculatur: petitq; ut proximā noctem duntaxat liceat ſuis militibus ubi tunc eſſent commorari: cum diceret: ꝑculdubio futurꝫ: ut propius uniuerſas copias oppido admoueret. Ea re haud difficulter impetrata Picininus ad ſuos: & Frāciſcus in ſtationes apud Figinum reuertitur. Et Bartholomæo Gadio imperat: ut quæ ad oppidi oppugnationē para uerat: eo conferri curet. Vtebatur. n. Franciſcus hominis huius opera plurimū: quod & fidelem ſibi & ad capeſſenda imperia ingenio alacrē & ad res conficiendas diligentiſſimū cognouiſſet. Præterea ut Modoe tiam propius accederet: in uicum Bollatum: qui ab eo oppido abeſt circiter quinq; paſſuum millia cum reliquo exercitu ad ſeptimū Kalēdas Maias concedere: ibiq; ad rem uſque confectam habere caſtra inſtituit Quo in loco ordinibus ſingulis: quos eo ad diem conſtitutū ex hyberniis conuenire iuſſerat: ſtationes diſtribuerat. Is dies ubi affuit: erat. n. biduo poſt dominicā reſurrectionē: Picinini cum omnibus copiis Guilielmo cæteriſq; militibus inſcientibus ſub lucem portis patefactis: Modoetiam ingrediunt̄. Nam ii: ut omnem fidei pudorem neglexerāt & iuſiurādum deumq; contempſerāt: ut fraudem nouo ſcelere cumularent: in reliquos etiam quos ea fuga territos arbitrabant̄: confeſtim erumpere conſtituūt. Idque in primis natu minor Iacobus inſtare non ceſſabat: quaſi non ſatis id eſſet facinoris: quod ꝑpetraſſent: niſi cumulatiore quodam ſcelere illuſtrarent: & quanuis feratur fratrem natu maiorem idcirco effrænatæ fratris cupiditati aſſentire poſtea noluiſſe atque omnes eruptiones prohibuiſſe: quod malefacti conſciētia remorderetur: tamen: ut plurimi ſentiunt: & hi maxime qui uniuerſo conſilio non modo interfuerāt: ſed etiam præfuerant: non ductus ille ſceleris pœnitentia eam eruptionem compeſcuit: Sed quod Guilielmum

inſtructa acie eſſe conſpiceret: quodq; reliquos non ita: ut frater exiſti
mabat: imparatos eſſent offenſuri: futuꝝ enim uerebaꝫ: ſi boſtes aggre
deretur: ne tantiſper eorum impetum ſuſtinerent: quoad a Franciſco
ſuppetiæ mitterentꝫ: qui eo die caſtra moturus eſſet: & Modoetiã pro
pius acceſſurus: ne plus incõmodi ſui acciperent quam Sphortianis in
ferrent. Guilielmꝰ ac picininoꝝ fuga cognita ſuos omnes quam arma
ri & in acie conſiſtere ſarcinas colligere: & eas ad maiora Franciſci ca
ſtra præmittere iubet. & ne ſua inde diſceſſio fugæ ſimilis uideretur:
paulatim inſtructo agmine ab oppido amouet. & Franciſcũ uerſus ire
pergit. Ad quem breui cum uniuerſis copiis incolumẽ ſe recepit. At
Picinini eodem die cum equitibꝰ ad tria millia & peditibus mille diſtri
butis cunctis in ordines duos ac uiginti Mediolanũ conceſſerunt: ubi
magno ab omnibus applauſu & gratulatione excepti ſunt. Hoꝝ aduen
tu Mediolanẽſes rati fore: ut perbreui curriculo ab eoꝝ finibus boſtes
extruderentꝫ: multa contra Franciſcũ acturos ſeſe iactare minarique
cœperunt: inter quos tumultus & animoꝝ ardorem Caſtellatiũ mona
ſterium propinquũ urbi: ut oſtendimꝰ: quod præſidio peditum circiter
centum ſeruabatur: poſtero die a Mediolanenſibꝰ populariter expugna
tur. Eo recepto murus quo ueluti ppugnaculo circũdabaꝫ: ſolo æquaꝫ.
At Franciſcus cum oĩa ad oppugnationẽ in Bollato uico parata eſſent:
iamque dies aduenĩſſet: qui erat dictus profectioni: quæ ad Modoetiã
geſta ſunt: crebris rumoribus accipit: ſed illis quidem uariis: cum alii
Guilielmũ cum cæteris cohortibus: quæ cum eo erant: fuſum fugatũ
que eſſe nunciarẽt. Alii incolumes eſſe omnes: erant nõnulli: qui Fran
ciſcum picininũ duntaxat Modoetiam intraſſe dicerẽt. Nam Iacobum
fratrem eum ſequi noluiſſe: & ita extra oppidum in armis eſſe. Quod
autem de Iacobo ferebaꝫ ea ratione non incredibile Franciſco uiſum:
quod paucis ante diebus non recte ille de fratris animo ſentire uideba
tur: idque non diſſimulãter enarrauerat. Quibus rumoribus nunciiſq;
perlatis: fit continuo concurſus undique non mediocris ad Franciſci
prætoriũ. Quid tandem aut de profectione aut de cunctatione decerne
retur. Ille tametſi grauiter cõmouebatur: tamen cum ea ipſa hora cele
brationi diuinæ boſtiæ intereſſet: non modo pedem ſed ne faciem qui
dem aut uultum mutare uiſus: ſacramẽti celebrationiſq; exitum expe
ctauit: cum interea certiores nuncii ſupueniſſent: omniũ primum Blan
cam mariã uxorẽ papiam: unde proximis diebus uenerat: redire iubet:
deinde re in conſultationẽ acta: legato uenetiſq; ductoribꝰ & aliis com
pluribus uidebatur unum in locum uniuerſum contra habendũ exerci
tum: ne pluribus in locis per ſtationes diuiſis copiis aliqua exercitus
pars ab Mediolanẽſibus ea bracianoꝝ elatis acceſſione detrimẽti aliqd
acciperet. Sed Franciſcus longe aliter ſentiebat. Nam ne uideretur id
a ſe non conſilio ſed metu potius boſtiũ factum: & ita Mediolanẽſibus

animi augerentur: & auctoritati ſuæ non parum detraberetur: milites omnes iubet in ſuas redire ſtationes. At quoniam ea piciniꝝ fuga ꝓmultos adeo terruerat: ut præſentibus rebus diffidere uiderent̃: ut bono animo ſint: omnes accõmodata oratione cohortatur. Breui enim prouiſuꝝ ſeſe: ut & picininos ſuæ pœniteret perfidiæ: & Mediolanẽſes intelligerent pro eorum acceſſionẽ longe ſe eſſe peiore condicione quã antea fuiſſent. Cæterum ne interea offendant̃ incauti ſed aſſidue ſint parati omnes admonet: Additque retardari paulum poſſe de Mediolanenſibus uictoriam ſed minime auferri. Et longe tutius rebus ſuis ac ſatius eſſe: picininos manifeſtos habere hoſtes: quam familiares inimicos: quod poſtea quam ii ueniſſent in partes ſuas: ſecumq; mererent: ſecreta cum hoſtibus perſæpe habuiſſent colloquia: & quæ cum ipſis cõmunicarat: ea illos nota hoſtib? feciſſe omnia. Inter hæc laborãtibus diuturna obſidione Cremenſibus & in deſperationẽ propemodũ addu ctis: Mediolanẽſes idoneum tempus nacti ſubſidii illis ferendi: dant picininus Caroloq; negotium uti q̃maturrime Cremenſiũ periculo occurrant. Hi triduo poſt eam a Franciſco fugam coacto equitum peditumq; exercitu quantũ ex ſuis Mediolanẽſiq; populo maiorem cogere potuerunt: Cremam per laudenſes quãcelerrime proficiſci contendũt. Melenianũ inter eũdum omni militum præſidio deſtitutum arcemq; paucis defenſoribus munitã facile occupant. Id enim oppidum Franciſcus piciniꝝ fidei ante cõmiſerat. Neque poſt eorum fugam ob continuam hymbrium magnitudinẽ: quibus itinera circũquaq; per id triduum intercluderent̃: ei rei potuerat prouidere. Dum hæc geruntur Sigiſmũdus uenetoꝝq; legati: qui Cremam: ut demonſtrauim?: manu ualida oppugnabãt de piciniꝝ defectione deque Mediolanẽſis exercitus motu a Franciſco certiores facti: continuo ſoluunt obſidionẽ: ſeq; ad Fontanellã recipiunt. municipiũ eſt in Cremonenſiũ finibus non longe ab Olio ſitum flumine. Ea liberatis obſidione Cremenſibus: Mediolanẽſium duces cum accepiſſent Franciſcũ mouiſſe: & ad Melenianum recta contendere: diurnis nocturdiſq; non relictis ſed obliquis ſecundũ Adduæ ripam itineribus Mediolanũ dum repetunt: Meltium propinquũ adduæ oppidum omni uacuum præſidio inter proficiſcendum recipiunt cum bis etiam bombardis ac reliquo apparatu: qui ad expugnationẽ Modoetiæ in eo oppido ſeruabat̃. Franciſcus bis rebus cognitis: non amplius cunctandũ ratus: quo Melenianũ quamprimum recuperet: exercitum omnẽ contraxit. Eſt enim id oppidum & ad bellũ producẽdum & ad Mediolanenſib? nocendum aptiſſimũ. Eo ubi puentum eſt: primo impetu oppidum capitur eaque uſus miſericordia: qua ſemper cõſueuit. Oppidanos a militum ſæuicia ſeruauit. Nam mulieres una cum liberis in arcem confugerãt: quam ipſam: quoniã ualido Mediolanẽſi præſidio tenebatur: iis tormentis aggreſſus: quæ e papia

nuper deuebi iuſſerat: non prius ab opera deſtitit quã turres duæ ſolo æquatæ, ac muri: qui turres intercederẽt: diruti proſtratiq; ſunt. & quanquam altitudo latitudoq; foſſæ Lambri oppletæ aqua arcem ab uitroſtrorum tutam admodum reddebat: tamen poſt diem ſextum: ex quo ea primo oppugnari cœpta eſt: in hãc deditionis condicionẽ cum arcis præfectis deuentum eſt. Niſi ad triduum id auxilii Mediolanẽſes tulerint: quo uel pellerent obſidentes uel abire cogerentur: præfectis ipſis ſociiſq; omnibus cum rebus ſuis incolumitate ſeruata Arx Franciſco dedat. His rebus cõſtitutis: datiſq; obſidibus: Mediolanẽſes de omni re per nuncium præfectos certiores facti: decernunt ſummo omnium ſtudio atque conſenſu de ſubſidio mittendo ad arcem conſeruãdam. Itaq; Kalendis Maiis quo die hora uigeſima arx tradi Franciſco debebat: Franciſci picinini Karoliq; ductu equeſtres oẽs pedeſtreſq; copiæ urbe mane egrediunt inſtructa acie in quendam uſque locum pugnaturæ progrediẽtes: qui locus a Meleniano ſex paſſuũ millibus aberat. Quo ubi uentum eſt: conſiſtere iuſſis omnibus: Lucbinus palmerius cum equitibus ppaucis leuis armaturæ: quid agant boſtes exploraturus mittitur. Neque duces: niſi re de boſtium motu cognita longius agmina progredi permiſere. Quod & Franciſcũ tantæ multitudinis impetum expectatus non putarent: & ob eam rem ſine Mediolanenſiũ periculo cæteros q; labore arcem liberatum iri iudicarent. Erat Mediolanenſium: qui in aciem prodierant: numerus ad triginta millia: in quib? erant ex iuuẽtute Mediolanẽſi: qui libertatis ſtudio ultro ierant: millia uiginti. Deinde ex peregrinis copiis bello exercitatis equitum ſex millia. & quoniã picininus cum Franciſco manum conſerere plurimum formidabat quo minus multitudinẽ bellicæ artis ignaram cum prudẽtiſſimo atq; fortiſſimo imperatore ac robuſtis exercitatiſq; militibus conferret arte aſtutiaq; opus eſſe ratus: Leonem quendam lucbini cõmilitonem proximo ueſperi ad Franciſcũ ire iuſſerat: qui: ut ei notus ac familiaris clam ſecretoq; enunciaret: poſtridie eius diei prima luce ſe pro arcis ſalute cum potentiſſima & peregrinos militum & Mediolanenſium manu aduerſus eum iter factus: & cum eo oĩo congreſſus moneretq; Mediolanenſiũ copias conſtare ex ſexaginta hominũ millibus: præter equites ac pedites peregrinos. Præterea Guilielmum cum maiore Mediolanẽſiũ magiſtratu iam ſecreto de fœdere egiſſe: boſtemque ei in ea pugna aperto marte futus: & cum pugnare acies cœperint in Spbortianos arma conuerſus: id ſibi ſole clarius compertum eſſe. Verum: quia pro ſua in eum beniuolẽtia moleſte admodum ferret: ſi quid ei calamitatis acciderit: monere eum: ut ſuæ ſalutis haberet rationem. At Franciſcus: qui quorſum hæc picinin? nunciaret: pro hominis ingenio ſatis ſuperq; calleret: pauca nuncio reſpondit: ſe pro eo quod in ſe oſtendiſſet ſtudio: habere picinino gratias. Quod aũt cum tanta

copiaꝝ multitudine ſua eſſet caſtra inuaſurus : id ſibi q̃ gratiſſimum eſſe: quoniam quo plures forent: eo maiorem victoriam conſecuturus eſſet: maiorq; militibus ſuis diripiendi copia offerretur. De Guilielmo ſatis ſe prouiſuꝝ reſpondit . Cæterum quo minus laboret cum tanta copiaꝝ multitudine ſe non modo non expectatuꝝ: ſed ultro potius itu rum obuiam . Verum quoniam per ſpeculatores ea omnia didiciſſet: quæ hoc biduo Mediolani geſta ſunt: omnẽ undiq; militem coegerat: Papienſibuſq; delectum imperarat. Poſtero uero die: ubi de Mediolanẽ ſium motu intellexit : ea re lætior prima luce omnes in armis eſſe in acieque conſiſtere: & qua hoſtes uenturos arbitrabat̃: præruptum iter ad tria millia paſſuum & amplius ſterni inſtaurariq; iubet: interim ru mor uagatur: & aſſidue magis magiſq; increbreſcit : ita eſſe Mediola nenſem aciem inſtructam: ut ſinguli ſingula gererent ſclopeta: genus ſane tormentoꝝ terribile admodum atque exitiale : foreque Mediola nenſes ipſos: qui primi pugnam inirent: ad millia ſexaginta : quæ qui dem uox adeo creuit : ut omniũ fere militum animos ingenti terrore proſtrauerit . Quod ubi animaduertit Franciſcus ueritusne eiuſmodi opinio mali quicquam afferret : ducentos ex omni equitum numero delegit: qui tũ magno rei militaris uſu tum æque animi uirtute atque uiribus corporis in primis excellerent. His duas in turmas diſtributis Guilielmũ præeſſe uoluit: quẽ: ut reliqui ordines ſubſequerent̃: iuſſit. utque is in aduenientes hoſtes impetũ faciat: & nullo dato repugnãdi ſpatio eos urgeat : inſecteturq; mandat . Erat: ubi hoſtium aduentum expectare ſtatuerat : cãpeſtris quædã planicies pro ſitu loci ſatis ampla equitatuiq; noſtro æqua ſane atque percommoda & noſtroꝝ quidem equitum numerus ad millia circiter decem. peditũ uero ad tria millia. Nam euocati propter anguſtiã temporis fuere circiter Noningẽti. hũc in locum uniuerſam prælii ſummã trahere conſtituit. edocetq;: nequid pilulariis conſiſtendi ſpatii dent ad ſclopeta in eo prælio inſtruenda . Præterea capere neminem: ſed omnes potius qui frontem oſtenderint tam diu ferro excipere: donec uertant̃ in fugam. Hunc deniq; ordinem ſeruatum iri ſonitu tubaꝝ edicit: ea pœna addita: ut qui ſecus fecerit: ſecuri ꝑcutiatur. Idque propterea factum eſt: qđ pilularios complendi torm̃ti puluere eiuſq; accedendi facultate adempta: inutiles omnino ac uelut inertes pecudes fore iudicabat: præſertim qđ eos omnes igna uos reique bellicæ imperitos eoſdemq; inermes eſſe cognoſceret. Qui bus priorib? fugatis profligatiſq; haud uerebat̃: quin reliqui continuo terga darent: & pro ſe quiſq; fuga ſalutem peteret. His rebus ita conſti tutis : & præſidio caſtris relicto ad duo paſſuum millia progreditur , Deinde exercitum agmine longo conſiſtere : ac neminẽ ſuo ex ordine excedere. Guilielmoq;: ubi hoſtes noſtris appropinquauerint: iuſſa fa cere imperat. Ipſe regreſſus ſingulos equitũ ac peditum ordines quos

propinqores quam par eſſet: uideret:ita æquo inter ſe ſpatio inſtruit: ut impedimẽto ſibi eſſe non poſſint. Præterea ad timorem pellendum remque intrepide gerendam:cum tranſfugis bracianis quos ſæpe magna ſua cum gloria uiciſſent: manus conſerturos eſſe:eoſdemq; nunc cum uulgo molli ignauoq; pugnaturos cõmemorat. His atque aliis adhortationibus confirmatis militũ animis omnes uno atque eodem ore nomen Sphortianũ lætis uocibus cõclamantes ſeſe aut morituros eo die aut victores illum in ducale Mediolanenſiũ ſolium poſituros affirmare nõ deſinunt. Cum uero ad nouiſſimũ ordinem qui ab caſtrorum munitionibus paululum aberat: pueniſſet:magnam boſtium manum trans lambrum:qui ad dexteram relinquebat iter facere:qua illis facilior pateret in arcem aditus:in uulgus effertur. Quam quidẽ rem facilem factu fore arbitratus: ei præſidio cui Sãctoſeuerinates præfecerat: numeꝝ opportune celeriterq; auxit. Nam illos ad eam partem reliquerat arcis cuſtodiendæ cauſa. Hæc poſteaquã Franciſco pro temporis anguſtia ſatis ex ſua uoluntate prouiſa ſunt: ad priores ordines confeſtim reuertit:ubi cum multa ac uaria de Mediolanenſiũ aduẽtu rumor afferret: mille circiter paſſus cum paucis progreſſus aduerſus boſtes ita ex captiuis quibuſdã comperiebat:tribus adhuc paſſuũ millibus illos ab eo diſtare:qui locus ad Sanctum Iulianũ dicitur. Quod ubi principio conſtiterant boſtium duces ex eo loco longius progredi minime auderent.Hæc dum Frãciſcus de boſtibus cognoſcit:captiuis mandat:picinino enuncient: ſe quẽadmodum pridie eius nuncio prædixerat:tribus paſſuum millibus cum exercitu ei obuiam ueniſſe:ſeq; ubi conſtiterat horas etiam duas & ipſum & uniuerſã Mediolanenſiũ multitudinẽ:quantacũq; tandem ea foret: perlibenter præſtolaturꝝ.At Marcellus legatus & ingenti animo & ſũma prudentia uir: qui eo die a mane ad meridiem uſque:quacunq; Franciſcus ierat: nuſquam deſeruiſſet:& quicquid egerat:memoriæ mandaſſet: ipſo abſente ita locutus eſt. Non poſſe ſatis non admirari eius uiri incredibilẽ ſapientiam inauditam animi magnitudinẽ ſingularem in moderando inſtruendo que exercitu peritiam incomparabilẽ in deliberando ingenii acrimoniã maximã in conficiendo celeritatem: & ad hæc ſummmu quoddam & admirabile in eum militũ ſtudiũ atque obſeruantiã.Itaque ab eo uſq; tempore duo cum animo uolutare uiſus eſt:Vnum quidem ſi hoc tam amplum opulentũq; Mediolanẽſe imperium Venetis tam finitimum in uniꝰ Franciſci Sphortiæ bellicoſiſſimi & ingentis ſpiritus uiri poteſtatem deueniret:Id uenetoꝝ dicioni piculoſum fore & pnicioſum in primis.Quod eo comparato:minime illum quietuꝝ minimeq; ab eoꝝ depreſſione temperatuꝝ putaret. Alterum uero illud erat: quod non abſurde cogitabat:ſi Mediolanẽſes in ſua pmanerent libertate:futuꝝ tandem aliquando:ut eos ueneti ſibi ſubmitterẽt. Quibus ſubmiſſis

reliquis quoque totius longobardiæ urbibus potirentᵉ ac facile deinde futuꝝ: ut uniuerſæ imperarent Italiæ. Itaque hæc & alia huiuſmodi cum priuatim ad familiares & amicos ſuos Venetias frequēter ſcribe ret: paulo poſt eadem ſenatui perſuadere per litteras ac nuncios nitiᵉ: eumq; monere: ut publico proſpiceret commodo. At Picininus & Karo lus ubi per exploratores: quæ a Franciſco gerebantᵉ: cognoſcunt: non mediocri timore perculſi ne a noſtris circūuenirentᵉ: de reditu in urbē inter ſeſe agere cœperunt. Quod ne metu feciſſe uiderentᵉ: ſuos ante præſtitutū tempus arcem Meleniani hoſtibus tradidiſſe ſimulandum atque promulgandū eſſe conſtituerūt. Itaq; ſuis quibuſdā exploratori bus: qui eadem ipſa hora ab Spbortiano exercitu redierant: quæ ſint palam renunciaturi: oſtendunt: fruſtra eo die Mediolanēſes in aciem prodiiſſe: cum Arci cui auxilium ferre conarentᵉ: cuſtodibus ipſis per mittentib? nocte ſuperiore hoſtes præſidium impoſuiſſēt. Quam rem duces ipſi moleſtiſſime ferre ſimulantes: arcis præfectos uæbemēter accuſabant. Quod ſi eam ad præſcriptā diei horam ſeruaſſent: & illos omni obſidione liberaſſent: & hoſtes: ſi eſſent expectare auſi: fudiſſent fugaſſentq; : credita ignaram multitudinē copiaſq; omnes in urbem reduxere. Quod Franciſcus ubi reſciui: reuertitur in caſtra: & arcem: ut ante cōuenerat: recepit: ac in iiſdem caſtris aliquot etiā dies manen dum exiſtimauit: quod Mediolanēſes animaduerteret ulla ſua neque māſuetudine neque ui ſed fame inediaq; potius uinci oportere. Qua ratione ductus ſegetes quæ in agris adhuc eſſent immaturæ: ita ſucci dendas eſſe cenſebat: ut nihil ex bis frugum percipi poſſet. Huic autē ſucciſioni ſegetum per ea loca ubi exercitus ſederet pabulatores ſatiſfa cturos arbitrabatᵉ. Sed quoniā Mediolanēſes circa urbē ipſam ampliſſi mos poſſident feraciſſimoſq; agros: ſola equitatus pabulatione ſucciſio integra fieri non poterat: iccirco magnū ſucciſoꝝ numerum ex Noua rienſibus atq; papienſibus accerſere decreuerat. Quod celeriter feciſſet: niſi inopinata Viglebienſiū defectio: de qua paulo poſt dicemus: con ſilia eius interturbaſſet. Inter hæc cum Vercellenſiū Nouarienſiumq; finibus noſtri cū Sabbaudianis uti demonſtatū eſt: continēter bellum gererent: Sabbaudiani Burgimanerii oppidi potiundi ſpe ducti: copiis omnibus prima luce per montis radices ab noſtris quam longius poſ ſunt eo proficiſci contendunt. Ita enim quibuſdā cum oppidanis ege rant: cum primum ad oppidum aduentaſſent: idque expugnare ſimu laſſent: ut omni mora ſublata oppidum eorum traderent poteſtati. Hi cum ad locum pueniſſent deque noſtroꝝ militum aduentu aduerſus ſeſe per exploratores didiciſſent: ſtatim re oppidanoꝝ dimiſſa in eos ſe conuertūt. Corradus enim & Collio eodem etiam die aſſumpto equita tus peditatuſq; delectu municipiū quoddam nomine Carpinianū recu petaturi exierant. Quod quidem municipiū cum uon longe a Burgo

manerio ſitum eſſet:de ea boſtium profectione certiores facti propius accedere:ſeq; prælio cõmittere ob paucitatẽ &ſi non audebant:tamen quia intelligebãt:ubi minus id facerent:actum eſſe de oppido : quod eius rei:ut Sabbaudianis magno uſui: ita rebus Sphortianis ob oppi di opportunitatẽ & incõmodo foret & detrimento maximo : ſtatuunt omnino prælii tentare fortunam . Quare ubi utrique exercitus inter proficiſcendum mutuo ſeſe conſpexerũt:Corradus atque Collio ad pugnam in aciem ſeſe inſtruunt. Hoſtes citato curſu cõfertiſſime ſimul ac ferociter feruntur in noſtros . Qui etiam ipſi intrepide animoq; ingenti eos excipiunt. Atrox cõmittitur prælium boſtes quotquot ex noſtris intercepiſſent : confeſtim galea detracta immani gallorum more crudeliter iugulãt. In eo numero fuerũt ex Collionianis equitum præfectis Henericus zambra . Ex Iacomatianis equitibus Chriſtopborus ſalernitanus:uiri & animi & corporis robore præſtantes. Hoc impetu facto unum in locum Sabbaudiani celeriter coeũtes in orbem ſeſe conſtituũt:ac inter ſe alter alteri terga uertentes:faciem noſtris oſtendũt. At eorum ſagittarii equis amotis biſq; ad proxima religatis arbuſta ante equites diſpoſiti:ſtipites præacutos cõfertim defigunt in terram Qui quidẽ ſtipites funibus inter ſe deuincti ueluti ſæpem ac rapagula efficiebant:quibus ipſis inſtar ualli circũſepti atq; muniti arcus exercebant:& creberrime ſagittas in noſtros coniiciebant. Erat ubi pugnare cœptum eſt planicies ſatis magna : & utriuſque copiis ad dimicandũ equeſtri prælio aptiſſima. Sabbaudiani per hunc modum ſeſe continẽtes loco minime diſcedebant:ſed quid noſtri acturi eſſent:circũſpicere uidebantur. Cauſam uero quod boſtes in orbem ſe colligiſſent : hanc fuiſſe:poſtea cognitum eſt ex iis ducibus qui fuerunt intercepti.Silua erat poſt noſtroꝝ terga & ingens & denſa:ob quam quidem rem inter eos orta eſt ſuſpicio:quod admirarentꝰ paucitatem noſtroꝝ militum & eam quidem ſine uexillis ullis.Noſtri enim & copiaꝝ partem & ſigna militaria in ſtationibus reliquerãt.Quare Italicam illi in bello callidi tatem ac rei militaris peritiam plurimũ metuẽtes:magnũ ea in ſilua cum uexillis militum numeꝝ in inſidiis locatum ſuſpicabantꝰ.& ne ſi noſtros inſequerentꝰ ſine ordine effuſi patefactis deinde inſidiis circũ uenirentꝰ: optimum factu exiſtimabãt:ſi ab inſectatione noſtroꝝ ſeſe continerent . At noſtri primo boſtium congreſſu ꝑturbatis diſiectiſq; ordinibus duas in partes diuiſi ſunt . Alii timore perculſi atque exanimati uel nullis inſequentib?boſtibus fugæ turpiſſimæ ita ſeſe dedere: ut non prius deſtiterint:quam Nouariam ꝑuenerunt noſtroſq; pulſos oẽs atque ſuperatos ciuitati renunciarũt.Corradus collio atq; Salernitanus cum tanto ꝑiculo poſitam rem uiderent:quid conſilii capiundũ foret : non ſatis ob temporis anguſtiam ꝑturbationemq; animoꝝ poterant decernere.Cum enim inopinato in prælium deuenire cogerentꝰ

cum hoſtibus longe maiore numero uelut qui plures eſſent qngentis equitibus ſupra tria millia: noſtri uero ad ſummū non plures duobus millibus peditibuſq; ſexcentis: Non poterant eam rem non ægre & per moleſte ferre. Querebat̃ præter cæteros mir̃ in modum Collio: quod diceret Corradi hortatu ſe eum in locum adductum: unde ſine immi nentiſſimo ſuo cæteror̃q; diſcrimine ſe eripere nullo pacto poſſet. Idq; ob eam rem accidebat: quod non īmemor ſuperioris pugnæ: quæ apud Boſcum cum francis cōmiſſa eſt: id teterrimū prælii genus inuſitatūq; apud Italos non poterat nō admodum p̃horreſcere. Deniq; re inter no ſtros conſultata pro tempore diligētius: quo maiore interiecto conatu facilius ac tutius hoſtium impetus ſuſtineret: omnes equeſtres copias duos omnino in ordines partiunt̃: & quanuis ſi cum exercitus incolu mitate excedere prælio poſſent id pro rerum præſentiū neceſſitate opti mum fore oēs iudicarent: tamen ad eam rem conficiendā cum inter ſe ipſi duces ac milites longe diſſentirēt: diutius quam caſus expoſcebat conſultatio dicebatur. Nam alii Salernitanuſq; præcipue nō abſq; ma nifeſta omnium calamitate atque inſigni ducto r̃ ignominia id fieri poſſe aſſerebant: præſertim cum p̃ſpicere uiderent̃ quanta formidine tenerentur hoſtes. Itaq; rem propria uirtute definire oportere: & com muni omniū ſaluti dignitatiq; conſulere. Alii uero Collioq; in primis fortunā non eſſe tentandam argumentabant̃: ſed conſilio ſaniore com muni omniū incolumitati proſpiciendū: illudq; ſibi factu optimum ui deri: cum iam dies occideret: noctis interuentu ſe ab hoſtibus ſine peri culo dirimerent. Dum in hac duces diſceptatione tempus terunt: ecce mille circiter hoſtium equites ab reliquis diſiūgunt̃. & alteram noſtro rum cohortem: cui Salernitan? præerat: confertiſſima acie aggrediūtur: quos noſtri equites ad pugnā parati ſiue pudore ſeu metu ducti ſecun dum hunc quam priorem illum hoſtium impetum audenti? ac fortius excipientes ſuſtinuerūt: eoſq; confeſtim fractis utrinq; haſtis ad ſuos reiecerunt. Salernitan? hoc altero facto impetu: tanquam maiore quo dam animi ardore incenſus: hæc uoce clara locutus eſt. Non eſſe am plius conſultatione opus ſed pugna ac uiribus uti oportere. Quibus dictis ſuos quiſque hortari: ut cum hoſte animo conſtanti congredian tur: & in omnes: quos ceperint: ea utant̃ lege: qua ipſi primi in noſtros uſi fuerunt. Ad hæc etiam admonere: nequis terga daret: quod ſiquis fecerit: illum in hoſtium numero habendum eſſe. Addere præterea ſi in eo prælio moriendum foret: ad eos maxime pertinere: ut & pro Italor̃ militum honore: pro rei militaris Franciſciq; principis dignitate: pro que ſua ipſorum laude ne inulti omnes occumberent. Hæc ubi dicta ſunt primo a peditibus noſtris iuſſu ducum equi ii omnes: quos arbu ſtis ſagittarios reuinxiſſe diximus: celeriter abducunt̃. deinde ab equi tibus magno impetu a duab? partibus: in quas diſtributos oſtendim?:

in hoſtes aduolantib? ſtrenue prælium acerrimeq; conſeritur: ſimulq; cõtinuo terribilis quidam tubaꝝ ſonitus atque uirorum altus clamor exoritur: hoſtes contra fortiter reſiſtentes nequicquam cedere neque ex agmine orbeq; diſcedere. Itaque noſtri illoꝝ timore animaduerſo; magis atque magis redintegratis uiribus & haſtis iterum innitendo fractis: comminus eos gladiis urgere faciem iugulumq;: qua minus armis tranſalpinoꝝ more tegebant̃: ferire ac interimere: pedites binc atque illinc equos uiroſq; haſtis longioribus ꝑcutere tranſfodere atq; occidere non prius deſtiterunt quam per hunc modũ rem impigre conſtanterq; gerentes: pluribus ex hoſtibus interemptis aliis ex orbe uiuis abſtractis ſuperatos uictoſq; omnes tandem fuderunt: & in fugam turpiſſimam coniecerunt: fugientiũ maior pars ab noſtris equitibus intercepta: quorum in numero Iacobus celandus: & Iacobus cognomẽto abornates equitum præfecti extitere. Gaſpar autem ueraſinus: qui poſt Compeſii captiuitatẽ imperii ſummã in exercitu obtinebat: & ii ſimul qui a cæde & a noſtroꝝ captiuitate ſuperfuerãt noctis beneficio adiuti & locoꝝ trans Siccidam flumen propinqtate citatis equis uix tandem euaſerunt. Occiſoꝝ tam noſtroꝝ quam hoſtium numer? magnus fuit: ſed longe maior hoſtium. Poſtridie eius diei Romanianũ ac reliqua municipia: quæ hoſtes in Nouarienſib? obtinebant: in noſtroꝝ poteſtatem ultro redierunt. De qua quidẽ uictoria cum illico Corradi litteris Franciſcus certior factus eſſet: & ſi eiuſmodi nuncio non mediocri iucunditate affici debebat eo præſertim tempore: quo uidebat̃ eius res paulo babere deterius: tamen ut erat animo ingenti & moderato: neq; ſe extulit gaudio neq; læticiæ modum: ut ſolent plæriq; ulla ex parte excedere uiſus eſt. Itaq; dilucide in ſe ipſo oſtendit: qđ aſſiduo ſermone dicere conſueuit. Neque ſecundis rebus nimiã capiendam eſſe læticiam: nec ægritudinẽ in aduerſis utrunq; enim & mulieꝝ eſſe & puerorum in utraq; fortuna aut efferri animo aut frangi. Solum cum de hac nouiſſima Nouariẽſi pugna ſermo haberet̃: ait: ſe multo plus & auctoritatis & commodi ex hoſtium fuga ac pœne internitione quam ex recenti picininoꝝ fuga detrimenti aut incõmodi accepiſſe. Poſt bæc oẽs hoſtium duces: qui ex eo prælio ſeruati captiq; fuerant: data reliquis captiuis ad ſuos libera redeundi facultate: iuſſit ad ſe adduci: ac præter eorum opinionẽ bumaniter excepit. atque poſt biduum fide præſtita necubi poſtbac ſibi bellum inferrent: ad ſuos reuerti permiſit: quo factum eſt: ut ex eo die neque Sabbaudiani neque Taurinẽſes noſtros fines infeſtare ſint auſi. His rebus geſtis: Viglebienſes ueterem mediolanẽſium amiciciam ſtudiumq; ſecuti retento Franciſci præſide ad eos deſciuerũt: moxque milites circiter mille ex omni Mediolanenſiũ bracianoꝝq; robore delectos tanto & tam communi animoꝝ ardore in oppidum receperunt: ut nemo pœne fuerit: qui non ex bis aliquẽ penes

ſe haberet:ſuoque ſumptu alere contenderet.Colles Arditioſq; deinde inſignes eo oppido familiaris eorumque clientes ex factione gebellina quos & haberēt ſuſpectos & eam rebellionē ægre ferentes animaduer terent Mediolanū relegauerūt: graui indicta pœna: ni eo ſe q̄primum tranſiſſent . Hi edicto audientes cum eſſent a noſtris in itinere inter cepti:ſtatim Franciſci iuſſu in libertatem ſunt reſtituti.Viglebium eſt in agro papienſi oppidum non longe poſitum a flumine Ticino:quod cætera omnia lumelinæ oppida atque municipia tum munitione tum populi multitudine antecellit.eſtque omnium in ea regione & auctori tate & opibus primum . Hi Mediolanenſiū aucti fretique præſidio : confeſtim de improuiſo finitimoꝝ agros depopulari:ædificia incēdere ac omnem deniq; Lumelinæ agrum die noctuq; adeo ꝑturbare exagi tareque cœperunt : ut maximū papienſibus:qui eam regionem incole rent:& Nouariēſibus qui eorum fines attingerēt:terrorem iniicerent: maximumq; tridui fere ſpatio detrimentū inferrent. Gambalotū uero municipiū illis finitimum maximeq; inuiſum præter arcem in quam municipes confugerāt: milite nullo defendente expugnarūt:atque in cendio cōcremarunt. Quæ cum Frāciſcus tum crebris multoꝝ litteris tum nunciis didiciſſet : ac omnes fere partium eaꝝ populi ad eum ſin gillatim ac frequēter poſtulatum auxiliū miſiſſent:quo longe lateque uagantes boſtes ac rebelles non reprimi modo:ſed opprimi etiam atq; deleri poſſent.Quanuis per id temporis inuitus e Mediolanenſiū fini bus diſcederet:Ticinūq; traiiceret:tamen intellecta periculi magnitu dine ꝑmotus:cum uniuerſo mouere decreuit exercitu aduerſus Vigle bienſes:eo conſilio : ut iis uel uoluntate redactis in ſuam poteſtatem uel ui expugnatis:in Mediolanēſes quam celerius poſſet ad frumēta: ut conſtituerat:ſuccidenda reuerteret̃.Itaque in omnibus oppidis atq; municipiis quæ in Mediolanenſib? obtinebat : & armis ſeruari poſſe uidebant̃:præſidio impoſito:caſtra a Meleniano:ut inſtituerat:mouit: & ad Ticini uſque ripam celeriter cōtendit.dat Marco leoni & Bartho lomæo Cremonenſi negotium pontis nauibus illis ſternendi:quas eo e papia paulo ante ſubuebi iuſſerat. Quem quidē pontem tanta celeri tate atque diligentia confici mandauerat : ut intra triduum exercitus uniuerſus in Viglebienſes traduci poſſet . Quod ſane opus ex ſenten tia perfectum foret : niſi quod dum ea conquirunt̃atque parantur ſin gula : quæ præter naues ad conſtruendū pontem erant neceſſaria tam ex bymbri continuo repente exorto quam ex ſolutis alpium niuibus tanto aquæ cumulo tantaque illuuione flumen excreuit : ut quoniam ad octingentos circiter paſſus in latitudinem alueo exiſſet:naues non ſatis eſſent ad perficiendum pontem neque ad ſupplementū aliæ ſine multo temporis interuallo comparari poterant . Quapropter mutato conſilio locum nactus:ubi minus pateret flumen:qui non longe abeſt

a papia ubi ad Paraſaccū dicitur: pontem ab utraque flumīnis parte ligneis columnis atque feſtucis: ubi maior aquæ uis & altitudo erat: exædificari nauibus iuſſit. Interim ea in quam nuper de Guilielmo uenerat ſuſpicio plurimum augetur. Quāobrem & ſi illud quod poſt Viglebienſiū defectionē de eius a caſtris diſceſſu acceperat: falſo enunciatum exiſtimabat: cum nihil omnino ab eo perfidiæ committi poſſe putaret: de quo benemeritus plurimū eſſet. tamen ubi multis indiciis & his quidem minime uulgaribus idem magis magiſque confirmaſ: negligendū non putauit neque expectandum: ut ſuperato Ticino tum demum rei præſentis magnitudini conſuleret. enunciabaſ enim & id quidem a quibuſdam ex Guilielmi domeſticis affirmabaſ: hoc ei eſſe in animo: ubi cum exercitu Franciſcus in Viglebienſes traieciſſet: uel impetrata uel ne ab eo licentia: primum in Montēferratum tranſire. deinde in Alexandrinos ad opprimēdos ſubiugādoſq; Boſcenſes contendere: Qui quidem: ut ſupra oſtendimus: obſtinatius bellum ſuſtinētes ei ſeſe ꝓmittere noluerāt. Ex quo Guilielmus non poterat nō ſuſpicari tametſi falſo: quin Boſcenſes unius Franciſci conſilio atque opera pertinacius adeo tam diu ꝓmanſiſſent. Affirmaſ præterea eundem Guilielmum: ubi ad ea loca ſe recepiſſet: ſuas cōtinuo copias eo contractu rum: futuꝝq; ut ſi ad Franciſcū ſe reuerſuꝝ ſimularet: grandem pecuniam poſtularet: & alia inſuper duriora efflagitaret: quæ negata ſi fuiſſent: ſibi liceret dicere: ſe liberum iam eſſe: ac nihil omnino Franciſco debere. Hac igitur re cōmunicata cum paucis: atque multā in diſputationem deducta: diligentiuſq; diſcuſſa eadem fuit omniū cōmuniſq; ſententia: ut priuſquā flumen tranſiret: Guilielmus quam honeſtius fieri poſſet: retineret. Quod Marcello legato non placuit ſolum ſed ut celeriter conficeret: multis rationibus ꝓſuadere nixus eſt. Idem quoq; præ cæteris Andreas biragus: qui ab Philippo maria duce uſque hoſis ingenium nouiſſet: multis argumētis & confirmauit: & neceſſario ita fieri oportere demonſtrauit. At Franciſcus quāquam ad eam rem inuitus adducebaſ: tum quod Guilielmū diligebat plurimū & magno præterea ſibi uſui in bello gerendo eius præſentiā eſſe intelligebat: tum quia omnes iniuſte illum fuiſſe retentum arbitraturos diuulgaturoſq; exiſtimaret: tamen præteritoꝝ maloꝝ nequaquā oblitus: quæ ſibi partim incredulitate partim clæmētia nimia & manſuetudine ſua obuenerant: memoriter in medium referens: quantum detrimēti extremique diſcriminis rebus ſuis intuliſſēt: Thalianus foroiulian?. Troilus roſſianenſis. Petrus brunorius parmenſis. aliiq; plæriq; qui ex humili loco cum ad nō exiguam rei militaris dignitatem pro ſingulari ſuo in eos ſtudio atque gratia euaſiſſent immemores beneficioꝝ ingratiſſimi hominēs & deſeruerūt eum: & ad hoſtes inimiciſſimos trāſiuere: nouiſſimus tandem biſce rebus ꝓmotus aliquoꝝ retinēdi Guilielmi conſiliū

comprobat . Nec enim cõmemorare etiam deſtitit : & id quidem cum maxima animi pturbatione proximas bracianoꝝ inſidias ac fugam . Ad banc rem conficiendá Roberthus Sãctoſeuerinas deligitur. Is cum forte animi relaxandi gratia Guilielmũ poſtridie eius diei Papiam profecturum intellexiſſet: ei ſe eadem ratione comitẽ pollicet̃ . Quod Guilielmus libenter placideq; admittens: Roberthо comite Papiam profici ſcitur. Quo cum ueniſſet: eodem uſus comitem in arcem pergit Blancam mariam uiſendi & ſalutãdi gratia pauloq; poſt cum eſſet diſceſſurus: modeſtiſſime retinetur cuſtodibuſq; adhibitis demandat̃: ut eum pbumaniter & pbenigne cuſtodiant. Quo ſeruato: equitibus eius qui in caſtris reperti ſunt: iuſſis a Franciſco: ut exercitum ſequerent̃: Bona Guilielmi omnia integre & pro eius uoluntate ſeruantur. Alexandria quoq; cum Alexandrinis omnibus & oppidis & municipiis eius nomine teneretur : nihilque omnino de ſuo ac ſi ipſe adeſſet: īmutari Fraciſcus imperauit . perſuaſis etiam Boſcenſibus: ut Bonifacio Guilielmi fratri ſeſe dederent : qui longo tandem bello defatigati: Franciſcique etiam hortatu adducti paruerunt . His rebus confectis: & ponte intra octo dies perfecto Franciſc⁹ in Viglebienſes copias traducit. oppidũ qđ in planicie poſitum eſt: circũſedit. e regione muroꝝ tormenta diſponit. Caſtella tabulatoꝝ quinque ex trabibus ſexquipedalib⁹ confici iubet . Collionem cum iis omnibus copiis: quibus in Nouarienſib⁹ aduerſus Sabbaudianos: ut demonſtratũ eſt: bellum geſſerat: eodem accerſit: præter Albertbum carpenſem : quem ſuis cum militibus aduerſus Taurinenſes cõmorari imperauerat . Deinde omni tormentoꝝ genere oppidum oppugnare aggreditur. & quoniam ſulphureũ puluerem : ut uocant: obſeſſos ita defeciſſe cognouerat: ut neque bombardis neq; pilulariorum tormentis ad ledendos depellendoſq; boſtes uti omnino poſſent : uigles ponit: nequid in oppidum importari: neque ex boſtibus ingredi quiſpiam poſſit . Turris quædam ac murus qui ab utroq; erat latere : creberrimo tormentoꝝ ictu in foſſam ruinam ingentẽ traxere. At defenſores contra trabibus aggeribuſq; & fimo locum continẽter munire patefactoſq; aditus obſtruere . Horum omniũ principes erant Iacobus reatinus: & Henericus caretus cognomẽto armiger: & Roggerius gallus uiri profecto acres: & rerum bellicaꝝ peritiſſimi. Quorum Iacobus & Henericus equeſtribus. Roggerius uero pedeſtribus copiis præerant . Hi oppidanoꝝ cognita uoluntate: omni ſtudio atque cura elaborabant: ut & oppidum in Mediolanenſiũ fide continerent : & boſtes eo ſaltem uſque diſtinerent : quoad Mediolanẽſes frumenta quæ iam matureſcere cœperant: percipere: & in borrea comportare poſſent . Viglebienſes enim malefactoꝝ conſcii & ob id Franciſci clæmentiæ omnino diffidentes extrema conſtituerãt potius quæque perpeti quam rurſus in Franciſci redire poteſtatem . Itaque omni arte & induſtria ea

oppidi pars quæ oppugnabat: munitior pœne ab interiore loco q̃ reli quæ partes efficitur. Franciſc? oppidum nõ multo labore obtineri poſſe arbitrat? cum minore exercitus parte illud primo expugnare tentauit. Sed ubi eo die a noſtris negligẽtius ægriuſq; oppugnatũ: & ab hoſti bus acriter repugnatum uidit & id quidem ex confecto ad munitionẽ recenter opere factum: quo ingreſſus noſtris pdifficilis reddebatur: milites ab oppugnatione reuocauit. Et ſtructum ab obſeſſis aggerem enixius bombardaꝝ ictibus percuti proſternique iubet. Quod hoſtes animaduertẽtes: ſuper aggerem latiores ſaccos lana refertos: cuius ma gna inter oppidanos uis erat: imponunt. biſque ictus facile ſuſtinenti bus contorti lapides nullo accepto detrimẽto reiiciebant. At Franciſc? qui ab ea obſidione propediem diſſolui & in Mediolanẽſes q̃primum redire in animo habebat: rurſus accuratiore ſtudio maioreq; conatu oppidum expugnare: atque in prædam uertere decernit: pugnæq; diem dicit. Qui dies ubi aduenit: milites omnes grauis armaturæ in nouẽ diuiſos ordines iubet in armis eſſe. Ita. n. ſi primo aut ſecundo impetu aut tertio oppidum expugnare non poſſet: ad poſtremũ tandem defen ſoribus laſſitudine uulneribuſq; confectis illud obtinere non dubita bat. Primos rgitur inuadere oppidum imperat: quam certa multitudo tam inermis quam leuis armaturæ per cuniculos quibus tuto ibatur ad foſſam: ſubſequit. His laborantibus alios ſubſidio ſubmittit. Ita enim ſingillatim ordini deinceps ordo ſuccedens ſuo fungebatur offi cio. Præterea qui in oppidum primus irruperit: penetrauerit q; iis num mos aureos centum qnquaginta ſecundo tertio aũt quinq; & uiginti pretium ſtatuit. Qua in re Donati Mediolanẽſis iuuenis quidem præ ſtantis & rei militaris non imperiti opera atque induſtria ſingularis multum proderat: quippe thorace armatus cum calippoꝝ ordine qui bus præerat: eam interdiu effodiendo ab ima foſſa uerſus inſtructum ab hoſte aggerem non ſine magno ſuo ſocioꝝq; diſcrimine uiam fece rat: ut ad aggeris uſque uerticem tuto iretur: & ne obſeſſi ubi pugna conſerebat: occurrere eo omnes auderent: undique oppidum laceſſi atque oppugnari iubet. Ex quo fiebat: ut pluribus in locis occupati im peditiq; oppidani diſtinerent: & ita minor eſſet repugnantiũ numer?. At ex aduerſo hoſtium præfecti per muros quidem oppidanos: militũ uero delectum per aggerem diſponunt: qui oppidum undiq; a noſtroꝝ ingreſſu tuerentur. Mulieres ac cæteram inutilem multitudinẽ ad ſub miniſtrandas in aggere repugnãtibus res neceſſarias conſtituũt. Nam uirgines ac uiri religioni dediti omnes erant in templis precibus ac lachrymis deum deprecãtes: ut a calamitatis cladiſq; periculo oppidũ ſeruaret. Cæterum noſtri milites imperata facientes: impigre atque ingenti animo aggerẽ conſcendũt: ſed repugnãtibus hoſtibus: ſacriſq; imaginibus Sanctorumq; reliquiis oppoſitis in oppidum continuo

irrumpere prohibentur . Itaque haſtis cominus atque enſibus utrinq; res geritur:noſtri præcipue ex occulto grandib? ſaxis cinere calce aquiſ que feruentibus conflictant̃.trabibus inſuper deiectis ad imam uſque foſſam præcipitant̃ . præcipites quoq; illos agentes quos ipſi ruendo offenderẽt. Cum per hunc modum diu fortiſſime & aſperrime utrinq; pugnatum eſſet:ac ſoli octaui & noni ordines milites integri ſupereſ ſent:tum Franciſcus reuocatis paululum a pugna noſtris : boſtes qui ſuper aggerem armati offerebant̃:iaculis ſagittis ac pilulis ex caſtellis ubi præſens aderat. & ad hæc bombardaꝝ ictibus frequentius percuti iubet:quo factum eſt:ut quotquot apparebant:uulnerarent̃. & ita pu gna cogerentur excedere.Quare cum ex denis quibuſq; militibus uix duo integri ad repugnandũ ſupereſſent:is qui oppugnabat̃ locus: de fenſoribus uacuus deſtituebat̃.Quod partim uulneribus confecti:par tim longo fracti debilitatiq; labore prælio exceſſerant:eoque res tandẽ adducta eſt:ut mulieres etiam ipſæ : ſicuti poſtea cognitum eſt:ultro arma ſaucioꝝ cruore infecta:criſtataſq; galeas in extremo oppidi ſalu tiſque periculo induerent:ac militum loco ſuccederent:nec ſecius ope ram pugnando nauarent ac robuſtiſſimi quidam milites:& uſq; adeo ſtrenue & alacriter rem gerebant : ut non ſine magna admiratione ui deri poſſent adhuc integri eſſe boſtes:perinde ac ſi deeſſet nemo tanq̃ bi nouiſſimi etiam uiderent̃: qui ſe primum ad aggeris defenſionem obtuliſſent.Poſtea uero quam per horæ ſpatium id in aggerem boſtem que egit:quod ſatis ad tranſcendendã obſeſſoꝝ munitionem uſui fore uiſum eſt:per ordinum eorum milites nõdum in pugnam prodierant: certamen multo prioribus acrius uæbemẽtiuſq; inſtaurat . Ii enim tanto impetu mox ad aggerem pugna inierunt:ut nõnulli ex anteriori bus ſtrenuo ſaltu ſaccoꝝ obiectu ſuperato boſtibus ipſis admiſcerent̃: quorum inter primos fuit eques quidam epyrota:quem cognomento Albanenſem grandem nominabant : uir fortis in primis & audax . Sed cum inter hæc tam per oppidum quã per caſtra clamor eſſet ſubla tus:noſtros intra oppidum penetraſſe: totis ex caſtris milites noſtri eo concurrere.Oppidani uero per muros diſpoſiti fugere: & qđ mirabile dictu eſt:noſtros etiam funibus adiuuãtes intro recipere : & cum bis tum de rebus familiaribus tum de ſalute ſua ſuoꝝq; agere . Cæterum cum in aggerem tanta multitudo militũ conſcendiſſet ſpe diripiendi oppidi:ut ſpatium nulli referendi pedem relinqueretur : accidit: ut ex centurionibus quidam inter eam quæ cum oppidanis uerboꝝ babeba tur contentio : ſtipite ictus pulſuſque caderet ex aggeris ſummitate : cuius caſu tanta eſt repente facta noſtroꝝ militum ruina : ut ipſorum aceruis foſſa repleretur: & alter obrutus ab altero necaretur.Quæ qui dem res ita & noſtris animum minuit : & boſtibus addidit:ut nemo amplius auderet in aggerem aſcendere.Nam adeo erant omnes pœne

confecti cadentium ruina : & alii colliſi lapidibus: & alii ꝑmulti calce atque cinere obruti: ut exanimati & uiſum amiſiſſe uiderentur . Quo factum eſt : ut noſtri milites prope omnes religionis metu perculſi : oppidum diuino quodam numine defenſum atque ſeruatū opinarent. Quod ubi Frāciſcus animaduertit: iuſſit: in ſtationes redirent omnes: poſtero die oppidum expugnaturus. Satis enim ſuperque eo die exercitum laboraſſe iudicauit: cum horas continēter octo acerrime pugnatū eſſet. Quibus quidem certaminibus ex oppidanis multi interierunt: e noſtris uero uulnerati nōnulli: deſyderati autem pauci . Sed oppidani ac præfecti : quod omnes eſſent ob diuturnū pugnandi ſtudium miꝝ in modum defeſſi: uiderentqꝫ ꝑmultos uulneribus confectos priuſquā ſol occideret: Salernitani interuētu de deditione agere cœperunt. Quā quidem rem cum Franciſcꝰ in conſultationē poſuiſſet: uoluiſſetqꝫ quid quiſque ſentiret: intelligere: diuerſæ fuere ſententiæ: præfecti militū fere cuncti ſuadebant: contendebātqꝫ : ut oppidum omnino diriperet. Ita enim habituꝫ Franciſcū deinde milites uniuerſos ad bellum longe paratiores alacrioreſqꝫ. Quod ſi ſecus fieret: eos propter accepta incommoda ac uulnera ægre & iniquo animo rem laturos . Marcellus collio & Salernitanꝰ tametſi militum cupiditati neceſſitatiqꝫ indulgere non inutile putabant: tamen Franciſci commodo cuius gratia bellum gerebatur quam priuato cuiuſquam emolumēto potius ducti: ab omni rapina abſtinendū: oppidumqꝫ ſeruandum eſſe cenſebant : quod Franciſci clæmentiæ atque miſericordiæ omnibus eſſet exemplum : & poſtridie eius diei cum expeditis atque integris copiis in Mediolanēſes ad ſuccidenda frumenta iam prope matura reuerti liceret. Nam ſi direptio illa concederetur militi: quā plures in oppido dies uel inuito ipſo terendos eſſe atque ademptum iri frumēti ſuccidendi facultatē. Quæ res quantum detrimenti præſentibus rebus eſſet allatura : neminē eſſe : quem lateret. Quibus omnium ſententiis diligenter conſyderatis: Frāciſcus Viglebienſes humaniter & ꝑbenigne in deditionem accepit: ea tamen condicione: ut quā arcem poſt ducis Philippi obitum demoliti fuerant: ſua ipſi impenſa inſtaurarēt reficerentqꝫ : utque duodecim circiter ex oppidanis qui defectionis auctores fuiſſent: ſibi dederent: Quos acceptos paulo poſt in papienſem arcem in carcerem coniecit . At ubi nox facta eſt: repente in caſtris tumultu exorto omnis gregaria multitudo partim ſua ſponte: partim hortatu iuſſuqꝫ dominoꝝ: quibus ea deditio eſſet moleſtiſſima: confertim ad aggerem concurrit: enititurqꝫ ui oppidum ingredi atque diripere : ſed militum præfecti atque oppidani a Franciſco facti ea de re certiores: facile impetum omnem ſuſtinuerūt. Franciſcus ipſe uæhemētiſſime indignatus celeriter eo contēdit: multitudineqꝫ illa gregaria ab oppidi muris quāprimum amota : non tam ipſos miniſtros quā eorum dominos acerbiſſime increpat. Quod cum

tam diu in eorum fuiſſet poteſtate & ingrediendi & diripiendi oppidi: dum ab hoſte occupare: ea tum re neglecta: nunc tandem cum in fide receptum eſt: ſpreta ſua tum dignitate tum imperio tantum facinus ppetrare ſunt auſi. Compoſitis per hunc modum Viglebienſiū rebus: Franciſcus magno ſtratoꝝ numero coacto: in Mediolanēſes reuertitur ad ſuccidendū ſecandumq; frumentū. Sed dum hæc apud Viglebium aguntur: Picininus natu maior exercitu bipartito ad Seprenſem regio nem infeſtandā a Mediolanēſibus mittitur. Ita enim fore arbitrabant: ut Franciſcus ea re cognita: a Viglebienſiū obſidione diſcederet. Illius aduentu Caſtellum Sancti Georgii: quod Oldradus lampugnan? exædi ficauerat: primo impetu capitur ſine ullo prorſus labore dedentibus ſeſe cuſtodibus. deinde Caſtellioneoꝝ arx occupata: q̄ a Branda Caſtel lioneo Cardinalis uiro ſane clariſſimo: & in eccleſia romana magnæ actoritatis cum ad Gentilium ſuorum cōmodum tum ad ſui nominis memoriā celebritatemq; conditam eorum fidei Franciſcus pmiſerat: atque mandarat: cum his Variſini. Luganēſes & cæteri lacum uerbanū incolentes præter unum Franchinum ruſcham ad Mediolanēſes illico defecerunt. Ad hæc Briancini quoq;: & qui citra ultraq; larium lacum incolunt: ſolis leucenſibus in fide pſiſtentibus eadem conſpiratione ad hoſtes deſciuerūt. At uintimilian? qui ſtationem Canturii habebat cum & litteris & frequētibus nunciis pmultiſq; pollicitationibus pro poſitis: quo ad Mediolanēſes rediret: frequenter ſollicitare: nullo re ſponſo dato nouiſſimos nuncios capi iuſſit: qui ad Franciſcū perducti eius iuſſu ſtatim laqueo gula fracta uitam finiunt. Karolus autē Gon zaga piciniuſq; natu minor papienſium agros cis padum uexatum depopulatumq; mittuntur: qui per Laudenſium fines iter facientes Villanterio municipio inter proficiſcendū occupato atq; incenſo eam omnē regionem: quam campaniā uocant: grauiſſimis maleficiis detri mentiſque affecerunt. Quas ob res &ſi inter Viglebienſem oppugna tionem frequētioribus quottidie nuuciis ac litteris a papienſib? certior fiebat: ſollicitabat q; Franciſc?: ut palantibus hoſtibus ac ſuoꝝ calami tatibus periculiſq; occurreret: tamen quoniam intelligebat: aliud Me diolanenſes nihil magis deſyderare: quam ut ea Viglebiēſes qua uæbe mentius premebantur obſidione aut liberarentur omnino: aut ſaltem leuarentur: neque ſoluere obſidionem neque diminuere exercitum uo luit: quod minime dubitaret: ſe recepto Viglebio & incurſiones omnes non difficulter repreſſuꝝ: & amiſſa quæque recuperatuꝝ. Per eoſdem dies Alberthus carpenſis: quem aduerſus Taurinēſes cum ſuis copiis relictū oſtendimus: cum a Leonello pecunia nulla iuuaretur: ad Lodo uicum Sabbaudianoꝝ ducē ſe tranſtulit: quod Franciſcus ubi reſciuit: quanquam animo primis nunciis non in eum potuit non cōmoueri: tamen ubi ſecū animo uolutaſſet: quanta in bello Sabbaudianoꝝ eſſet

tum ignauia tum inopia: non multi eam rem faciundam existimauit. Sed priusquā in Mediolanēses rediret: Sāctosseuerinates duntaxat cum eqtibus mille Nouariæ præsidio reliquit. Nam posteaq̄ Sabbaudiani hostes in Nouariensib?a nostris fusi profligatiq; sunt : ex eo tempore neque inuadere Nouariensiū papiensiūq; fines : neque ullam nostris aut uim aut maleficium inferre sunt ausi .

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER . XIX.

Er idem tempus municipia nōnulla atq; oppida: quæ paterna hæreditate picinini in Placentino agro possi derent: post eorum ad Mediolanēses defectionem sta tuit Franciscus in suam redigere potestatem. Quam obrem collectis trās padum pedestribus euocatorum copiis adiunctis præterea equitibus ad octingentos: quibus Iohannes comes roman?& Petrus maria ruber ac Thomas the baldus bononiēsis legatus præerant: Castellum arquatum : ut obside rent: iussit. Quod quidem oppidum cum esset muro cinctum militum que præsidio quibus Marchesius uarisin?& Iohannes pazalia præerant egregie munitum : oppidani dies aliquot obsidionē pertulere. Sed ubi tandem nullam spem relictam sibi auxilii cognoscūt: uarisino retento sese atq; oppidum tradidere. Nam Pazalia præfectoꝝ negligentia cum suis omnibus se florentiolam recepit incolumē: quod erat alteꝝ picini norum oppidum a Castello arquato non amplius quinq; passuū milli bus . Quam quidem rem ubi Franciscus cognouit : non mediocriter præfectos legatumq; accusauit : quod Florentiolæ oppidanos animad uerteret eo frætos præsidio duriores ad deditionem fore . eodem tem pore Angelus Sāuitalis: qui iam diu bracianos secutus tandem domū se receperat cum eqtibus circiter sexaginta: iniussu Franciscī inscienti bus suis ad bracianos desciscens e Fontanellato se noctu florentiolam cōtulit: & oppidanos: ut in fide officioq; psisterent hortatus: ac multa pro eorum salute curatuꝝ se pollicitus: oppidum ingenti omniū studio animiq; ardore munire aggredit̄. Dum hæc geruntur: Peregrinates . Burginouēses. Vicolenates se ultro nostroꝝ potestati permisere. Ita flo rentiola duntaxat in picininoꝝ potestate relinquebat̄. & quoniam pro magnitudine belli conficiendi equitatus erat minore numero quā par esset: Iohannem Tholentinatē Nicolai filium generum suum : qui in ætbrusci pro florentinis meruerat: cum equitibus sexcentis conduxit: addito etiam Alexandro fratre : apud quem summa esset eius gerendi belli. Is enim antea: ut ostendimus: confectis rebus parmensib?Pisauꝝ

reuerterat. Alexander igitur ex Piſauro accerſitus cupiens fraternæ uo luntati q̃primum obſequi : magnis itineribus ad florentiolã cum per ueniſſet: contractis undique uiribus: ad oppidum exercitum admouit. Sed cum deeſſent bellica inſtrumẽta ad oppidum expugnãdum : uaſta tiones duntaxat ſucciſioneſq; ſegetum ad ꝑterrendos oppidanos quot tidie fiebant. Cæterum ubi quadraginta iam dies obſidionẽ oppidani pertinacius ſuſtinuiſſent neque interea temporis ſubſidia ulla aut ab Alphonſo rege: ut aſſidue picinini falſo pollicebant̃: nec aliunde mitti poſſe ſperarent: uel ipſis inuitis militum præfectis de deditione agere cœperunt: duas tamen poſtulantes condicionem: unam: ut dieꝝ quat tuor ad deditionem faciendam mora intercederet: quo picininis & reꝝ ſuarum difficultatẽ oſtenderent : & ab iiſdem reſponſum acciperent : Alteram ut iis militibus: qui apud ſe fuerant præſidio conſtituti : im pune liceret abire. Quibus rebus facile impetratis: & quattuor dierum peracta mora : ii ſeſe continuo atque oppidum dediderunt . Militum autem præfecti ad picininos redire prohibiti : abeundi alio data facul tate : cum ſuis militibus per agrum parmenſem in Reginoꝝ fines in columes conceſſerũt. Angeli uero bona Stephano eius ſobrino ab Fran ciſco dono conceſſa ſunt. Per idem etiam tempus præter omniũ opinio nem nouum bellum exoritur in parmẽſium finibus . Nicolaus enim Guerrerius: de quo ſuperius fecimus mentionẽ: ad Alphonſum defece rat . hic tametſi in deditione urbis parmæ ꝑbumaniter atque perbeni gne Franciſco uſus fuerat : utpote non ueterum ſolum ſed recentium etiam iniuriaꝝ oblito: tamen quia antiquo odio eum inſequeret̃: nullo pacto æquo animo pati poterat: parmenſes eius parere imperio . Itaq; non deſtitit credulo regi perſuadere : ut ſi Mediolanẽſibus auxilio eſſe uellet: parmenſes bello laceſſeret. Duo enim in parmẽſibus eſſe oppida Guardaſſonũ atque Colornium ſitu loci & arte hominum ꝑmunita : quoꝝ inter fines poſitam eſſe Parmam urbem. huius hortatu facile in ductus Alphonſus mittit ea in oppida pedites circiter octingentos: qui duobus a lateribus parmenſes incurſionibus atq; maleficiis uexarent. Deinde Euſtorgium fauentinũ ſtipendio conductum cum equitibus q̃ngentis ac mille quingẽtiſq; peditibus eadem belli gerendi ratione in æmyliam proficiſci iubet. His rebus Alexander cognitis exercitum in Guardaſonates celeriter traducit: Corrigianoſq; fratres cum equiti bus mille quingentiſq; peditibus Franciſci iuſſu : quem antea de his omnib? certiorem fecerat: ſibi adiungit. Nam bi poſteaquã ab Cremen ſium obſidione ſimul cum uenetoꝝ exercitu diſceſſerant: in Cremonẽſi bus ad id uſque tempus confederãt. At cum Euſtorgius per Bononien ſem agrum in Mutinenſiũ fines iam ꝑueniſſet: Alexander qui & boĩs ingenium perpulchre calleret : & a Franciſco fratre admonitus eſſet : nuncios rogatum mittit: ut ueteris cõſuetudinis atque amiciciæ: qua

Sphortiani ſemper cū manfredis cōiunctiſſimi extitiſſent: memor eſſet nec enim par eſſe nouos amicos & peregrinos ueteribus anteponere: quod certe ſine magna iniuria nullo pacto fieri poſſet: quod ſi ulterius progredi deſtiterit: hoc eiuſmodi beneficiū fore: quod nulla prorſus deleat obliuio: eius eſſe humanitatis atque officii: ut aliquibus excogitatis honeſtioribus cauſis: in flaminiā redeat: neque ſe infeſtum uiro præſtet amiciſſimo: & quo pacto cauſæ reditus excogitent: eum pro magnitudine ingenii ſui ſummaq; prudentia facile tenere: id ut faceret: maiorē in modum rogare: cum nihil neq; accōmodatius præſentibus rebus: nec ſibi aut utilius aut gratius quicquā præſtare poſſet. Euſtorgius ad hæc inuitum: ſe id bellum tantumq; itineris ſuſcepiſſe: ſed tuendoꝝ militum neceſſitate coactum: quod eos ſuo ſumptu alere non poſſet: ab Alphonſo ſtipendii condicionē accepiſſe: cauſas uero uel non pgrediendi ulterius: uel in flaminiā redeūdi honeſtiſſimas iuſtiſſimaſque habere: præſertim quod ſtipendia ſibi conſtituta ſine quibus bellum geri non poſſet: minime ſoluerent. Cæterum unum ſibi maxime neceſſarium: ut tantum ſibi pecuniæ quāprimum mitteret: quod in aliqđ tempus ad milites in officio continēdos ſatis foret. At Francisſcus Euſtorgii mente cognita: quo is in ea confirmaret ſententia complura aureum nummū millia ei dono ſtatim mittit. Quibus ille acceptis nihilo diutius cunctatus in flaminiā rediit. Qua propter Guarda ſonates ea ſpe deſtituti paucis poſt diebus ſeſe Alexandro dediderunt. Quod Nicolaus ubi cognouit: non amplius Colornii ſibi expectandū exiſtimauit: & ne timore ſuis relictis fugere uideretur: Mantuam ſibi proficiſcendū eſſe dicit: quo antea & uxorē & reliquam inutilem familiam miſerat: ut regia inde ſubſidia cōtenderet. Itaq; relicto Colornio: quod erat ſatis ualido peditum equitūq; præſidio munitum: non ſine multis lachrymis Mantuam profugit. Alexander Guardaſonatibꝰ in poteſtatem acceptis: poſt impoſitum in arce præſidium: in Colornienſes traductis copiis oppidum munitiſſimis caſtris circūſedit. Dum hæc geruntur Raymundus anichinus natione Brutius uir ſane & uirtute & rei militaris ſcientia pollens ab Alphonſo rege qngentis cum equitibus in Nicolai tertii auxilium miſſus in reginoꝝ fines peruenerat. Is ubi ab alexandro Colornienſes obſeſſos intellexit: eam rem dolenter accepit: quod animaduerteret ſe regiis amicis in tanto ſalutis periculo ſine certa ſua calamitate opem ferre non poſſe. Cæterum non præter miſit: quin tentaret nōnullos ex militibus ſuis in oppidum per nocturnas inſidias tranſmittere: Quod cum ſæpius fruſtra tentaſſet: ob eas quas circum oppidum Alexander diſpoſuiſſet excubias: ab eo ſe omni conatu continuit. Nec deſtitit Alexander non grauiter cōmoueri in Leonellum æſtenſem: qui contra ius belli & præter eam: quæ illi eſſe debebat cum Sphortianis neceſſitudinē: liberum Raymūdo non ſolum

per ſuos fines tranſitum : ſed in iis cõmorandi etiam facultatem præ buiſſet. Sed ne impune id Raymũdus tentaſſe uideretur: eum ſumpta exercitus parte per noctem adortus: primo congreſſu repugnantib⁹ fere nullis fudit fugauit : caſtraq; incendit non multo poſt Colornienſes militum præſidio ſeruato: & ſe ſimul & oppidum Alexandro pmiſere. Pacatis per hunc modum parmẽſibus placentiniſq; rebus: magna ſua cum laude Alexander huic bello per eam æſtatem finem impoſuit. Interea Franciſcus utroque picinino, Caroloq; Gonzaga uniuerſis copiis re infecta Mediolanũ reuerſis: poſt peractas frugum ſucciſiones Caſtellum Sancti Georgii: de quo ſupra uerba fecimus: totis uiribus circũſedit. Id enim & muro & foſſa ac multo Mediolanenſiũ milite munie batur: eoquo confluxerat magnus hominũ iumentoꝝq; numerus cum multa agricolarꝝ finitimorꝝq; ſupellectile. Verum ubi triduum & tælis & tormentis undiq; oppugnat̃: obſeſſi demũ præſentis periculi magnitudine perculſi pace atque miſericordia exorata Franciſci ſeſe arbitrio & clæmentiæ tradiderunt: quos ille: ut erat ingenio miti & manſueto: ab omni illæſos detrimẽto iniuriaq; ſeruauit. Quo recepto mox Caſtellioneorꝝ uicum : qui inde non longe admodum abeſt in prædam uertit : & arcem quæ Mediolanenſiũ præſidio tenebatur. Deinde bombardis aggreſſus : poſt diem quintum ex quo die cœpta eſt oppugnari: in deditionem accepit: Variſini terrore permoti in fidem redeunt : luganenſib⁹ uero puicatius in boſtium fide pſiſtentibus Roberthus Sancto ſeuerinas atque uintimilian⁹ cum armatorꝝ millibus circiter quattuor aduerſus eos mittuntur. Hi cum primum luganenſiũ fines ingreſſi ſunt: Franchino ruſcha ſibi adiuncto: Iohannes nucius Cremenſis: qui pro Mediolanenſib⁹ præfectus apud illos erat præſidio conſtitutus: Comum illico refugit. Noſtri præfecti fuſis incolis omnibus atque diſiectis : & magna pecorum ui abducta: omnes uallis illius populos: qui paulo ante ad Mediolanẽſes defecerant: in Franciſci redire poteſtatem compulerũt. Inter hæc Kalendæ Iuliæ aduenere: quo die Mediolanẽſes pro ciuitatis more eum erant declaraturi magiſtratũ : qui primus eſt in rep. Nam ſuperioribus ſex menſibus contra inſtituta legeſque ciuitatis Iohannes oſſona cuius ante meminim⁹ : inter cæteros temeritatis ſuæ collegas inſolentiſſime arrogãtiſſimeq; præfuerat: qui cum oĩa pro animi libidine & impudẽtia regeret : unus omnium confidentiſſimus & erat & habebatur. Ob eamque rem ii omnes : qui beneuiuendi ratione ducebantur: ac præcipue Gibellini atq; nobiles incredibili eum odio proſequebant̃. Quo factum eſt : ut communi quodam bonorum ciuium conſenſu & ipſe & Iohannes applanus homo uerſutus & callidus : qui in eodem fuerat magiſtratu collega in ea mutatione in uinculaconiicerent̃. Nam qui nouus ſucceſſerat magiſtratus: & ſi utranq; factionẽ ſequebat̃: nobilitati tamẽ præcipue fauebat: cuius magiſtrat⁹:

principes Guarnerius Caſtellione⁹. Petrus poſterla.& Galeotus tuſca nus uiri ſane primarii : bi plura in eo magiſtratu pro ciuitatis ſalute atque dignitate ſunt aggreſſi: erantq; q̄plurimi in ea ſententia:ut ciui tatis imperium ad unum Franciſcū Spbortiam deferretur . Sed nemo tamen inuentus eſt:qui id in publicam concionē referre auderet:quiſ que enim tumultuatis uulgi ſæuiciam formidabat:quin potius bene rico panicarolæ:qui per id temporis Venetiis negotiādi gratia agebat: publico eſt conſilio mandatum:ut uenetum adeat ſenatum:ac multis propoſitis pollicitationib⁹ roget obteſteturq;:ne qui uni omniū Italo rum libertatem adamant:ac tuentur : patiantur Mediolanēſem remp. ſua ope atque opera a Franciſco Spbortia ſubiugatū iri. Is quæ iuſſus eſt:diligētiſſime pegit: Nam ſæpius modo palam modo clam in ſena tum admittebat . Seque ad Franciſci foſcari ſapientiſſimi & inuicto animo principis pedes quambumillime proiiciebat : & ut erat bomo callidus:ſublatas manus ad cælū tendens ingemiſcere flere ac prolyxa implorare oratione : ne amplius Franciſcū Spbortiam ſuis & copiis & pecuniis adiuuent:quin potius Mediolanēſem remp.amplectant: qđ ſi fecerint perpetuo fore Mediolanēſes uenetis patribus deditiſſimos. Quo quidem ſermone flexis ac delinitis uenetoꝝ animis : quattuor ſenatuſcōſulto ciues deliguntur. bis data poteſtate: ut eum ſecreto au diant : & audita decēuiris renuncient . Inter bæc ex caſtris Marcellus quoq; legatus tum litteris tum nunciis & ſenatum publice & amicos priuatim facere certiores non deſinit nulla neque ratione neq; ui fieri poſſe:ut Mediolanenſiū dicione Franciſcus potiatur. Vniuerſum enim populum incredibili in eum maliuolētia atque odio exardeſcere: & ob id extrema omnia malle perpeti quam eum admittere dominū . Itaq; cōmemorare atq; bortari : ut publicæ utilitati conſulerēt. Quare bene rico panicarolæ ex ſententia publica eſt reſpōſum ab urbe ne diſcedat. Diem enim ad deliberandū ſe q̄primum ſumpturos. Cæterum Franci ſcus ſeprenſibus confectis rebus : ac uintimiliano cum equitib⁹ mille qngentiſq; peditibus Canturii relicto: e Caſtellioneoꝝ uico in lauden ſes proficiſci contēdens poſt quinq; dierum iter ad Sanctum angelum peruenit. Id oppidum inter papienſiū laudenſiūq; confinia poſitum eſt & ad lambrum pertinet amnem muro ac foſſa : peregregie cingitur : nec inualido Mediolanenſiū præſidio cuſtodiebat : quod dum caſtris circūdare inſtituit: in bis locandis Manno barrili:qui trecentos ducta bat equites:trans lambꝝ facere ſtationes obuenerat: bic tborace arma tus : ac ſublimi uectus equo in ipſo fluminis trāſitu equi potus cauſa conſtituit. Gurges erat ad læuam ob proximū molendinū altiſſimus : rapidiſq; uorticibus æſtuās:quo in loco equus demiſſis ad aurem uſq; babænis dum paulatim aduerſo flumine incedit:in gurgitem minime prouiſum ita præcipitanter obruitur:ut uterque una ex omniū oculis

ſubito euanuerit: ipſe tamē equus caput continuo aqua extulit: & Mannus quoq; apparuit capite in aera manu ſublata : tanquam hoc ſigno opem & auxiliū peteret : cum repente uortices rurſus equum ſeſſorēq; obſorbuerint: equus mox in proximū fluminis ripam euectus eſt . At Mannus & armis ſimul & ætate grauis: qui iam annum ætatis ageret ſeptuageſimū in gurgitis imo retētus. Ita uir & genere clarus: & belli cis rebus inſignis: qui tot iam annos neque gladiis neq; ſagittis neq; iaculis ullis perierat: hac obſcura indignaq; uia exceſſit e uiuis. Franciſcus ubi cognouit: ægerrime moleſtiſſimeq; affectus : ad fluminis ua dum celeriter contendit : & quoniā aliud maius officium uiro optime de ſe merito præſtare non poterat : exanimū corpus ex aqua eius iuſſu erutum ut eſt intutus : non potuit ſe a lachrymis princeps humaniſſimus ac gemitu continere: qđ eum amiſiſſet uirum: quem & fidiſſimū ſibi ſemper & rerum ſuaꝝ omniū ab ipſo uſque Sphortia patre ſtudioſiſſimum ꝑſpexiſſet: nullumq; unquam per omnem ætatem neq; laborem neque periculum ſua cauſa detrectaſſe. Accedebat ad rem: quod ſe cū animo repetebat princeps uirtutis amantiſſimꝰ idemq; gratiſſimus quanta ille ſemper in omni ſermone grauitate uteretur & comitate : utpote ob miram ingenii dexteritatem non minus ad omnem dicendi elegantiā quam ad uitæ actionem mirum in modum accōmodatus : quanta rerum priſcaꝝ hiſtoriaꝝq; memoria: ut omnia ante oculos habere uideretur. Quæ ſecum Franciſcus recenſens: & querebaꝰ acerbiſſime eius caſum : & quod nullum adhuc dignum ſuis uirtutibus a ſe beneficium accepiſſet: quod in eum ſe propediem collaturꝫ ſtatuiſſet: cum Caſtellum nouū in placentinis municipiū: quod Nicolai Guerrerii fuerat: ei dono dandum deſignaſſet. Verum quod in eum humanitatis gratitudiniſq; officium præſtare potuit: id egit . Nam poſtridie eius diei eadem qua hora perierat: cadauer eius papiam deferendū cura uit funere quam honorificētiſſimo celebrandum: Quod ut rite maioriq; pompa fieret: Roberthum Sāct oſeuerinatē & alios plæroſq; exercitus primores eodem miſit. Sed ut eo unde diuerterat: noſtra referatur oratio: cū oppidani de auxilio ad ſe mittendo diffiderent: poſt biduum ſeſe atque oppidum ipſum Franciſco dediderunt: arcem tormētis adortus ea poſt biduum: quo cœperat oppugnari: boneſta pactione potitus eſt . Deinde ad eam Mediolanēſis agri regionem ſe conuertit : quam marteſanā appellant. Cumq; per laudenſes iter faceret : fit ab Antonio Cribello certior: qui arci piſleonis oppidi præerat : & ab Vgolino eius fratre maiore natu : qui eodem nuper e Mediolano clam confugerat : conſtituiſſe ſeſe eius poteſtati arcem tradere . Itaque rogare : ut ad ſe continuo fidos aliquos mittat: quibus cū ea de re agant. Quo nuncio accepto Franciſcus: nequid cunctationis huiuſmodi rei fieret: apud laudem ueterem ſtatiua poſuit . Intelligebat enim huiuſmodi deditionē

eſſe longe magis neceſſariam & ad bellum maturius conficiendū: & ad Mediolanēſes ſuam in ſententiā traducēdos: quā aliam rem ullam: quæ in Mediolanenſiū eſſet poteſtate: cum adduæ trāſitus uel arcium uel oppidoꝝ præſidio maxime cuſtodiant̃: quibus ereptis: omnis ſubſidii ſpes Mediolanēſibus auferebat̃. Inter reliquos autē eius fluminis tranſitus Piſleo magnæ eſt æſtimationis atque momenti & ad nocendum & defendendū in primis accōmodatus. Eſt enim id oppidum in Cremonēſiū finibus ad Adduæ ripam poſitū ingenti muroꝝ & altitudine & latitudine a pblippo duce conditū: foſſa inſup maxima aquis repleta a tribus partibus. Nā reliqua pars flumine ipſo ad muꝝ præterlabente abluit̃: quod quidē oppidū arcē habet mirabili ædificio ſtructuraq; pmunitam: quæ in ipſam uergit fluminis ripam. Nam in altera quam trans adduam in laudenſiū finibus ripa eſt: & ſi longe minore eſt ambitu: ipſa tamen & loci ſitu & artificio tutiſſima eſt. has inter arces pons eſt ligneus: qui ab utraque cuſtoditus arce: iter præter mœnia tranſeuntibꝫ præbet. Franciſcus igitur ea re plurimū lætus: Iohannem Caymum uirum Mediolanēſem ſibi fidiſſimum eo celeriter mittit: qui gratias ipſis fratribus ingentes agat: & ad eoꝝ poſtulata quæcunque ea tandem eſſent: re ipſa ſatiſfactuꝝ ſeſe polliceat̃. Huic Antonius: quod Franciſco de arce nomine ſuo eſſet denunciatū: id ſe iampridem in animo habuiſſe: ſed amorem fraternū fuiſſe in cauſa: ut ea res in illum uſque diem eſſet retardata: nequid mali in fratres Mediolanēſes cum in eoꝝ eſſent poteſtate ppetrarent. Sed cum his impræſentia frater inſperato ad ſe ueniſſet: quod ante de arce inſtituiſſet: nunc perlibenter uelle conficere. Itaq; ſe Franciſco non ſolū tradere eam arcem: ueꝝ etiam liberos atque ipſam uitam pro eius commodo atque gloria: ſi opus fuerit: expoſituꝝ. Ita arces poſt eum diem Franciſci nomine ab iiſdem fratribus tenebant̃ eamque curam omnem pro eius uoluntate atque iuſſu gerebant. & quoniam equites ad quingentos & pedites circiter trecenti eo a picininis præſidio miſſi in ſuburbio oppidi ſtationes faciebant: petierunt: ut eorum capiendoꝝ Franciſco ipſi cura relinqueretur: quo oppidani poſſent in fide contineri. Quare Franciſco Robertho e caſtris clam cum equitibus mille & totidem peditibus miſſo: ac ex omni cremonēſi ciuitate delecta iuuētute poſtridie eius diei prima luce facto impetu illi capti ſunt uniuerſi: ac bonis ſpoliati omnibus. Oppidani uno eodemq; cōſenſu ſe cuncti Franciſci fidei tradidere. Ob eam rem Cribelli fratres & municipiis ſūt ac pecunia largiter donati: ita ut ex parua facultate ad magnas opes fortunaſq; euaſerint. Franciſcus poſt ea motis caſtris ex itinere Meltiū in deditionē accepit: municipibus ultro per nuncios crebro claues afferentibus ac pacem miſericordiamq; orantibus. Tertio uero die ad eum uicum peruenit: cui Mercato eſt cognomentū: Quem ipſum cæteroſq; uicos atque agꝝ omnē

leuis armaturæ militibus permiſſa licentia ubi uertiſſet in prædam : locis opportunis ſtationes poſuit : eius autem depopulationis duplex fuit cauſa. Prima quia plæriq; defecerant ad Mediolanēſes: ac pertinacius repugnarēt . Altera: ut cæteri eo adducti exemplo facilius ſeſe de derent: erat etiam quiddam tertium: quod ea uniuerſa regione æſtate proxima nullam paſſa ſegetum ſucciſionē fruměta omnia in loca tuta incolæ congeſſerāt: exercituſq; uniuerſus fruměti inopia maxime labo raret. Iis autem: qui capto uicomercato in templum confugerant cum uxoribus ac liberis uniuerſaq; ſubſtantia miſericordiā ſublato clamore implorantib? liberrime ignouit : atque omnes in deditionem acceptos ab omni ui atq; maleficio probibuit. Briantini præterea crebris uexati excurſionibus in eius rediere poteſtatem. Eodem etiam tempore uinti milianus e Canturio mouens eos omnes populos qui circum larium lacum incolunt : in uallem tellinam uſque ita incurſionibus aſſiduis contriuit: ut rurſus ad Franciſci imperium coacti reuerterint. Soli Comenſes inuēti ſunt: & urbi Como finitimi: qui in Mediolanenſiū fide perſtiterint. Cæteꝝ ut exercitus: qui iam prope erat exinanitus a quotidianis & laboribus & incōmodis: utq; languentia plurimoꝝ corpora curarent: Frāciſcus dies plures dedita opera bis in locis caſtra babuit: Nam menſibus proximis morbida ac peſtifera quædam febris grauiter adeo exercitum preſſerat: ut qbuſcunq; in locis caſtra locata eſſent: in iis plurima militum corpora fuerint bumata : magnuſq; inſuper ægrotantiū numerus per oppida proxima curandæ ualitudinis cauſa dimiſſus: in quibus fuerunt ex iis plures: quorum Franciſcus opera & ad ſuæ rei familiaris & corporis curam plurimum uteretur. Sed præcipue ex iis militibus quos ueneti auxilio miſerant: pmultos uis morbi abſumpſit: pmultoſq; caſtra relinquere coegit: In quibus fuit Tartalia tergeſtinus uir fortis: & apud uenetos exiſtimatiōis non uulgaris: qui papiæ: quo uectus eſt: diem obiit. Ibi præterea Chriſtopborus Tbolentinas & Iacobus Gotbolan? graui diuturnaq; ualitudine impediti totam fere eam æſtatem conſumpſerūt. Per eoſdem quoq; dies Aloyſius uermius: qui ob acceptum apud Modoetiam uulnus: uti ſupra oſtendim?: exercitui diu intereſſe non potuerat ; ubi paucis ante diebus in caſtra rediit: uæbemētiſſimis febribus correptus: Meltii: quo ualitudinis curandæ gratia delatus fuerat: uitam cum morte cōmutauit. Quibus ex rebus Franciſcus in ſummo etiam dolore cum eſſet: aduerſa tamen oīa quæcunq; acciderent: æquo fortiq; animo ferens: nullū tempus præter mittebat neque ad bellum gerendum neque ad cætera: quæ uſui eſſent prouidenda . At poſteaq̄ ſatis pro temporis anguſtia exercitum recreatum refectumq; uidet: Caſſianum ducit : & arcem quæ in ipſa aduæ ripa loco editiore poſita eſt : & pontem babet: quo flumen iungitur : magnis uiribus obſidet : quam bombardis adortus: quod firmiſſimo

Mediolanenſiũ præſidio defenderet̃: poſt quintum diem: quo eo uen
tum eſt: in deditionẽ accepit. Hæc dum agunt̃: Sigiſmund⁹ contractis
uenetor⁹ uirib⁹ rurſus in Cremenſes conuerſus: ad duo paſſuum millia
ab eo oppido conſtiterat: Idque omni ex parte ſumma cum diligentia
die noctuq; uexare non deſiſtebat: quod eo ſtudioſius curabat: quoniã
intelligeret: ſe uenetis nihil facere poſſe neque gratius: neq; iucũdius:
quam ut Crema eor⁹ cederet poteſtati. Qua propter Karolus Gonzaga
a Mediolanẽſibus laudem mittit̃: qui ſuis copiis in duas partes diſtri
butis: & laudem ſimul: & Cremam defenderet: atque in fide & officio
contineret. Ad hæc paucis poſt diebus nouus is magiſtratus cui com
miſſa eſt ſumma reip. pro ciuitatis more Mediolani deligit̃: cui magi
ſtratui: qui proximis menſibus præfuerãt: tumultuoſe adeo ex eo depo
nũtur: ut quiſq; fuga ſaluti ſuæ cõſuleret. Quor⁹ inter cæteros Petrus
poſterla per amicor⁹ ædes clanculum urbe egreſſus in caſtra ad Franci
ſcum confugit. Galeotus uero Tuſcanus qui grauiter adeo ex pedibus
laborabat: ut neq; fugiendi neq; alicubi abdendi ſui poteſtatẽ haberet:
a plæbis quibuſdã facinoroſiſſimiſq; hominibus in inferiore ducalis
curiæ area: quæ eſt media inter duas facto impetu interficit̃: eiuſque
ædes cõtinuo a tumultuoſiſſima multitudine diripiunt̃. eadem quoq;
homines pditiſſimi temeritate ac ſæuicia poſt biduum in Antonium
ſyluaticum uſi ſunt uirum ſane facilem & perbumanũ ac nulli culpæ
obnoxium: cuius etiam domus mox direpta eſt. Is enim magiſtratus
quaſi totus ex Gelpha factione conſtabat: ac plebis ſtudia magno ani
mi ardore ſequebat̃. & utrunq; Iohannem oſſonam & applanũ eodem
die quo delectus eſt: miſſum e carcere fecit: multiſq; in rebus eorum
temeritate furoreq; utebatur: cũ ipſi quoq; ex ipſor⁹ duodecim numero
eſſent. Statuiq; in primis nequis aut Franciſci Sphortiæ aut Blancæ
mariæ nomen niſi per contumeliã ac dedecus uſurparet: ſi ſecus quis
fecerit: nec plecteretur. Panicarolam præterea: qui ut demonſtrauim⁹:
Venetiis erat: frequẽtiſſimis edocebat litteris: ut de pace ac ſocietate
apud uenetos ageret: iiſque affirmaret: nũquam fore: ut Mediolanẽſes
Franciſcũ Sphortiam in dominũ acciperent. At ille impetrata quam
libentiſſime obibat: non ſolum quod ſe patriæ ſatiſfactur⁹ intelligeret.
Verũetiam quod ex ea re pmagna ſe præmia & a Mediolanẽſi rep. & a
ſenatu ueneto conſecuturꝰ ſperaret. Cæterum Karolus Gonzaga: ubi
de Galeoti cæde cognouit graui dolore iraque cõmotus: quod eo uiro
familiariſſime ſemper uſus eſſet: ſtatuit eam rem nequaquã inultam
relinquere. Quãobrem in Mediolanẽſes uæbemẽtiſſime inflamatus
nec min⁹ in picininos: quos ſciret eius ſcelerati facinoris non conſcios
modo ſed etiã auctores extitiſſe. Quo pacto id ulciſceret̃: animo uolu
tabat: præſertim cum exiſtimaret id facinus ob eam potiſſimũ cauſam
ppetratum: ut ſibi iniuriam facerẽt. Erat enim inter eum & picininos

quædam rei militaris æmulatio : quæ utrinque in acerrimum odium emerſerat: uidere inſuper uidebatur : nequaquã diutius Mediolanẽſes tantam belli difficultatẽ molemq; ꝑlaturos. Quare in reliquũ tempus conſulẽs rei ſuæ ut Franciſci animum ſuo ſibi beneficio reconciliaret: ea omnia conſilia quæ ad conſequẽdum Mediolanenſe imperium pro futura uidebant̃ : Huic per Franciſcũ capram tum fidiſſimũ ſibi: tum Franciſco ipſi apprime familiarẽ patefaciebat. Quod ut apertius intelli geret : addebat: urbem laudem atque eius arcem: quas in ſua haberet poteſtate: & ad eum iure pertinere cognoſceret: ſe illi propediem tradi turum. idemq; eſſe factuꝝ de crema oppido : ubi copiaꝝ ſuaꝝ partem haberet præſidio. In ſuo autem deinde fore conſilio ſiue cremam ſibi ipſi ſeruaret: ſeu uenetis traderet: quanquã uideri ſibi oppidum ipſum adeo opportunũ nullo pacto uenetis tradendum : cum exploratiſſimũ diceret ſe habere: cum primũ ueneti id oppidum acceperint: non modo illum deſerturos ſed bellũ etiam inita cum Mediolanẽſibus ſocietate illaturos. & quoniam noſſet in ſe Franciſcũ beneficentiſſimũ fore: duo ab eo petere ac rogare. Vnum ut pars quædã cremonẽſis agri munici piis ſuis finitima ſibi concedat̃. Alteꝝ ut cæteris eius ducibus honori fice adderetur. Quibus rebus cogniti s: Frãciſcus ingentes agit Karolo gratias : quæ offerebantur : iucũdiſſimo admittit animo : ſeque ita in eum gratum fore pollicetur: ut collati beneficii memoriã nulla unquã delere poſſet obliuio. De agro cremonenſi nihil licere ſibi in quenquã tranſferre: cum & Cremona: & cremonẽſis omnis ager ſit ex dotali iure Blancæ mariæ uxoris ſuæ. Cæterum eſſe Derthonã urbẽ: quæ & pluris faciunda eſſet: & eam ſe libentius ac liberius conceſſuꝝ. Quod autem ad honorem & dignitatem attineret: eum ſe habituꝝ in præcipuo ſuo rum ducum numero: & pecunia item non exigua ad ſe ſuaſq; ornãdas copias donatuꝝ. Quibus condicionib? Karolus acceptis continuo ſe in dignatum in Mediolanẽſes oſtendens : ne quam aduerſus ſe conflaret infamiæ notam : relicta laude in ſua ſe municipia : quæ poſſidebat in Cremonẽſibus: Franciſci etiam uolũtate recipere inſtituit: unde paucis poſt diebus cum ſuis copiis eo conſilio in Mediolanenſiũ fines reuer teretur: ut Franciſco ipſi ſe adiũgeret : & quanuis iam cautum erat per Mediolanẽſes : ne ulli neque Sphortiani neq; cum illis ſentientes ad mitterent̃ in urbem laudem: tamen ſic egit: quo cautius ac tutius pro miſſa perficerentur : ut cõmunicato cum Cæſare Landulfoq; burrbis fratribus: qui arci præerant : negotio atq; conſilio: præſidium centum ab Franciſco delectoꝝ peditum e caſtris noctu miſſum in arcem recipe retur: ea lege: ut pro Franciſci uoluntate illa in fide ſeruaret̃. Quibus rebus perfectis nõnullos ex ciuitate utriuſq; factionis fide & auctori tate præſtantes uiros: quibus & ipſe plurimum fideret: & cum ueneto rum imperium tum Mediolanenſiũ iugum permoleſtiſſimũ eſſet rem

omnẽ: ut gesta erat: edocuit. & honestissimas causas: quibus adductus ad id uenisset: ostendit. Quod ubi omnes uno eodemq; consensu non probassent solum : sed maximas ei gratias egissent: quod suo consilio atque ope e tetra atque immani Mediolanensiũ tyrannide eriperent: cõmuni sententia constituerũt: ut cum primũ ex urbe Karolus abiisset Francisco accersito sese atq; urbem dederent. Interim ueneti neglecto atque contempto: quo Francisco erant obstricti fœdere: senatus cõsulto decernunt: neq; in bello amplius pro Francisco pseuerandũ neq; stipendium in reliquum tempus ei soluendum : sed de pace potius cum Mediolanẽsibus agendũ: & quod Henericus potissimũ contendebat nouo fœdere societatem ineũdam. Quãobrem Pasqualem Maripetr & Vrsatum Iustinianũ nobilitatis uenetæ uiros grauitate & auctoritate insignes iccirco ad Francisc̃ legatos mittunt: quod eos illi nouissent amicissimos & multa familiaritate cõiunctos. legationis summa hæc fuit: ut Frãciscus sese posthac ab omni ui atque maleficio in Mediolanẽses abstineret. Sed ad pacem mentem animũq; cõuerteret. Nec enim dubitabant Francisc̃ pro animi sui modestia honestas cõdiciones admissurum : addiderantq; : ne legati prius e Francisci castris discederent: quã uel adhortationib?: uel terrore eum ad pacem induxissent. Verum dum legati iter faciunt mandata executuri: ueneti certiores facti ex litteris Marcelli: quo cum Frãciscus consilia semper omnia cõmunicare consueuerat: & de arcium pisleonis Cassianiq; accessione: & de rebus cum Karolo transactis confestim ad eos scribunt : ut mitius ac humanius iussa referant: ueriti ne si acerbius: ut iusserant: mandata explicarent : Cremensiũ deditio interturbaret̃. Cum iis in potestatem redactis: liberius possent atque licentius imperata perficere. Cæterum Francisc? ubi de legatorum aduentu cognouit: suspicatus eos id quod erat allaturos putauit nequaq̃ pmittendum: in exercitum ii uenirent: quod animaduerteret eorum aduentũ rebus suis secũdissimis non parum detrimẽti allaturr : cum fieri nullo pacto posset: quin rumor de pace continuo & apud uniuersum exercitum: & apud hostes ipsos increbresceret: de quibus potiundis indubitata esset expectatio. Itaque per nuncios hortatur rogatq; legatos: ut in Ripalta transadduanor oppido: qđ & tenebatur a uenetis: & ab castris non amplius aberat septem passuum millibus: præstolarent̃ : ubi longe cõmodius quam in castris possent hospitari: eo se in diem postes profectur dicit. Cum igitur eo proficisci omnino instituisset: consilium a suis omnibus improbat̃: ferebaturq; molestissime: ac multis ipse cum lachrymis orabatur : & obsecrabatur: ut paulo maturius consultaret: & quo pergeret : & quorum se fidei potestatiq; cõmitteret. Nec sane bi absurde eum monere uidebantur : quem non sine manifesto uitæ periculo uiderent in oppidum uenetor proficisci: quos ab eius amicicia atq; fœdere rumor iã increbruisset discessuros :

quin potius eius esse & dignitatis & salutis : ut legatos citra flumen accerseret: ubi tuto esset & sine ulla suspicioe eos auditur?. Hac Franciscus suoꝝ opinione atque metu cognito: ita loquutus est. Non se adeo rerum ignarum esse: nec ita mentis atque sensus inopem: ut eo temere concederet: ubi aliquod suæ uitæ periculū imminere posse intelligeret. At scire se uenetis patrium esse morē ac legem: ut nemo omnino neq; legatus nec magistratus audeat quicquam uel aggredi : uel tentare in iussu senatus: siquid etiam offerretur: quod maximā foret reip. uel utilitatem uel gloriam allaturum . certo autē scire se nihil legatos habere in mandatis: quo in sese manus iniicerent: cū non modo nulla ratione prænoscere senatus uenetus potuisset de suo trans aduā transitu: sed nec etiam tam subitæ infamiq; perfidiæ obnoxiū facere auderet. Quod si etiam legati certiorem fecissent senatum uenetum de eiusmodi suo transitu : & ille omni diuino iure humanoque contempto: aliter esset animatus: tamen priusquam uel exiret ex oppido nuncius: se cum suis omnibus citra flumen esse redituꝝ. Quibus dictis quēadmodū constituerat: cum paucis ad Ripaltam deimprouiso legatos adit . Ad quos ubi uentū est: hilari eos complexus facie uultuq; iucundo post pauca humanitatis beniuolētiæq; uerba: ut quid haberent amanter hortatus coram exponerent. At ii quod ad se ita familiariter accessisset: quando quidem dicerent: sui fuisse muneris non ibi eum expectasse: sed adiisse potius nō modo tantam eius humanitatē atque modestiam admirari: sed summis efferre laudibus: quod & in senatum uenetū tam egregia fide bonorificētissimoq; studio uteretur : & legatos etiam quam ornatissime exciperet: ita ut plane obsequētissim? amātissimusq; diui Marci filius & dici posset : & iudicari . Deinde paucis senatus iussa in hunc modum exponunt . Cogitanti sæpenumero consultantiq; diligentius ueneto senatui de rebus bellicis multa de Mediolanēsi hoc bello fuisse renunciata : quod piculosius atque diuturnius quam omnium fuisset opinio: produceret. & eius tandem aliquādo confectio tum dura nimis tum difficillima ac pœne supra humanas uires fore uidebatur . Qua propter cum de pace agendum existimasset : cogitationes suas omnes atq; consilia ea legatione significare ipsi statuisse : cum eiusmodi præsertim pacis condiciones aspernendæ non essent. Cæterum se cum iter huc facerent: res multo secundiores offendisse quā Venetiis ferebant. proinde se non de pace amplius tractandum sed perseuerandū potius in bello conficiendo censere . Quare quæ sibi senatus modo cum eo agenda censuisset : ea omnia ipsius uoluntati permittere: qui posteaq; de eius rebus prospere gestis certior factus est : non mirabili solum lætitia gaudioq; afficiatur: sed etiam plurimū cōgratuletur: horteturq; ne punctum quidem temporis prætermittat: quo minus tantum tam que diuturnum bellum conficiatur . Ad hæc Franciscus respondit. Se

cum antea ſemper tum maxime hoc tempore cognouiſſe florentiſſimũ uenetoꝝ ſenatum omnibus ſane in rebus cæteras Italiæ ampliſſimas reſp. fide integritate iuſticia ac omni deniq; uirtute anteire. Quamob rem & ſi quorundã litteris ac nunciis illum acceperat ab uetere amicicia atque icto fœdere diſceſſuꝝ: nunq̃ ſibi tamen perſuadere potuiſſe: præſtantiſſimũ illum ordinem quicquam conſtituꝝ: quod uel ab iuſticia boneſtateq; abhorreret: uel ſui auctoritate maieſtateq; indignum poſſet a quoquam iudicari. Nec enim ſe latere: eſſe quoſdam animis adeo exulceratis: ut belli conficiendi facultatem in ſummam uertant difficultatẽ: & id quidem de nõnullis aliis Italiæ principibus ſentire: & de quibuſdam etiam uenetis ciuibus: qui penſi decoriq; obliti: per moleſte ferentes Mediolanenſiũ principatum in ſuam: ut iuſtum eſt: deuenire poteſtatem. iis quottidie rebus maxime ſtudeant: quibus præſentis belli confectio differatur interturbet̃q;. Verum minime ſe dubitare: quin iuſtiſſimus uenetoꝝ ſenatus cum pro antiqua neceſſitudine: tum pro mutua officioꝝ magnitudine fœderiſq; iure inuiolata fide conuentis ſanctiſſime inſiſtat: præſertim cum bellum ipſum iam pro ſuis optatis ad exitum ſit prope perductum. Quæ a Mediolanẽſib?. n. ſecus Adduã oppida atque municipia tenebant̃: quæ quidem Mediolanenſium ipſorum in eo flumine portæ ſunt: præter laudem. Tricium atque Bripium ab ſe eſſe recepta omnia: eodemq; modo qcquid transpadum Ticinumq; iaceret: in ſua eſſe poteſtate. De laude urbe quid actum eſſet: eos non latere: ac Bripium ipſum breui futuꝝ ſperare ſeſe: ut in ſuam redigat dicionem. Reliqua hæc ſola Tricii arx: quæ & ſi eſt munitiſſima: tamen cum ulteriorem adduæ regionem Bergomenſes incolãt: qui uenetoꝝ parent imperio: detrimẽti ſibi nihil inferre poſſet Quibus rebus ita conſtitutis: quanfacillime effici: ut Mediolanẽſes undique intercluſi & omni deniq; auxilio ac re frumẽtaria cõmeatuq; carentes breuiſſimo temporis curriculo ita fame atque exurie premerẽtur: ut ad deditionem uel inuiti cogerentur: Quãquam id eos ultro facturos non dubitaret: cum mutuis inter ſe factionibus ac ſeditionibus quottidie digladient̃. Facto ſermoni huic fine: & Franciſcus illico in caſtra: & legati Brixiam redeunt. At Vrſatus Venetias reuocatur. Paſquali quoniã Franciſci amiciſſim? habebatur ob idque rebus gerendis intereſſet ne ſenatus iniuſſu Brixia diſcedat imperatur. Poſtridie eius diei Franciſcus: ut quod reliquum erat: de laudenſib? rebus conſi ceret: caſtra mouens ad uicum culturanũ qui Meleniano proximus eſt: peruenit: ubi nactus idoneum caſtris locum ſtationes ponit. Inter hæc Karolus: ut fuerat conſtitutũ: laude Cremaque relictis cum omnibus copiis in Cremonẽſes proficiſcit̃. Cremenſes uero Karoli præſidio deſtituti ab exercitu uenetoꝝ continenter acerrimeq; uexati adhortationib? etiam Gaſparis uicomercati: qui oppido præerat: ad Franciſcũ legatos

mittunt eum multis orantes precibus: uti & ſe & oppidum in deditio nem accipiat: ſecumq; animo diligentius accuratiuſq; cogitet: quãtum commodi eius rebus Crema ſit allatura: ubi eam in ſuam acceperit po teſtatem. quantum etiam incõmodi atque detrimenti ſi in uenetoꝝ de uenerit dicionem. Apud omnes enim rumor iam uagabat̃: futurum ut ueneti eo accepto oppido: Mediolanenſiũ partes tutelamq; ſuſciperent. Quibus Franciſcus ita reſpondit: nullo pacto quod oraſſent: licere ab ſe exorari: idque ob conuenta quæ inter ſe ac uenetos interceſſerant. Dolere tamẽ maiorem in modum ob ſingularem ſuam in eos beniuo lentiam: quod cremenſiũ deſyderio ſatiſfacere non poſſet. Quicquid enim uenetis promiſiſſet: id cumulatiſſime obſeruare neque ulla ſui emolumenti ratione ab ea ſententia animũ abducere ſtatuiſſet: quod ſi in amiciciæ cõiunctioniſq; officio ueneti pſtiterint: id qđ ipſe mini me dubitabat: ſe beneficium beneficio cumulaturꝝ: Sin minus perſti terint: ac defecerint: malle deſerendæ amiciciæ uiolandiq; fœderis ab illis quam ab ſe cauſam initiumq; profectum ab omnibus intelligi. Poſtero die ſumpto equitatus peditatuſq; delectu: & caſtris Collionis curæ mandatis ad laudem pergit: Quo ubi uentum eſt: mille ab urbe paſſus caſtra ponit. Quo ipſo die ab laudenſib? ciuitatis primores mit tunt̃ ad eum legati: qui poſtulatis omnibus liberaliſſime impetratis: & ſeſe & urbem q̃liberrime dediderunt: tum Franciſcus urbem ingreſ ſus cum ſumma omnium lætitia cunctis ciuibus depoſcentibus con feſtim enunciari iubet arcis præfectis: ut arcem quãprimum dedant: quod ni fecerint: ſe omni prorſus mora ſublata eam ſe militibus expu gnandam diripiendãq; traditurꝝ. At præfecti: ut fuerat ex compoſito conſtitutũ: arcem illico dediderunt. Spbortiani pedites: qui intro: ut prædiximus: recepti fuerant: in caſtra per noctem redierunt. Araſmũ uero triulcium urbis eius præfectum: quem ſuis rebus aduerſarium ſemper norat: ac ſibi uæbemẽter infenſum: ciuibus non negantibus retineri: & ad ſe perduci iubet: qui ubi in conſpectũ uenit: pauca trepi dans ac pauens cum ſui ipſius tum Ambroſii fratris purgandi cauſa locutus eſt. Ambroſius enim bracianas & ipſe partes ſecutus apud reli quos Mediolanẽſes præſertim eos: qui eiuſdem erant factionis: omnẽ ipſius Franciſci: & qui cum eo ſentirent cauſam & oppugnauerat ſem per: & in eam uſque diem acerrime oppugnaturꝝ ſeſe non diſſimulãter præ ſe ferebat. Sed Araſmi purgatione nequaquã admiſſa: eũ papiam agi: & in arce diligenter cuſtodiri Franciſcus iubet. Interea Cremenſes & Franciſci reſponſo & laudenſiũ deditione admoniti: cũ ſeſe uenetis dedidiſſent: Gaſpar uicomercatus legatoꝝ iuſſu detentus: ubi bonis omnibus eſſet exutus: in libertatem demum reſtituitur. Mox cultura num Franciſcus regreditur: ubi continuo quæ deinde belli gerendi foret habenda ratio cum ſuis uenetorumq; legato conſultat. Quibus

omnibus uiſum eſt:ut cunctis uiribus Mediolanū propius peteretur: ac populus ipſe Mediolanēſis & propinqus laceſſeretur & acrius.Qui bus quo maior terror incuteret: in ipſis ſuburbiis & ad portas uſque caſtra firmarent.Quod prope exploratiſſimū omnibus uidebatur:cum in ſuburbiis conſpiceret exercitus:fieri baud poſſe:quin breui & in ciui tate diſſenſio: & in populo tumultus exoriretur:quibus rationibus ad ductus Franciſcus militem continuo undique contrahit: euocatq; in caſtra.pmulti enim in byberna conceſſerant:Alii ualitudinis curandæ alii reficiendi & plæriq; ſui ornandi cauſa: Karoli inſuper aduentum inſtare & magnā frumenti cōmeatuſq; uim nullo tempore interiecto comparare ſūma diligentia curat.præterea ad equites mille ex tranſfu garum numero conducit eoꝝ præſertim: qui rei militaris peritiſſimi uidebantur.Singulis.n.fere diebus braciani milites complures turma tim uentitabant in caſtra: quos ad boſtium uires diminuēdas ſuaſq; augendas ꝑhumaniter accipiebat atque libentiſſime:eoſque liberaliſſi me pecuniis donabat. Coacto igitur exercitu: eoque magno equitum aucto numero:ubi comparaſſet dierum octo res neceſſarias: ad expedi tionem in Mediolanū copias agit: dieque tertio ad uicum lambratum peruenit: qui paulo minus ab urbe duobus paſſuum millibus diſtat: quo in loco campis patentibus caſtra diſponit: ꝑmagno in latitudiné ſpatio occupato: ex quo loco totum triduum quottidiana prælia nunc equitatu nunc peditatu ad orientalem ipſius urbis portam conſerunt & eo iccirco leuia quod a picininis fratribus: qui & militib? & populo præerant: parce admodum pugnandi facultas offerebatur. In quibus ſane præliis multi ſunt ex noſtris crebritate pilularum uulnerati.inter cepti aūt perpauci: Inter quos Flaſcbus:qui cum eſſet in urbem actus: protinus in caſtra remittitur.Neminē enim ex militibus Sphortianis picinini fratres in urbe retineri patiebant: ueriti nequid inſidiarum captiui in ciuitate molirent: aut etiam qui ex ſuis caperent:quod per ſæpe accidebat: coniicerent in uincula.Interim uero a Speculatoribus Franciſcus quos ſuburbioꝝ foſſas ac munitiones: quæ ab orientali ad Comēſem portā continētur: exploratū miſerat:foſſam eſſe tranſgreſſu facilem cognoſcit.Cæterum ob conſtructū nuper ceſpitibus aggerem in ſuburbia irrumpi non poſſe:neque eas eſſe ſtationes: ut ſint admo dum ꝑtimeſcendæ: extra urbis muros ciuem Mediolanēſem uigilare neminem. Milites uero perpaucos ad tuendas munitiones ꝑnoctare: nec urbis portas ante ſolis ortum reſerari.His rebus cognitis:poſt dili gentem conſultationē æquataſq; uias:qua iter erat factur? poſt triduū ante lucem inſtructo exercitu eo proficiſci conſtituit: atque foſſarum aggerem demoliri: & ita occupatis ſuburbiis:caſtra inter orientalem nouamq; portam firmare:contraq; utranq; foſſas atque aggerem ſum ma celeritate extruere:Quibus Mediolanēſes cæteri:q in urbe erant:

ab repentina eruptione prohiberent. Quæ quidem omnia ante lucem ſe perfectur cõfidebat. Itaque de octaua noctis hora: nam æquinoctiũ erat: e ſtationibus copiis eductis: omnes in aciem ſtare iubet. Cum igitur ad locum cæteri omnes cõueniſſent: ſolus Collio cum auxiliaribus copiis: quod aliquanto abeſſet longius ab reliquis copiis diutius quam par eſſet: profectionẽ remoratur. Dum multis a Franciſco nunciis ad ueniendum ſollicitatur: & ille contra nõnullos ſe expectare equites qui abeſſent a caſtris reſpondet: dies illuxit: Nec prius copiis reliquis iungitur: quam ſol exoriretur. At Franciſcus &ſi ea mora uæhemẽtius in Collionem cõmotus erat: quod ſolus ſuis inuadendæ urbis conſiliis obfuiſſet: tamen neque ullum perturbationis ſignum oſtendit: neq; quod animo decreuiſſet: intentatum reliquit. Nam cum primum ad exterioré eam foſſam quæ inter nouam comenſemq; portam interiacet: cunctis uiribus peruenit: anteriorq; ordinum equites iuſſi equis deſcendere foſſamq; eam ſuperare: quæ ad Boſſiorq; molendinũ dicitur: hi facile prætergreſſi obiectum aggerem: qua minor eſt altitudo: ſummo conatum cum maximo omniũ clamore occupare contendũt. Cæterum ubi ea quæ inter utranque portam ſpatia ædificiaq; ſunt: ingenti populi ac militum multitudine referta proſpiciũt: qui omni tælorum genere eminus & cõminus repugnarẽt: nemo e noſtris fuit tam audax ſibiq; confidens: qui pedem ultra aggerem tranſtulerit ob frequẽtiſſimos miſſilium catapultarumq; pilularumq; ictus qui ex aggeris ſpeculis torquebantur in noſtros: adeo ut nemo e regione diutius uno in loco conſiſtere auderet: quo fiebat: ut crebro ſclopetorum ingentiq; ſtrepitu incredibilis mortis terror inuaderet: & caliginoſa fumoſi ueluti fulguris magnitudine aer ipſe obſcuraret: cõfertiſſimiſq; ictibus pilularum ſolo undiq; repercuſſo ſublatus fumi globus cælum ex oculis tolleret: adeo ut longe terribiliora quam eſſent omnia uiderent. At Franciſcus intrepide nulli neq; labori nec uitæ cedés diſcrimini: modo huc modo illuc pergens quæcũq; pugnæ atque uictoriæ uſui eſſe poſſent: dicto citius prouidebat: Atq; inter ipſos pugnantiũ ordines circũquaq; ſe offerens: ne loco diſcederent: monebat: hortabatur: imperabat: ægriuſq; dimicãtes grauiter increpabat: ut iis qui in foſſa aggereq; conſtiterãt: ubi opus foret: ſubſidio laborantib? aduolarent. Dum uero ſupra duas horas in hũc modum pugnatur: e noſtris multi affecti uulneribꝰ cœpere prælio excedere. Inter quos Boſius Sphortia Franciſci frater in latus dextrum pilulæ uulnere grauiſſime accepto in caſtra delatus eſt. Cæterumq; poſtea quam & qui certabant propius conari fruſtra: & qui aliquanto etiam eminus pugnabant: ſauciari Franciſcus uidet: receptui cani: ac milites a pugna reuocatos redire in caſtra omnes iubet. Nec poterat cum ſuis familiaribus nõ ſæpius dolere: quod unius Collionis culpa certam ad obtinẽda ſuburbia uictoriam amiſiſſet. Itaq; non modo non ſuſpicari:

ut antea ſed exploratiſſimū habere cœpit: ob aliam nullam cauſam Bar
tholomæū ea cunctatione ad profectionē uſum : quam ut ueneti ſena
tus mentem edoctus a Marcello legato interturbata ſuburbio⁹ occupa
tione: Mediolanenſiū deditionem in dies duceret. Quam quidem rem
Petrus etiam poſterla : qui non multis ante diebus mortis metu : ut
ſupra oſtendimus: ex urbe fugiens in caſtra ſe receperat: ſatis ſuperq;
affirmabat . Nam cum ad illum uſque diem cum aliis undecim reip.
ſummæ præfuiſſet: & quæ henricus panicarola de pace deque uenetor⁹
auxiliis ad Mediolanēſes ſcripſerat: & quæ in accipiendis condicionib⁹
pacis Mediolanēſes ad eum reſcripſerant: memoriter omnia tenebat .
Quibus rebus Frāciſcus admonitus cum uideret maximo in periculo
ſuas res poſitas : putauit nihilo diutius cunctandū: quoad duæ poten
tiſſimæ reſp. in ſuam calamitatē ac perniciem coniungerent . Quin po
tius omnibus elaborandū innitendumq; & artibus ac uiribus quibus
breui Mediolanēſes in ſuam poteſtatem redigeret . At uero cum his
rebus diligenter & accurate operam daret: maximeq; ſtuderet : ut ſub
urbiis noctu potiretur : ab Petro quodam natione pannonio equitum
præfecto Rabotbi landechi germani opera: qui quidem ambo ſuperiori
bus annis ab eo ad hoſtem tranſfugerāt: clam duo ad ſe uenerunt: nun
ciaruntq;: ſi mille aureos nummos ab eo acciperent: ſtatuiſſe ſuburbii
aditum orientalis portæ: cui ipſi præerant: eius tradere poteſtati. Quo
nuncio Franciſcus in non mediocrē potiundi ſuburbii ſpem adductus:
pecunia quam illi petierant : comparata poſt biduum eius diei adire
cum exercitu capereq; ſuburbia decreuit . Sed interim accidit: ut non
minus eo in capiendis ſuburbiis conſilio falleretur: quam priore. Red
ditæ enim fūt poſtero die Bartholomæo litteræ: quib⁹ a ſenatu ueneto
iubebat: ut una cum præfectis ſuarum cohortium militibus reliquis
apud Marcellum legatum relictis : ipſe q̄primum in eorum fines con
cederet . Is imperata faciens: clam repentini diſceſſus cauſa Franciſco
enunciata noctu caſtris excedit : & in tranſadduanor⁹ fines contendit.
Deinde Marcellus militum primoribus edicit : ne ullam prorſus Me
diolanenſibus iniuſſu ſuo iniuriam inferant. Nam ueneti cum primū
ueniſſe Cremenſes in dicionem ſuam intellexerūt : repente omni diui
no humanoq; iure una cum fœderibus neglecto : cū Henrico de pace
uti antea conſtituerāt: ſecretiſſime cōuenerunt, Deinde ubi paucis poſt
diebus Franciſcū ad urbem Mediolanū caſtra motu⁹ cognouerunt :
cōtinuo omnibus iis belli ducibus: quos ei antea auxilio miſerant: per
litteras iubēt: ut relictis uno tempore copiis in locis ubi eſſent: in ſuos
fines remigrarēt: militeſq; reliquos paulatim poſtea ad ſe traducerēt .
Paſqualē uero Maripetr⁹: qui: ut dixim⁹: Brixiæ expectabat: ad Franci
ſcum cum publicis mandatis redire imperant . Is feſtinātius confecto
itinere in caſtra eodem ipſo die aduentauit : qui ad capienda ſuburbia

dictus fuerat. At Franciſcus qui iam ad Marcellum diuerterat: ubi de Paſqualis aduentu cognouit : q̃primum ad eum uenit ea auditurus: quæ ueneti ſenatus nomine afferret. Non enim ſubuereri non poterat: nequid quod ſibi eſſet incõmodatuꝝ: eius tam celer apportaret aduentus. Eius legati hæc fuit oratio. Se ſui ſenatꝰ iuſſu celeri ueniſſe itinere qđ ita rei magnitudo expoſceret. Itaq; ſe breui explicaturꝝ: quæ iuſſus fuerat. Cum diu ac multum de Mediolanẽſi hoc bello ſenatus ipſe dili genti⁹ cogitaſſet: quo ſiquid ad breue conficiendũ ſuppeteret: id omne ſuppeditandũ curaret: Comperit multis de cauſis id diuturnius in dies difficiliuſq; futurum : neque fieri poſſe: ut ulla impenſa aut temporis longitudine ad ſperatam uictoriam perduci queat . & id quidem cum propter Mediolanenſiũ puicaciam: tum uero propter pabuli inopiam : cum ita eſſet totus Mediolanẽſis ager diuturnitate belli omnib⁹ prope rebus conſumptus : ut diutius in his locis tantus exercitus eſſe non poſſet: propter hæc uenetoꝝ ærarium adeo eſſe exinanitum ob multos graueſq; ſumptus mari terraq;: ut neque ſibi neq; copiis ipſis: quas in caſtris eius auxilii cauſa habebant: ſtipendia in reliquum tempus pendere poſſent: neque ipſis ſolis eas uires eſſe: ut ſuo ſumptu tot copias alere: & tantam belli molem diutius tolerare poſſent. Quibus difficultatibus adductum uenetum ſenatum rogatoꝝ conſulto quãuis inuitũ ad pacem cum Mediolanẽſibus deueniſſe. Eius pacis quæ ad eum pertineant: has eſſe conditiones: ut nullam deinceps Franciſcus iniuriam Mediolanẽſibus inferat. Quod eſt agri tria inter hæc flumina Padum Adduam atque Ticinũ præter urbem Papiam eiuſq; agrum Mediolanenſium ſit. Reliquas longobardiæ urbes atque oppida; quas adeptus ſit: & philippus in ſuo obitu poſſidebat : retineat. Vrbem laudem : & quod reliqui intra ipſorum fluminũ fines habet: Mediolanẽſibus reſtituat. Pacis probandæ dierum uiginti Franciſco ſpatiũ ſit. Ad hæc legatus adiecit: non quia res ita eſſet: ſed ut poſtea cognitum eſt iniiciendi timoris cauſa. Senatum ſuum cum Romano pontifice ſocietatis fœdus percuſſiſſe. Ita Alphõſum regem florentinũ populum ac Sabbaudianorum ducem ſocios ſibi aſciuiſſe. Si pacis fœdera Frãciſcus probauerit : ſeruaueritq; : pacis fœderiſq; beneficio ei uti licere. Sin renuerit: uenetos ſocioſq; pro Mediolanenſiũ ſalute mox arma ſumpturos ac propugnaturos. Franciſcus non ſine ingenti pturbatione animi in hunc modum legato reſpondit . Non ſe eius aduentu tam iniucũdum tamque acerbum ſibi nuncium afferri expectaſſe: quo nihil grauius præter mortem eo tempore accidere poſſet: neque ab ueneto ſenatu: quem ita coluiſſet : atque obſeruaſſet: uti omnem ſpem ſuam omnemq; ſalutem in eius firmiſſimo præſidio poſuerit: in poſtremo uictoriæ curſu ſe deſtitui exiſtimaſſe : cum nequaquã ad credendam rem tam abſurdam in ducere animum potuiſſet. Proinde non poſſe nõ uæbemẽter admirari:

atque indolere : quod nulla iuſta cauſa illud in ſe actum ſit: quod im humanum : quod ingratum: quodq; iniuſtum per orbem uniuerſum iudicari apertiſſime liceat. Nam quis erit poſtbac inquit : qui negare audeat : non ab boneſtate non ab iuſticia longe uenetos defeciſſe? non nefarium non deteſtandū per omnem ætatem facinus admiſiſſe: cum anno nondum exacto: foedere iureiurando ſancito: eorum auxilio aduer ſus Mediolanēſes bellum ſuſcepiſſet : ita repente ita de improuiſo ab iis non modo deſerat̃ : ſed nouum aduerſus ſe futurum bellum enun cietur : a quibus iuuari maxime atque defendi & ad principatus iura dignitatēq; perduci oporteret . Quas ob res & ſi uenetoꝝ remp. quæ & iuſticiam colere: & ſui imperii amplitudinē gloriamq; uirtute bacte nus terra marique auxiſſe prædicatur: ea in ſententia māſuram nequa quam credere poterat: tamen rogare eum atque obteſtari: ita ſuaderet ſuo ſenatui: ut datam fidem: promiſſaq; ſeruaret: cum id præſertim ad Paſqualem ipſum maxime ptineret: cuius interuentu tranſacta ea oīa fuiſſent. Quod ob eas quas cōmemoraſſet difficultates bellum neque breui tempore perfici neque longo ſuſtineri: neq; diu in bis locis exer citus cōmorari poſſet: rem longe aliter eſſe ſibi exploratiſſimū eſſe: eam ineſſe in Mediolanēſi agro pabuli copiam: quæ non uni modo ſed exer citibus pluribus diu abundeq; ſuppeteret. Mediolanēſib? præterea non eundem in ſuſtinenda libertate omnibus eſſe animum: nobilitatē fere omnem ad eum urbe recipiendum idem ſentire. Solam eſſe plebem : quæ rerum imperita & ab nōnullis malis pniciōſiſq; ciuibus fucatæ & ſubdolæ libertatis ſtudia obſtinate ſectantib? nouis quottidie rebus uel ſomniis potius nutrita in aduerſā partem traberet̃. pecuniæ fateri neq; magnam ſibi copiam ſuppetere : neq; omnino ad neceſſitates per ferendas deeſſe facultatem: neque ob eam rem cum magis in militum beniuolētia quam in ui pecuniaꝝ ſperet : ſuis rebus unquam diffiden dum putaſſe : neque præſentis belli uictoriam utcunque res habitura foret: deſperaſſe. Quod impenſam ſtipendioꝝ: quæ ſibi quot menſibus iure fœderis perſoluat: minus ſe uenetum ſenatum in reliquū tempus laturum dixiſſet : ſe poſtbac eam uenetis impenſam dono remiſſuꝝ : neque ex iis unquam pecuniis quicquam repetituꝝ. Copias duntaxat: quas in caſtris habeat: uti in ſuo auxilio pergerent: ſe maiorem in mo dum depoſcere . Quod ſi etiam ſenatui durum atque difficile uideret̃ ſuoq; ab exercitu ſegregandas: & in eorum fines reuocandas ſtatuerit: id ſe dummodo nullum ſibi ab uenetis bellum nullaue iniuria infera tur : æquo animo paſſurum proponit: qnetiam quæcunq; promiſiſſet: ſe quoad in humanis ageret : integre uenetis præſtituꝝ affirmat. Ad bæc legatus: non eſſe ueneti ſenatus conſuetudinē: quod ſemel rogato rum conſilio ſtatuiſſet : retractare. Ex quo uti eius uoluntati ſe Franci ſcus accōmodet : hortatur. quandoquidē quod ſenatus ipſe decreuiſſet

omnino confectum iri oporteat . Quibus dictis Franciſcus ſic rurſus reſpondit. Si ſenatus omnino ita ſtatuerit: ita effici uelit: cū nil aliud hæc ſibi oratio poſtulare uideatur: quam illud: quod dici ſolet ſic uolo ſic iubeo: nō eſſe uerbis amplius contendendū. Vtrum uero propoſitas pacis condiciones accepturus ſit an ne : diem ſe pro rei magnitudine ad conſultandū ſumpturꝝ. Interim litteræ ad Mediolanēſes perferunt quib⁹ fiunt ab uenetis & ab Henrico de compoſita pace certiores. Quo nuncio accepto: quod protinus ſe eo bello liberatum iri exiſtimabant: magna omnes lætitia replentur. Proinde ignibus campanarꝝq; ſonitibus cum frequenti bombardarꝝ ſclopetorꝝq; concrepitu tota urbe: & in his maxime locis e quibus caſtra proſpiciebant: cōſtitutis: tota ciuitas per plateas forumq; effuſa ſummū in gaudium conuerſa eſt . Nam partim ipſa animi uoluntate: partim metu: ne allatum de pace nunciū dolenter ferre ſuſpecti efficerent: omnes eodem uultu lætari uidebantur. & niſi boſtes abirent: multa ſe in eorum perniciem facturos iactabant. Hæc ubi in caſtra deferunt: multa uenetos per opprobria Sphortiani milites appellare: eorumq; copias: quæ in caſtris erant: mox diripiendas dicere coeperunt. Franciſcus ſtatim nequis ullam uenetis contumeliā ullamq; eorum militibus iniuram faciat : capitali poena præconibus pronunciari iubet. Sed magna affectus ſollicitudine non amplius in iis locis cōmorandum putauit. Vnius diei moram eo interponendam exiſtimauit : ne ſuus inde diſceſſus fugæ ſimilis uideretur . Nam cum ſummū cæteris gerendis rebus ſtudiū omni tempore adhiberet: id maxime ſemper curæ habuit: ut eius nomen non ſolum inuictum: ſed & omni turpitudinis nota uacuū foret: quod ſi belli gerendi auctoritatē augere non poterat : nulla re tamen male geſta minuere uolebat: nihilq; quod uel ad ignauiam ſibi uel ad imprudentiā aſcribi poſſet committere. Verebatur enim ne ſi Mediolanēſes uenetis rebus elati in caſtra eruptionem facerent: ueneti quoq; milites : tum: ut eo quo tenebant: metu liberarent: tum prædæ abducti cupiditate in eum arma caperent: ita ut uno tempore non tam cum boſtibus quam cum amicis atq; domeſticis ſibi confligendū foret . Eo igitur biduo exacto in culturanū uicum rurſus exercitum reducit : neque in tanta rerum cōmutatione animo deprimebat: neq; publice ullam in uultu triſticiā oſtendebat ſed animo infracto: quæ uſui erant: impigre obibat: Quod profecto Marcellus: qui rerum admodum curioſus diligenſq; ſpeculator erat: plurimū admirabat: ac ſummam uiri prudentiā animiq; magnitudinē in omniū conſpectu laudare prædicareq; non ceſſabat. Cæterum in eo itinere hoc auxiliaribus copiis accidit incommodi: quod ab noſtris præter Franciſci uoluntatē & diſſipatæ ſunt & rebus fere omnibus uno tempore ſpoliatæ. Eius rei hæc fuit cauſa . Nam ſimul ac noſtros infenſo in uenetos animo uiderunt : territi quæque ſibi cariora

clam ad amicos comportabāt: ut ſiquid forte ſibi eueniret aduerſi: in tuto eſſent. Dein ut ſupra demonſtratū eſt: ducibus uenetis abſentib⁹ in tranſadduanos traiiciendū ſibi conſtituerūt: & paulatim ex itinere Ripaltam proximū tranſadduanor⁹ oppidum profugere cœperunt. Qđ ubi a nōnullis de exercitu animaduerſū eſt: continuo inter turmas de fuga clamore ſublato imperatoris iniuſſu: omnes non modo: qui fugæ ſe mandarant: ſed qui in acie adhuc erant: cōpræbendunt̃: armis equiſ que exuuntur. impedimēta diripiuntur: magnuſq⁹ fugientiū numerus ad fluminis uſq⁹ adduæ ripam inſequentib⁹ leuis armaturæ militibus denudat̃. Acceſſit ad bæc quoq⁹: quod cum eodem die Matheus campanus ex Roſate: ubi præſidii cauſa per eam æſtatem fuerat: in tranſadduanos iter faceret: pars militum longius ab reliquis progreſſa: hos in tumultus incidit: moxque in prædam uerſa eſt. Quod ubi intellexit campanus: iter ſtatim cum reliquis auertit: Mediolanūq⁹ ſe recepit: die que poſtero: uti conſtituerat: in tranſadduanos profectus eſt. At Franciſcus: qui ut conſueuerat: cunctos militum ordines anteibat: ubi poſt terga miſceri bæc cognouit: totumq⁹ deinde exercitum tumultuanté uidit: graui incenſus ira plæroſq⁹ non exiguæ auctoritatis uiros: quos penes ſe habebat: hac illac confeſtim mittit: qui ſuos ab uenetor⁹ mili tum iniuriis prohiberent: atq⁹ erepta reſtitui curarent̃. Ipſe ubi tumul tus maior eo celeriter defertur: ac magna claraq⁹ uoce omnes grauiter increpat. eius aduentu prædantiū temeritas furorq⁹ reprimitur. Ablata deinde non tam quæ reperta ſunt: reſtituēda quam ea: quæ occultaren tur: pquirenda diligentiſſime curauit. Principeſq⁹ admiſſi ſceleris com præbendi iuſſit: ac de iis: quo forent cæteris documento: ſupplicium ſumpſit. Interim legati: ubi tot iniuriis totque detrimētis uenetam aciem immerito affectam exagitatāq⁹ intuentur: grauiter dolere: ma gnis uocibus queri & inſignem ſuor⁹ calamitaté lamentari non deſine bant: Quinetiam graui metu perculſi: cum non abſq⁹ Franciſci uolun tate id eſſe factū ſuſpicarent̃: de propria ſalute iam dubitare cœperūt. Sed poſteaquam militum incolumitati celeriter ab eo prouiſum: ac in ſontes grauiter animaduerſū eſt: facile ſunt & dolore leuati: & ea ſuſpi cione formidineq⁹ liberati. Poſtridie autem eius diei Marcellus impe trata abeūdi poteſtate omnibus uenetor⁹ copiis: quæ nondum ab exer citu diſceſſerant: per laudenſiū pontem in Cremenſes traiecit: quo cum tutelæ gratia Franciſcus: ne quam ab ſuis iniuriam milites ueneti acci perent: quinq⁹ ab caſtris paſſuum millia proceſſit. Is beſterno adhuc timore territus nullo intermiſſo tempore non prius ab itinere reſtitit quam ueneto exercitui: qui in tranſadduanis erat: ſe adiunxit. deinde & Marcellus ipſe & Andreas dandulus alter uenetor⁹ legatus iuſſu ſena tus diſtributa nō tam in eos: qui bello Mediolanēſi Verſati bona ami ſerant: quam in milites reliquos pecunia: ut omnibus rebus: quæ bello

uſui ſint: ſe q̄primum reſarciant: atque ornent: ſummo ſtudio curare inſtareq; cœperunt. Quod ubi Frāciſcus reſciuit: noua eſt cura preſſus cum ſatis aperte id futuri belli eſſe initium conſtaret: ſimulare tamen quādiu fieri poſſet cum uenetis: eoſque in beniuolētia continere: optimum eſſe iudicauit. quod ſi menſis mora intercederet: priuſquā ab iis ſibi bellum inferatur: ita ſe ſuis rebus conſultuꝝ confidebat: ut neq; de ipſorum potentia multum ſibi timendum foret: neque de obtinendis Mediolanenſib? dubitandum. Proinde Paſqualem apud ſe: quoad liceret: habere cōſtituit. Venetias præterea Alexandꝝ fratrē: qui adhuc in parmēſibus erat: Angelum ſimonetā: & Andream biragum legatos mittit: qui eadem ſenatui referent: quæ ipſe Paſquali reſpondiſſet. & quanquā confirmādæ pacis poteſtatem dabat: tamen iis ita præſcribit: ut niſi rurſus eius uoluntate uel litteris uel nunciis ea in re cognita: ad probandam pacem nequaq̄ deueniant. Sed ab uenetoꝝ tamen amicicia ſimulando quoad poſſint: non diſcedant. Quod cum magno ab ſe Mediolanēſibus reddendæ laudis deſyderio tenerentur: non difficile futuꝝ arbitrabat. Cæterum Mediolanenſib? uenetoꝝq; legato aſſidue enixeque petentibus inducias dierum uiginti cum haud mediocri Mediolanēſibus ipſis detrimēto futuras intelligeret. facile ab ſe impetrari permiſit. Nam cum per id temporis frumēti cibarioꝝq; aliorum quicquam Mediolanū importare liceret nemini: ac exploratam ſe Mediolanenſes pacem habituros: eaque propediem uti poſſe proculdubio ſperarent: eos ſerendi cupiditate ac neceſſitate per autumni tempus compulſos maiorem tritici partem: quam proxima æſtate pceperant: quam primum agris cōſumpturos nō dubitabat. exhauſtis per hunc modum horreis: non multo poſt Mediolanēſem populum ad maximā annonæ penuriam calamitatēq; deuenturꝝ iudicabat. Nec eum fefellit opinio: quod firmatis pronūciatiſq; utrinq; induciis: tanto Mediolanēſes ferē di ſtudio exarſerunt: ut nihil ſibi ſpe futuræ pacis præter paucoꝝ dieꝝ triticum reliqui fecerint. Interim cum duæ omnino arces ad Adduam poſitæ in Mediolanenſiū poteſtate relinquerent: quarum altera Tricinum altera Bripienſem: uti demonſtratū eſt: in eo flumine aditū cuſtodiunt: liberumq; uenetis tranſitum ea Mediolanenſib? auxilia ferre uolentibus præbere eo tempore poterant: ſtatuit Franciſcus omni induſtria atque arte utranq; boſtibus tranſeundi facultatē præripere. Nam armis duobus locis uno tempore occupatus: Mediolanenſiū uenetoꝝque uiribus non diu reſiſtere poſſe intelligebat. Sed præſtare plurimū ſibi uiſum eſt: rem Tricinam: de qua iam cum arcis præfectis agere cœperat: quos haud difficiles inuenerat: quam Bripienſem prouidere: cum neque Tricinæ expugnādæ arcis tum propter loci naturam tum propter munitionis magnitudinē facultas aut tempus erat: neq; quod apertiſſimos Tricini cis Adduam habent campos: ea tranſitu uenetoꝝ

exercitum prohibere posse uidebat. Per Bripiensem uero ne transeant: aditum facile se armis repugnatuꝝ confidebat. dat igitur operam: per eos arcis negotium conficiꝫ: quos cum præfectis colloquendi causam habere cognouerat: eius arcis cura Bonifacio. Ricciardo. Robertho & Isopino germanis fratribꝰ ex Villana familia fuerat ab Mediolanensibus tradita. Quoꝝ familiaritate Iohannes Stephanus Ioffredinusque Marliani fratres per id temporis Meltii agentes plurimū utebantur. Ex quo ita factum est tam ipsorum quam Robertbi Sāctoseuerinatis: quem hac de re eo Franciscus secreto miserat opera: multis propositis præmiis: ut Mediolanensiū uenetoꝝq; copias ea traiicere flumen conā tes: dum bello certaretur: præfecti transitu prohibeant. De arcis uero deditione nihil se præstare posse dixerunt: ueriti nequid Mediolanēses grauius in Ricciardū fratrē: qui pœne obsidis loco Mediolani distinebatur: ac in reliquam familiā propinquosq; suos agerent: quā tamen arcem: se: ubi urbe Mediolano potitus fuerit: mox dedituros pollicent̃. Legati interim Venetias profecti: Senatum ad quæq; Franciſci postulata non inexorabilem modo comperiūt: sed ut initam ab se cum Mediolanensibꝰ pacem approbent: quottidie magna importunitate requirunt̃. Illi qui nihil mandatoꝝ præterire proposuerāt: oportere se nouū ab Franciſco habere præceptum: idque propediem expectare respondebant. At senatus: ubi diem ex die duci uidet: legatis per quendā cuius ipsi amicicia utebantur: enunciari iubet: nisi pace probata nequaquam Venetiis esse abituros: quinetiam breui in uincula coniiciendos. Qua re credita: Alexander quanto in periculo uersent̃: collegis demonstrat: utque incolumes abeant: pacem confirmandā persuadet. Quo facto statim noctu Venetiis discedentes celeri itinere Ferrariā pueniunt: mox que de iis Franciscū certiorem faciunt: quæ: ubi intellexit: uæbemēter indoluit: ac peracerbe Alexandro collegisq; succensuit. Nec minus Pasqualis quod metu ab mandatis excessissent: grauiter incusabat. Is enim quanuis esset uenetus: suæq; reip. legationis munere fungeret̃: tamē id quod senatus de pace cum Mediolanensibꝰ egerat: & ab Franciſco defecerat: semper eum q̄ grauiter incusabat. Senatoresq; eius pacis auctores maledictis insequebatur: quinetiam Franciscum uti in bello persequi perseueraret hortabatur: quod eius prudentia atque uirtute uenetis etiam inuitis uictoriam consecutuꝝ speraret.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER . XX.

Vm eſſet de pace Venetiis ſuis ab legatis probata Franciſcus certior factus: idque moleſtiſſime ferret: rem in conſilio cõmunicat: qua diu multũq; a plæriſque e papienſi gymnaſio euocatis in caſtra uiris ſane ciuilis pontificiiq; iuris peritiſſimis diſputata: Num iure eam pacem ſeruare obſtringeret: omnium ſententia legati grauiter erraſſe accuſantur: cenſentq; peritiores: in manibus Franciſci eſſe an pacem ſeruare uelit cuius approbationẽ & iniuſſu ſuo: & metu lagatorũ factam plane conſtaret. Itaq; ſtatuit aperto bello cum Mediolanenſib? contendendũ: & uenetis: ſi ferre iis auxilium conarentur: totis uiribus obſiſtendum: quod nõ difficulter ab ſe fieri poſſe intelligeret. Nam cum unus omnino Bripienſis in Addua flumine aditus ut ſupra oſtendimus: in hoſtium poteſtate relinqueret: facile ſe illos eo tranſitu probibiturũ: ac per eam byemem Mediolanenſes frumenti inopia in deditionẽ redactũ confidebat. Dum hæc aguntur: & dies inductiarũ præterеunt: & Franciſcus picininus morbo correptus Mediolani moritur. mortis hæc cauſa: fugiẽtibus ſingulis fere diebus equitibus ꝑmultis: nam turmatim: uti in ſuperiore cõmentario docui mus: ad Franciſcũ confluebant: tanto dolore affectus eſt: ut in grauem incideret ægrotationẽ: qua ad bydropem poſtea incurabilem morbum deueniens dies paucos ſuperuixit. eius loco iure fraterno ſucceſſit Iacobus picininus: bracianorũq; militum: qui Mediolani erant: communi omniũ conſenſu curam ſuſcepit: & ab Mediolanenſib? & cæteris copiis præficitur. Præſtabat enim fratri & corpore & animi uirtute plurimũ: quod inualido ille & ſegni eſſet corpore: & animo ignauo: ſed ingenio malo prauoq;. Cæterum in elargiendo liberalis: Iacobus uero parcus tenaxq; habitus. Franciſcus bellicis negotiis dies noctesq; intendens: rurſus omnibus ex partibus Mediolanẽſes quantum antea nunquam laceſſendos frequẽtibuſq; incurſionibus infeſtandos iubet. Dein cum intellexiſſet Sigiſmundũ uenetoſq; legatos: exercitũ quem plures iam dies in tranſadduanis habuerant: bybernandi cauſa in Bergomenſem Brixienſemq; agrum diſtribuiſſe: byememq; ſubeſſe uideret: optimum fore iudicauit: ſuum quoq; exercitum: ut ſe a laboribus incõmodiſq; aliquantulũ reficeret: in byberna dimittere. Itaque omnes: copias partim per proxima Madiolano municipia atque oppida diuidit: partim circa Adduæ ripã diſponit. Aliquot in Briantinos mittit quibus Iohannem Sphortiam fratrem præfecit. huic præcipue mandauit: uti omnes per aditum Bripienſem Mediolanũ ire conantes tranſitu prohiberet.

Quod ſi toto exercitu Sigiſmundū eo iturum cognouerit : eodem ſe confeſtim omnibus copiis ſubſidio acceſſurꝯ affirmat. Ipſe uero e Mele niano: quo ſe multis ante diebus contulerat: diſcedentibꝰ copiis laudem proficiſcit̃. Paſqualis legatus : ubi non amplius commorari ſibi apud Franciſcū licere uidet: ut in bello perſiſteret : hortatus : ut qui male de uenetis ſentiebat: Nam neque ſe continere poterat: quin eos interdum homines diceret fuſtuario dignos: Venetias regreditur. Franciſcꝰ cum de alendo per hyemem exercitu cogitaret : comperit ab remotioribus locis frumentū comparari oportere. Proinde magnam frumenti cætero rumqꝫ cibariorꝯ copiam tam ex Cremonēſi quā mantuano ferrarienſiqꝫ agro laudem : qui locus uiſus eſt ad eam rem opportuniſſimꝰ : flumine pado Adduaqꝫ ſubuebi conferriqꝫ ſtudet. Simulqꝫ dat operam: nequid eorum quæ ad hominū uſum pertinent: Mediolanū importaret̃. Quæ ſint inſuper uenetorum conſilia : qui etiam ipſorum ducibus ad feren dam Mediolanēſibus opem ſit animus explorare ſumma diligentia cu rat. Nam cum in bellis gerendis aduerſariorꝯ conſilia præſcire: atque anteuertere: non perutile modo: ſed neceſſarium iudicaret: maximā per omne tempus ei rei operam atque curam adhibuit. Reperiebat autem ſtatuiſſe uenetos regionem eam omnem præter papienſium agros ad liberandos frumenti inopia & confiniū anguſtia Mediolanēſes bello infeſtādam: ac e Franciſci manibus eripiendam: quæ eſt inter padum adduam atque Ticinum poſita: quæ ut ſupra demonſtrauimꝰ : icti nu per fœderis iure Mediolanēſibus reſtitui debebat. Reliquis uero ciuita tibus atque oppidis : quibus Franciſcus imperaret : nullam iniuriam inferendam. Nam ubi eum in bello perſeuerare acceperunt: metuentes ne ipſis etiam inuitis Mediolanenſiū imperio potiretur : non omnino ab eius amicicia diſcedendum cenſebant: cum ſatis bonori ſuo feciſſe iudicarent : ſi ea: quæ nuper Mediolanēſibus promiſiſſent : curarent. Ducibus autem uenetorꝯ in cōcionibus quottidie uerſantibus: ut quo conſilio præſenti Mediolanenſiū neceſſitati atque periculo ſubuenire conſulereqꝫ poſſent: decerneret̃ : repperit eſſe in animo: aut per Tricinū aut Bripienſem aditum Adduam tranſire : magnā uim frumēti nullo tempore omiſſo comparare: & in Bergomēſes comportari iuſſiſſe: quod tranſeuntibꝰ ipſis cum exercitu Mediolanū ſtatim importari poſſet: eſſe que ad eas res conficiendas non multis poſt diebus ex bybernis toto exercitu educturos . Præterea: quo uenetorꝯ uiribus facilius reſiſtat: & auxiliorꝯ aliquid Mediolanēſibus detrabat: conducere admodum exiſti mauit: pacem & amicicia cum Lodouico Sabbaudianorꝯ duce firmare: quod ea firmata multum ex hoſtium auctoritate in ea præſertim uene torum defectione diminutū: ſuæque additum exiſtimationi fore intel ligebat: & quas in Taurinenſiū frontibus copias reliquiſſet : ad ſe con feſtim reuocare poſſe. neque quod ea de pace ſibi propoſuerat: difficile

futurꝫ arbitrabaꝫ. Nam Lodouicus poſt acceptam Nouariēſem cladem neque fugatas denudataſqꝫ copias refecerat: neque nouum delectum ad inſtaurandū bellum coegerat: & quanuis Albertbus carpenſis ad eum profugiſſet: non tamen Franciſci fines inuadere auſus eſt: quippe qui ſuis diffiſus uiribus de pace magis quam de bello cogitabat: ſed tentare boſtis animum: quem bello temere laceſſiuerat: erubeſcebat. hæc cum ita eſſent: Bartholomæū uicecomitē Nouarienſiū epiſcopum & prætorem Iobānem Angelellū Bononiēſem ad eum de pace legatos mittit: qui cum ad eam rem & Amideum patrem & Lodouicū filium faciles inueniſſent: ſic egerunt: ut pax & amicicia inter eos ſit: & parti utriqꝫ quod altera in alterius finibus poſſideret: retinere liceat: Quib? ex cōuentis factum eſt: ut oppida complura atqꝫ caſtella: quæ in philippi obitu Sabbaudiani in papienſibus Alexandrinis atque nouarienſib? occuparant: poſſidentibus ipſis relinquerenꝫ. At Franciſcus & ſi non abſque magna offenſione animi ſuis ex finibus dicioni alienæ quicq̄ ſuo conſenſu adiici patiebatur: tamē ut præſenti bello liberiore animo maioribuſqꝫ uiribus intendere poſſet: quæ legati tranſegerāt: non improbanda putauit. Nam ſæpe dicere ſolebat: prudentis eſſe in rerum humanarꝫ caſibus aliquid de ſuo interdum amittere: quod ex uſu ſit ſuo. & ad conficienda bella: quæ cum pluribus gerenda uiderenꝫ: non eſſe imperatori uno tempore cum omnibus contendendū ſed cum alio pacem ineundam. Inducias cum alio faciendas & bellum cum tertio gerendum. His omnibus confectis rebus tam: ut quid agerent boſtes: facilius cognoſcat: quam ut iis locis quibus Adduam: ut ſupra oſtendimus: tranſituros arbitrabaꝫ: propinquior ſit: Caſſianum proficiſciꝫ. Dum hæc aguntꝫ: Leonardus uenerius ab uenetis Mediolanū legatus mittitur. Is cum nullo itinere eo ſe tuto conferre poſſet: ad Frāciſcum rogatum mittit: ut eius ſibi uoluntate Mediolanū proficiſci liceat. Franciſcus & ſi ſatis animaduertebat illum Mediolanēſibus ſuaſurꝫ: ut ſe libertatemqꝫ tuerentꝫ: ac multa magnaqꝫ uenetos pro eorꝫ ſalute & ad propulſandos boſtes propediem ſubſidia miſſuros: idque rebus ſuis non niſi detrimētoſum fore intelligebat: tamen hæc non multi exiſtimans: ubi res nō in legationibus mittendis: ſed in uiribus conſiſteret: peragere cœptum legato iter permiſit: ſeque ei non ignorare: quid apud Mediolanēſes acturus eſſet: neque uereri tamen ſua præſentia diutius Mediolanēſem populum nutriri poſſe: ubi frumento non uerbis egeat: renunciari iuſſit. Per eoſdem dies duos in Addua pontes uenetorꝫ duces faciendos conſtituerūt: alterum ſubliciū apud bripium Alterꝫ lintribus apud Tricium. ædificiaqꝫ inſuper: quæ extra oppidum ſunt: foſſa ualloqꝫ munire cœperūt. Quibus de rebus cum eſſet Franciſcus certior factus: cœpit de præfectorꝫ arcis fide ſubdubitare: & ne ea quæ circa Tricium fieri cœpta eſſet ab boſtibus munitio: ubi caſtra

locaturos perſpiciebat: pficeretur: celeriter obſtandum putauit: Cum autem eas: quas Caſſiani habebat copias eo mitteret: per præfectorum nuncios renũciatũ eſt: ne timeret quæ ueneti ad Triciũ agerent: inanẽ eos laborem capere: propterea quod quæ pridem ei promiſiſſent: inuio late ſeruare ſtatuerãt. Qua quidem re cognita Franciſcus bono animo eſſe coepit. copiaſq; ſtatim ex itinere reuocare: neque hoſtes poſtea in opere perſequẽtes turbari a ſuis permittere. Inter hæc Firmus landria nus Mediolanẽſis Tricinæ alterius minoris arcis præfectus: quæ trans adduam pro eius pontis tutela: de quo ſupradixim⁹: conſtructa fuerat: ad Frãciſcum de ipſius arcis traditione clam mittit. Simulq; proponit conſueſſe ſingulis fere diebus Sigiſmundũ cui ſumma imperii belliq; gerendi cõmiſſa fuerat: eo ſeſe conferre eius curandi operis ſtudio: qđ ad pontẽ & ad ſuburbia fieri mandauerat: quo una Leoniſſan⁹. Collo. Chriſtopborus Tbolentinas. Tibertbus brandolinus. Iacobus gottbola nus. ac uenetoꝝ Mediolanenſiũq; legati ſæpe commeare ſolebant. Hos uno tempore arcẽ ingreſſos: qua tranſire oportebat: nullo negotio com præbendi poſſe demonſtrat. Verum ad eam rem conficiẽdam peditum centum opus eſſe præſidio: quos ad eorum uſque illo reditum abditos in arce habere uolebat. Franciſcus centum delegit pedites: quos & fide les & animo & corpore præſtantes cognouerat: Quibus Marcũleonem & Iobãnem grandem Mediolanẽſem uiros fortes & magnum rei mili taris uſum habentes præfecit. Hi ad Firmum per noctem proficiſcunt & in arce: ut erat conſtitutũ: abduntur. Vbi cum triduum manſiſſent: ac duces ſimul: ut ſolebant: eo rediiſſent: ac eorum nemo arcem ingreſ ſus eſſet præter Innocentiũ cottam ex Mediolanenſiũ legatis alterum: uiſum eſt eis Innocentiũ ipſum eſſe compræbẽdendũ. Nam ſatis erat exploratum propter ſuſpicionem: quam de utriuſq; arcis præſidibus habebant: nullum ex ducibus ea rurſus eſſe tranſituꝝ. Itaq; Innocẽtius capitur: & ad Franciſcũ perducitur. Ex eo multa exquirendo de Medio lanẽſibus deq; uenetoꝝ conſiliis cognoſcit: grauius in dies Mediolani frumenti penuria creſcente Sigiſmundũ intra dies paucos exercitum omnem iuſſiſſe ad adduæ ripam conuenire: moxque eo ponte: quem ad Bripium ueneti ædificarãt: in Mediolanenſiũ fines traiicere: ac ſeſe cum iis copiis: quæ Mediolani erant: adiungere conſtituiſſe: & ob eam cauſam Innocentiũ ipſum communi ciuitatis ſuæ conſilio ad Sigiſmũ dum miſſum. Erat autem Innocẽtius cotta eo tempore & apud Medio lanenſes & apud uenetos magnæ auctoritatis: tum quod ingenio erat callido: & pro tuenda conſeruãdaq; libertate adeo graues fecerat ſum ptus ut æs magnum alienum conflaſſet: tum quod nullis non tam diurnis quam nocturnis laboribus parceret: nullum q; periculum perti meſceret: tum etiam qđ præter cæteros Mediolanẽſes Franciſco eiuſq; nomini atq; cõiugi acerrimũ ſemper inimicũ ſe per omnẽ contumeliã

oſtendiſſet:quod bracianos pecunia ope:opera:quantum pro facultate poterat:iuuiſſet.Quod parti uenetæ modeſtiore quodam modo fauere non ceſſaſſet.Nam Mediolanēſes ſuapte natura: uti prædixim?: uene tum nomen ſemper odere:quibus in conficiēdis rebus Ambroſiū triul cium ſocium adiutoremq; habuit.His cognitis Frāciſcus eum lauden ſem in arcem cuſtodiendum miſit.& quoniam unum omnino Sancti columbani oppidum:quod eſt inter papienſium laudenſiūq; fines poſi tum in Mediolanenſiū poteſtate ea in regione relinquebat̃:cuius oppi di arx:quæ munitiſſima eſt:nō multo ante tempore Innocentii ipſius curæ cōmiſſa fuerat:non putauit Franciſcus oblatam recipiendi oppidi occaſionem retardandam:Scripſit igitur Ciccbo ſimonetæ:quem laude non tam rem frumentariā ac cætera omnia:quæ uſui erant:curatuꝝ: quam eius urbis ſaluti prouiſuꝝ reliquerat:uti Innocentio enunciaret: niſi ſtatim arcem traderet:eo ſupplicio in fratris conſpectu necaretur: quo latrones necari ſolent.Seruabat̃ enim arx a Lucio cotta eius fratre Quibus uerbis ꝑterritus Innocentius fratri perſuaſit:uti nulla cunctatione pro ſuæ ſalutis commodo arcem Franciſco traderet:Lucius frater ne uitæ periculo permotus arcem dedidit . Per hunc modum Franci ſcus & arce & oppido uno tempore nulloq; negotio potitus eſt . Cum autem quæ ex Innocentii ſermone de boſtium conſiliis intellexerat:& ab plæriſque aliis confirmarent̃: ſtatuit nulla cunctatione interpoſita reliquas copias:quas ex bybernis nondum duxerat:quā propius poſſet: & apud ſe & apud Bripium cogere:Itaque partim in Briantinos profici ſci partim in uicos Caſſiano proximos conuenire iubet. Nam & ſi ſub ipſo byemis tempore magnis continuiſq; frigorib?omnes afficiebant̃: tamen ad gerendum cum uenetis bellum pro tam inſigni paulo ante illata ſuo imperatori iniuria nemo erat:qui non eo prompte atq; alacri ter proficiſceret̃: ac frigoris incōmoda:pecuniæ indigētiam famemq; facile toleraret:non laborem quantumuis grauem fortiter ſuſtineret . Cum ſe præſertim pro ſui ducis dignitate atq; gloria pugnaturos non ignorarent:quem non ſecus atque uitam ipſam & colerent:& obſerua rent: iuſſit eos tamen milites in bybernis permanere:quos in caſtella atq; oppida Mediolano ꝓpinqua diſtribuerat. Qui Mediolanēſes quot tidie infeſtarent:ac ne extra urbem uagarent̃: & ne quicquam earum rerum importaret̃:quibus eos probibere poſſent:propemodū curarent Deinde ſpeculatores delegit certos: ab qbus uarias in partes dimiſſis de iis quæ boſtes agerent fiebat quottidie certior: Nam & inter ipſos boſtes eos babebat exploratores: quos nibil eorum fere conſilioꝝ late bat.Nec multis poſt diebus ad uigeſimā circiter diei borā renunciatū eſt ei frequēter boſtes omnibus copiis Bripium uerſus maturare.Qua re cognita Franciſc?accerſitis q̄primum omnibus:quæ proximæ erant copiis rebuſq; opportune ad ꝓfectionē paratis de ſecunda noctis bora:

quæ nox erat Natalis domini:e Caſſiano mouet:totamq; eam noctem non prius ab itinere deſtitit : quam prima luce ad cbalcum montem peruenit:qui mons mille & qngentos circiter paſſus diſtat ab eo ponte quem in Addua ad Bripium:uti demonſtratū eſt:boſtes confecerant: quo in loco Iobannes frater & uintimilian? cum reliquo exercitu in armis expectabant . E regione uero montis huius mons eſt alter multo editior:quem Sanctæ agnetis appellant . Is ad adduam pertinet:& ab ipſo ponte paſſibus mille non longius abeſt.bi montes quādam inter ſeſe conuallem efficiunt:quæ a flumine initium facit:qua recta Medio lanum itur. Ex itinere autem cum ſummū montis iugum crebris magniſq; ignibus collucere proſpic eret᷑ : percontanti Franciſco cauſam : quæ tantos ignes excitaret: reſponſum eſt:fieri ab iis quos Iobannes ad muniendū cuſtodiendūq; montem miſiſſet. Quo reſponſo leuatus metu:iucundo ac forti in boſtes animo ꝓficiſcitur.Pertimuerat enim ne ab boſtibus capto monte ignes ſuſcitaren᷑ . Sed admodum breuis fuit uſura falſi gaudii. Nam ubi cbalcum uenit:comperit monte non ab ſuis ſed ab boſtibus nocte eadem occupatū teneri : pedites tam qui ad radicem aditumq;:qui ad adduam pertinet:quam qui dorſum montis ab Iobanne cuſtoditum defenſumq; miſſi fuerant:partim captos : partim fugatos ex improuiſo fuiſſe:omnemq; uenetoꝝ peditatum:cui præerat. Matbæus e Sancto angelo flumē tranſiſſe:& in ſummo montis faſtigio conſtitiſſe . Quare non minus uniuerſus exercitus quam Franciſcus ipſe grauiſſima ſollicitudine ꝓturbantur . Accedebat ad id etiam:quod ſole exorto totus mons multitudine boſtium compleri:& in eorum conſpectu teneri cerneretur.Accuſabat Franciſcus peracerbe præfectoꝝ in prouidendo negligentiā . Accuſabat q̄grauiter militum in repugnando inconſtantiā atq; ignauiam.Querebat᷑ : quod ubi ante exploratam ſibi de Mediolanenſib?uictoriam propoſuerat:nunc ſe per ancipiti belli euentu decertatuꝝ uidebat:quod eo res erat ob montis amiſſionē adducta:ut in maximo eſſet periculo poſita:propterea:quod is mons æditiſſimus eſt:aſcenſuq; difficilis:colleſq; habet plures:qui multas in partes in briantinos uergunt:unde & infeſtare regionis homines:cum uicos locis patentibus cohabitent:& depopulari eoꝝ agros facile boſtes poterant : ſeque cum Mediolanenſiū copiis non multo labore cōiungere. Quibus ex rebus animaduertebat non diu regionem in fide contineri poſſe.Quæ cū ſollicitantib?undiq; boſtibus deficeret: ei neceſſe erat iis omnino locis excedere : omnēq; briantinoꝝ oram in boſtium poteſtate relinquere . Sed omnia prius experiri ac perpeti uolens milites exhortatus:ſtatuit tentare fortunam:ſi boſtes:qui monte tenebant depellere poſſet. Itaq; Roberthum Sanctoſeuerinatē & bonofrium ruffaldum ſenēſem cum ſex turmis ac peditatus parte eo celeriter proficiſci iubet:& quid fieri uelit:oſtendit.Interim renunciatū eſt

boſtes: qui iam toto exercitu ad pontem cõuenerant : flumen tranſire cœpiſſe ſimulq; eodem tempore: qui ſub monte erant: magnis clamoribus in uallem deſcendere aſpiciebant . Franciſcus equites atque pedites delegit: quibus tantũmodo curæ laboriq; foret: ita boſtes e monte uenientes reprimere: ut non modo in planicie conſiſtere: ſed ne pedem firmare aut fines attingere poſſent. Deinde partem eqtatus aduerſus eos: qui flumen tranſierant: immiſit . Aĩaduertebat enim aperte boſtibus eſſe in animo iis ſeſe : qui montem tenebant: adiungere: & inter planiciem montiſq; radices iter facere: atque hoc modo auxilia: quæ e Mediolano expectabant: ſibi adſciſcere. boſtes qui pontem tranſierant: cum noſtroꝝ impetum diu ferre non poſſent: terga uertere coguntur : atque præcipites in foſſas arcis flumẽq; repellunt: quibus arx magno fuit adiumento. Nam permulti in noſtroꝝ manibus remanſiſſent: ni e muro tælorum multitudine frequẽtibuſq; bombardaꝝ ictibus defenſi fuiſſent: quod propter aditus anguſtiam cuncti unum in locum ita ſe contulerant: atque glomerauerãt: ut alter alteri impediméto eſſet. Qui uero e monte deſcenderãt: itidẽ repulſi: ac unde digreſſi fuerant: redire coacti ſunt. Robertbus imperata faciens: longo circuitu arduoq; tandẽ aſcenſu montem ſuperat : parteq; iugi pœne ſero repugnantibꝰ boſtibus ui potitur. Quo ſucceſſu eos qui reliquam dorſi partem tenebant: laceſſere urgereq; cœpit . Hi ubi uident in montis planicie equitum furori reſiſti non poſſe: in culmen montis: quod eſt reliquis partibus eminentius : curſu ſe recipiunt: quo in loco : ut docuimus: ſitum eſt Agnetis templum : ubi pro tempore ſatis ſe munierant: bos noſtri ad muros inſequentes loci iniquitate expugnationi inſiſtere non poſſunt: quod tum baſtis cõminus tum eminus lapidibus atq; iaculis de ſuperiore loco a tanto peditum numero coniectis adeo conficiebant: ut neceſſario pedem referre & paulo longius abire cogerentur. Pugnatũ eſt in hunc modum horas circiter duas : ſed defeſſis omnibus Robertbus occiſis ex ſuis quibuſdã: ac magna militum equoꝝq; parte multis uulneribus confecta prælium diremit: atque inſequentibꝰ nullis ad multã noctem in caſtra reuertit. Poſtero die itidem & ad pontem & ad montis radices boſtibus ad Mediolanẽſes tranſire conãtibus noſtriſne tranſeant probibentibꝰ pugna crebro conſerta eſt. Ex quo plures iam noctes atq; dies utriq; exercitus magno cum incõmodo eo præſertim tempore in armis ſemp & in acie fuerunt. Interea multis ad Franciſcũ nunciis perfertur Iacobum piciniuũ totis Mediolanenſiũ copiis magnoq; inſuper pilulariorꝝ numero ſibi addito Modoetia exiſſe: quo paucis ante diebus acceſſerat: & briantinoꝝ iam fines attigiſſe eo cõſilio: ut poſtridie ante lucem boſtibus qui in montem erant: ſe adiungeret ab ea parte : quæ ad occidenté uergit: & a cbalco longius abeſt. Ducebat piciniuus equites ad quattuor millia. pedites totidem. Facto crepuſculo ignium

ſignificatione:quæ de illius aduentu renunciata fuerant:confirmant̃: quod iam monte ueterem qui a tergo quinq; paſſuum millia a chalco diſtat:Roggerius gallus cum peditatus parte occupauerat:multoſque ignes ad oſtentationē excitauerat . Picininus cum equitatu ac reliquo peditatu in uico qui Caſale dicitur:reficiendi pauliſper exercitus cauſa reſtiterat . Franciſcus conuocato confeſtim concilio:quæ intellexerat: oſtendit:proponitq; non eſſe expectandū:ut tantæ ſimul copiæ coniungantur : neque:ut dies ueniat ſuperſedendū:uintimilian? ante alios cenſet cum parte exercitus per noctis ſilentia eſſe aduerſus picininum celeriter eundum:ſeque ducem cum regionis itinera non ignoret : & imperatorē atque militem cum certiſſimā exinde uictoriam reportare non dubitet:pollicetur:& Franciſco cum reliquo exercitu iiſdem locis ubi caſtra eſſent:conſiſtendū:ut ſi boſtes tranſire conarent̃:eos tranſitu prohiberet.Hanc cum non multo ſermone ſententiā cæteri compro baſſent:Franciſcus non parte ſed toto exercitu in picininum contendendum : & magnū in boſtes impetum faciendum cenſet . Quo facto ex rebus duabus alteram futurā : aut ſe boſtes profligatur̃ ſi expectandi decertandiq; fortunā ſibi elegerint:aut ita fugatur̃ : ut ne ad multos quidem dies tanto numero unū in locum colligi poſſent . Quare confecta:maiore auctoritate maioreq; militū animo atque uiribus eodem redire:& boſtes ſi flumē interim tranſiſſent adoriri poſſe demonſtrat: quod ſi duas in partes exercitus diuideret̃:nō ita tuto tam propinquis boſtibus quēadmodū uintimilian?conſuluerat:fieri poſſe exiſtimabat. Propterea quod utranq; & ad inuadendū picininum:& ad reſiſtendum iis:qui in monte & trans flumen eſſent: propter copiarum paucitatem longe uiribus imparem iudicabat:atq; ex eo non modo fortunas ſuas omnes:ſed omnem omniū ſalutem ſummū in diſcrimē duci intellige bat.Hæc cum propoſuiſſet : mutato conſilio eius ſententiā non ſolum uintimilian?multa oratione confirmauit:ſed omnes:qui aderant:optimam omnium iudicarunt.De tertia igitur noctis hora inſtructo exercitu:collocatis mediā inter aciem impedimētis : ac relictis uti ſuperioribus noctibus fieri conſueuerat: quaque in ſtatione ignibus accenſis : ne ipſi boſtibus qui in utriſq; montibus erant:diſceſſiſſe uiderentur : in boſtem magno ſilentio celeriter ire contendit . & quoniam ignes a pedeſtribus copiis paſſim ob ingentē uim frigoris accendebant̃: iuſſit accenſos ſtatim extingui : & nullum deintegro fieri : ne ignibus ab montibus proſpectis: quorum alter ad dexteram ab Matheo : alter ad læuam ab Roggerio occupati relinquebant̃:picininus de eius aduentu quicquam præſentiret.Cum autem totam fere noctem iter feciſſet: & aurora iam apparere cœpiſſet:& non longius paſſibus trecentis a picinino abeſſet:captis ad ſeq; ꝓductis excubiis:boſtes celeri curſu inuadit: magno ſublato clamore ædificiis incēſis multis captis:caſtra diripiūt̃.

Quo in prælio Frāciſcus primos inter pugnātes bis ab ſuis derelictus eſt. Faciebant enim nocturnæ tenebræ: ut equites noſtri ſubſiſtentib? ac repugnantibus interdum hoſtibus terga uerterent : qui cum ab eo nominatim fere omnes appellarent̃ grauiterq; increparent̃: pudore ad ducti in hoſtes uæbemētiore animo redibant . At picininus: qui in poſtremo caſtro⁹ loco omnem ſuum equitatum locauerat: ueritus id: qđ accidit: exorto tumultu nulla mora ſeſe ſuoſq; fugæ mādauit: & citato curſu Modoetiā refugit. Noſtri capto diſſipatoq; peditatu ac equitatu: qui ſub diui Ambroſii uexillo pro Mediolanēſibus merere dicebantur bracianos ad ipſum uſque oppidum perſecuti ex iis multos intercepe runt. Reuerſo multo iam die ab fugientiū inſecutione equitatu Franciſcus: ut conſtituerat: unde diſceſſerat regrediens: apud ueterem montē caſtra facit: quem montem: ut ſupra oſtendimus: pridie eius diei Roggerius occupauerat: ſeque calamitate ac fuga ſuorum cognita cū mille circiter peditibus ad Mathæum receperat. Dum hæc geruntur : Sigiſmundus metu profugiſſe Franciſcum exiſtimans : mane exercitum in briantinos traducit: & in chalco monte caſtra firmari iubet. Nam priuſ quam longius progrederet̃: picininū ſibi adiungere uolebat . Turrim deinde quandā adortus quam Iohānes chalcus Mediolanēſis in Franciſci fide tenebat: expugnare innititur. At ubi profligatū fugatūq; picininum & Franciſcū in ſe uictore exercitu redeuntem intellexit: non tam acerbo dolore concuſſus : quam maximo timore perculſus : continuo incenſis ædificiis copias trans flumen reuerti: & Mathæum Roggeriū que montem ſeruare mādauit. Interim complures ex Adduana Naua ripenſi: canali: & Iſabacha familia: quæ omnes in briantinis primariæ ſunt & Franciſci ob egregiam eorum fidem obſeruātiſſimi habebant̃: ad eum ueniunt rogatum auxilium quod adeo ab hoſtibus de monte deſcendētibus non tam diurno tempore quam nocturno uexabantur: ut niſi ocius ſubleuentur: depopulatis agris nihil ſibi foret reliqui. Accedebat ad id etiam quod alte⁹ in addua pontem multis iunctis nauiculis ad Olginatū uicum magna celeritate confecerant. Quare maiore hoſtium numero pluribus ex locis premi atque exagitari in reliquos dies expectabant: quo⁹ adductus oratione Franciſcus protinus Sancto ſeuerinates municipib? ſubſidio mittit: barrbumq; montem: qui altiſſimus ripenſibus impendet : eodem tempore firmo peditum præſidio munit. In proximo autem die: quo beato⁹ Innocentiū ſolemnitas agebatur: chalcum regreditur: & ne frigoribus in reliquum tempus exercitus labefactaret̃: in proximos uicos copias diſtribuit. Deinde cogitanti aſſidue quibus uiribus qbuſue artibus hoſtes e monte depellere poſſit: occurrit: unam eſſe omnino uiam: qua impræſentia id quod tantopere expetebat: aſſequi poterat hoſtium in monte conſidentiū millium circiter quattuor erat numerus . bi eo ſolo commeatu nutriebant̃ : qui a

Sigiſmundo ex die in diem ſubminiſtrabaꝫ: & iumentis ſumma cum difficultate importabatur: & tanto hominũ numero uix ſuppetebat. Ex quo ſi triduo intercluderenꝫ: montem neceſſario deſerturos intelligebat. Itaque uiſum eſt in primis arcem: quam uulgo Ayronis appellant expugnãdam: hanc enim hoſtes defendẽtibus nullis cum ad montis radicem & ab Addua non longe poſita ſit: eadem nocte cœperant; qua aperto deinde itinere montem occupauerãt: eamque ualido præſidio diligẽtiſſime ſeruabant: huc loci montem ab ea parte petentibus neceſſe erat peruenire: iis præſertim: qui ab Olginato & Bripio ueniebantꝫ. Ad hanc exercitus partem Franciſcus expugnãdam mittit: & cũ a Mane ſummo ad meridiem uſque in hoſtium conſpectu fortiter ac obſtinate oppugnaſſent: tandem expugnarũt: defenſoribuſq; captis omnibus magnũ foſſorum numerꝫ: qui eo muniẽdæ arcis cauſa paulo ante uenerant: abduxerũt. Ea arce recepta: præſidioq; impoſito: hoſtes aditu intercludunꝫ: ac omni ex parte cõmeatu qui in monte ſunt: probibentur. Qui ubi ſe quæ habebant: cybaria deficere uident: & ab ſuis minus ſubmitti poſſe intelligũt: deſperata re: montem deſerere conſtituunt. Roggerium: ut uenetos adeat legatos multis pollicitationibus Mathæus hortatur. Sed alio ille uſus conſilio: noctu cum iis omnibus quos e Mediolano ſecum duxerat: ad Franciſcũ tranſfugit. Mathæus inſperatã Roggerii fugam ægre ferens monte deſtituto per Olginati pontem: qui a Franciſci ſtationibus quinq; amplius paſſuum millibus aberat: ad uenetorꝫ caſtra regreditur: pontemq; ne in hoſtium manus deueniat: mox reſcindi iubet. Horum fuga cum ad Kalendas Ianuarias contigiſſet: totus exercitus immenſo gaudio atque lætitia repletur: propterea qđ quanto grauiore dolore montis amiſſio omnes affecerat: tanto maiorem omnibus illius recuperatio uoluptatẽ attulerat. Videbatur enim omnibus eo monte recepto pulſis trans flumen hoſtibus fugatoque uno fere tempore picinino: iam uictoriam: quam ſuperioribus diebus prope deſperauerant: deeſſe non poſſe. Franciſcus Roggerium non tam uerbis quam re humaniter ſuſcipit: Nam & pecunia donauit: & in reliquum tempus militiæ ſtipendio eius fide ac uirtute digno adiunxit. Mediolanẽſes præterea quos ad quingentos numero Roggerius ipſe circa ſe famellicos habebat: largiter paſcendos: & ſingulos aureo nummo ſingulo donandos mandauit. Mediolanũq; uti ſine ulla iniuria redeant: permiſit. Nec minus cum reliquis egit: qui in ea pugna intercepti adhuc penes milites redemptionis cauſa in uinculis retinebanꝫ. Id hac potiſſimũ egit de cauſa: ut non ab ſe deſpici Mediolanenſes: uti ab nõnullis in uulgus diſſæminabaꝫ: ſed unice diligi uiderentur. Quod non ſecus quam putarat euenit. Nam poſteaq; populares in urbem reuerterũt: multa de Franciſci clæmẽtia: de manſuetudine de liberalitate: deque præcipuo in Mediolanẽſem populum ſtudio atq;

gratia certatim prædicare cœperunt. & quanuis grauiter a præſidibus ciuitatis increparent̃: pterrerenturq;: tamẽ non deſtiterunt: quin eius laudes ubique per urbem referrent: & extollerent. Poſtridie complures Briantinoꝝ primores ad eum ueniunt gratulatũ ſimulq; pro eius com modo fortunas liberoſq; ſuos ac ſeſe ei pollicentur: ne autem boſtibus continẽter in uallem irrumpentib? exercitus quottidiano labore defati garetur: neue diurna ac poene frequenti ad arma cõclamatione milites ad ſe armandos negligẽtiores & ad occurrendũ: ubi opus eſſet: tardio res in dies efficerent̃: conclamabat̃ enim non tandiu quam noctu cre brius ad arma ſtatuit Franciſcus boſtibus citra arcem progrediendi po teſtatem per hunc modum adimere. Collis ab ea arce paſſibus quadrin gentis abeſt: & a chalco monte mille amplius ad flumen uſq; contine tur: tumulos qnq; terrenos habens pari fere inter ſeſe ſpatio diſtantes In his ſingulis ſingula ceſpitibus ac faſcibus caſtella ædificat. Interia centia uero ſpatia aggere foſſaq; percludit. Eo opere perfecto quod ad diem octauum poſteaq̃ fieri coeptum eſt: non ſine magna difficultate atque contentione perfecerat: Nam ei magna erat operarioꝝ inopia: & boſtibus noſtros opere probibere conantibus atrocia quottidie prælia cõmittebantur: caſtellis peditum delectoꝝ præſidia imponit. Reliquæ autem munitioni armatos equitũ ordines ad nocturnas uigilias agen das attribuit: qui impetum boſtium: ſi ui tranſire conarentur: ſuſtine rent. In bis autem pugnis multis utrinq; ceciderunt: plures uero aut pilulis aut ſagittis uulnerati ſunt inter quos Robertbo & ſi non lœta liter: grauiter tamen brachium ſagitta tranſfixum eſt. Poſt bæc boſtes non modo pugnãdi poteſtatem non faciebant: ſed ne paulum quidem præter arcem prodire audebant. Ex quo ubi noſtri cõminus certare ne queunt: boſtes ad ulteriorem fluminis ripam aliquando in acie conſi ſtentes pilulaꝝ tormentoꝝq; ictibus ita cedere cœperunt: ut perpauci e regione iuxta flumen ſimul eſſe auderent: quo tempore accidit: quod cum Sigiſmundus duceſq; exercitus armati in concilio non longe ab pontis ingreſſu de rebus bellicis agerent: Iacobus gotbolan?: qui ſupe riore æſtate apud Franciſcũ in exercitu fuerat: pilula ferrea ænea colu brina emiſſa traiectus ſtatim equo exanimus concidit. Hæc cũ ita per dies plures agerent̃: boſtes pro Franciſci ſententia diſtinebant̃. Medio lani frumenti penuria maiorem in modum in dies creſcebat. Quod cum Iobannes Melcius: & Petrus ozinus Mediolanẽſes legati animad uerterent: quod quottidie litteris nunciiſq; ab Mediolanenſib? edoce bantur admonebant̃q; uti auxilia celeriter mitterent̃: frumentũ impor taretur: Sigiſmundũ uenetoſq; legatos orare obteſtariq; non deſinunt: quo Mediolanenſiũ rebus in ſummo diſcrimine maturius conſulant: & quia eo quod cœpiſſent iter facere probibentib? boſtibus nibil profi cere poſſe uidebant: aliud Mediolanẽſibus ferendi auxilii conſilium

capiendum: aliam belli gerendi rationem habendā proponunt. Iccirco conuocato concilio quærit Sigiſmund? ad ea: quæ legati Mediolanēſes poſtulabant: cuiuſq; ſententiā. Collio bergomenſis patria: multas non tam in bergomēſibus quam in finitimis ciuitatibus cognatiōes clien telaſq; habens montanaſq; regiones probe callens: proponit per loca ſuperiora iter faciendum: & lario lacu ſuperato in briantinos; fines traiiciendum. Id non multo labore urbe Como in Mediolanenſiū fide perſiſtente fieri poſſe oſtendit. Idque negotii ſibi dari ſummopere expe tit. Eius conſilium a cunctis probatur. huic proinde pedeſtris exercitus cum paruo equitatu traditur. Is acceptis copiis per Sancti martini ual lem perque lucenſium fines die tertio in uallem ſaxinam peruenit: quæ loca in uenetos; erant poteſtate. Deinde in ulteriorem larii ripam deſcendit: moxque Mandellum. Bellanum & cætera caſtella: quæ circa lacum ſunt: dedentibus ſeſe incolis nullo negotio occupat. Iobannem nuncium Comi reſidentem: & claſſem quæ ibidem fuerat inſtructa: ſibi adiungit. Picinino præterea: ut Comum proficiſcat perſuadet. Fran ciſcus iis cognitis Iobannem fratrem cum turmis quinq; peditatuſq; parte in citeriorem lacus ripam mittit: Bellaſii montis dorſum: quod earum partium pro arce habetur: turmas; duarum præſidio munit: qui bus Ruffaldus præficit. Interea ſeptem ex picinini equitum præfectis qui ex primoribus erant: ad Franciſcū ſecreto nuncios mittūt: qui non modo ſe ei atque ſuos dedituros pollicerent: ſed reliquos etiam picini ni equites: ubi facultas affuerit: inuaſuros: & ad internicionē omnes diſſipaturos affirmarent. Huius rei conficiendæ Lucbinum palmeriū. Conticinū carpenſem. & Gerardum tertium conſpirationis eius princi pes curam ſuſcepiſſe. Idque fieri poſſe oſtenderent eo die: quo ipſi cum cæteris bracianis copiis e Moguntia Comum proficiſcerent: quo non multis ante diebus Picininus a collione accerſitus cum paucis acceſſe rat. De die autem: de itinere: deque auxilio: quod ab eo mitti oporteret: ſe illum certiorem facturos dicerent. Hæc cum Franciſcus intellexiſſet ſe præfectos; & poſtulatis integre ſatiſfactus; : & auxilium miſſurum nunciis reſpondit. Nec multis poſt diebus de media fere nocte fit a præfectis certior: ſe picinini iuſſu omnibus copiis die poſtero Comum profecturos: & quanuis Lucbinus abeſſet: quem propter ſuſpicionē ad ſe picinin? euocauerat: rem nihilo ſecius: ut erat ante decreta conficere ſibi eſſe in animo: rogare: ut octo ſolūmodo turmas mitteret: quæ me dio in itinere in occulto diſpoſitæ: ubi op? ſit facto præſto adſint. Fran ciſcus ſtatim Salernitano: cui iam res omnis eſſet nota: quid fieri uelit oſtendit: ſimulq; uintimilianū: qui Canturii conſidebat: edocet: ubi opus eſſet: Salernitano ſubſidio ſit. Salernitan? ad conſtitutum locum peruenit: & cum deinde acie inſtructa Picinini equitatū Comū uerſus ire properantē intueretur: continuo ad Conticinū Gerardinūq; mittit:

bi ſeu quod facti poenituiſſet: ſeu quod ob Luchini abſentiam ad rem aggrediendā defeciſſent animo nūcium compræbendūt. Quid ille ret tulerat: ſe ignorare dicunt: & licet laqueo ſuſpendendū pronunciabāt: reuinctum tamen ducendum iubet. Salernitanus interim Franciſci imperio in acie milites magno ſilentio continebat: & quid acturus eſſet: a præfectis certior fieri expectabat. Vex ubi boſtes certo agmine iter maturare: neque de negotio ſibi quicquam renunciari uidet: omnem rei conficiendæ ſpem amittit: & cum multo eſſet numero boſtibus inferior: in caſtra redire ſtatuit. At Robertbus urſinus iuuenis animo & corpore acer: & manu prompt? præliandi occaſione allectus: non potuit ſe continere: quin paucis cum equitibus nouiſſimū boſtium agmen laceſſere & paulatim creſcentibus noſtris conſertas inter acies manus conſerere inciperet. eius impetu boſtes mirum in modum pturbantur: nec repugnant: ſed celeriter ire contendunt. Quod cum reliqui Spbortiani uiderent: data pugnandi poteſtate magno in eos clamore ſublato aduolant: impetumq; a latere dextero faciunt. Idemq; a fronte uintimilianus facit. Quo impetu boſtes fundunt̃: magnuſq; eorum numerus capitur. Reliqui Comum fugere cœperunt: quox etiam magna pars cum noſtri eos cupidis inſequerent̃: intercepta eſt. At cū prope parta ac explorata uictoria eſſet: fortuna contrario euentu mutatur. Noſtri ab iis quos iam ceperant: capiunt̃. Id ea accidit de cauſa: quod Salernitanus cum propter noſtrox paucitatem: tum etiam propter repentinā boſtium fugam nullum certum ſibi præſidium fecerat: neque ſi uoluiſſet: in ſua erat poteſtate: cum omnes prædæ cupiditate ducti iniuſſu eius in boſtes prouolaſſent. & dum alii præda onuſti manēt: & quid de ſpoliis captiuiſq; ſibi agendum ſit: deliberant: dum alii Canturiū: & in proxima municipia diuertunt: dumque alii non eo contenti quod adepti eſſent: amiſſis babænis fugientes inſectant̃. duæ boſtium cohortes: quæ impedimētis fuerant præſidio deſtinatæ a tergo ſuperuenerūt noſtroſq; palantes atque impeditos ita adortæ ſunt: ut ab equitibus iiſdem: qui equis gladiiſq; ereptis pedes adbuc thorace armati fide: ut moris eſt: inter equites de captiuitate data retinebant̃: equos ſiue ſuos ſiue alienos extemplo conſcendentib? compræbēderent̃: & uictores a uictis captiuis armis equiſq; exuerent̃. Nam plures erant uicti quam uictores. multo maior erat captiuox quam poſſidentiū numerus. decē ad ſummū erāt noſtrox ordines: bracianox uero duo & uiginti: ex quo uintimilian? deſperatis omnino rebus Canturiū cum paucis ſe recepit. Salernitan? in propinquiora municipia confugit. Picininus qui: ut demonſtrauim?: Comi erat: ubi a fugientibus ſuis ea: quæ acciderant: cognoſcit: continuo occurrens: quot ex noſtris in itinere aut ſuos inſequentibus: aut cum præda redeūtibus offeruntur: intercipit. Comūq; pduci iubet. Hac uictoria elati Mediolanēſes uniuerſa quæ in Medio

lanēſibus municipia atque oppida Franciſcus obtinebat: litteris nun ciiſque ut in fidem redeant multis pollicitationib? ſollicitant miniſq; terrent: propterea qđ Franciſcū eo detrimento accepto & a bello diſceſ ſurum exiſtimabāt: & uenetos propediem Adduam tranſituros non dubitabant: quoꝝ auxilio mox tot erumnis calamitatibuſq; ſubleuari liberariq; poſſe arbitrabanť. Sed ubi ab incolis minus exaudiri uident: maiorē in modum uenetoꝝ auxilia implorare celerem exercitus aduen tum dies nocteſq; orare inſtare imminētiſſimū quoq; ciuitatis pericu lum multis argumētis uenetoꝝ ducibus demōſtrare. Quæ res ex mul tis interceptis quottidie litteris facile intelligebať. At Franciſcus non eo incōmodo territus: loco minime diſcedit. Quin acrius in bello perſi ſtens ſummā adhibet curam: ne bracianis ſe Collio adiungat: neue fru mentum Mediolanū importetur: cuius rei inopia durius Mediolanen ſem populū laborare intelligebat. Quibus ex rebus Iobānem fratrem: quem ut oſtendimus ad larii ripam: quæ ad briantinos ſpectat cum præſidio miſerat: ut tranſitu Collionem prohibeat: & regionē in fide contineat: quam Incinēſem plebem appellant: admonet. Præterea in Bellaſii montis dorſo: quod trium cohortiū præſidio munierat: maius peditum præſidium ponit. In ſummo Barrbi montis Franciſcū theanē ſem uirum fortem cum peditibus ducentis locat. Is enim mons longe cæteros regionis eius mōtes & altitudine & munitione excellit. Dum autem loca hæc ſtationeſq; militum circūſpiciendi prouidendiq; cauſa petit: Nam omnia eius negotia nō tam militaria quā domeſtica obire: ipſe uolebat: hoſtes cognita ab caſtris Imperatoris abſentia: cum quic quid in munitiones conarenť: ſine periculo efficere poſſe exiſtimarēt: oppugnare toto exercitu caſtella conſtituūt. Mane igitur ſummo muni tiones circūquaq; adoriunť: ſcaliſq; adactis omniū tæloꝝ genere expu gnare contendunt. Forte nocte eodem utroq; exercitu ignorante Franci ſcus in caſtra redierat: qui cum primum hoſtes inuaſiſſe munitiones intellexit: milites ſeſe celeriter ſubſequi iubet: Ipſe laborantibus ſuis occurrit: nec prius in itinere reſtitit: quam ſe in medios hoſtes prolap ſum cognouit. Iamq; ex quinq; caſtellis duob? expugnatis atq; exuſtis reliqua hoſtes circūdederant: neque ſe amplius omnibus ex partibus oppreſſi defenſores tueri poſſe fumi ſignificatione oſtendebāt. Quod cum intueretur Franciſcus clara magnaq; uoce inclamauit: ne time rent: ſeque defenderent. ego adſum inquit: quæ quidem uox ita hoſtes deterruit: ut qui aggerum uerticem attigerant: pinnaſq; & pluteos euertere innitebanť: ſeſe extemplo in foſſam deiicerent. Quanta uero Franciſcus inter milites Italos non tam ſua quam aliena & hoſtium ſigna ſequentes auctoritate ualeret ex hoc facile perſpici poſſet: quod ut primum hoſtes inte. quos incaute dilapſus erat: quia ſuos iam ad munitiones progreſſos putabat: præſentia agnouerūt: proiectis armis

nudo capite & ſalutarunt:& ut quiſq; maxime poterat:reuerenter eius dexteram appræbenderunt . In hunc enim hominem manus iniicere: quem militiæ partem & decus appellabant:nefas putabant:quod neq; priſcis : neque noſtris temporibus cuiquam duci arbitror contigiſſe . Interim Spbortiani milites magno concurſu aduentare cœperunt.Qđ ubi animaduertit Sigiſmūdus : Franciſci præſentiam atque impetum ueritus : confeſtim ſuos omnis trans flumen reuerti iubet . Prælium tamen cum nouiſſimis cōmittitur : ex quibus multi intercepti multi pilulis grauiter uulnerati ſunt.Hæc cum ita obiiſſet Frāciſcus:& ſatis ubiq; pro rerum præſentiū periculo prouiſum exiſtimaret:præter ſpem accidit : ut omnia incolaꝝ perfidia : qui Aſſum incolunt:ubi Iobānes conſedebat:pturbarentur:ad collionem enim cum ſecreto defeciſſent: illum claſſe Comenſi ſumpta lacum traducunt:& Iobānem inopinanté noctu adoriunt̃.Is cognita incolaꝝ rebellione nōnullis ex ſuis:qui in frontibus erant cōpræbenſis:in caſtra fuga celeriter ſe recepit.Quibus rebus cognitis:Franciſcus Karolum ſtatim maioribus uiribus ad uicū quendam:quem bærbam appellant:proficiſci iubet : qui boſtes ne in planiciem deſcendant: neue briantinoꝝ agros populent̃: prohiberet . Karolus iuſſa facit:Collionem reprimit.Municipes boſtiū rapinis atq; uexationibus liberat.Ruffaldus tamen:qui inter rebelles relinquebat̃ undique circūſeſſus atque fame preſſus:non multos poſt dies dedenti bus ſeſe militibus capitur:ſuiſq; ac ſocioꝝ bonis omnibus ſpoliatur . Per eoſdem quoq; dies Comes urſus ex nobili urſina familia : quem Frāciſcus ob eius ſingularem corporis uirtutem non uulgariter dilige bat:cum imperatoris ſui res in ſummo diſcrimine uerſari uideret:ſuæ ſuorumq; maioꝝ dignitatis oblitus trāſfugit ad boſtes:a uenetis cum quibus antea ut poſtea cognitum eſt clam conſpirarat:honorifice exce ptus . Quippe qui non ſatis putauit ad perfidiam ſuos ſolum ſecum milites ducere:niſi etiam mala malis accumulans ſeduxiſſet:ſecumq; egiſſet multis pollicitationib? præmiiſq; propoſitis maiorem eorum militum partem:quibus a Franciſco præfectus fuerat . Qua re nemo fuit : qui dicere dubitaret:egiſſe urſum & ingrate & perfide:cum ſine ullo legitimo iure eo maxime tempore ſuum deſeruiſſet imperatoré : de cuius non modo fortunis ſed de ipſa etiam uita certabatur : præſer tim cum magnis eſſet ab eo beneficiis honoribuſq; ornatus.erat enim urſus Dulcii gener ſub quo haud multa condicione merebat : ſed eo uita functo:factus eſt ab Franciſco ex unius ordinis præfecto ducento rum equitum ductor : præfectuſq; eſt etiam iis militibus omnibus : quorum ductor ante Dulcius extiterat.Cum ea igitur eſſet utriq; exer citui rerum condicio:ut alter tranſire flumen non auderet:& in brianti nos Collio irrumpere timeret:alter ex eo loco ubi eſſet : diſcedendum ſibi non putaret : iam ſeptimū & uigeſimū Ianuarius diem exegerat .

Interim pabulatio:& cybaria circũquaq; noſtros deficere cœperant:propterea quod tantus equitum numerus in montana præſertim regione quicquid pabuli fuerat : ad duodecim uſque paſſuum millia conſumpſerat:& cum inopia cõmeatuum poſteaq̃ eo ueniſſet:Frãciſcus longis itineribus atque probibentib?boſtibus aſſidue quaſi laboraſſet:& uino rapa & caſtanea ſe atq; exercitum aluiſſet: quarum rerum eo anni tempore magna per ea loca fuerat copia:quicquid ad hominũ uſum ſuperarat:uix tantæ hominũ multitudini ad triduum ſufficere reperiebat.bis anxius curis Franciſcus dies atque noctes cogitabat : quo conſilio & in bello aduerſus Mediolanẽſes perſeuerare:& omni illos auxilio intercludere : & urbem prope iam fame confectam in poteſtatem redigere poſſet.At cum cætera omnia quæ ad rem præſentem tam neceſſariam conſilia offerebantur uana uiderentur:Illud occurrit:eſſe rurſus tentandum:ſiqua ratione ſiqua arte Modoetia potiri poſſit:quod ſi effectum iri contingeret:omnia ſe pro uolũtate conſecutum non dubitabat.Dat igitur negotium Marco ex gente marliana:qui ſub Karolo merebat:ut cum præfectis de arcis traditione præmiis propoſitis ageret. Nam cũ ex eadem illi eſſent familia nati : eorum neceſſitudine cum propinquitate coniuncta familiariſſime utebatur. & Iobanni item Landriano:de quo ſupradixim?:uiro ſane forti & ingenio perſpicaci : ut de capiendo furtim oppido diligenter ſpecularet.miſſi imperata faciunt . referunt præfectos uelle datam Mediolanẽſibus fidem ſeruare : oppidum uero per opacitatem & ſilentia noctis capi:idque per eum locum:qui penes lambrum flumen eſt : & per id temporis pœne incuſtoditus relinquebatur:ubi altum deſcenſum manu factum flumen habet:& fragorem attollit ingentem:facile fieri poſſe Iobánes oſtendit:ac ſuo etiam ſine periculo rem oculis perſpexiſſe : quod nullo ſentiente oppidum eſſet ingreſſus.& proinde nõ dubitare:ſe multos in oppidum introductum: turreſq; duas & oppidum ſubſequente exercitu captum multis argumẽtis affirmauit . Franciſco ea re perſpecta:quia præſertim cõmeatuum & pabuli indigentia ex briantinos finibus demigrari compellebatur : banc nacto occaſionem:modus oppidi capiendi placuit:præſertim cum nec a timore: nec a neceſſitate nata profectio uideretur . Ad eam rem conficiendã Karolus & uintimilian?deliguntur:quibus ad ſe Frãciſcus accerſitis:qui cum ſuis copiis:ut oſtendimus:ab exercitu aberant:quid ſui ſit conſilii:& quid fieri uelit:oſtendit . bis ducibus præter eorum copias ualidum equitatum ac peditatum ex omni exercitu delectum Iobánemq; ipſum & duces qui iter nouerant:attribuit . Ipſe autem ut cõſtituerat:exacta iam nocte media:ut illis:ubi oporteat:ſubſidio ſit: cum reliquo exercitu Modoetiã uerſus magno ſilentio ire contendit . Dum in itinere ab ducibus de iis:quæ ad Modoetiam egerint:certior fieri expectat:dies iã eluxit:qui erat ad Kalendas februarias:& interim

ad uicũmercatum non longius ab Modoetia quinq; paſſuum millibus peruenit : interim concitato equo Karoli nuncius refert : quantos ea nocte Karolus labores pertulerit:quantũue dolores cœperit:quod eius imperata minus facere potuiſſet : non facile explicare poſſe:quod non ſua culpa:ſed eoꝝ potiſſimũ:quos ſibi duces dederat : accidiſſet.docet que de ſecunda noctis bora:ut erat conſtitutum:Karolum atque uinti milianum mouiſſe.Verum ex itinere eos:qui ad monſtrandũ iter uene rant ſeu ignorantia quod non ſcirent: pro certo promiſiſſent: ſeu dolo eorum ex oculis euanuiſſe . & quanuis totam noctem iuiſſent:tamen propter tenebras & continuũ bymbrem:& eos qui ab euntium ordine errore uiarum exceſſerant : multis paſſuum millibus peractis ſole iam exorto ad Caratum uicum:qui millia paſſuũ ſeptem a Modoetia diſtat: Illos tandem peruenisſe affirmat. Quibus auditis Franciſcus & ſi gra uiter pturbatus: excuſationem non æquo accipiebat animo:tamen eo dem loco:ubi eſſet: Karolum conſidere:uintimilianũ uero Canturium reuerti:& bono utrunq; eſſe animo iubet:ea ſpe potiundi oppidi dereli ctus : quanquam non mediocriter angebatur :omniſq; exercitus non tam rebus publicis quam ſua ſalute diffidere uidebatur : quod boſtes poſt terga relictos continuo affuturos omnes exiſtimarent : tamen & uultu bilari prodit:& animo infracto ſingulos equitum ordines adit: primores quos uirtute ac fide præſtare nouerat:nominatim appellat : omniumq; animos confirmat:timoriſq; opinionẽ leuare atque tollere conatur.& quẽadmodum incolumes ſemper:uictoreſq; ſæpe per omnẽ Italiam bactenus pduxiſſet:ita deinceps futurum ſperare eos uolebat: adeo ut non ſolum cõmuni omnium ſaluti:ſed rebus etiam præſenti bus ab ſe opportune conſultum iri iudicarent. Mox cum ab ordinibus paululum ſeceſſiſſet:protinus ad ſe primo duces ductoreſq; exercitus : cum quibus de rebus bellicis cõmunicare ſolebat:deinde cunctos ordi num præfectos equo atq; ſub armis in conciliũ aduocat: & quo pacto ſpes Modoetiæ potiũdæ fefelliſſet:eos intelligere primũ inqt.Deinde proponit Sigiſmundũ picinino adiuncto non longius ſedecim paſſuũ millibus potentiſſimo exercitu ab tergo eſſe : a quo & a Mediolanenſi populo:& a Modoetia a fronte facile uno tẽpore laceſſi premiq; poſſent hortari ſingulos atque rogare:ut quod ſibi conſilium impræſentia ca piendum ſit:cogitarent animo pauliſper:ac ſententiã deinde dicerent. Horum primi erant Robertus Sanctoſeuerinas.Chriſtophorus taurel lus.Salernitan?. Sacramor parmenſis . Franciſcus & fratres Sãctoſeue rinates:& paulus quidam romanus qui uermianus præerat copiis . Hi cum multa in utranq; partem diſſeruiſſent: & in unam eandemq; ſen tentiam cõueniſſent . reliqui paucis cõmemoratis eorum dicta confir mant.Eſſe:ubi conſtiterant:minime cõmorandum.neque ob eas quas diximus:difficultates:obque recentem boſtium in briantinos aduentũ

unde diſceſſerant:remigrandū:propterea quod pro comperto haberi po terat : hoſtes eorum diſceſſu cognito Adduam q̄primum aut tranſiſſe aut tranſituros:& coactis copiis omnibus : quas breui temporis inter uallo facile in unum locum cogere poſſent : magnū exercitum habitu ros.Ex quo iudicabant cū non ſine certiſſimo maximoq; periculo inter urbem Mediolanū tantumq; exercitum caſtra facere poſſent:nec in Me diolanēſiū quoq; finibus diutius conſiſtere copias in partes duas diui dendas:ac earum alteram papiam:alteram Laudem dimittendas:urbeſ que ſummo ſtudio ſummiſq; uiribus in fide continēdas.Vnde rurſus ita acriter bellum Mediolanēſibus inferri:& illorum agri continenter deuaſtari poſſent: ut eos ad pacis condiciones accipiendas:ſi non quas Franciſcus ipſe uellet : ſaltem boneſtas induci aut cogi poſſe deſperan dum non eſſet. Videbat enim plæriſq; uenetoꝝ exercitum ob frumēti & pabuli penuriam non multos dies in Mediolanenſib? poſſe ꝑmanere quod neque ab uenetis neq; aliunde tanta frumenti copia ſuppeteret : qua fame Mediolanēſis populus eximeretur: exercituſq; uno tempore aleretur.At Franciſc?&ſi ſibi ea:quæ cæteri probauerāt:non ab ratione diſcedere uidebant : quod ſi ab hoſtibus urgeretur:id ſe conſilii ſequi oportere animaduertebat : tamen longe ſe alio eſſe conſilio oſtendit. Nam cum propemodū inuitus e Mediolanenſib? diſcederet:longioris quam poteſt moræ cauſas adducere nititur:atque ſic inquit. neq; eſſe ex eo loco nocte proxima neq; poſtero die neq; etiam prius abeūdum : quam de hoſtium motu atque itinere cognoſceret . Turpiſſimū enim putabat:niſi in extremo diſcrimine id conſilii capere : quod cæteri ſua ſiſſent : neq; omnino præſens bellum iam prope ſperatum ad exitum tot laboribus periculiſq; perductum eſſe ita repente : ut cenſuerant : deſerendum : neq; intermittendū.hoſtes ſex & decem paſſuum millia ab eo loco abeſſe:ſi iter in ſe deflexerint : facultatem habere aut in eos educendi:aut ad eas:quas cōmemorauerāt:urbes proficiſcendi. Fateri ſe inſuper : hoſtes hominū numero non militum uirtute ſuperiores . Quid autem Iacobus picininus. quid Bartholomæ?collio:quid Sigiſ mundus:cui belli ſummā ueneti tradiderūt : & rei militaris peritia & animi uirtute ualeant ſatis cognouiſſe . Propterea uideri ſibi non ex rumore aut opinione in eo caſu:ſed ex hoſtium rationibus motibuſq; eſſe capienda conſilia:cum ex illorum actionibus : quid ſe facere opor tuerit:ſatis docerent.Quæ cum dixiſſet:iuſſit omnes per uicum proxi maſq; uillas ſtationes facere.Dein qua uenerat:nuncios plures mittit: qui poſt ſuuma cbalco diſceſſum quid hoſtes egerint : quidue acturi ſint:ſpeculent:excubent:celeriterq; renuncient.Præterea:ne uti rumor per exercitum regionemq; uagari cœperat:fugiſſe uideretur : ſumpto cibo armatoq; exercitu continuo Modoetiā ire pergit:oppidum exiguo militum numero oppugnare ſimulat. Nam cum muro foſſaq; duplici

circũdaretur: & firmo defenſoꝝ præſidio muniretᷣ: irritam & detrimẽ toſam fore oppugnationẽ intelligebat. Itaq; oſtentatione oppugnandi facta: receptui cani: atq; in caſtra redire omnes iuſſit. Ab nunciis fit frequenter certior: boſtes eo die caſtra non mouiſſe. Idemq; poſtridie eius diei feciſſe. Sed factis in briantinos excurſionibus: municipia quædã iuxta Adduam ſita eo biduo oppugnaſſe: & præter Imberſagum per deditionem obtinuiſſe. Pontem ad Olginatum rurſus faciendum curare: ubi paucis ante diebus ædificauerãt. poſtea: ut oſtindimus: confregerant: quo tridui ſpatio perfecto præſidioq; impoſito: copiiſq; in briantinos traductis Sigiſmundus in Galbiato uico non longe ab eo ponte conſediſſe: picininũ & collionem ſibi ſtatim adiunxiſſe: barrbumq; deinde montem cybarioꝝ inopia in poteſtatem redegiſſe. Franciſcus ubi præter omniũ opinionem reparandi ſe atq; muniendi tam opportuno tempore ſibi ſpatiũ dari uidet: quæ ad reſiſtendũ neceſſaria exiſtimat: ad ea comparanda ꝑficiendaq; ſe conuertit: duo autem impræſentia ad bellum gerendum atque conficiendũ curanda maxime uidebantur: ut boſtes in primis probiberentᷣ: ne ſe ſuiſq; inſcientibus campeſtrem in planiciem: qua Mediolanũ petentibus iter liberum pateret: deſcendere poſſent: quod ſi ui facere conentur: prælio contenderetᷣ. Alterum uero: ita frumẽto atq; omni cõmeatu Mediolanẽſes intercluderentᷣ: ut nihil ad eos ulla ex parte importari poſſet. Nam tanta in ea urbe frumenti penuria creuerat: ut aureis nummis biſdenis & amplius magnis ſæpe contentionib? modius uænundaretᷣ: quo quæſtu ducti nõ tam ex boſtibus quam ex noſtris uectores q̃plurimi: qui nullam bonoꝝ amiſſionẽ aut corporis ſuppliciũ uerebantur: quicquid frumenti paniſue humeris iumẽtiſq; poterant: per diem atq; noctem Mediolanũ comportare non ceſſabant. Quibus rebus in hunc modum prouidit. Omnes temploꝝ turres quas rurales locis patentibus pro eorum tutela munierant: & arces: quæ inter ſua atq; boſtium caſtra intercedebant: pedite complet. Idem de Meltio facit: quod eſt oppidum inter uicũmercatũ & Adduam pari fere ſpatio poſitum. Dein municipiis proximis totiq; ſeprenſi oræ magnum foſſoꝝ numerum imperat: quibus caſtra ibidem foſſa & aggere munienda ſummopere curat. Idemq; Karolum ad Caratum foſſorum parte attributa facere mandat. & quoniam caſtra utraq; millium ſeptem paſſuum interuallo inter ſeſe diſiungebantᷣ: ad uicum quendã quem Serennium uocant medio itinere ſitum Iobãnem fratrem cum parte copiaꝝ mittit quem edocet: ut ſumma celeritate caſtra foſſa & aggere circundet. Vintimilianũ præterea: qui ut demonſtrauim?: Canturii manebat: admonet: oppidum diligenter ſeruet: frumentũ ex locis finitimis eo comportari ſtudeat. Id enim oppidum cum quinq; paſſuũ millia ab Karoli caſtris: totidemq; ab urbe Como abeſſet: & ad boſtes probibendos: & ad Comenſibus nocendum erat longe aptiſſimũ. His

omnibus Frãciſcus imperat: ut de hoſtium rebus ſcire ſummã diligentiam induſtriamq; adhibeant : & ſiquid facto opus eſſe cognouerint: quãprimum aut fumi : aut ſignificatione aut bombardaꝝ conſtrepitu ſimul & nunciis alter alteri nunciẽt: ita ut ſeu ad ferendã ſociis opem ſeu ad hoſtibus repugnãdum : ſi Mediolanum proficiſcanť : celeriter omnes opportuno tempore atq; loco adeſſe poſſint . Per hunc modum ab flumine addua uſque Comum ne hoſtes in planitiem deſcendant: Mediolanẽſeſq; hoſtibus iungantur: neue in urbem ab ea parte cibariorum quicquam importeť : ſatis pro rerum præſentiũ condicione ab ſe prouiſum exiſtimabat: Ne autem ab partibus reliquis ullo Mediolanẽſes commeatu ſubuenirenť : papienſibus laudẽſibus atq; iis omnibus: qui Mediolano proximi ſũt: & ſuo parebant imperio: ꝓnunciari iubet: & ſiqui iuuerint: eos ultimum eſſe ſuppliciũ paſſuros: ut autem ſiquid horum Mediolanum importareť : ſcire ac ei rei mederi poſſit: & in urbe exploratores conſtituit. & aliis multis in locis cuſtodes ponit. His conſtitutis rebus unum tantũmodo ad bellum ſuſtinẽdum maxime neceſſarium deeſſe uidebatur : ut frumenti copia ad alendum exercitum adeſſet: cum & ipſe magna quoq; frumenti difficultate premereť . Nam qui ex laude cõmeatus importabanť : uix tertiæ militum parti ſuppetebant , Huic tam graui incommodo ſic occurrere inſtituit. Inquirenda amicoꝝ borrea iubet: qui in Mediolanenſiũ finibus & ab ſe non longe inhabitabãt: penes quos in ſeprenſibus nõ exigua tritici copia reperta eſt. Ea re nunciata: Franciſcus qua mirum in modum cruciabatur cura leuatus bene ſperare cœpit . Nam tanta cõmeatus inopia preſſus non diu per ea loca exercitum continere poſſe animaduerterat: Quod cum Mediolanẽſes nõ ignorarent: ſummã ſpem in ea re ponẽtes: quibus ea ſola ſuæ ſaluti relicta uidebatur : audaciores in dies ptinacioreſq; ad calamitates perferendas efficiebanť . Ab amicis igitur parte quadam tam neceſſario tempore ſubueniri petit: a quibus facile obtinet: In his Philippus maria uicecomes Gaſparis filius egregium præ cæteris de ſe officium præſtitit: qui &ſi ab Mediolanẽſib? quottidie multis pollicitationibus ſollicitabať : tamen ſingulari fide conſilio ope opera nullo unquam tempore ei defuiſſe uiſus eſt. Ab aliis uero quos non bono in ſe animo ſciebat poſtulatiſq; ſuis minime ſatiſfacturos arbitrabatur : quod iam cum Mediolanenſib? clam ſentiebant: ui auferẽdum ſtatuit. Itaq; per eius regionis præfectum iubet municipes atq; ciues omnes in concionem accerſendos . Præfectus de rebus grauibus atque gratis acturum ſe ſimulat: & concione ſoluta ſuſpectos retinet ac in carcerem coniicit. Quo facto Franciſcus quicquid frumenti in retentoꝝ municipiis arcibuſq; repperit: quo iam multis ex campeſtrib? locis magna tritici uis erat congeſta: militibus metiendum mandauit : ex quo rei frumentariæ neceſſitati ad multos dies ſatiſfecit . His rebus conſtitutis:

munitionibuſq; perfectis Franciſcus maiorem ad reſiſtendū ſpiritum ſumit: boſtiumq; multitudinē minus ueretur: quos animaduerteret: nihil omniū uelle minus: quam ſecum manum conſerere uſque adeo diuinam eius ſapientiā & ſingularē animi magnitudinē formidabant. Dum ad eos laceſſendos animum uertit: forte briantinoꝝ primores: de quibus ſupra mentionē fecimus: ad eum ueniunt poſtulatū auxilium docent municipia & quas pro eoꝝ tutela munitiones fecerant: in eius fide cōmuni nobilium uoluntate ſeruata: & quoad fieri poſſet ſeruāda decretum: nec proinde ſe mereri tam propinquis boſtibus ita omnino ab eo deſeri. Hac Franciſcus tam egregia amicoꝝ fide perſpecta: quos iam ſe boſtibus permiſiſſe putabat: Robertum & Salernitanū ualido equitatu peditatuq; utriq; attributo eo celeriter mittit. bi e munitionibus boſtibus proximis frequentius erumpentes de ſuperiore loco eos laceſſebāt. Nam municipia collibus æditis ſita uenetoꝝ caſtris impendebant: atq; ex ea re pugnæ non tam diurnæ: quam nocturnæ conſerebantur: boſteſq; minus longe lateq; uagari. Dum autem hæc geruntᵉ: uintimilian⁹ qui Canturii ut prædiximus: in bybernis erat: magnæ potiundæ pecuniæ gratia adductus: cum uenetoꝝ legatis de ſuo ad eos tranſitu ac de oppidi deditione & Iacobus item picinin⁹: cuius animū immoderata dominādi libido quottidie uexabat: cum Franciſco certis cōdicionibus de ſuo ad eum reditu: deque ueneti exercitus direptione uno atq; eodem tempore clam agere cœperunt. At Franciſcus: tam & ſi poſtulata picinini dura nimis & grauia uidebantᵉ: tamen cum ad uictoriam de boſtibus conſequendā nihil omittendum putaret: non caſtella atq; oppida ſolū: quæ in placentinis a philippo duce conceſſa Nicolaus eius pater iam poſſederat: ſed ne quidem placentiam urbem: quam opere maximo poſtulabat: denegandā exiſtimauit. Hæc cum Lucbini palmerii utriq; fidiſſimi opera ſecreto paucis diebus tractarentᵉ: picinique poſtulatis omnibus annuendum Franciſco uiſum eſſet: & quo magis petenti morem gerat: & cōuenta ſecretiora ſint: maioriſq; fidei robur atq; conſtantiā habere uiderentᵉ: ſua ipſe manu tranſcribit: mox que ad eum per Lucbini internunciū deferenda iubet: bortaturq; ſimul ut ea qnæ inter ſeſe de boſtibus caſtriſque diripiendis acta ſancitaq; eſſent: propediem conficienda curaret. Sed enim picininus priuſquā ad eum cum ſcriptis miſſus peruenisſet: mutato conſilio uenetoꝝ partes ſequi ſtatuerat. Quod ut poſtea cognitū eſt: bis fecit de cauſis. Quod cum memoria teneret non ſolum recentes ſed ueteres etiam iniurias: eidem ſuam ſuoꝝq; ſalutem non ſatis tuto cōmittere poſſe putabat: præterea perborrebat ipſa natura ob antiquum odium Sphortianum nomen & Franciſci gloriæ inuidebat: Dubitabat inſuper: ne ex illius felicitate infelicitas ſibi atq; pernicies pararetur. Luchinum igitur immerito retinet: protinuſq; ad Sigiſmundū legatoſq; rem defert: longe

aliter quam fuerat. Nam cum se de fide in suspicionē legatis uenisse intellexisset: sui purgandi causa quicquid cum Franciſco Lucbini opera egerat iniussu suo atque se insciente egisse Lucbinū insimulauit. hunc deinde ne suos cuiquam dolos patefacere unquā posset: noctu laqueo suspendendū iussit. Quod ubi Franciscus resciuit infelicem insontis amici casum cōmiseratus uæbemēter indoluit: promisitq; ullo si unq̄ tempore posset bello sese eius mortis immeritæ fore ultorem. Interim uintimiliano uenetoq; legatis cœptum inter sese negotium perficere festinātibus: fiebat de ea re Franciscus non modo ab oppidi præfecto quottidie certior: uerūetiam a nōnullis ex ipsius uintimiliani familiaribus atq; domesticis: quibus rem ipsam crediderat. Comperit præterea multis ex partibus etiam ex hostibus rem esse certissimā: & iam interuentu Corradi aluianēsis romani ex uenetoq; equitum præfectis prope confectam: atq; ob eam causam grandem pecuniā Bergomū delatam. Quam quidem rem &si Franciscus ægerrime ferebat: præcipue quod eum in locum deductū se uideret: ut quem propter eius spectatam rei militaris disciplinā atq; uirtutem admodum diligebat: in eum manus iniicere cogeretur: quinetiā multū de sua existimatione eo præsertim tempore inde diminutū iri: & maliuoloq; atq; detrabentium linguis magnā de se detrabendi occasionē præberi animaduertebat: tamē cum satis superq; per superiora tempora hominis uitam mobilitatēq; non ignoraret: & periculi magnitudinē cogitaret: uisū est: non esse amplius cunctandū: quin huic tam manifesto grauissimoq; periculo ꝓspiceret. Ea re ad multam noctem constituta: die postero mane summo duodecim equitum cohortibus ex castris: quibus Karolus præerat delectis: Canturiū celeriter ire cōtendit: & ne de suo uintimilian? aduētu cognoscere quicquam possit: certos præmittit equites: qui cunctos Canturiū præire uolentes itinere probibeant. Ex quo factum est: ut prius ad oppidum omnibus copiis peruentum sit: quam de suo accessu quicquam uintimilian? præsentire potuisset. Is admiratus tantam rei nouitatem: statim pedes magno cum pallore Franciscū adit: cui aduentus causam percunctanti Franciscus respondit: eo se accessisse: ut exinde Comum petens ciuibus se ostenderet: quod ab nōnullis esset suasus: si coram ipse urbis mœnibus propinquaret: futuq;: ut statim ab ciuibus in urbē reciperet. At Franciscus ubi uidet ita libere ad se uintimilianū uenisse pro suo miti ingenio animiq; bonitate retinendi eius sententiā mutauit. Quod cum per portam alteram: quæ ad Comensem spectat urbem facile se fugæ mandare potuisset: culpa illum uacare credebat: & siqua esset: leuem putabat. ob id ignoscendū ei iudicat & quæ de ipso dicta fuerant: & sui aduentus causam apertius explicare: atq; omnibus rebus in fide confirmare atq; continere deliberat. Ea re cum Andrea birago. Aloysino bossio. Petro posterla aliisq; perpaucis cōmunicata: a quibus

multis argumẽtis cõtrariam in partem adductis: cur omnino compræ hendendus eſſet: Illum tandẽ inuitus ac fere lachrymãs retineri iuſſit: adhibitiſq; cuſtodibus: qui eum honeſte ſeruarent: q̃primum in caſtra reuerſus eſt: quem triduo poſt laudem deinde papiam bis cum manda tis miſit: ut præter libertatem nihil ei ad uitæ uſum uoluptatéq; probi beretur. Interea uigeſimũ iam diem menſis attigerat: & Mediolanẽſes tanta cibariorũ inopia laborabant: ut neq; belli impenſam neq; incom moda amplius perferre poſſent. Nam cum nouiſſime ad extremã rerũ omniũ calamitatẽ uniuerſa ciuitas deueniſſet: multi erant præſertim inopes: quorũ ea in urbe ingens omni tempore eſt numerus: qui ad tolerandam famem non tam equos aſinoſq; quam canes: non minus feles quã mures edebant. Nam nihil erat tam ſordidum: & q̃d natura abhorret humana: quin ab exurientibus arriperetur. Quas ob res ma gnæ ſæpe contentiones ac tumultus oriebantur. bærbis radicibus ullo abſq; condimento utebantur. Vinum niſi ditior guſtabat nemo. Multi etiam: quos uel egeſtas uel ſenectus uel morbus aliquis uexabat: quorũ infinita poene multitudine ciuitas ipſa repleta erat: fame confecti per domos perq; uias paſſim peribant. Ex quo multa ac magnæ ubiq; per urbem querelæ lamẽtationeſq; fieri. Vbique ploratus aſſidue audiri. Omnes extrema in miſeria uerſari. Quiſq; ſuæ quam alienæ ſalutis rationem potius habere: & nemini tamen præterq̃ de libertate loqui licere. Quibus ex rebus fiebat: ut populares: qui ſe hoſtium arbitrio tradere: quam domi ſtantes fame perire malebant: urbe cum uxoribus atq; liberis egrederentᷤ: & per campos uitam miſerabilem traherent. Quorum magna pars conſentientib? magiſtratibus ad proxima muni cipia atq; oppida diuertebat: & iunctis atq; ſublatis ad cælum manib? dei miſericordiã implorabat. hos municipes miſericordia moti excipie bant. Quod cum reſciuiſſet Franciſcus regionũ militumq; præfectis imperauit: ut Mediolanenſiũ neminẽ recipiant. cibo auxilioq; nullo iu uent: & in urbem rurſus redire compellãt. Præfectis imperata facienti bus: hoc multis accidebat locis cum mulieres quæ infantes ad ubera geſtabant: filioſq; paruulos ſecum trahebant: & adoleſcẽtulæ inſuper multæ per deſerta uagarentᷤ uitæ alimenta quæritantes: & necubi adiu menti quicq̃ inuenirent. & in urbem reuerti nollent: per rura inculta perq; nemora latitabant: quibus tantũmodo bærbæ cibus: aqua potus erant: quod peregre emori quam in urbem redire malebant. ac tandem laſſitudine & fame preſſæ deficiebãt: inter quas multæ nuptæ innuptæ que: uitæ ſuſtinẽdæ gratia: corpus ad cuiuſq; libidinis uſum proſtitue bant. erant enim a uiris maribuſq; pubertatis annos ſuperantibus pro pter captiuitatis cruciatuſq; metum omnino derelictæ: quod cum ad impietatem quandam a nõnullis franciſco aſcriberetᷤ: ita reſpondebat. Quod & ſi id inuitus agebat: ferebatq; dolenter: urbẽ ampliſſimã atq;

populoſiſſimã tot detrimentis affici nonnullos; præſertim peſſimos; ciuium cauſa: tamen ſi ſibi uincendum decreuiſſet; ſic ius belli præſentium q; tempos; condicionem ferre. Sic etiam eorum qui reip. præerant peruicaciam atq; temeritatẽ poſtulare. Quandoquidẽ nulla alia belli gerendi ratione quam fame ſubigi poſſe Mediolanẽſes plane animad uerteret. hoſtes interim quo in periculo ciuitas ſit: crebris litteris nunciiſq; edocebant̃: atq; orantibus inſtãtibuſq; quottidie legatis Mediolanenſib?: ut perituræ urbi confeſtim ſuccurrere uelint: dies atq; noctes in capiendis conſiliis conſumebant̃: nec quid potiſſimũ agendum ſit: ſatis decerni poteſt. Duo nanq; ut ferebatur: & poſtea aperte cognitum eſt repugnabant. Sigiſmundũ timor: & uenetos; uoluntas: Nam Sigiſmundus Franciſci congreſſum plurimũ formidabat: cum ob Polyſenã uxorem ſuam Franciſci filiam ſuo iuſſu immerito necatã: quo patrem acerbiore dolore premeret: & ne propter inexplebile & exacerbatum in ipſum patrem odium uirilem ex ea prolem ſuſciperet: & Polyſenam pellicem: quam perdite adamabat: deinde in uxorẽ duceret: & ita mulierem ingenuam atq; pudiciſſimã acerbiſſima morte affectam peſtifero morbo correptam ſimulans uita functam uulgari iuſſit: tum etiam ob graues alias ei per ſuperiora tempora illatas iniurias: & inſignẽ diebus proximis contumeliã: cum & in cõcionibus: & palam in exercitu ſæpe gloriaretur: ſicut ſuperioribus annis Franciſcũ Sphortiam toto piceno eieciſſet: ita ſe tota etiam ciſalpina gallia eiectum; & ob eas res caſtros; mutationẽ mirum in modum diſſuadebat: quod hoſti propius admoueret: periculoſum eſſet. Propterea quod cum peritiſſimo atq; fortiſſimo duce confligendum erat: neq; quo minus decertare̅t: ſi Mediolanenſibus ferri auxilia uoluerint fieri poſſe: neq; eſſe ita temere cõmittendũ: ut duæ reſp. uno tempore fortunæ caſibus ſubiicerent̃: demonſtrabat. proinde uideri ſibi Mediolanẽſes: quo ſeſe paululum ſuſtineant: cohortandos: quod ſi audierint: eſſe ullo abſq; diſcrimine illis partam victoriam: quia propter frumenti & pabuli inopiam non diu hoſtes in Mediolanẽſibus futuros intelligebat. Hanc ſententiã ueneti legati confirmant: non periculos; uitandos; cauſa: ſed ut defeſſi deſperatis rebus ii ciues: qui remp. gubernabãt: quiq; plurimũ uerebant̃: ne in Franciſci manus deuenirent: urbem uenetis traderent: quam quidem Leonardus uenerius: quem: ut ſupra oſtendimus: Mediolanũ ueneti legatum miſerant: cum nõnullis ciuibus tentauerat: populũq; quottidie ad perferendas forti animo neceſſitates cohortabat̃. Atqui: ut Mediolanẽſes ex die in diem eius auxilii ſpe nutrirent̃: quod illis ſe laturos ueneti ſimulabant: per exercitum pronunciari Sigiſmund?iubet: dierum quattuor cõmeatum miles quiſq; compararet. Omnes in caſtra abſentes regrediantur: ac magnam deinde frumenti copiam ex tranſadduanis bergomenſibuſq; conſtitutũ citra adduam quendam in locum conferri: quo

celerius Mediolanū importari poſſit. At Franciſcus ubi hæc non tam ab exploratorib⁹: quam multis amicor⁹ nunciis cognoſcit. Nec poſſe præterea Mediolanēſem populum amplius ſe ſuſtinere: quin arma ſumat: & in magiſtratus tumultū excitet: ſuos quoq; milites quo paratiores ſint: admonet: & qui aberant: ſtatim in caſtra redire cogit: & quoniā hoſtes: ut demonſtratū eſt: magno equitū ac peditum numero ſuperiores erant: quos pro ſuo iudicio atq; eorum officio in tanto Mediolanēſium diſcrimine prælii fortunam tentaturos: impetūq; aduerſus ſuor⁹ caſtra propediē facturos arbitrabat̄: omnibus ex partibus relictis oppidis copias cogere: exercitūq; recenti milite augere dies noctesq; non deſinit. Fretus enim ueteranor⁹ militum robore cæteror⁹q; uirtute atq; fide ſtatuebat: ſi hoſtes in quāpiam caſtror⁹ partem uim facerent: aut in planiciē: uti rumor uagabatur: deſcenderēt: continuo eos inuadere: & prælio aperto decertare. Nam cum nihil uictoribus impeditū: uictis nihil tutum eſſe ſoleat: ſi uicerit: ubiq; ſe uictur⁹: ſin minus: quicquid in Mediolanenſib⁹ obtineat: cito amiſſur⁹ ſciebat.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXI.

Ediolani interea diſcordiæ ſimul ac ſeditiones increbreſcere. Diuina omnia humanaq; miſceri. Iā omnes qui fucato libertatis ſtudio tyrannidi præerant: nulli metui: nulli terrori eſſe. Quare cum magnitudo mali magnos æque ac paruos corripuiſſet: per uniuerſam urbem uariis in locis tumultus fieri. Omnes obſtrepere ploratus ubiq; eſſe. clamores cælum terramq; confundere. Quo factum eſt: ut muſſantibus cæteris: nec in apertum iam martē ire audentibus a porta noua ſalutis initium cœptum ſit. Imperarāt publicæ libertatis principes: ne quod portar⁹ conſiliū fieret: niſi quando & per quos ipſi iuſſiſſent: Delegerāt enim quos uel rudes eſſe rerumq; imperitos intelligerent: uel ſuæ deprauatæ mentis fautores. Hi omnes conuenerant in templum Sanctæ mariæ ſcalaris: ut aliquid confingerēt: quo ignara plebs ſpe inani paſceretur: & concepta peſtis produceret̄: donec a uenetis & res frumētaria & auxilia quæ dicebant̄: in urbem reciperent̄. Id uero aliud nihil erat: quam laborantē afflictamq; ciuitatem uenetis tradere: erant extra locum: ubi conſultantes conuenerant ciues duo animo non deſides: & tyrānicæ coniurationi minime grati Petrus cotta: & Chriſtophor⁹ pagnanus: qui præſentē inter ſeſe calamitatem querebant̄: & quæ ſalus: aut quod conſilium ærumnis eorum afferri poſſet: cōmentabantur. aduenientēſq; minutatim alios ciues non

fortiter minus quam prudenter ad bonum publicum hortabant. Alii alia reſpondere: quēadmodum animi cuiuſq; uariis pturbationibus eſſent affecti. Cum per urbem increbruiſſet rumor: iam portam nouam in armis eſſe: deque publico ſtatu in eo Sanctæ mariæ templo agitari: nōnulli etiam ex aliis portis non gregatim ſed ſingillatim cōuenerūt. Quæ res poſteaq̄ tyrannidis principibus cognita eſt: mittunt Lampugninum biragum collegam ſuum uirum callidum & non infacundū: ut eos ciues quibus poſſet uerbis deliniret: hortareturq;: domū abirēt: futurum annūcians: ut rem omnes audirent gratam & ſalutarem. Ad hanc orationem ita omnes excanduerūt: ut uix ſine magno periculo ſe inde eripere potuerit. Nec multo poſt Dominicus piſaurenſis publici præſidii præfectus: iuſticiæq; capitaneus: quem ibi picinin? reliquerat cum magna lictorum & ſatellitum manu eques aduenit laqueos per multos ſecum ferens ad eos uel plectēdos: uel pterrendos: qui eo loci imuſſu principum cōueniſſent. Quod ubi cognitū eſt: eueſtigio ciues templum egreſſi in dominicū impetum faciunt: & in fugam uertunt. Deinde more patriæ quēadmodū in huiuſmodi tumultibus fieri ſolet tanquam aduerſus patriæ hoſtes templi campanæ pulſantur: quo ciues omnes tyrānidi infeſti undiq; continuo illo cōuenirent: quo ſigno nō ſine magna trepidatione plæriq; conuenere: qui inter ſeſe quid agendum eſſet conſultantes decreuerunt unū aut duos ueluti duces coactæ multitudini præficere. Hi fuere Gaſpar uicomercatus: & Petrus cottabaud rerum ignari. Sed Gaſpar bellicaꝝ peritior: qui ab ipſa uſq; adoleſcentia ſub Franciſco Spbortia meruerat. Nec multo poſt eodem acceſſere cum alii nōnulli: tum Iobannes ſtampa cum quattuor fratribus iuuenis ſane & manu promptus: & animo ad ulciſcendū acerrimo. Quare ex cōmuni omniū conſenſu factus eſt impetus in curiam principum: ſed ii cum forti multaq; factioſoꝝ ciuium manu ſeſe muniſſēt: conatus omnis fruſtra fuit. Quin cum utrinq; in ipſo Arengi foro: ut uulgo dicitur: mutuis uulneribus confoderent: tandem inuadentes illi paulatim pugna ceſſere: plæriſq; etiam fuga ſalutem quærentib?. bi cum recta peterent Orientalem portam: Franciſcus quidam ex triulcia familia adoleſcens: qui uulnere eſſet affectus: conuerſus ad fugientes. Quo fugimus: inquit: cum nos inſequatur nemo? Qua uoce exaudita mox Chriſtopborus pagnanus excepit: inquiēs. Nonne hunc adoleſcentem auditis? Quo enim fugimus bomines ignauiſſimi? Ex quo rurſus ad Gaſparem conuerſi omnes: qui erat in extremo agmine: fruſtraq; fugientes reuocabat: ſe recipiunt. Nam Petrus cotta cum uidiſſet tantam animoꝝ mutationē atq; diſcordiam: ſe inde amouerat extra urbē abiturus: aut ſalutis ſeruādæ gratia: aut feſtino equo Franciſcū auxilii cauſa petiturus. Is dum concitato equo iter facit: interceptus ab iis: qui portam Comenſem præſidio ſeruabant: in carcerem conijcitur.

Gaſpar ubi omnes rurſus in unũ cõueniſſe uidet:accõmodata oratione ad bonam ſpem uincendũq; adhortatus : ne ſe a cœptis conatibus ſub trahant:& monet:& rogat:demonſtratq;: ſi ſecus fecerint fore:ut in ſequenti nocte ſingillatim inimicoꝝ iuſſu captiui facti obtruncentᵉ.Q d ſi una omnes fuerint:non modo nihil mali poſſe accidere:ſed perditis inimicis ſecunda omnia euentura . Nec credendũ eſſe inimicoꝝ blandiciis.Miſerant enim principes ſubdolum nuncium:qui omnes hortaretur:ut poſitis armis ſinguli domum repeterent:cum poſtridie futuꝝ doceret:ut & bene conſulereᵗ reip . & pacata omnia atq; tranquilla forent.Quibus auditis omnes maiore animo maioribuſq; uiribus aduerſus inimicos irritantur. Melchior marlianus cum non mediocri armatorum manu auxilio uenerat:animũq; pugnantibus addiderat.Dubitabatur de Ambroſio triulcio:qui ut erat animo audaci & temerario:contraria ſentire uidebatur . Cum inter conſultandũ nonnulli dixiſſent : optimũ qua dux Maria uidua philippi quõdam uxor in poſtrema babitabat curia per poſticum iter ad inuadendũ eſſe: quod ea parte minus erat cuſtodiæ:idque alii nonnulli affirmaſſent:Quidã Iobãneſandreas tuſcbanus ſubdidit.ego ut ſpero : tutum ingreſſum tradam eo oſtio : quo a poſteriore parte itur in curiam . Nam illac mihi aditus ſemper patet ad Mariam ducem.Itaq; cum nox iam eſſet:Adoleſcentẽ omnes ſunt ſecuti . Venit ille ad oſtium : & cum ſignum dediſſet: ut conſueuerat:illico ualuis patefactis ingreditur.bunc Gaſpar & Iobãnes ſtampa & ciues armati permulti ſubſequunᵗ.& deinde reliqua multitudo maximo impetu in curiã eſt recepta : Quæ res ubi & ſtrepitu & clamoribus eſt audita:qui in anteriore erant curia:oẽs in pedes ſeſe dedere : Quo tempore magnus ciuium numerus per anterioꝛẽ Ianuam in curiam irrumpere:& cælum ac terrã fragore uocibuſq; confundere.Gaſpar & Iobannes primi ſcalas aſcendere.Cætera turba confeſtim ſubſequi . Sed ubi tandem per interius deambulatoriũ:quod ſurſum eſt:deueniᵗ ad illud oſtium:quo itur ad id cænaculũ quod interiori adbæret turri: ubi libertatis principes reſidebant : occurrit aduenientib? Leonardus uenerius uenetoꝝ legatus . Qui cum inſolentius ingruentes ciues appellaret:ſeueriuſq; accuſaret:illico multis cõfoſſus uulneribus cecidit: qui præerant magiſtratui perterriti tanto facinore in fugam ſe omnes uertere.Itaq; uniuerſa in curia potiti ciues:ac e truculẽtiſſimæ tyranni dis iugo patria liberata:ad ſingulas portas concurrere.Vnde qui præſidio fuerant collocati:metu perculſi:alii ſe continuo ſurripuerũt . Alii perſuaſi ultro portas dedidere . Vna relinquebaᵗ porta romana : quæ firmiſſimo munita præſidio nullis neq; ſuaſionibus neq; minis concedebat:freta illa quidem Ambroſio triulcio Is unus perinde ac in porta princeps reliquis ciuibus acerrime reſiſtebat : non quod poſſet : quæ gerebantur impedire. Sed quia poſteaq̃ animaduertit nullã eiuſmodi

peſtiferæ libertatis ſpem eſſe relictam : nouitatis principibus ſocium ſe adiungere uoluiſſet:quo Franciſci animum eo beneficio ſibi reconci liaret. Sed ubi multi eum pbumane ſunt allocuti & Melchior marlia nus affinis non ſolum adhortaret:ſed & rogaret oraretq; ne a cæteris ciuibus unus diſſentiret:maximūq; & imminentiſſimū periculum pro ſpiceret:uix tandē coactus conceſſit. Cum iam uniuerſa ciuitas conſen tiret:ac omnes rem geſtam laudib? ferrent ad cælum:dieſq; illuxiſſet: primarii ciues cōuenerunt in diem Sanctæ mariæ ſçalaris templum : unde tam præclari facinoris ut demōſtrauim? emanarat initiū.Multa in ea conſultatione diu ac multum inter ſe diſſeruerunt : cum plures uellent liberam ciuitatem & principem nullum admittere. Nonnulli francoꝝ regem.Sabbaudianoꝝ alii ducem.alii Alphōſum regem accer ſendum cenſerent : qui tanti principatus adminiſtrationē ſuſciperet : aliis pontifex maximus placere.Venetos cuncti odiſſe.Franciſcū Spbor tiam nominare nemo audere ſiue propter recens bellum:quo in tantā eſuriem uniuerſus populus eſſet redactus:ſiue ob uetus odium : quia cum uenetis ſocietatem iniſſet. Quom in tam uariis ciuium uolunta tibus nil ſani conſilii diſcerni poſſe uideretur : tum Gaſpar aut quod ita ſentiret:aut quia Franciſco ſub quo:ut diximus:diu meruerat:ſum mo eſſet affectus ſtudio : ſic accurata oratione oſtendit . Nibil magis reip.Mediolanēſi commodo fore:quam ſi Franciſcus Spbortia in ciui tatem reciperetur.Itaq; omniū primum demonſtrauit de ſtatu publicæ libertatis nullam baberi poſſe rationem:non modo quod inteſtinis diſ cordiis ac ſeditionib? uniuerſa ciuitas laboraret:ueꝝetiam quod omni exbauſta pecunia amplius bellum ſuſtinere:undiq; boſtibus circūſepta in tanta rei frumētariæ penuria intolerabiliq; fame nullo pacto poſſet. Summū pontificem & Carolum atq; Alpbonſū reges propter longius locorum interuallū auxilio eſſe qui poſſe dicerent eos ſua plurimum opinione falli . At Sabbaudianū ducem nullaꝝ eſſe omnino uirium . Itaq; aut uenetis ſuccumbendū eſſe:id quod omni morte calamitoſi? foret:aut Franciſcum pbilippi ducis generum & adoptione filium uel bæreditario quodam iure admittendū: qui eo ingenio ea humanitate & māſuetudine ſit:ut non reip.dominus:ſed perinde atq; communis quidam Mediolanenſiū omniū ſocius atq; pater futurus eſſet. Præter eum neminē eſſe : qui uno die & bello & rei frumētariæ inopia oppreſ ſam ciuitatem liberare poſſet.Vix credibile eſt:quam breui momento omnes omnium animi in eum ipſum Franciſcū conuerſi ſunt . Decre tum : ut celeriter ad illum Gaſpar proficiſceret : & quæ eſſet publica uoluntas:eum doceret:& q̄primum urbem petere : & ingredi bortare tur.Cum bis de rebus Franciſcus crebris nunciis factus eſſet certior : per Leonardum garimboldū & quendam Aloyſium tubicinē:continuo boc tam felici nuncio lætus deo īmortali gratias agit.Deinde caſtroꝝ

equitumq; præfectos præcipue Robertum atq; Salernitanū: qui hosti
bus: ut prædixim?: proximi erant: edocet: ut in armis sint: uel ad inua
dendos hostes uel Mediolanensiū ad urbem petendam primo nuncio
signoq; parati. Cæteq; Mediolanū celeriter mittit cum iisdem nunciis
ac ducibus: qui quo in statu res sint: quidue opus sit facto cognoscant:
atq; renuncient. Interim: ubi dies uenit: conuocato concilio: quid nam
impræsentia sit utilius atq; magis necessariū: aut in hostes toto exerci
tu proficisci: quos adeo repentina rerum Mediolanēsiū mutatione per
territos facile arbitrabat: aut Mediolanū properare: ciuiumq; animos
dispositis armis ad bene quieteq; uiuendum confirmare proponit. pla
cuit maiori præfectoq; parti in hostes celeriter contendere. At Franci
scus præfectoq; consilium urbe nondum in potestate recepta improbat
ac esse Mediolanū properandū demonstrat. eius igitur consilio cōmuni
omnium uoce laudato: cum peditatus equitatusq; delectu quem tunc
apud se habebat celeriter Mediolanū ire contendit. Cui in itinere nobi
les q̄plurimi obuiam occurrunt: consalutant congratulant: & ut con
festim ad capessendū urbis imperium maturaret: hortant. Paulo post
Gasparem comperit ad se maturantē: qui itidem eum ad urbem celeri
ter proficisci hortatur: quod res propter nonnulloq; audaciam: qui eam
nouitatem molestissime ferebant: nullo adhuc imperante in magna
erant trepidatione atque periculo positæ. Quibus cognitis: male suos
eo mane consuluisse ait: qui prætermissa ad urbem profectione ad inua
dendum hostem iter faciendum suasissent. Cæterum infinita pœne po
puli multitudo: qua Franciscū uentuq; existimabant: effunditur: tum
noui principis uisendi studio: tū cibi ab aduentientib? militibus petendi
gratia: tanta autem fuit hominū frequentia: ut ad decem passuum mil
lia ager undiq; compleret: quibus esurientibus satis pro tempore ab
militibus ipsis gratis subuenit. Nam tantum quisq; panis detulerat:
quantum pro facultate poterat. Operæpretiū quippe erat: circūspicere
qua frequentia quaue auiditate Mediolanēses panem e militum bra
chiis aut collo aut humero pendentem certatim carpebant: quaue uora
citate edebant nonnullis erat in ore. hæc dies: quam fecit dominus:
exultemus: & lætemur in ea. Vbi ad nouam portam uentum est: qua
tutior futurus affirmabat ingressus: propterea quod qui eam urbis par
tem incolebant primi: ut demonstratū est: arma sumpserant: fit ab
Ambrosio triulcio aliisq; ciuibus perpaucis ingrediēdi difficultas tum
quod ipsius portæ aditus grandi materie repletus & occlusus: ponsq;
interruptus esset: tum quod prius in urbem quam dux reciperetur: de
condicionib? agere uolebant. Quare Frāciscus pturbatus ad Gasparem
cōuersus: hoc si præsciisse inquit: bucusq; nō uenisse: sed alio bis rebus
tutiore consilio ꝓspexissem. At Gaspar: qui liberum in urbem aditum
omnium consensu illi patere dixerat: non modo pudore ductus: sed

alioꝝ ciuium fauore principiſq; præſentia incenſus : Franciſco ingreſ ſum negantes increpat: datque operam: ut porta recludatur: ac omiſſis ciuium poſtulatis Franciſcū recta introire urbem hortaꝫ. Introductus magna omnium lætitia excipitur. Nam ut magna ciuium multitudo obuiam exierat: ſic maxima intus expectabat. Tum cōſultationes lætiſ ſimæ fieri. feſtiui clamores ad cælum tolli. ducale Sphortianūq; ſimul nomen omnes cōclamare. Omnes dexteram certatim attingere conari: contactaq; gaudere. Tanta & tam crebra tamq; conferta populi multi tudo eunti illi occurrebat: ut quod uix credi poſſit: equus quo uebeba tur: ciuium ueluti humeris multum ſpatii comportatus ſit. Erat autē Franciſcus Sphortia maieſtate quadam ſupra mortalem : facie ſerena atq; hilari: ſermone mira ſuauitate condito. Quare non minus reuerē ter excipiebaꝫ ab omnibus quam familiariter: & ipſe quadam facilitate benignitateq; omnes excipiebat . Cæterum omnium primum celebre Mariæ uirginis templum petit equo inſidens: nam propter frequentiſ ſimos ciuium globos equo deſcendere non poterat: confertiſſima inter armatoꝝ millia deo immortali uirginiq; matri gratias agit. deinde in forum quod uiridarium appellant : proficiſciꝫ: quo in loco antiqua ac nobilis marlianoꝝ familia ædes poſſidet . Hic cum ita eques: ut erat: apud uirum grauem Albertbum marlianum ante eius ædium limina familiariſſime aliquanto panis miliacii ſumpto modice bibiſſet : Karo lum ad ſe uocat : huic mandat : ut cum peditatus parte in curia præſi deat. portaꝝ arces communiat. tumultus rapinaſque reprimat . Arma deponi iubeat : nulli iniuriam fieri patiatur. Ciues omnis ſeruari inco lumes principem uelle pronunciandū curet. Deniq; ciuitatis totius ne gotia ad ſuum uſque reditum ſuſcipiat . Ipſe per Orientalem portam egreſſus: & uicūmercatum: unde diſceſſerat: reuerſus: quo celerius ciui tas fame eximeretur: per uniuerſam dicionem ſuam pronunciari iubet licere cuiq; ciba ria Mediolanū comportare abſq; uectigaliū exactione. Ex quo ciuitas intra triduum tanto cōmeatuum omnium genere adun dare cœpit: ut obſeſſa nunquam aut fame preſſa fuiſſe uideretur. Eiuſ dem precibus Cremonenſes atq; papienſes magnam panis triticiq; co piam ex publico comparatā Mediolanū deuebendam : & in pauperes diſtribuendā curauere . Interea Robertbi nuncius aduenit: ab eo cogno uit Sigiſmundū uenetoſq; legatos ubi ex crebra ignium ſignificatio ne de Mediolanenſiū deditione cognouerūt : re multis etiam nunciis confirmata: graui illico dolore affectos: magnoq; inſup timore percul ſos eſſe. cōmunicatoq; conſilio: cum eis adduam cōmorādum amplius non uideretur: præmiſſis impedimētis relictoq; in poſtremis peditatu flumen ſumma celeritate traieciſſe: eorumq; nouiſſimū agmen Rober tbum Salernitanūq; inuaſiſſe . Sed ob noſtroꝝ paucitatem ita boſtes pugnam ſuſtinuiſſe: ut copias ultra flumē incolumes reduxiſſent. Quo

flumine ſuperato pontem fregiſſe. Poſt ubi uicomercato ad multam noctem appulit: Mox & romano pontifici & cunctis fere Italicis potentatibus & plæriſq; etiam exteræ nationis regibus atq; principibus de parto Mediolanenſi imperio cõmunicandæ lætitiæ gratia litteras dari iubet: & Angelum ſimonetã & Nicolaum arcimboldum; quos anno ſuperiore ad Alphõſum regem legatos miſerat: ad ſe rebus prætermiſſis omnibus reuocat. eius legationis mittendæ cauſa fuerat: ut cum eo rege: qui tunc cum uenetis maritimo bello cõtenderet: ſocietatẽ legati inirent: auxilium conficiendi mediolanẽſis belli peterent: & ad ulciſcendas aduerſus communes hoſtes iniurias uæbemẽtius uolentem impellerent: quod Alphonſus dixiſſe ferebatur: libenti ſe animo fœdus cum Franciſco percuſſurũ auxilioq; aduerſus uenetos mercatores futurum: ſi ex ſuis aliquem ad ſe mitteret: quo cum bis de rebus agere poſſet. Idemq; poſtea Palermus neapolitanꝰ familiaris regius Frãciſco coram affirmarat: ſed ignoratur: quo pacto poſt legatorũ aduentum rex mutato conſilio Piſleonem oppidum & urbem parmã: ſi de ſocietate auxilio que petito tranſigendũ eſſet: tradi ſibi poſtulaſſet. Deinde poſt biduũ Modoeciẽſes Comenſes. atq; bellincionẽſes: quos ex omni longobardia in fide Mediolanẽſes continuerãt: in deditionẽ accepit. Præfecti quoq; arcium eodem uſi conſilio: ei ſeſe nullo negotio permiſere. His rebus confectis: cum exercitũ diuturno labore: hyemiſq; tempore iam prope confectum reficiendi cauſa diuidi oportere animaduerteret: neq; defatigatis etiam tot maximiſq; bellis longobardiæ populis aduerſus uenetos in bello perſeuerandũ iudicaret: in omnes ciuitatum fines diſtribuit. Idem faciunt ueneti præcipue picininũ: quem conduxerant: in brixienſibus conſidere iubent. peditatum in bergomẽſibus atq; tranſ adduanis collocant. Sigiſmundũ in flaminiã picenteſq; remigrare permittunt. pontemq; præterea: quem paucis ante diebus in Addua apud oppidum ripaltam lintribus conſtruere cœperant: lignea materie confi ciendum curant: neque enim ulla ui aut arte ab eo opere repelli potuerant: quod ab altera fluminis ripa oppidum erat: ab altera ramus quidam a flumine ipſo deriuatus e regione oppidi defluebat: qui nullo uado tranſiri quiuerat: inſulamq; quandam paruulam efficiebat. Ibi caſtellum faſcibus cratibus tignis & ceſpitibus conſtruxerãt. Quæ res pugnãtibus ſæpe noſtris ita obſtabat: ut minus cœpto ab opere hoſtes amouere poſſent. Profectis in hyberna militibus Franciſcus Modoetiæ aliquot dies manendũ ſibi cenſuit: Quod oppidum eſt & ſatis amoenũ Mediolano propinquũ. & quoniam niſi pacatis Mediolanenſiũ ciuium rebus: quo ſecuriore iucundioreq; animo ibi eſſe poſſet: proficiſcendũ ſibi in urbem non uidebatur. ad ſextum Kalendas apriles profectionẽ eam differendam conſtituit: quod is dies ob ſalutarem beatæ uirginis annunciationẽ annua feſtiuitate celebris & ad dei honorẽ & ad pompã

pro principatus dignitate aptior uiſus eſſet. Interea res urbanas compo nere ſtudet: uiros graues rerumq; peritos deſignat: quorum aliis nego tiis publicis intendant. alii ius populis reddant. alii ærario præſint. Eos autem ciues qui nouiſſimũ magiſtratũ geſſerant: quoniã uniuerſa poene ciuitas ob multa ab eis impie crudeliterq; geſta: incredibili capi taliq; odio inſequebatur: uelut etiam eam fortunæ ac imperii felicem mutationẽ deflæntes: partim papiam: partim alio relegauit. Ambroſiũ triulcium Antonii nepotis ex fratre precibus donatum: quem ob ſingu larem ueteremq; in ſe fidem unice diligebat rus in perpetuum relega uit. At Oſſonam & Applanum: qui præter cæteros in nobilitatẽ ſæuie rant; & ob id mortis metu latitabant: carcere ſeruandos imperauit. Dum Modoetiæ moratur: magnus ciuium Mediolanenſiũ numerus ad eum quottidie confluebat: tum reuiſendi contemplandiq; ſtudio: tum gratulandi & conſalutãdi gratia. ab iis carmina: ab iis elegantiſſi me orationes ſubinde recitatæ ſunt: cum de rebus ab eo præclariſſime geſtis tum uero de reliquis eius uirtutib? certatim quiſq; uerba facere adniteretur. Vt uero dies ingreſſui dictus uenit. Franciſcus id uiam: quæ e Mediolano papiam ducit: non procul a Ticinenſis portæ ſubur biis mane ſe contulit. huc iam ut erat conſtitutum: Blanca uxor aduane rat cum Galeacio filio & Alexandro magnoq; legatoꝝ & matronaꝝ numero. His equitum præfecti duceſq; ornamẽtis militarib? mirifice compoſiti paucis cum delectis equitibus turmatim inſtructi addeban tur. Ciues uero Mediolanẽſes qui nouũ ducem recipiant urbis primo res conſtituerãt: utq; eius in urbem honorificẽtior eſſet ingreſſus cur rum triumphalẽ: & umbellam ſerico albo auro intertexto: parauerant. Quibus rebus comparatis cum ingenti ciuium multitudine maxima que omnium lætitia principum aduentum pro porta expectabant. At Franciſcus qui pro ſua modeſtia: ut coram laudari æquo non ferebat animo: ſic etiam pompas huiuſmodi abhorrebat: quod regum hanc eſſe maximoꝝq; principum ſuperſtitionẽ diceret: & currum aſcendere: & umbellam ſubire negauit. Itaq; urbem ingreſſus: recto itinere incredi bili pœne populi concurſu ad ſacrum maximũq; beatæ uirginis mariæ templum proficiſcit. hic cum ad ipſius templi ueſtibulũ conſtitiſſet: ueſte alba ſericia ad pedes uſq; effuſa induitur: quam duces de more in auſpicando principatu induere ſolent. Deinde cum Blanca coniuge ſedens dux iam Mediolanenſiũ electus Guarnerio caſtilioneo magni conſilii magnæq; doctrinæ & eloquẽtiæ uiro dicente ducali dignitate inſignitur: & una omnium uoce conſalutatur. Mox ciues a portis ſin gulis urbis electi iureiurando deditionẽ fidemq; perpetuam confirma runt. Imperii ſceptrum: enſem: uexillum: portaꝝ claues: & ſigillum: quo priores Mediolanenſiũ duces uſi fuerãt: ad ueræ imperii ipſius tranſla tionis documentũ tradiderunt. Itaq; ex eo tempore pro ciuitatis iure

& auctoritate ab cunctis natiõibus præterq̃ a frederico tertio Romano rum imperatore : quod mortuo ſine liberis maribus Philippo longo bardiæ principatũ ad imperium rediiſſe:& a Carolo francoꝝ rege quod philippo ipſi in eo principatu Aurelianenſiũ ducem conſanguineũ ſuũ hæreditario iure ſucceſſiſſe dicerent.Mediolanenſiũ dux ſemper eſt ap pellatus . His peractis Galeacium primogenitũ ſuum papienſiũ comi tem noīat.Deinceps Gaſparem uicomercatũ comitatus titulo decorat: qui poſtea ualentia nobili oppido in ipſius tituli honorem meritorum que gratiam donatus eſt . Dies deinde quinos in urbe celebrandos in dixit : quo tempore ad cõmunicandam cum nouis ſubditis læticiam conuiuia lauta magnifica peregit : & ad ea non modo reliquaꝝ ciuita tum proceres accerſiti: ſed frequẽtes etiam ex Mediolanenſiũ primori bus utriuſq; ſexus benigne inuitati conuenere atq; diſcumbere. Quic quid autem infra prandium cænamq; intercedebat temporis:id totum placidis binc choreis : illinc baſticis ludis trabebatur . armati equites bini currentibus equis inuecti conuerſis inuicem baſtis pari longitu dine & tricuſpide ferro præfixis cõmittebantur . Hos ad læuam ſcutũ tegebat ī medio linea quadam ſignatum .Hanc infra adacti ictus ima nes habebantur : ſupra uero quanto feriebant altius: tanto glorioſius ducebatur . Quin ſi caſſidem e regione frontis lancea attingebat:pro ſingulis ictibus duplices annotabant̃ . bis dati cum legibus ipſis ab Franciſco iudices erant rei militaris & ludi eiuſdem pitiſſimi: nequis ſua laude fraudari poſſet. Quo fiebat : ut omnes cũ propoſita præmia quæ quiſq; pro gloria maxime appetebat : tũ etiam eorum qui ſpecta culo aderant præſentia in primiſq; dux ipſe:quem ſuæ uirtutis teſtem habebant ad pugnam admodum infla marẽt . Hic pulcherrimum erat confractis baſtis uolitantes per aera truncos cernere.Alios equites im pares congreſſos ualidioribus cum illatos ictus perferre non poſſent : nunc deiectos ephippiis bumi ſemianimos proſterni: nunc uacillantes penduloſq; & reſupinos interdum:ut cadere uiderent̃ reſumpto ſpiritu certamen redintegrare.Quibus rebus facile accidebat:qđ erat neceſſe ut perinde ac ſuum quẽq; mouebat ſtudium aliiq; aliis fauebant . Ita ex uario euentu in timore ſpes & in ſpe timor ſæpius oriret̃.In eodem fere certamine ordo alter equitum uerſabatur:quem Franciſcus in ſpe ciem lætioris ſpectaculi inter ſeſe congredi iuſſerat . Paribus inſtructi armis erant : uerum æquata cuſpide ferro & iis ephippiis quæ nulla baberent retinacula & theutonica ab uſu illius gentis appellantur:qui bus cum baud facile equites ſtare poſſent:ſæpiuſq; ictuum impulſione deiicerent̃:ingentem ſpectatoribus riſum mouebant : centum debinc & qnquaginta uiros tam ex iis qui tum ſimul diſcubuerãt : quam ex aliis qui ad eum ex omnibus imperii finibus gratulatũ uenerant mul tis ueteribus recentibuſq; officiis obſtrictos : ad equeſtrem ordinem

dignitatēq; euexit: quos deinde lætos & pro cuiuſque merito donatos domū remiſit omni longobardia pacata: tanta eſt belli huius in omnes partes perlata opinio: ut & ſi antea Franciſci nomē ubiq; celebre erat: magis ac magis tamen per uniuerſum ferme terrarum orbē increbre ſceret: exiſtimatioq; ſimul eius ac potentia ſumma cū uirtute cōiuncta pro maximis haberentur. Quibus rebus adductus Nicolaus pontifex ſummus cum litteris tum nūciis & partis & amici gratulando officiū amanter perſoluit. Florentini in primis ob ueterem ſingularēq; amici ciam incredibili læticia affecti: egregiam ad eum legationem gratulatum miſere. Petrus medices Coſmi. Nerius capo Gini filius. Lucas pictus. & Deteſaluius nigius Neronis filius legationis principes fuere: qui ingenti bonore lætiſſimaq; fronte a Franciſco excepti: dies quam plures Mediolani in deliciis fuere. Genuēſes quoq;: qui eo bello grandi illum pecunia iuuerant: Senenſes Lucenſes Anconitani & plæriq; alii non tam Italicæ quam tranſalpinæ gentis principes atq; reſpu. ad Frāciſcum legatos gratulatū miſerunt. Solus Alphonſus rex ac ueneti eo tempore nullū erga eum beniuolētiæ argumentū oſtendere: uirtuti fortuna ac felicitati eius inuidentes. Interim quoniam res Mediolanēſes non ſatis firmæ tutæq; uidebant̃: cum populus frequens aſſuetus armis recētiſq; fucatæ libertatis memor: dirutis ꝑſtratiſq; paulo ante arcib? nimia licentia liber quodāmodo eſſet: cunctas urbis portas Franciſcus munire curauit: & antiqūam Iouis portæ arcem funditus: ut initio demonſtrauim? : exciſam; magna celeritate inſtaurare cœpit: quam inſequētibus annis magno ſumptu non modo: ut ante ſteterat: erexit: ſed amplificauit: & admirabili opere muroꝝq; ſtructura q̄munitiſſimā reddidit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXII.

O anno: qui fuit a Natali chriſtiano qnquageſimus & quadringēteſim? ſupra mille Franciſcus quieuit a militari quottidianoq; labore: Quod poſteaq̄ a litterarum diſciplina a patre in militiam reuocatus fuerat: nūquam fecerat. Quieuit Italia omnis a belloꝝ motibus atque incōmodis: quibus per ſuperiora tempora terra mariq; pluribus in locis ſæpe uexati ſolita erat. Nam dū ea quæ ſupra rettulimus: bella in Gallia ciſalpina gererentur. Alphonſus rex in æthruſcis graue Florentinis bellum intulerat. Veneti quoq; cum eodem rege in ſiculis ualida claſſe contenderant. Sed compoſitis poſtea rebus in pace atq; amicicia uiuebant. Soli Genuenſes: fato quodam

ciuilib⁹ inteſtiniſq; diſcordiis laborare ſoliti terra mariq; externis petitis auxiliis bello continéter exagitabant. Interea uero Guilielmū Monferratenſem: quem papiæ retentum ſupra oſtendimus : in libertatem reſtituit. Vrbem Alexandriam cum omnibus adiacétibus oppidis: quæ in illius erant poteſtate: ultro ab eo recepit. Lodouicū mantuanū principem propter opinionē ſapientiæ & rei militaris ſcientiā in amicicia ſibi aſciuit: ſtipendio affinitateq; obſtrinxit. Quā rem Carolus: quod graui ſimultate fratrem proſequebat: adeo moleſte tulit: ut non modo uenetos ad redintegrandū aduerſus Franciſcū bellum ſecreto cohortaretur: uerꝫ etiam ſe ad eos tranſituꝫ polliceretur. Hæc ubi Franciſcus intellexit: Lodouico renuncianda curauit: qui & ſi grauiter admodum ferebat pro eius animi integritate egregiaq; in omnes fide: quæ frater contra eius nominis decus familiæq; Gonzagæ dignitatem : & antea egiſſet: & impræſentia moliebat: tamen Franciſcum rogat: ne quid in fratrem grauius ſtatueret: conſuleretq; ſuaꝫ rerum ſaluti ſi fieri poſſit abſq; fraterni honoris offenſione. Franciſcus ubi in dies magis atque magis de Caroli perfidia fugaq; cognoſcit: Illū retineri ac in Binaſchi arce cuſtodiri iuſſit: qui quæ cum uenetis egiſſet fraterno odio impulſū egiſſe non negauit. Quare Dertbonā. Quæ ab Carolo poſſidebat equitatum peditatumq; Frāciſcus abſtulit. Verum non multis poſt diebus illum Lodouici precibus liberauit: quem cum frater præſcriptis e locis non abiturum recepiſſet : in Nouarienſiū papienſiūq; trans Ticinum fines relegauit. Sed his ſpretis ad Taurinenſes primo: deinde per Genuenſes perq; lunenſes ad uenetos profugit. Poſt multos ac uarios bellorum caſus: uariaſq; temporꝫ condiciones atq; calamitates: acerbiſſima peſtilentiæ calamitas inuaſit. Nam ut plærunq; propter præterita incōmoda iis locis accidere ſolet: ubi diu bellum geſtum eſt: in graues primo populoſiſſima Mediolanenſiū ciuitas ægrotationes incidit. deinde in morbos peſtiferos : quo mala per loca euagato nulla longobardiæ pars effugere potuit: qn maximā peſtis uim anno fere integro perpeſſa ſit. Acceſſit ad hæc mala: quod eo tempore ſanctum romæ iubileum Nicolao pontifice quarto celebrabat : cuius gratia cum magna omni ex chriſtiana natione multitudo eo conflueret: & tranſmōtani complures per Galliam noſtram ciſalpinā iter facerēt: ciuitates in ipſo itinere poſitas peſtilentia inficere cœperunt. Placentia primo ingentē cladem pertulit. debinc laus propter uicinitatem eodem morbo corripitur. Sed diuina ope & Franciſci diligentia ſeruata parum detrimēti accepit. In autumno uero eius anni atq; byeme Mediolani cœpit peſtis ſerpere : ineunte uere ſequētis anni inualeſcere. Aeſtate uero tantum increméti ſumpſit: ut ſæpe ſupra ducentos ſingulis diebus periiſſe compertū ſit. Nec ullo humano auxilio occurri potuit: donec circūacto grauiore anni tempore byems & frigorum ſiccitas finem impoſuit. cum mortuorum

numeꝝ perquireret Franciſcus: relatū eſt triginta millia non inclæmẽ tia cæli aut aeris corruptione: ſed contagione Mediolani periiſſe. Cæte rum Franciſcus cum uniuerſum eius imperiū tam proximo bello quã recenti peſtilentiæ clade defatigatum labefactatūq; uidet: de pace ſibi cogitandum iudicat. Proinde ad Paſqualem maripetꝝ & Iacobumanto nium Marcellū uenetos in tranſadduanis legatos mittit: qui dicerent: ſe recentium iniuriaꝝ oblitum pacem cum uenetis eſſe factuꝝ: ſi bri pienſium arcem pontemq; ſibi reſtituendū: & alterum in Addua apud Ripaltam ædificatum reſcindendū iuſſerint. At ueneti qui cogitationẽ omnem ad occupandum longobardiæ imperium uerterant: oblatam pacem non autẽ poſtulatas conditiones placere ſibi reſponderūt. Forte per id tempus magna inter eos & Florẽtinos mercaturæ gratia diſſen ſione orta: florentini qui in uenetis negotiabant̃: Senatus edicto omni ex uenetoꝝ dicione non ſine graui ignominia atq; iactura eiiciuntur. Florentini q̃grauiter perturbati ad Franciſcū Deteſaluiū nigium mit tunt: qui de fœdere cum eo agat. Acceſſerat ad hoc: quod præſcriptum ſocietatis tempus inter eos initæ effluxerat: qua obſtricti multos per annos grauia cum philippo bella geſſere. legato humaniſſime accepto Franciſcus ueterem neceſſitudinẽ nouo fœdere firmandã comprobauit foedere percuſſo ad qntum & uigeſimū annū. Florentini ob acceptam iniuriam auctore Coſmo medice ad ſuſcipiendū aduerſus uenetos bel lum Franciſcū multis pollicitationib? impellūt. Veneti franciſci populi que florentini potentiã ueriti ad Alphonſum regem legatos mittunt: qui doceant ſi ueneti ſuccubuerint: nec eum diu regno incolumi futu rum. Franciſcū florentinoſq; grauiſſimis iniuriis laceſſitos capitali illū odio proſequi: & renati Andegauienſiū ducis rebus fauere: qui regno ab eo pulſus iure ſiculoꝝ ſibi regnum poſceret. Iccirco pro communi incolumitate optimū maximeq; neceſſariū iudicare: ut itidem mutuo ſe foedere iungant. Alphonſus odio quodam in florentinos eius uirtu tem ſibi haud paꝝ metuebat: & nominis celebrati franciſci inuidens oblatam eius ſocietatis occaſionem admiſit. Ita ad belli ſtudia animos conuertunt. Ille in florentinos: hi in franciſcū uno tempore ne alter alteri auxilio eſſe poſſit: arma ſumere conſtituũt. deinde Lodouicum Sabbaudianoꝝ ducem: & Iohãnem Monferratenſiū marchionem belli ſocios aſciſcunt. Guilielmū ſtipendio conductum ducem deſignant: Lodouico urbem Nouariam. Guilielmo Alexandriã ſi adepti fuerint: tradituros paciſcunt̃. Per idem tempus collio cum in Veronenſib? non longe a mantuano agro caſtra haberet: non de retenta ſolum mercedis ſuæ pecunia apud uenetum ſenatum querebat̃: ſed de ſtipendii in reli quum tempus condicionib? contendebat. Quæ res ſi omnino denega rentur: datam ſibi abeundi licentiã teſtabatur. Veneti tum ex his tum quod milites iniuſſu ſuo unum in locum contraxiſſet: tum etiam quod

inter Veronenſiũ Mantuanoꝝq; fines cõſiſteret:de illius fide ſuſpicari & dubitare coeperunt . Addebatur ad bæc leoniſſani picininiq; uetus grauiſq; inimicicia : quorum opera adeo collionis fugæ ſuſpicio apud uenetos creuit : ut eiſdem a ſenatu capiendi eius cura ſit data : duces conficiendi negotii percupidi copiis inſtructis e brixienſibus mouent. Mintioq; collionem nil tale timẽtem de improuiſo ad primam ferme lucem adoriuntur . Equites primo impetu cunctos inermes capiunt . Collio exorto tumultu tribus ad ſummũ equitibus comitatus fugæ ſe mandat:& cum nonnulli leuis armaturæ milites iuſſu ducum concitatis equis inſequerent: equuſq; longo curſu laſſus deficeret : oblatam Agricolæ cuiuſdam inephippiatã equam aſcendit . Mantuãq; ſemiani mus ſe recepit . equos ſupra mille & quingentos amiſit.milites bonis omnibus exuti ducem ſequi deſtitere . Mediolanum deinde profectus perbenigne ab franciſco excipitur . ſeq; immerito oppreſſum ſpoliatũ que demonſtrat . multiſq; uerbis acerbe in uenetos inuebitur.bellum in eos parandum atque inferendũ longa oratione perſuadere conatur. Multa ſe præterea pro Franciſci commodo atq; gloria in bergomẽſib? brixienſibuſq; præſtituꝝ pollicetur : quodque tam grauiter læſum in feſtum acerrimũq; uenetis hoſtem ac fideliſſimũ ſibi futuꝝ ſperabat: ſuo ſtipendio adiicit:ac duorum equitũ milliũ quingentoꝝq; peditum ducem declarat.deinde quo magis ſibi illum deuinciat beneficiũ beneficio cumulans:maiore quam petierat:pecunia donat: conceſſamq; militiam ultro:uexillo ſuis inſignibus ornato decorat .decreto ſuſceptoq; ſubinde florentinis ſtimulantib?aduerſus uenetos bello Frãciſcus quæ ad bellum gerendum uſui ſunt : quam occulte poteſt comparare militem nouum conſcribere ueteranũ armis equis reſarcire atque ornare: tota quæ inſecuta eſt:byeme non deſiſtit . Aduentante uere:quod fuit biennio poſt Mediolani partum imperium:aperte omni ex parte in laudenſem Cremonẽſemq; agrum militem cogere cœpit.Idem in ueronẽſium brixienſiũq; fines faciunt ueneti leoniſſano: cui præcipuam habebant fidem:ſummã imperii ſui exercitus tradunt:gnari præterea quantum in bello ualeat conficiendi celeritas . Tempus Franciſco exeundi in aciem quo maiore poſſunt ſtudio præripere contendunt . ac multis ante diebus quam Franciſcus exiſtimauerat:in tranſadduanos duxere. Caſtra deinde penes Adduam eo conſilio locant : ut inde confecto ad Ripaltam iam ponte:ut oſtendimus crebris incurſionib? Mediolanenſem agrum uexarent.Franciſcum urbem indefenſam relinquere uerentem in Mediolanẽſibus diſtinerent:contrabendi exercitus:& in brixienſes traiiciendi facultatem adimerent: per hunc modum aut ſe bello eæſtate ſuperiores fore:aut utrunq; exercitum in Franciſci finibus futurum:aut ſaltem ſuis finibus arcere hoſtem poſſe putabant.Leoniſſan? firmatis caſtris dataq; militibus populãdi poteſtate:totum laudenſem

agrum qui tranſadduã eſt : uno atque eodem die incurſionibus uariis perturbat . Sed quanuis contra militaris diſciplinæ morem bello non indicto regionis incolas agrorumq; cultores incautos offendiſſet:leuẽ tamen exiguãq; inde prædam abegit: Quibus rebus renunciatis Fran ciſcus adduæ tranſitus nullo tempore intermiſſo muniendos ſtatuit . Itaq; poſtridie eius diei ſumpto equitatu mane ſummo Meltium con tendit: quod erat oppidum minus quinq; paſſuum millibus boſtibus propinquũ.Ibi relicto equitum mille quingentoꝝq; peditum præſidio quibus ſimul & oppidanis Iobánem nucenſem præfecerat : caſſianum Tritiũq; defertur:arceſq; fido peditum robore munit.Turres præterea geminas ſub ipſo Mucciæ fluuii aditu quondam eductas ac prope bo ſtium pontis e regione poſitas : quas paucis ante diebus foſſa ualloq; muniẽdas iuſſerat pedite complet.Qui fluuius ex addua deriuatus ad irrigandos agros in laudenſes decurrit:& dum prope amnem defluit propter riparum altitudiné locis perpaucis tranſitur . his rebus efficie batur:ut boſtes non ita late uagarent:& niſi aut toto aut maiore exer citus parte in Mediolanéſes agros populatum tranſire auderent . Hæc a mane uſq; ad uigeſimã primam diei horam armatus in ipſo ſolis ar dore obeundo nunquam equo deſcendit: nec cibum prius ullum ſum pſit:quam laudem ad multã noctem reuerſus eſt.His rebus in Medio lanenſibus conſtitutis præter boſtium opinioné poſt biduum per piſſe onis oppidi pontem in Cremonenſes binis caſtris proficiſcit. Vnis ex inde ad olii fluminis ripam : ubi ad Iouis altam dicitur : peruenit.bic q̃primum reliquis copiis apud Cremonã contractis exercitum augeret: Lodouicum:qui cum equitatu atq; peditatu Marcariam ſuo iuſſu uene rat:ut ad ſe copiis omnibus per Cremonéſes ſecundum amnem prope ret:litteris nunciiſq; frequẽtibus ſollicitat.Ipſe interim pontem lintri bus in olio faciendum eo conſilio curat : ut cum primum Lodouicus aduentaſſet:in brixienſes exercitum traiiceret:cõmeatuq; boſtes:qui e brixia comportabat:intercluderet:quaꝝ rerum metu deficientibus ut iam cœperant ad ſe populis: non eos modo ab Mediolanẽſibus rerum cœptis deſtituturos:ſed ab tranſadduanis etiam in brixienſem agrum propediem redituros non dubitabat.Lodouicus cum certum profectio nis ſuæ reſponſum diebus aliquot dare retardaſſet : integris tandem negat copiis ad eum uenire poſſe:quod Manfredo fratribuſq; Corrigia næ gentis quæ trans padum obtineat oppidis bellum inferentibus co piarum parte ſuis ſubſidio miſiſſet:quibus diminutus copiis cum reli quis non ſatis tuto:quo iuberet:ſe conferre uidebat.Oportere proinde ſi ſe ita celeriter ſibi iungere cuperet ut propius cum exercitu Marcha riam accederet : ſe interea nullo temporis ſpatio omiſſo pontem in flu mine ſcaphis e regione boſtiani oppidi quod in brixienſiũ poſſideat finibus ædificatuꝝ . Franciſcus quia relinquẽdus omnino Lodouicus

non uidebatur in ipſo præſertim belli initio:tum propter rei militaris ſcientiã ac eius principatus auctoritatẽ tum etiam quod ad tria equitũ millia peditesq; mille ſtipendii iure ducere in exercitum obſtringeba tur:ad locum quem ille ſtatuerat:totis caſtris ire decernit.Itaq; Sonci num oppidum quod in frontibus atq; in ipſis prope boſtium faucibus relinquebat̃: Triſtanum filium cum qngentis ex ueteranis equitibus totidemq; peditibus ingredi iubet.huic mandat : oppidanos in officio fideq; contineat. eoſdem ipſe coram cohortatur: ut ſe atq; oppidum eo ſeruent tueanturq;:quo ipſe traducto ultra olium exercitu . Vrceis no uis:quod eſt oppidum contra Soncinũ poſitum caſtra admouiſſet : qđ propediem futuꝝ ſperabat.Oppidani pollicentur coniuges liberoſq; ſi oportuerit: pro eius commodo oppidiq; ſalute expoſituros poſtero mo uens ad locum ubi pons erat in flumine conſtruct?bidui ſpatio profici ſcitur:ac Lodouico ſibi addito poſtridie exercitum traducit ; ac primo impetu pontem uicum obſedit.Quo die ex itinere Gotbolengũ.Pratal bouinũ , Manerbium multaq; præterea caſtella atq; municipia accolis ultro ſeſe dedentibus in fidem accepit. Ponſuicus oppidũ eſt tum loci natura:tum arte ꝓmunitum: maximeq; belli tempore Cremonẽſibus infeſtum : ac proinde non mediocris apud uenetos æſtimationis babi tum . Nam ab una flumine:ab partibus reliquis ripa foſſaq; altiſſima circundatur.ponſq; a quo nomen capit:ab portæ exitu ad Cremonẽſes pertinet : ab brixia uiginti : ab Cremona decem paſſuum millia recto æquoq; itinere diſtat.& quãquam alterum ex aduerſo oppidum:quod Rebeccum nuncupant paulo minus paſſibus mille inſurgat:tamen ob loci opportunitatẽ ſæpe ab ea parte Cremonẽſes infeſtari:ac frequenti populatione exagitari ſoliti ſunt . Hoc primum Franciſcus oppugnan dum obtinẽdumq; putauit : ut eo aditu præſidio cuſtodito & cibaria in caſtra breuiore tutioreq; itinere comportarent̃: & ea Cremonenſib? ora ab boſtium incurſionibus tuta redderetur.Ponte igitur ad interio rem oppidi partem in olio celeriter confecto:ab utroq; flumihis latere firmatis caſtris duabus deinde bombardis in aggerem uallũq; adactis nam tunc materie eiuſmodi non muro muniebant̃: ſed poſtea ueneti ab imo foſſæ uſq; ad ripæ uerticem lapide cocto cinxere. Oppidum op pugnare adortus:bidui interuallo redegit in poteſtatem . Milites qui præſidio eo miſſi fuerant:brixiam incolumes remiſit.Dum bæc agun tur:boſtes nõdum adduam tranſire auſi.Vbi de noſtroꝝ in Cremonen ſes diſceſſu per exploratores certiores facti ſunt:relictis in tranſaddua no agro impedimẽtis:in Mediolanẽſes tranſiere. Picininus ante alios populabundus ad Suburbioꝝ uſq; Mediolani foſſas progreſſus globo militum facto in armis ſe oſtentat . Sed cum Franciſci iuſſu pluribus ante diebus Ciues in urbem ſe contuliſſent:factaque etiam ab iis qui Meltii conſedebant de ipſorum tranſitu ſignificatione totius regionis

quam Marteſanam uocant cum pecoribus cultores in proximas muni tiones confugiſſent:uillas agroſq; deſertos nacti:præda uacui rediere. Solus Antonius ſextus infelix ea incurſione boſtibus prædæ fuit. Nu cienſis:& q oppidis arcibuſq; præſidio relicti fuerant:nulla egrediendi facta poteſtate:pugna ſe continuerūt.Poſtridie eius diei caſtra mouēt: & ad flumen olium remigrātes non prius conſtiterūt:quam ad plume nengbum uicum Soncino proximū puenerunt . Deinde poſteaq̄ cum exercitu Marchariam uerſus Franciſcum abiiſſe cognoſcūt:in Soncina tes ducunt . Oppido caſtris circūſepto tormenta in muros mira celeri tate diſponūt:ac omni inſuper machinaꝝ miſſiliumq; genere non tam inter diu quam noctu expugnare contendūt . Addunt inſuper ad hæc terribiles cōminationum uoces : niſi ſtatim ſeſe oppidani dediderint: Franciſcū ueneti exercitus impetum in Cremonenſib?expectare ueritū ad mantuana clauſtra profugiſſe. His atque aliis Soncinates uocibus territi:ac prædioꝝ quoq; deuaſtationib?quæ cernentibus illis ſub ipſo prope ꝓcipiendaꝝ frugum tempore fiebant:longe permoti ; de oppidi traditione Triſtano inſciente cum leoniſſano agere cœperunt . Ea re nunciata Triſtanus nunc bos acerrime increpat : nunc illos ut in fide ꝓmaneant:hortatur. Verum ubi nihil uerbis proficere:populumq; ad dedendum uenetis oppidum iam pronum uidet: neq; tantis boſtium uiribus dirutis iam a duabus partibus muris diutius reſiſtere : neque adeo oppidanoꝝ perfidiæ occurrere poſſe animaduertit:pactus uti ſibi ſociiſq; rebus ſaluis abire liceat: deditioni conſenſit.boſtes q̄primum oppido potiti:Triſtanum abire incolumem ꝓmittunt:qui ab equitum parte deſtitutus:qui iam ſtātibus Soncinenſiū in fide animis cū picini no clam de ſtipendio cōuenerant.longo leoniſſani iuſſu circūacto itine re Cremonam peruenit.his rebus peractis tanto terrore municipes:qui Soncino proxime inhabitant:perculſi ſunt:ut Romanégates in primis & omnes : qui a uia quæ a ponte uico Cremonam & a laude Soncinū ducit: præter caſtroleonenſes : quoꝝ in oppido ualidum Triſtanus ex itinere præſidium reliquerat : boſtibus ſeſe nullo negotio dediderint. hoc rerum ſucceſſu elatis boſtium animis : unde noſtri pridie diſceſſe rant duces:ad Iouis altam ducunt. & quanq̄ Franciſcū eo tam inſigni detrimento accepto uenetoꝝ finibus ceſſurum arbitrabant̄:tamen quo citius trans olium cibarioꝝ penuria remigrare cœperūt:Itinera occupa re:quibus ab Cremona cōmeatus deuebebant̄ : atq; omnia in Cremo nēſibus crebra inuaſione atq; tumultu inuoluere maximo ſtudio adni tuntur.eſſeq; inſuper eos propediem Cremonā per deditionē capturos nōnullis in exercitu noſtro Cremonæq; præfectis amice ſecretoq; enun ciari ſtudent.At Franciſcus quanuis & Soncini amiſſio & municipum defectio pergraue ſuis rebus incōmodū in ipſo belli initio intuliſſent: quæ res ſibi magis ex boſtianenſi profectione: quam boſtium uirtute

acciderant:Nihilominus maiore incenſus animo:Nam quæ de Cremonenſium proditione dicebant arte atq; uerſutia hoſtium magis dicta: quam quod uera eſſent: iudicabat unis caſtris profectus ad uillā quandam: quam Agellum uocant brixiæ quinq; paſſuum millia proximum militibus ſtationes metitur: & quod in ſuis finibus hoſtes factitare conantur: idem in eorum finibus faciendum curat. Hinc ciuium agros uſq; ad ipſas urbis portas populatū immittit. Quæ res militib? ultro ſtimulantib? Alexandro & collioni propemodū erat curæ. hinc uias: quibus cibaria in hoſtilem exercitum comportabant: turbandas ſtudet. Quo tempore noſtri grauem iumentoꝝ colonoꝝq; iacturam brixienſibus intulerunt. Nam cum eos intra fines: qui urbis clauſtra appellant circa mœnia poſita: milites noſtros nequaq̄ penetraturos exiſtimarēt: nihil fere inde in munitiones rettulerant. Quibus ex agris pecore in genti hominecq; agreſti refertis: perpauci admodū fuere: qui non præda bonuſti in caſtra redierint. his rebus quottidianiſq; adiectis ciuium querelis: leoniſſanus Marcelluſq; legatus compulſi flumen in brixienſes non longe ab urceis traiiciunt: atq; duobus paſſuum millibus e noſtroꝝ regione palude continua perpetuaq; intercedente: quæ niſi uado tranſiri unico iis locis poterat: bidui itinere profecti caſtra firmant. Vadumq; ab ea parte: quæ ad eos uergebat: & priſtini ædificio ſeruabatur: confeſtim occupant. Franciſcus ea re nunciata: cum exercitu omni ad paludem profectus: & hoſtium tentoria intuetur: & loci ſitum circū ſpicit: & de regionis natura longe percontat. Queritur uæbementer: quod ſuoꝝ negligentia paludis aditus in hoſtium ſit poteſtate: qui ſi locorum cognitionē habuiſſet: nunquam alieno uſus conſilio: ubi nūc eſſet: eo primum ueniſſet: aditumq; teneret: & hoſtes brixienſiū plani cie ui relicta: montes errabundi quererent. hunc repræbēdendo totum collioni: quem proximæ ꝓfectionis ducem habuerat: errorem modeſte aſcribit. Eo die factis quibuſdā leuibus prœliis in caſtra reditum eſt. Poſtero autem ſupra paludi ripam ad bombardæ iactum hoſtibus propinquam: quo interuallo paludis latitudo conſtabat caſtris poſitis conſedit: qua uicinitate fiebat: ut noſtris ad uadi uſq; oſtia: quæ ab hoſtibus tenebant inſultantib?: equeſtria ſimul ac pedeſtria interdiu prœlia conſererent: in quibus prœliis cum ſuos Tiberthus brādolinus picini nuſque iuueniliter in certamen impellerent: & ab noſtris equitibus ab Franciſco edoctis refugere ſimulantibus ſæpe in inſidias traherentur: multi ex iis equites capti ad Franciſcū deducebant: quibus intermixt? dimicantibus picininus equo humi prolapſo ſemel interceptus eſt: ſed impuro quorūdam peditum conſenſu adiuuātibus ſuis in libertatem redditus. Quod ubi animaduertit leoniſſanus: paruo deinceps militū numero pugnādi copiam faciebat. Cum hic rerum ſtatus utriq; exercitui eſſet: ut neque in hoſtes noſtri impetum facere poſſent: neque ipſi

noſtros inuadere auderent: Franciſcus duas magnitudinis non exiguæ bombardas in boſtiū ſtationes dirigit: frequentiq; ictu cædere cœpit: nec interim maioribus copiis diuerſiſq; itineribus brixienſes infeſtare intermittit. Ex quo noſtri apud brixiam boſtibus immixti dimicare coacti atrocia ſæpe certamina inibant. In eo bello fuit equitat? numero & uirtute Franciſcus longe ſuperior peditatus numero non uirtute boſtibus inferior. Conſtabat enim uenetoꝝ exercitus equitum qndecim: peditum ſex millibus. Franciſci uero exercitus equitum decem & octo: peditum tribus millibus: præter inermem & inutilem ſtratoꝝ uaſtatorum & calonum exercitus utriuſq; multitudinē: quoꝝ ingens erat numerus. Dum hæc geruntur: graue & prope repentinū in Alexandrinis bellum oritur. Quod & ſi haud magna manu inferebatur: Tamen Alexandrinoꝝ mobilitas ac ueteres ardenteſque inter eos factiones longe detrimentoſū atq; periculoſum faciebant. Stimulantib? nanq; per legationem uenetis Guilielmus ornato Alphonſo regis ſocioꝝq; pecunia milite contractoq; in Monferratenſiū finibus exercitu: cuius ad quattuor equitum duoq; peditum millia erat numerus: ubi de Franciſci in brixienſes tranſitu intellexit: extemplo in Alexādrinos impetum fecit: agroſq; paſſim depopulatus: paucos intra dies maiorē regionis partem dedentibus ſeſe oppidanis in poteſtatem acceperat. Corradus: qui ei prouinciæ præſidio a fratre cum tribus equitum millibus qngentiſq; peditibus præfectus fuerat: boſtium uiribus impar Alexandriæ ſe continebat: ciuitatemq; in fide ſeruare ſtudebat: quod ea ſeruata redeuntibus aliquando in meliorem fortunam rebus: recuperatuꝝ ſe amiſſa nō dubitabat. Interim Franciſcū frequentibus litteris nunciiſq; certiorem facit: niſi maiora propediem eo auxilia mittat: res Alexandrinas in maximo diſcrimine fore. Alexandria in duas factiones diuiſa eſt: quarum altera contrario ſtudio belli præſertim tempore Gallicis altera: quam Gebellinam dicunt: Monferratenſibus rebus fauere conſueuere: ob id diſſidētibus inter ſeſe animis Corradus de nōnullorum ciuium gebellinæ factionis fide: quæ in ea ciuitate longe uiribus præualet: plurimū iam dubitare cœperat: quos ſibi beneficio antea Guilielmus conciliarat: & tunc eorum agros a populatione īmunes ſeruari iuſſerat. factioniſq; principibus enūciari ſtudebat: uti a gelphis cauerent: qui Franciſci etiam conſenſu: ubi duobus oppreſſus bellis diutius tenere urbem nequeat: Carolo francoꝝ regi tradere eam ſummopere curent. Quibus ex rebus Nucienſis cum equitibus mille eo confeſtim mittitur: qui magnis itineribus confectis: quinto die Alexandriā peruenit. Guilielmus interim Dertbonenſiū fines ingreſſus: Puteolum ſola oppidanis bidui obſidione territis obtinuerat: deuaſtatiſq; Dertbonenſiū agris: papienſium quoq; fines obſiſtētibus nullis inuaſerat. Ex quo tantus omnibus ferme trepidātibus tranſpadanis populis terror iniectus eſt:

ut multi ſecreto ad hoſtem: uti poſtea cognitū eſt: de deditione pactū miſerint. nec ulla ab deditione alia cauſa ſunt deterriti: niſi quod Guilielmus ſeu metu quod hoſtes poſt terga reliquiſſet ſeu quod pollicentium uerbis minus crederet: ad eos ſe cum exercitu non contulerat. In Alexandrinis etiam tanta oppidoꝝ omnium ad defectionē inclinatio fuit: ut præter caſtellaciū & caſſinas nihil eſſet reliqui: quæ oppida nec minus exempla reliquoꝝ ſecuta hoſti iam ſe tradidiſſent: niſi arcium metu ab rebellione abſtinuiſſent. Guilielmus Nucienſis aduentu impapienſes progredi ueritus: in Alexandrinū agrum reuertit: caſſinaſq; obſidet: quod oppidum & ſi forti militum præſidio muniebat: tamen ſuis frequētibus circūdatum oppidis ſe breui expugnatuꝝ confidebat: oppidani aliquot dies oppugnatione fortiter atq; obſtinate ſuſtinuere. Verum ubi obſidionem fieri in dies diuturniorē atq; durioré uident: ægre admodum ad defenſionē accinguntur: & languidioribꝰ ſe animis in fide permanere oſtendunt. deinde paulatim de deditione ſermonē facere cœperunt. Franciſcus quod ſuos Alexandriæ incluſos nec poſt quidem tranſmiſſum cum Nucienſe auxilium: quicquam egiſſe: & ad reprimēdos hoſtes nihil conari intelligebat: ægre ferens: Corradum reliquoſq; militum præfectos litteris nunciiſque quottidie q̄ grauiter arguebat: admonebatq; cum hoſtem hactenus per patētes campos tam diu impune uagari ꝑmiſiſſent: animaduertere uellēt: ne maiore etiam ignauiæ crimine damnarent: ſi uidentibꝰ ipſis aut obſeſſum expugnari oppidum: aut negligentia per deditionem in hoſtis poteſtatē deuenire paterentur. Corradus cum his tum etiam quod caſſinenſes longa oppugnatione defatigatos de deditione iam agere cœpiſſe intelligerat: præfectos in concilium conuocat: & de ope obſeſſis ferenda proponit. Nucienſis ſeu timore ſeu dolo quod cum Guilielmo: ut poſtea cognitum eſt conſpirabat. negat cū hoſtibus eſſe confligendū tum propter numerum: quo longe ſuperiores eſſent: tum propter loci iniquitatem: & confectas nuper circum caſtra munitiones. At Iohannes palauicin? ex Scipiono uir & armis & animo præſtans hoſtem adoriendū: laborantibus que ſuccurrēdum multa oratione cenſet: quod & ſi hoſtibus: ut Nucienſis prædixerat: numero inferiores eſſent: noſtros tamen plurimū uirtute & rei militaris peritia præſtare demōſtrabat. Quid præterea in committendo conſerendoq; prælio dux hoſtium ualeret ſe ſatis ſuperiore tempore dum apud eum mereret perſpexiſſe. proinde non dubitare: ubi eodem tempore ab una parte acie inſtructa ab ipſis & ab altera oppidanis militibus immixtis in caſtra erūpentibus impetus fiat: ſe hoſtes nullo noſtroꝝ periculo: neq; multo labore ꝑfligaturos. Hunc Sacramor Parmenſis uir longo belli uſu clarus: item reliqui: nouiſſimeq; Corradus ſecuti: eundum in hoſtem caſſinēſibus ſubſidium ferendum conſtituunt. Itaq; poſtridie eius diei præfecti: Nam Corradus inualitudinis

cauſa Alexandriæ remanſerat:omnibus copiis in boſtem contendunt: de quoꝝ aduẽtu Guiliem? iandudum certior factus ſuas copias caſtris eduxerat:& longo agmine eoꝝ impetũ expectabat.præfecti id cõſpicati quod longe aliter quam ſperaſſent:compererãt:mille circiter paſſus ab boſtium caſtris haud ultra progredi diſſimulãtes conſtitere.Guilielm? cum iam octauam & decimã horam ſextilem ad ſolem in acie ſtetiſſet: noſtroſq; timore prælio abſtinuiſſe putaret:in ſtationes regreditur:& quanuis omnes in acie ſuoq; loco ſtare iuſſiſſet:tamen maiore militũ pars nõ multo poſt paulatim in caſtra ad curanda reficiendaq; corpora reuertit̃.Armis equites leuantur:ducis dicto negligenter parent.hanc ubi rei gerendæ occaſionem præfecti animaduertũt: quæ ex ſententia contigerat:cõfertiſſima acie in boſtes aduolant. Guilielmus inopinate exorto tumultu proximũ collem protinus muniri iubet:quem ferracu tus ex præfectis equitum forti militum manu celeriter occupat. Nam omnes fere:quos eo momẽto in armis offenderat:ſibi addiderat.Reli quum Guilielmus exercitum pro temporis anguſtia armandũ : conſti tutaque in loca diſponẽdum anxius curat.Sed tanta noſtroꝝ uelocitas fuit:ut ad inſtaurãdos rurſus ordines ſpatium illi deeſſet.Nam Ioban nes cum turma ex delectu equeſtri inſtructa primus impigre pugnam inire:boſtemq; laceſſere cœperat: Sacramor : & Antonellus burgenſis natione tuſcus uir trepidus & manu promptus cum duobus ueteranis ordinibus ſubſequebant̃.Hi accliuũ ui ſuperant:primo impetu boſtes colle turpiter deiecti curſu repugnãtibus paucis in caſtra refugiunt : ſpem omnem ſuſtinẽdæ pugnæ Guilielmus ponit : territis militum animis omnia in caſtris tumultuarie miſcentur : omnia nullo ordine nulloq; imperio aguntur.Cuiq; enim ut fit in extremo ſalutis periculo magis quod carum habebat:corripere:ac de ſalute cogitare quam ſe pu gnæ parare erat curæ.Noſtri fugientes magno omnium clamore atq; concurſu inſequunt̃.pro caſtris prælium inſtaurat̃ . At cum aliquãdiu utrinq; pugnatum eſſet acerrime:boſtes fundunt̃ : fuſi munitionibus deſertis fugantur . Guilielmus in fuga ſalutem ponit . Milites item fugæ ſe mandant.Spbortiani & qui caſſinis obſeſſi fuerant erumpẽtes caſtris impedimẽtiſq; potiuntur:fugientiũq; reliquias quoad poſſunt: pſequuntur. Sed ob propinqua frequẽtium oppidoꝝ refugia : magna eorum pars euaſit . Guilielmus caſtellum nouum:quod erat ad mille paſſus proximum incolumis ſe recepit:præfecti his rebus geſtis præda bonuſti Alexandriã remigrãt.Guilielmus ſuos colligere:atq; reſarcire ſtudet.Oppidanos tam Alexandrinos quam Monferratẽſes eo prælio: eoque detrimento territos in fide perſeuerare cohortatur : Milites ea in oppida:quæ in Alexandrinis occupauerat:de quoꝝ fide dubitabat: uti oppidani conſtantiores ſint : diſtribuit. Dum hæc in Alexandrinis geruntur : Franciſcus aliquot interiectis diebus non longius paſſibus

mille ab urceis exercitum duxerat. Idem fecerant hoſtes. Sed poſtremo ad oppidum caſtra firmarunt : & ab lateribus apertis foſſa atq; aggere clauſerunt. Quo opere perfecto & caſtra munitiſſima efficiunt : & ſuperior brixienſis agri pars: quæ ad montes pertinet ab omni noſtro⁹ incurſione tuta redditur. Quas ob res cogitantibus liberius legatis: ducibuſq; uenetis: quibus uiribus aut quibus artibus ſuis hoſtem finibus pellere: ſeu ad excedendum cogere poſſint: uiſum eſt maxime negotio conducere : ſi non modo Mediolanenſiū ſed laudenſium quoq; fines unde illi præcipue ad gerendum bellum uires ſuppetebant: continuis incurſionibus uexarentur: quibus compulſū incōmodis in Cremonēſes facile reditu⁹ iudicabant. Ad eam rem conficiendā Carolus fortebraci⁹ & Matheus campanus cū tribus equitum millibus: milleq; peditibus delecti in Cremenſes mittuntur . Hi per noctis ſilentium non procul a cerreto nauibus in Addua pontem conſtruūt: perfectumq; nullis laudenſium præfecto⁹ negligentia ſentientibus ab utraq; fluminis ripa caſtellis & peditum præſidiis cōmuniunt . deinde ſecus flumen caſtra locant: atq; aggere cingunt: laudenſiū agros inuadunt: & late incurſionibus uaſtant : Quod cum intellexiſſet Franciſcus continuo Petrum mariam rubrum: & Antoniū landrianum cum mille circiter equitibus laudē proficiſci iubet: ut ratibus atq; omni machinatione per profluentem demiſſa pontem reſcindere ſtudeant : atque terra eodem tempore ponte diſiecto caſtellum in laudenſi ripa ædificatū expugnare contendant . facta uti Franciſcus conſtituerat a præfectis flumine atq; terra ui: fruſtra in irritum conatus cecidit: quod & caſtellum hoſtes egregie tutati ſunt: & materies atq; claſſis e laude in pontem immiſſa rapidiſſimo aquæ impetu impulſa non prius reſtitit : quam piſleoni appulit. Hoſtes enim relicto in caſtello: quod e regione alterius erat: præſidio : pontem diuiſerant: naues cremēſem ad ripam conduxerāt: & ubi materiem claſſemq; ad inferiorē fluminis partem præteriiſſe uident: rurſus pontem iunxerūt: moxq; iis : qui in caſtello ab noſtris oppugnabant : ſubſidiū miſerunt. Noſtri territi pugna dimiſſa laudem celeriter reuertuntur . De his rebus Franciſcus certior factus maiora mittenda eſſe auxilia iudicat: quibus & laudenſiū fines ab continuis hoſtium molestiis pturbationibuſq; tueretur: & pontem aut capere aut euertere poſſet . proinde cum ei rei Alexandr⁹ fratrem præficiendū ſtatuiſſet: poſt biduum duobus equitum millibus delectis : eum cum his mandatis in laudenſes mittit : ut cum primum eo peruenerit: copias quas paulo ante præmiſerat: ſibi adiungat homines: qui arma ferre ualeant: & magnum inſuper foſſo⁹ numerum regioni imperet. Torméta quæ laudi erant: in exercitū deuehi iubeat: pontem diruere curet. e regione pontis caſtra ponat: locūq; ipſe cuius paucis ante diebus cognitionē habuerat ab flumine non longius paſſibus quingentis deſignat . At priuſquam

parandis ſtationibus milites dent operam: equoq; deſcendant: caſtra celeriter ab ea parte quæ ad flumen ſpectat aggere obeat: uias adituſq; omnes repagulis obſtruat: ne forte boſtis paratus incautū aut impara tum campo aperto offendat: nequid per ducis imprudentiā aut negli gentiam detrimenti accidere poſſit: præſertim propinquis boſtibus: & in ipſa aut locandoꝝ aut mutandoꝝ caſtrorum opportunitate. nullum quippe errorem aut peccatum tam graue eſſe dicebat: cuique celerius parata ſit pœna quam quod in rei militari admittatur. Alexander die tertio in laudenſes peruenit; & non longe a piſleone triduo moratus cætera exequitur. Interim Franciſcus de parta ab ſuis in Alexandrinis uictoria cognoſcit. Quo nuncio & boſtibus minuit̃: & noſtris additur animus. Franciſcus quod magna deinceps rei bene gerendæ ſpes pro poſita uidebatur: Petrum poſterlam in Alexandrinis confeſtim mittit: qui apud Corradum de recuperandis oppidis inſtet. cum Guilielmo de pace agat; qua compoſita omnes quæ in iis locis ſint copiæ: in brixien ſes reducat. Alexādrum præterea ad rem mature conficiendā ſollicitat. Is quæ ad expeditionē neceſſaria uidebantur comparatis deſignatum ad locum mouet: ſtationes partitur: exercituſq; partem in armis eſſe: partem uictum inquirere: ſtationeſq; parare iubet. Sed ut plærunq; fit ſuum quiſq; magis cōmodum quærere quam ducis imperium ſeruare ſtudet. Omnes præter paucos depoſitis armis frumentatū pabulatum & lignatum aquatumq; pergunt. Vacua fere defenſoribus caſtra relin quuntur. hæc ubi boſtium duces ab ſpeculatorib?: qui excelſas conſcen derant arbores: intelligunt: & ab Tubicine: quem rei alterius ſimula tione ad Alexandꝝ miſerant: confirmant̃. Aciem quam ociſſime inſtru unt: & traiecto amne incredibili celeritate cōuolantes ab partibus dua bus noſtros inuadunt. Alexander in tanta rei neceſſitate: quos prælio paratos comperit: ad eam primum partem in boſtes celeriter mittit: qua facilioré illis aditum patere cognoſcit: & cōfertiſſima acie inſtare conſpicit. bi facile primo congreſſu uim boſtium ſuſtinent: longeque repellunt. Sed redintegrato rurſus prælio pugnatur eminus cōminuſq; q̃enixiſſime. Alexander ad dexteram ſe uertēs: cum ex opere alios colli gere: alios ad pugnam inſtruere ,pperaret: & locis ubi boſtes ingruere uidet: occurrere conaretur: milites admodū perpaucos prælio idoneos repperit: ex quo ingenti affectus dolore: tunc ſe demum ab equitatu deceptum animaduertit. Queritur uæbemēter: quod dicto milites non paruiſſent: quodq; tam propinqs boſtibus neglecto imperio: neglecto que omnium periculo ordines caſtraq; deſeruiſſent: boſtes interim pul ſis propter paucitatem iis: qui ad dexteram occurrerant: in ſtationes penetrant. Quo factum eſt: ut qui ad ſiniſtram primo præliari cœpe rant: circūuenti a tergo ſuperarent̃: & ab partibus plurib?uno tempore urgētibus boſtibus in caſtra irrumperet̃. noſtri ubiq; diſiecti fugant̃.

Quiſq; qua ſe obtulerat uia: fugæ ſe mandat: Alexander inter hoſtes inter tæla diu uerſatus quorūdam eius familiariū uirtute: quos eo die ſibi elegerat: & lateri conſertos in prælio continēter habuerat: hoſtium e manibus diſſoluit: & laudem curſu ſe recepit. hoſtes uictoria potiti: caſtra impedimētaq; diripiūt: & fugientes noſtros diuerſis itineribus inſequunt: maioremq; militum partem capiūt: armis equiſq; denudāt. præfecti equitum partim laudem: partim piſleonē: & ad Sancti colum bani oppidum profugiētes euadunt. Solus Andreas byragus: qui apud Franciſcū eo tempore gratia & auctoritate plurimū ualebat: uir quidē imbellis: & militaris diſciplinæ ignarus cum magna euocatoꝝ parte: quibus cum paulo ante eo uenerat: interceptus eſt: & ad legatos: qui in maioribus caſtris uerſabant primum miſſus: deinde Venetias ad ſena tum productus. Hunc Alexandri caſum ad ſecundam & uigeſimā eius diei horam Franciſcus ex hoſtibus primū cognoſcit: quæ res: & ſi tunc minime credebat: tamen litteris poſtea Iohannis caymi piſleonis præ fecti: & frequētibus ignibus: quorum flama uniuerſa hoſtium caſtra collucebant: ad multā noctem confirmat. Hoc tam iniucundo nuncio Franciſcus q̄ grauiter indolet: accuſatq; peracerbe fratris negligentiā: qui ſi eius mandata ſeruaſſet: tantum illi dedecoris ſibiq; detrimenti nequaquā accidiſſet. hæc ſecreto: palam uero & in omnium conſpectu poſtero die bono ac forti ſe eſſe animo oſtendit. Alexandꝝ parce repræ hendit. Milites autem qđ eius dicto non audiſſent: uæhemēter accuſat deinde acceptum paruifacit incōmodum. Noua ad id ſe bellum inſtau randum conſilia initurum: ac uti forte multi tunc arbitrarent: brixien ſibus finibus: niſi aut uictoria parta aut pace compoſita nequaq̄ ceſſu rum demonſtrat. De hoc uenetoꝝ in laudenſibus ſucceſſu Guilielmus certior factus: reſipiſcere aliquantiſper: & melius ſuis rebus confidere cœpit. Alexandrini quoq; qui in ſua erant poteſtate: & ob recentem ac inſignem quam acceperant: calamitatē uacillare cœperant: ab ſumma animi trepidatione in melioré fortunæ ſpem reuocant: & in eius fide pertinacius confirmant. Ex quo factum eſt: ut & Guilielmus oblatas pacis conditiones: quas paulo ante complexurus percupide uidebatur: reſpueret: & oppidani ea: quæ territi ſe de reditu in Frāciſci fidem factu ros polliciti fuerant: omnino negarent. Deinde quod poſt acceptam Alexandri cladem trepidantib? laudenſiū animis: urbs quam temporis conditio ferret: infirmior uidebatur: deque nōnullis gelphæ præſertim factionis ciuibus ne eam proderēt: grauis erat iniecta præfectis militi buſq; ſuſpicio: Boſium fratrem mille cū equitibus eo proficiſci iubet: Alexandꝝ uti bono ſit aīo cohortatur. Nam quæ ſibi de rebus aduerſe geſtis aſcriberent: culpa eum uacare ꝓſpexerat: atq; data largiter pecu nia: ſuos equis armiſq; exutos celeriter reſarcire imperat: laudenſium Mediolanenſiūq; ſimul agros ab hoſtiū populatioue quoad poſſit tueri

contendat. Ipſe autem cum propter tranſfugas:quorum ea æſtate non exiguus fuerat numerus:tum etiam propter eos:qui multis de cauſis aut ſua uoluntate aut iuſſu aberant exinanito propemodum exercitu: Quinciano oppido:quod mille ab olio paſſibus diſtat: admouet caſtra aggeribus quam diligẽtiſſime poteſt:munienda:pontemq; in flumine bordolanũ contra:quod eſt municipiũ in cremonenſi ripa ſitum: ſum mo ſtudio faciendum curat. Inter hæc Iohãnem Nucienſẽ ab Corrado cum hoſte conſpirare nunciat. Deinde intra dies paucos ea de quibus iam uerbis egerat:ſcriptis ſanxiſſe:idque per Antoniũ quendam Reali ni fratrem equitem cognouiſſe:cuius opera Nucienſis:plurimũ uteba tur:qui cum ab eo ad Guilielmũ cum ſcriptis mitteretur:doli eius de tegendi cauſa ad Corradum ſecreto declinauerat: mandata ſcriptaque detulerat:adiecta Nucienſis ipſius eodem tempore Corrado incõſulto atq; inuito ad Inciſiates profectione: unde ad hoſtes cõmodius atque liberius tranſire poſſe putaret. Qua re cognita Frãciſcus ſtatim mittit: qui eum retineret: & ad ſe perduceret. Nucienſis ignarus eoꝝ omniũ: petri diligentia; qui apud nobiles populareſq; Inciſiates plurimũ pote rat:compræbendit: Cremonãq; pado deuectus fune ſuſpenditur. Per idem quoq; tempus corrigiani: qui eo anno Alphonſo regi uenetoq; ſenatui ſeſe tradiderãt: & accepto ſtipendio Lodouici oppida: uti oſten dimus:in tranſpadanis uexarant: bellum in parmenſibus Franciſco in ferre cœperunt. pupilium oppidum de improuiſo capta oppidanoꝝ ma gna parte obſederunt. Hac Franciſcus nouitate uæhemẽter in Manfre dum Gibertbũq; commotus: qui nulla ab ſe iniuria ſed beneficiis po tius affecti:belli eius quod Antonius tertius frater ſemper uetuerat: non modo auctores concitatoreſq; fuerant: ſed in gerendo præeſſent: non expectãdum ſibi exiſtimauit:ut homines infeſto animo eo capto oppido in capiendis reliquis: maiore licentia atq; audacia pergerent. Itaq; confeſtim Boſius ex laudẽſibus:& Angelus cãpoſyluius ex caſtris cum ualida equitum ac peditum manu uno atq; eodem tempore pupi lienſibus ſubſidio mittuntur. Hi biduo itinere confecto:pupiliũ poene ſero ꝓueniunt. At & ſi oppidani ſubſidii tempus non expectarãt:quod cum aſperis obſidentiũ uerbis territi tum captiuoꝝ etiam cõmiſeratio ne atq; pietate moti:quos ultima ſtatim paſſuros:niſi ſeſe dedidiſſent: pronunciabat: paucis ante horis ſeſe atq; oppidum corrigianis permi ſerant:præſidiumq; receperant:tamen magno animo hoſtes aggrediũ tur: & commiſſo prælio primo impetu profligant:atque in fugam uer tunt. Duces primi brixilium:quod tribus a pupilio paſſuum millibus abeſt ſe recipiunt. Idem fecere milites reliqui. Sed eius oppidi propin quitas & noctis interuentus fecerat:ut non multi caperentur. Ea nocte parmã uerſus noſtri reuertunt. Boſius Franciſci iuſſu urbis pxæſidio remãſit. Angelus in caſtra rediit. Corrigiani ex inde duos circiter ãnos

cum parmẽſibus continenter bellum geſſere: Quod bellum Alphonſi regis uenetoꝝq; pecunia nutriebatur. Interim cum ſexaginta iam fere dies ad Quintianũ Franciſcus cõſumpſiſſet: ſatiſque ciuitatibus: quæ quottidianis inuaſionib? infeſtabant: prouidiſſet: optimum eſſe iudicauit: ui aut arte boſtilem exercitum ad brixiam propius compellere. Q d ſi fieret: futuꝝ intelligebat; ut & boſtibus minor in ſuis: & ſibi maior in eoꝝ finibus eſſet nocendi facultas: igit ad Kalendas octobres millia circiter decem ab Quintiano urbem uerſus caſtra mouet. Lemnũ oppidum obſidet. boſtes item diuerſo itinere duobus millibus paſſuum ab his caſtris caſtra ad porcianum firmant. Ex eo oppido quod pro muro ſibi obiecerant: deinceps perpaucis interdum equitibus data præliandi copia noſtros laceſſere: atq; oppidi expugnatione prohibere adnitebantur: Lemnenſes nihilo ſecius cernentibus ipſis bombardaꝝ impetu tridui ſpatio coacti deduntur. hic dum aliquot dies moratur: Sagittarii ſupra mille: quibus Antonius blaxa ſpedienſis præerat: ab Genuenſib? amicitiæ ſocietatiſq; iure Petro fregoſo duce Franciſco adduntur. Hoꝝ aduentu propter ſingularẽ uirtutis opinionem: magna uniuerſo exercitui rei benegerẽdæ ſpes illata eſt. Sed cũ eos certamine experiri Franciſcus uellet: quid animo: quidue arte præſtarent: non ſic in campeſtri planicie ad dimicandũ idoneos comperit: ut in nauali dimicatione aut in oppidoꝝ defenſione feroces eſſe feruntur. Faciebat enim exercitus utriuſq; uicinitas: ut per interiectam planiciem quottidiana interdiu prælia cõmitterentur. In quibus de ſe cuiq; periculum facere licebat. Proinde cum omnes de ſagittariis fefelliſſet expectatio: magnã partem in oppida boſtibus finitima præſidio diſtribuit. Caluiſianẽſes præterea diu ad dedendum ſe ſuaſi: nunquam adduci potuere: niſi exercitum ſignaq; militaria prius pro fide uenetis data ad mœnia conſpicerent: quoꝝ opinioni non ſine graui eorum iactura ſatiſfactum iri potuit: Nam cum eo Franciſcus duxiſſet: nec per cõmeatus difficultatẽ ultra progredi liceret: & pedem referre turpe admodum fore putaret: detrimentoſumq; cognoſceret: dies multo plures quam oppidani exiſtimaſſent; in eorum finibus reſedit. boſtes uero eodem die ad læuam iter facientes: Gaydum contenderũt. Ibi caſtra foſſa & aggere cõmuniunt: uias ſemitaſq; omnes: quibus Calauiſianũ petebatur: repagulis obſtruunt. Gaydum eſt oppidum non ignobile æquo poſitum loco a mane ad ſpatioſiſſimã famæque celebrem planiciem pertinet: quam uulgo Montis clari appellant: quod ab eo monte & oppido inſuper initium nomenq; capiat. arboribus ubiq; nuda: ubiq; foſſis collibuſq; libera. A ſero autem loca paluſtria: & prædia foſſis frequẽtibus arboribuſq; multis referta ad Caluiſianũ uſq; perpetua continet: a quo oppido quinq;: & a brixia decem millibus paſſuum abeſſe conſtat. Hac tanta ſoli æquitate allectis præliandi ſtudio exercitus utriuſque equitibus crebræ

conſerebant pugnæ:quas ad paluſtria & impedita ut diximus loca:bo
ſtes propter peditatum:quo maxime abundabāt : ſumma induſtria de
ducendas enitebant:Quibus in pugnis Hector brandolin?Tiberti fra
ter iuuenis inſignis & manu promptus nimiū exercitata dimicatione
grauiter haſta uulneratus concidit. Multiq; præterea acceptis illatiſq;
utrinq; uulneribus periere. Hæc dum per ſingulos dies geruntur:ma
gnæ inter Franciſcū uenetoſq; duces omiſſa belli cauſa creſcunt iniu
riæ:magnæ calumniæ:quas litteris nūciiſq; per omnes Italicos poten
tatus ad minuēdam Franciſco auctoritatē boſtes circūferri ſtudebant.
Nam ignauiæ atq; deſidiæ eū accuſabant:quod ea æſtate nunc paludi
bus : nunc munitionib?ſe cōtinuiſſet:& uenetus exercitus per apertiſſi
mos campos caſtra habuiſſet. Franciſcus quæ ſibi ab boſtibus obiice
rent:falſa demōſtrans:illos eodem crimine remordebat.De fide quoq;
publica ſæpenumero uiolata:quam multis municipiis in agro brixiēſi
ſibi parentibus dedidiſſent:acriter accuſabat.ſed ingentis ſpiritus uir:
qui ſicut ad cætera obeunda negotia belligerando diligētiſſimus : ita
ad propulſandas iniurias ardentiſſim?erat:non bis contētus cogitabat
quo pacto nō uerbis ſed re in boſtes reiicere poſſet:quæ in ſui dedecus
& infamiam litteris crebro falſoq; diſſæminaſſēt:Nec requieuit:donec
re mature in concilio diſcuſſa ſtatuit ea intercedente planicie illis præ
liandi poteſtatem ſe factur.Quod ſi prælii condicionē acciperēt:quos
& numero & uirtute militum plurimū anteiret:ſuperatur non dubita
bat:Sin detrectarēt:& uoluntati:& æſtimationi ſuæ apud omnes ſatiſ
factur ſe facile perſpiciebat.Ex quo per epiſtolam quam ipſemet dicta
uerat materna lingua leoniſſano Iacobo picinino primis exercitus duci
bus:ac Paſquali maripetro:& Iacobo Antonio Marcello legatis in hunc
modum conſcripſit.Deum hominesq; teſtamur:uti & uos:qui ueneti
ſenatus uices geritis:non ignoratis : nos neq; augendi imperii cupidi
tate:neq; ueterum recentiumq; iniuriar cauſa ductos : ſed contra fas
iuſq; belli armis de improuiſo laceſſitos ad hoc bellum ueniſſe:quod
profecto cum in pace uiueremus : ſalutem triduo ante nobis indici de
buerat.Quid autem ex eo bello laudis boſtes noſtri rettulerint:quidue
adhuc commodi conſecuti ſint:cōmemorare impræſētia ſuperuacaneū
eſſe cenſemus. Silentio enim prætereundū uidetur.quo animo:quoue
ſtudio uniuerſæ Italiæ quietem tranquillitatēq; pquiſiuerim?:& quot
noſtra populor noſtror incommoda ptulerimus : ne ad huiuſmodi
bellum deuenerim?. Neq; nunc tempus eſt:neq; locus patitur inimici
ciarum cauſas recenſere:querimoniiſq; agere:cum ne idoneus quidem
ad id iudex adſit:niſi un?deus:qui hominū mentes & conſilia iudicat:
a quo cum tot immenſa beneficia acceperimus:Ingrati profecto graui
que animaduerſiōe digni iudicaremur:niſi omni ſtudio iis malis quæ
futura eſſent:pro uiribus occurrerem?:ubi iis quæ bacten?non noſtra

ſed aliorum culpa inſecuta ſunt : conſulere nequerimus. Proinde cogi tantibus nobis: quo conſilio aut quibus artibus huic tam graui bello modus imponi poſſit: nulla aptior uia: nulla breuior: nulla melior uiſa eſt: quam ut pars utraq; inſtructa acie cõmunem in locum conueniat: ac prælio contentio hæc decernat̃. Quod profecto quanto magis futuras totius longobardiæ: ne dixerimus Italiæ: quæ ex hoc bello proueniunt: calamitates animo uolutamus: tanto magis prælii utrinq; conſerendi conſilium probare: & uæbemẽtius confirmare mouemur: populorum cauſa potiſſimũ: & cõmiſeratione huius præſertim brixienſis agri qui tam diu ab utroq; exercitu continuis depopulationib? ſtragibuſq; uariis opprimitur: atq; peſſundatur. Quam quidem rem minime uidemus quo animo aut qua ratione ſine manifeſta bonoris ueſtri totiuſq; exercitus diminutione improbare detrectareque poſſitis : cum iam in omnem Italiæ oram: litteris nunciiſq; ſæpe ſignificaueritis & in locis impediti ſſimis nos in paludib? caſtrametari: uos contra æquis & patentibus locis conſiſtere: Neq; etiam negari queat: quin per nõnullos ueſtri exercitus equitum peditumq; ductores nõnunquam proclamatum interminatũq; ſit: ſi æquitas loci utrique parti daretur: fore: ut controuerſia hæc cito terminetur. Neq; in hoc poſtremo in inficias ire poteritis: quod litteræ ad nos ueſtræ ad decimũ Kalendas nouẽbres ſcriptæ teſtantur: uos conſilio uiribuſq; ita adnixuros : ita effecturos: ut nos aliquando pœniteat: uſque adeo in ueſtros fines proceſſiſſe. Ne igitur hæc iure nobis aſcribi queant: læto animo uobis pugnandi poteſtatem quãtum ad nos attinet collatis ſignis pollicemur: die ueſtro arbitratu deligendo : hora ab ſolis ortu inter tertiam & quartam in planicie : quam montis clari cõmuni uſu nũcupant: quo omnibus copiis procul dubio cõueniemus. Vt autem conſilium hoc noſtr̃ non modo utriſq; populis: ſed & toti terrar̃ orbi innoteſcat: neu ue tot huius prouinciæ populi bello exhauſti: qđ ſupereſt: uana ſpe nutriant̃: ubi nunc potiſſimum recuſari non poſſit: quin hic utrique parti par ſit: & idem locus uobis etiam quam nobis commodior. Ecce in huius rei argumentũ ad uos manicã ſanguine illitam pugnæ ſignum per Tubicinẽ noſtr̃ mittimus: noſtram aſtringentes fidem: ſi eodem ad diem cum exercitu conueneritis: nos pugnandi poteſtatem facturos. Qua ex re poſt tot incommoda: multa hæc miſeranda prouincia commoda conſequetur. Primũ ſiquidem graues & intolerabiles auferentur agri depopulationes. Tollentur ædificior̃ incendia: oppidor̃ direptiones . Matronar̃ uirginũq; raptus. Ceſſabunt tot hominũ cædes: atq; interitus: & reliqua ingentia horrendaq; maleficia: quæ inferre bella ſolent . Tum uanã ſpem ſæpe numero populis datam iam tandem finiri neceſſe erit . Deinceps præclarum & memorabile facinus noſtra hac tempeſtate conſpici licebit : cum tot utrinq; fortiſſimor̃ uirorum multitudo: & ingentes exercitus

in tam æquum tamq; expeditum locum conuenerint: propriæ uirtutis periculum facturi. Poſtremo ea loci definitiua porro ferretur ſententia: Quis iuſtius arma ſumpſerit: atq; id a tali tantoq; iudice promulgabi tur: ut non facile contingat: qui appellationē audiant reperire. Ex felici bus caſtris noſtris apud Caluiſianū pridie Kalendas nouēbres anno a Natali chriſtiano quadringēteſimo qnquageſimo ſecūdo ſupra mille. Ad hæc duces uenetique legati ita reſponderūt. Pridie hora uigeſima quarta redditæ ſunt nobis litteræ tuæ: quæ nos ad conſerendā pugnā plurimū & inuitant: & prouocant. Intelleximus præterea quæ Tubicen tuus & alter item cum eo nuncius nomine tuo coram explicarunt: & qnoniā hoc illud eſt: quod nos ſummopere & continēter hactenus non concupiuim? ſolum ſed conqſiuimus: ut tuo exercitui omniq; Italiæ notiſſimū eſt: Quādoquidem nos non in paludibus caſtra fecerimus: non intra aggerem foſſam aut uallū ut tu copias continuerim?: Quin in planicie & patentibus locis ſemper conſederimus. Quod & coram nuncii ipſi renūciare tibi debuerunt: Itidem his litteris noſtris reſpon demus: Nos ad quod tantopere incitas: bono libentiq; animo acceptan dum ſtatuiſſe in diem lunæ proximū hora inter tertiam & quartam: & loco utriſq; copiis pari atque idoneo. Nam non tuum eſt ad eam rem: ſed ad nos potius attinet abs te prouocatos locum diemq; præſcribere atq; in eius rei conficiendæ fidem: geminas manicas & haſtas totidem ſanguinolētas ad te remittimus: ut intelligas Gentilem leoniſſanum: comitem Iacobum picininū: Karolum Gonzagam huius exercitus gu bernatores cum reliquis equitum peditumq; præfectis pro ueneti ſena tus honore: pro cōmodo: proq; imperii amplitudine paratos decernere: Tyrannos inſectari: & cum eis bellum gerere: Qui banc noſtrā Italiam ſæpe armis inuaſere & iniuſte ſibi uendicare auſi ſunt: qui pecunia no ſtri ſenatus uxorem ſibi: & imperium comparauerūt. Tibi uero iuſte bellum illatum eſt: quo cum nulla pax: nullæ induciæ erant: de quo felicem reportare uictoriā cum optata totius Italiæ tranquillitate mini me dubitamus. In caſtris apud Gaydum Kalendas nouembres. Hoc reſponſo & uniuerſus exercitus: q in magna eius rei expectatione uerſa batur: ſummo gaudio afficitur: & Franciſcus perſpecta ea uenetoꝝ arro gantia: eaque rerum iactantia multo grauius in eos animo incendit. Nam pro eius animi moderatione non ſolum de iis principibus: deq; rebus publicis: cum quibus amice uiueret: ſed & de iis quibus cum bellum gereret: uel iniuria laceſſitus eſſet: modeſtiſſime aut ſi contu meliis affectus ipſe etiam prorupiſſet: parce & nō palam loqui ſolebat. Mox omni ex parte copias: quæ caſtris aberant: ad ſe uenire: militēq; omnem armis equiſq; ſeſe celeriter ornare iubet. Idem faciunt hoſtes. Interim dimenſo: quod inter utraq; caſtra ſpatii intercedebat: tumulus quidam in: ea quam diximus: pla nicie poſitus: & paſſibus amplius

quadringentis hoſtium quam noſtris caſtris proximior pugnæ dictus eſt: eoque parti utriq; impune uenire licet. Equitatum deinde omnem centum in ordines partitur: ex omnibus ducẽtos egregie ornatos delegit eqtes: quos & longo belli uſu: & corporis robore: & animi uirtute plurimũ præſtare nouiſſet: hos duas in partes diuidit: ſubſidiariaſq; turmas appellat. Quarum alteri Boſium: qui relictis parmæ copiis eo accerſitus uenerat: alteri Colellam Neapolitanũ ex ductoribus equitũ unum fortem: & rei militaris peritia egregium præfecit. Præterea ne tanto in certamine: quod futurũ exiſtimabat: ullus acciderat error: ulla præceptorũ fieret tranſgreſſio: ulla inter equites in capiendis hoſtium equitibus oriretur contentio: ulla decertando temporis amiſſio intercederet: ut ſæpe inter eiuſdẽ exercitus equites prædæ cupiditate euenire ſolet: hanc legem inſtituit: quam ingenti tubarũ clangore in exercitum pronũciari iuſſit. Primum quiſq; ordinem ſeruato in eoque perſiſtito: Qui ſecus fecerint: inexorabiliter laquei pœnas danto. Eam ob cauſam certi deligentur exploratores ab quibus turmas per ſingulas equitum legis huius contẽptores obſeruabunt. Poſt hæc ea ſeruetur cõſuetudo: quæ antiquo belli iure moreq; Italico ſeruari conſueuit. Primo ſiquis equum hoſtis inter pugnãdum habænis manu ceperit: ac retinens ad ſuos conuerterit: captiuus illius eſto: nec ullatenus impediatur. At ſi quis equum loris interceperit: nec uerterit modo eo ſit loco: ut redimi nequeat: illum interturbare liceat nemini. Siquẽ ex hoſtibus ab Sphortiano milite: aut caſſidis chriſta aut collo cõpræbendi contigerit: ita ut illius ſit cauſa retinendi: nec ſuorũ auxilia liberari queat: huius captiui eſto. & dimidium equi pretium: ſi in aliorũ manus deuenerit: die prælii ſuum quiſq; ſignum tergo conſuetum deferto. die qui dictus erat certamini hora: qua Tubicines prælium præcinerint: armatus quiſque adeſto: ac ordinem conſtitutũq; locum adito. Poſtremo Lodouici manuani principis: Bartholomæi collionis cæterorũq; item: quibus præcipiendi demandabit auctoritas: uniuerſi non ſecus ac imperatoris iuſſis parento. At ubi conſtitus prælio dies uenit: Franciſc? prima luce copias in armis eſſe imperat: quas in turmas coactas in planicie ſingillatim educit. & cũ ad dexteram: quæ ad ſeptentrionẽ uergebat planiciei tenuiſſet: quantum ſibi uiſum eſt agminis frontem ad ſiniſtram uertit: quæ ad occidentem ſolem ſpectabat: & medium per patentiſſimũ anteriorẽ turmam ad tumulũ iter facere: reliquoſq; deinde ordines æquo inter ſe ſpatio: ne alteri alter: ubi opus eſſet facto: impedimẽto ſit: pedetẽtim incedere iubet. Quo duabus fecit de cauſis: tum ut ordines in aperto omnes extendẽdi copiam haberet: tum ut in planiciem hoſtibus maiorem progrediendi poteſtatem faceret: & ab munitionib? quam poſſet: longius traheret. Subſidiarias turmas in utrunq; latus diſponit: quarũ præfectos pugna abſtinere: at ſi qua in parte noſtros laborare: aut

grauius premi conſpicerēt: eo confeſtim occurrere: laborātibuſq; ſubſi dium ferre admonebat. Equites item quocunq; ſe præfecti uerterint: quocunq; ierint: eos ſubſequi: & ſuæ uirtutis operam nauare: remque ferro edere iubebat: & ſi prælii conſerendi cauſa turbati diſiugerent: ipſos facto primo in boſtes impetu protinus conuenire edocebat. Fere bant enim pro chriſta præfecti utrique quo pugnantes inter reliquos agnoſcerent: linteum quoddam album in paruuli modum uexilli ada ctum: & baculo ſatis ſublimi in caſſide defixo reuinctū. Signa deinde militaria medium inter agmen collocat. Præterea maiorem peditatus partem præſertim ueteranoꝝ quorum uirtuti plurimū confidebat: in fronte lateribuſq; alarum inſtar conſtituit: Reliquā inſuper pedeſtrem multitudinē inter ordines & ī poſtremis præſidio uerſari iuſſit. Poſtea uero quam ad tumulum uentum eſt: conſiſtere omnes imperat: & quærenti quid ab aduerſariis ſtrueretur: renunciatū eſt omnes eſſe in armis: totamq; ſuperiorē noctem eoꝝ duces multo opere uias adituſq; que omnes: qui in planiciem ducebant: partim obſtruxiſſe: partim foſſa ab latere utroq; repaguliſq; frequētibus ꝑmunitos reddidiſſe. Equita tus peditatuſq; minorem partem eas intra munitiones diſpoſuiſſe: reli quum adhuc in caſtris eſſe omnem inutilem multitudinē Caluiſianū uerſus per loca paluſtria & arboribus foſſiſq; impedita: de qbus ſupra mentionē fecimus ueluti ad inuadenda caſtra noſtra emiſiſſe. Quoꝝ in aperto pedites: equiteſq; perpauci conſpiciebant. Paulo deinde binc atq; illinc ingentes uiroꝝ fremitus exaudiri cœperunt: quod ſtudio ab boſtibus factum intelligebat: ut quanta conſtarēt multitudine in con ſpectu noſtri exercitus clamoribus oſtentarent. Inſpici nanq; non pote rant: quod & arborum denſitas & nebula frequens prohibebat. Quod cum animaduerteret Franciſcus: ueritus nequid in caſtra per inſidias conarent: illico ad poſtremos miſit: qui ediceret: uti caſtris ſi oporteret præſidio eſſent: propinqoreſq; ordines ſingillatim planiciei terga uer terent. Relatum eſt: nondum nouiſſimā caſtris turmā exceſſiſſe: totum interuallū: quod ab caſtris ad tumulum intererat: turmas compleſſe: quod interuallū tribus amplius millibus paſſuum conſtare ferebat. At cum per horam in acie ſtetiſſet: neq; boſtes uti ſe facturos promiſe rant: in pugnam uenire: neq; in conſpectum prodire uideret: neq; eos ubi eſſent propter munitiones: lociq; iniquitatem: & propter ſuperue nientem bymbrem: quo langueſcere omnes cœperant: inuadere utile putaret: ex cobortibus unam paulum præter tumulum progredi iuſſit: Hanc ultra per ſcorpionis iactum miniſtros parata cū materie mittit: quibus columnā in quorundam ex boſtibus conſpectu lapide & cemen to educēdam curauit. Ibi manicas quas diebus ſuperioribus acceperat: baſta infigendas mandauit. Quod quidem opus & ad diei memoriā: & in boſtium ignominiā faciendū iuſſit. Dum bæc gerunt: Porcelius

Roman⁹ ciuis poeta insignis: cum pro Alphonso apud picininū moram faceret: miro uisendi studio ductus ad Franciscum rogatum misit: uti eius uoluntate sibi eum adire liceret: Quod cum facile impetrasset: profectus totum agmen lustrauit: admirat usq; ordinem magnitudinē exercitus equitatus ornatum: militum quoq; animum ad dimicandū tam paratum: nil unquā se dignius uidisse prædicauit idque se litteris mandatuꝝ. His peractis in castra utriq; exercitus multo cum hymbre circa uesperam rediere. deinde cum per hyemem continuosq; hymbres nō sine magno exercitus incōmodo ꝑseuerare amplius in castris posse uideret: copias in hyberna mittere constituit. prius tamē per proximas uillas uicosq; dies aliquot cōmorandum uidebatur: ut quid hostes sta tuerent: cognoscere posset. At ubi eos spectare intellexit: dum ipse exer citum solueret: copias omnes partim in oppida: quæ in brixiensib⁹ obti nebat: hyematū distribuit: ducibus Tristano filio: & Roberto Sancto seuerinate: partim in cremonēses: & in ea loca: quæ in frontibus erant: remisit Bartholomæū uero in Alexādrinos: qui bellum eam per hyemē Guilielmo inferret: amissaq; oppida recuperaret mittere constituerat. Sed interim Euāgelista sabellus quingentoꝝ equitum ductor: qui pro uenetis Carreti monasteriū: quod permuniti instar oppidi effecerant: ualido præsidio seruabat: cū Francisco iam de deditione pactus: Alexan dro se atq; monasteriū tradidit: pons uero quē in Addua: non procul ab eo monasterio: ut ostendimus: ueneti summo studio ædificandum custodiendūq; curauerant: per proditionē: ut tentauerat: capi non po tuit: quod esset quibusdam aliis peditum præfectis curæ commissus. Quod cum intulissent leonissanus. Karolus: & Tibertus cum magna exercitus parte cremam proficiscunt eo consilio: ut pontem tueantur: quousq; Franciſci exercitum in hyberna perueniſſe cognoscerēt. Franci scus nihilomin⁹ Collionem omnibus iis copiis: quibus trans Adduam hyemandū erat: ad expugnādum pontem proficisci iubet. Is cum per cremenses & ab oppido non longius passibus quingentis iter facere cogeretur: quod aliud iter relinquebat nullum: hostes oppido educunt eo animo: ut aut nostros transitu probibeant: aut si uim facerent: præ lio contendant. Collio contra ubi paratos ad pugnādum hostes conspi catur: Sphortianoꝝ militū uiribus frætus omnes induere galeas iubet ut si hostes itinere probibere conentur: ui ac ferro uiam aperiant. Ita collio ad pontem iter prosequit: & cernētibus hostibus oppidum sine ullo negotio præteriit: & circa pontis castellum quod erat ædificatum ab eo latere quod ad cremenses pertinebat: castra ponit. huc quoq; Ale xander continuo: ut erat a Francisco imperatum: magna cum militum manu uenit. Castellumq; cum totam noctem tormētis oppugnare con tendisset: mane territis defensoribus: ui capit: moxq; ponte occupato alterum castellum: quod erat ab alia parte pontis nullis repugnātibus

diripitur. Tertium item quod erat in laudẽſibus ingenti artificio atq; opere conſtructũ: & omni armoꝝ genere & militum præſidio permuni tum deiicitur. Poſtea pontem Franciſcꝰ reſcindi: & caſtella dirui iuſſit. His confectis rebus: Bartholomæus in Alexádrinos contendit. Alexander laudem reuertit. Reliqui in hyberna proficiſcunt̃. Leoniſſanus brixiam. Carolus Veronam hybernatũ ſe conferunt. Tiberthus cremæ ſubſiſtit & ad Franciſcũ qui iam cremonã uenerat: miſit: qui diceret: nihil ſe amplius negotii habere cum uenetis: In ſua eſſe poteſtate: præterea ſua erga eoꝝ merita: & multa illorum cum in ſe tum in omnes ingratitudinis uitia cõmemoraret. ſeque proinde ſtatuiſſe ab eorum amicicia omnino diſcedere: & quo fortuna tuliſſet: proficiſci. rogare: ut eius uoluntate per ſuos fines impune tranſire liceret. Si ſua opera uti uelit: ſe pro uetere beniuolẽtia quas ſibi dederit condiciones non repudiaturum. Sperare pro eius æquitate bonoris ſui rationem habiturum. Franciſcus & ſi hunc tam inopinatũ: tamq; repentinum Tiberthi motum admirabatur: tamen uiſum eſt hominẽ: qui ultro optimam eius in ſe uoluntatẽ polliceret̃ bonore & beneficio complectendũ: cum maxime non paruo ſibi uſui futuꝝ perſpiceret: qđ & uenetis illum adimebat: & ſuæ eum militiæ uirum adiungebat: quem per ſuperiora tempora acrem & rei militaris peritum cognouiſſet: Quas ob res ita cum nuncio egit: ut ad ſe ipſe ueniret: qui ſtatim reuerſo nũcio ſuas copias in cremoneſes perduxit. deinde clam ad Franciſcũ profectus: ac re de ſtipendio compoſita: chirographiſq; mutuis: & iureiurando firmata: nouiſſime poſtulauit: uti Mirandolæ cum ſuis hyemare liceret: ne ita repente ad uenetoꝝ hoſtem tranſiſſe uideretur: & interim uxorẽ liberoſque ab ipſoꝝ manibus liberare: & in ſuam poteſtatem redigere poſſet. Quod cum Franciſcus liberaliter conceſſiſſet: per cremonẽſes in agrum Mirandolanũ traiecit: neq; Franciſcũ uidiſſe: neq; cum eo rei aliquid: niſi de fide publica pro eius trãſitu egiſſe: atq; liberum ſe eſſe diſſimulauit. Collio inter hæc: ubi in Alexandrinos peruenit: accerſitis copiis: quæ cum Corrado Alexandriæ præſidio erant: hoſtium fines late longeque depopulat̃: atq; interim Raynaldũ Aſtenſium præſidem quingentis cum equitibus ſibi adiungit. Imperauerat ei nanq; Carolus rex pro ea qua Franciſcum florentinũq; populum beniuolẽtia complectebat̃: ubi Franciſco ipſi eſſet uſui: continuo auxilia mitteret. Cornientum deinde oppidum aggreſſi: cum per diem continẽter oppugnaſſent: nec per deditionẽ nec peruim ualido militum præſidio defenſum obtinere potuiſſent: ab oppugnatione deſtiterunt. Raynaldus: quod galli laboꝝ inſueti nullum perferre incõmodum poterant: poſtridie Aſtenſem ad urbem regreditur. Collio in Dertbonẽſes reuerſus: poſteaq̃ puteolum ui recepit: ſuos partim ibi: partim in proximis locis collocauit. Dum hæc in longobardia gerunt̃: Alphonſus ſtimulãtibꝰ quottidie uenetoꝝ

legatis in ipſo prope æſtatis initio: Ferdinandū filium cum potentiſſi mo exercitu in æthruriam mittendū conſtituit: qui paterni regni fines prætergreſſus: per umbros puſinoſq; in florentinoꝝ fines: qbus pater ut oſtendimus: iam bellum indixerat: paucis diebus puenit: & primo aggreſſu Folianum oppidum obſedit: cuius oppugnatiōi acriter inten dens Cortonenſiū. Aretinoꝝ finitimoꝝq; agros ob florentini exercitus paucitatē multis incurſionib? deuaſtabat. Id uero oppidum & ſi forti militum præſidio Zenone cremenſi præfecto muniebat̄; tamen cum uariis tormentoꝝ cuniculoꝝq; artibus diu multumq; oppugnaſſet: de ſperantibus de ſubſidio oppidanis per deditionē tandem accepit. Dum autem ea durāte obſidione Euſtorgius fauentinoꝝ princeps uir fortis & bellicoſus: qui primus ex flaminia auxilio florentinis acceſſerat: ho ſtem laceſſere: oppugnationē tardare: obſeſſos ſpe ferendæ opis in fide continere ſtudet: inſidias pabulatoribus inſtruxerat: Qua re Ferdinādo enunciata: primo impetu ita funditur: fugaturq; ut magna ſuoꝝ parte intercepta uix ipſe curſu euaſerit. Quo nuncio tantus populo florētino terror iniectus eſt: tanta omnes trepidatio inuaſit: quēadmodum Dete ſaluius apud Franciſcū legatus referebat: ut tueri poſſe diffiderent. Sed Sigiſmundi pandulfi: & Symoneti ex caſtropetro cum non parua equi tum manu aduentus eam ſpem attulit creſcentib? etiam milite multis e locis conducto in dies copiis: ut reſpirare animo: & melius ſuis rebus ſperare cœperint. At Ferdinādus nihilo tamen ſecius per eorum fines: plæraq; caſtella atque oppida cœpit partim ui: partim pactione incolis ſeſe dedentib?. Exacto aūt æſtatis tempore exercitum in Senēſes duxit & per loca florētinis finitima in byberna diſtribuit. Ea æſtate & Franci ſcus uenetos ægre: & florentini regem ægrius ſuſtinuere. Franciſcus peracto cremonæ cum Blanca coniuge natali chriſtiano ad comparan dam pecuniam & ad cætera prouidenda: quæ bello quod inſequenti anno geſturus erat: uſui fore cognoſceret: Mediolanū proficiſcit̄.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXIII.

Vm ea eſſet ad bellum utrūq; gerendum rerum con dicio: ut Franciſcū maiore pecuniæ copia ſubueniri quam ſui ærarii facultas ſuppeditabat: & florentinū populum maiore militum numero augeri oporteret: maxime neceſſarium fore pro communi ſalute iudica bant: ut ea re: qua affluerent: ſe inuicem ſubleuarēt. Itaque cum Franciſcus milite: Florentini pecunia abundarent: Alexan drum fratrem cum millibus duob? militum Franciſcus ad florentinos

ubi per tempus liceret: trāſmittendū: Ipſi uero eum octoginta aureū nummū millibus iuuandum conſtituūt: præterea ad Carolum francoꝝ regem Angelus Acciarolus florentinꝰ ciuis: & Abrabam Ardicius uigle bienſis communi conſilio legati mittuntur: qui regis eius opera Rena tum andegauenſiū ducem: qui ſe ut ſupra oſtendimꝰ: citerioris ſiciliæ regem aſſeuerabat florētini populi ſtipendio conducerēt: & quo maiore copiarum numero poſſet: in Italiam traducerent: utque ad id munus ſuſcipiendū facilius allicerent: Hæc illi pollicerentᵉ: Alphonſo æthruria pulſo: ſi in regni fines eum perſequi uoluerit: florentinos ſuas copias conceſſuros: & quicquid opis ſibi foret reliquum præſtituros: Franci ſcum item pacatis ſeu bello ſeu pace longobardiæ rebus Alexandrum fratrem cum ualido exercitu recuperandi regni eius cauſa miſſurum. Legati regis hortatu Renatum florentinæ reip. ſtipendio cum uiginti ſupra centum aureum nummū millium impenſa quotānis dependen da firmant: ſcriptiſq; & iureiurādo obſtringunt. Reliqua uero ſocii: quæ bello uſui putabant: comparare: tempuſq; hoſtibus præripere ſum ma cura ſtudebant. Cæterum Fanciſco cū eſſet Mediolani crebræ Lodo uici litteræ reddebantᵉ: Carolum fratrem e Veronenſiū finibus fines mātuanos quottidianis excurſionibꝰ infeſtare: & caſtella quædam iam occupaſſe: nec eſſe abſq; ciuitatis ſuæ ſuſpicione: & propterea rogare ac depoſcere: auxilia mitteret. fiebat præterea eodem fere tempore litteris Roberthi certior: Leoniſſanū & picininum ex hybernis eduxiſſe. Maner bium oppidum circūuallaſſe tormentis die noctuq; oppugnare. Qui bus rebus cognitis celeriter Cremonā contendit: eo conſilio: ut & Ma nerbienſes obſidione liberaret: & Lodouico auxilia ſubmitteret. At ex itinere cognoſcit Manerbienſes tridui oppugnatione coactos: Chriſto phoro taurello cum ſuis incolumi: quem eorum præſidio præfecerat: ſeſe uenetis permiſiſſe. Leoniſſanū dum ei oppugnationi intenderet: a Chriſtopboro in latus ſcorpione lætaliter uulneratū Brixiam delatum: paucis poſt diebus uita functum. Vbi uero Cremonā peruenit: Rober thi eiuſdem & Alexandri: qui e parmenſibus in brixienſes obſeſſis ſub ſidio ierant: litteris intellexit: boſtes ob rumores qui de ſuo in eos ad uentu afferebantᵉ: q̄primum recepto oppido præſidioq; impoſito in hy berna rediiſſe. Proinde Cremonæ aliquādiu moratus: Tiberthum: qui ut ſupradixim? Mirandolæ hyemabat: ad Lodouicum proficiſci iubet. deinde ad reliqua belli negotia conficienda Mediolanū regreditur. Ti berthō interim ſibi adiuncto Lodouicus Carolum uagantem nō modo reprimit: ſed in Veronenſes intraq; munitiones compulſum fudit: ac multis captis fugauit. Ineunte uere florentinis inſtantibus: Alexander ſuperato per parmenſes apennini iugo: & per lunenſes emenſo ſex die rum itinere: in æthruriam peruenit. Eius aduentu florentini redinte gratis animis reliquas copias in unum locum cogi iubent: & quoniam

inter Alexandꝝ & Sigiſmundū erat orta cōtentio uter imparet. Floré tini ducem Sigiſmundū declarant. Verebant.n.ne ſi Alexandꝝ præfer rent: Sigiſmūdū ob eius inſolentiā animiq; mobilitatē amitterēt. Ale xandrum Franciſci opera cuius imperio ad eius uenerat obtemperatuꝝ minime dubitabāt. Alexander indignatus ſtatuit florentinoꝝ finibus omnino excedere. Quod cum intellexiſſet Franciſcus: illico ad eum ſcri pſit: moleſte ſe quidem ferre: imperii ſummā ad eum a quibus debue rat non fuiſſe delatam. Veꝝ id æquo pateretur animo: cum non modo florentinoꝝ: ſed communis etiam ageretur cauſa. Non enim eum ad florentinos miſiſſe: ut ab iis exercitus præfecturam peteret: ſed ut auxi lium ferret. Alexander cognita fratris uoluntate quanq̃ inuitus paruit. His rebus conſtitutis: Folianum quod ſuperiore anno: uti demonſtra uimus: regius exercitus occupauerat: obſedere. & ne qua poſthac inter eos diſſenſio oriretur: negotia non tam exercitus quam belli inter eos diuidebant. Eo oppido recepto: nullis probibentib?: quod Ferdinādus nondum ex bybernis copias eduxerat: ad reliqua recuperanda quæ in boſtium erant poteſtate contendunt. bæc æſtatis initio in æthruſcis cum magna populi florentini lætitia geri cœpta. In longobardia uero ueneti mortuo leoniſſano: picininū exercitui præfecerunt: non ob uir tutem: ſed ut beneficio in officio continerent: quod cum Franciſco atq; florentinis conſpirare animaduertiſſēt: & cum pabuli copia iam adeſſet primi ex bybernis educere: & oppida quæ Franciſc?trans olium obtine bat: inuadere atq; oppugnare cœperunt. primum Quintiano admoue runt: & magnis tormentoꝝ uiribus nō prius deſtiterunt: quam muro & aggere deleto & oppidanos & milites: qui in præſidio erant ad dedi tionem compulerūt. Dein cōtinuo pontem uicum non procul poſitum toto exercitu obſederunt: Illumq; maiore conatu nullo diurno aut no cturno tempore intermiſſo expugnare contendūt eo animo: ut priuſq̃ Franciſcus ſuos contraxiſſet: omnibus olii aditibus: occupatis: eum tranſitu probiberent: & copiis: quæ cum Triſtano & Roberto erant: intercluderēt: quibus nullum ſalutis præſidium relinquebat: niſi fuga in mantuanos ſe reciperent. præterea ne Lodouicus: & Tiberthus fran ciſco iungerent: Karolus refectis copiis: & aliis compluribus auctus turmis in ueronēſibus relinquit: qui mantuanoꝝ agros uexando: eos in bis locis occupatos diſtineret. Franciſc?eo repentino boſtium motu ſucceſſuq; ſollicitus Cremonā proficiſcit: & quas poteſt: eo copias con trabit indignabund?ante oculos: in ipſo æſtatis initio: ſuos oppugnari boſtes magnam ſibi auctoritatē uendicare magnoſq; in dies ſpiritus ſumere. Pecuniæ difficultas boc potiſſimū effecerat: ut ſero admodum equitatus: in quem fuerat pecunia diſtributa: ex bybernis exiſſet. Sed maius quoddam inopia rebus gerendis attulit incōmodum: quod non omnis equitatus fuerat pecuniæ particeps: Collio inter reliquos in

bybernis commorari coactus est. Ex quo mirum in modum pturbatus aliunde quærenda sibi stipendia prædicabat: & ob id dum Nicolai summi pontificis uoluntatē quærit: quod franciſci conſenſu faciebat: uenetorum etiam mentem prætentauit. Sed cum ſimulare illum exiſtimaſſent: pollicitationē nec reſpuere omnino: nec tunc accepere. At Franciſcus & ſi non abſq; periculo exercitu nondum coacto: Cremona diſcedere poſſe animaduertebat: Tamen cum intelligeret: non eſſe amplius cunctandū ad ferendam obſeſſis opem in extremo diſcrimine conſtitutis conſilium capit: cum iis copiis quas ſecum habebat Senigam proficiſci: quod eſt caſtellum in ulteriore olii ripa: ubi anno ſuperiore pontem conſtruendū: & uicum muniēdum curauerat: quem ad locum paucis ante diebus tam caſtelli eius & pontis ſeruandi gratia: quam ut auxilii ſpem iis afferret: qui in ponte uico obſidebant: qđ minus quinq; paſſuum millibus a Seniga diſtabat: Sacramorē uicecomitē cum decem cohortibus & peditatus parte ire iuſſerat: ut exinde poſtea iis acceptis copiis quæ trans flumen erant per cremonēſem agrum iter faciens oppidum per pontem ingrederet: atque in ſtationes boſtium quæ ultra flumen erant eruptionē faceret: Quo ſubſidio nō dubitabat: aut prius quam eo peruenīſſet: boſtes diſceſſuros: aut ſe ſi expectaſſent: profligaturum. properanti igitur uiginti non amplius cohortibus Senigam uerſus frequētes Sacramoris nuncii admiſſis equis referunt eodem mane pontem uicum uallo aggereq; ad ſolum æquato nullis fere probibentibus boſtes cepiſſe: Sphortianoſq; milites diſſipaſſe: ac eo oppido recepto ea uictoria elatos: Senigam uelociter ueniſſe. Vicumq; oppugnare: & niſi celerrime ſubueniat: tantum impetū ſuſtineri diutius non poſſe. Qua re cognita eo uelocius ire contendit: pontemq; tranſgreſſus peditesq; magno timore perculſos cum ſe contra tantas boſtium uires tueri diffiderent: munitionē deſerere: & fuga citra flumen in cremonenſes ſe recipere: pontemq; reſcindere conſtituiſſe: Sacramorem tamen anxium & uallum defendere: & omnes continere intra uallum conantem inuenit: eoſq; primum acriter increpat: quod extra munitionem pugnā non ſuſtinuiſſent: quodq; boſtes munitiones foſſam adire: aggeremq; oppugnare magno eorum cum periculo pmiſiſſent. Deinde ſuos cobortatus primus ipſe in boſtes erumpit: prælioq; cum iis: qui pro porta erant: cōmittit. peditatū qui aggerem: ut diximus: aſcendere adnitebat: & omnem deniq; pedeſtrem multitudinē: quæ intra munitionem tæla coniiciebat; ſtatim ſubmouit. Equitatus nanque omnis præter paucos qui peditibus immixti eo uenerant: procul a munitione conſtiterat. Picininus ubi Franciſcū tum ex uoce & inſigni galea tum ex exercitu: qui trans flumen conſpiciebat: aduenīſſe uidet: pontem uicum redire omnes iubet: quos Franciſcus cum & equitatu & peditatu longe ſuperiores eſſe ſciret: & intra eorum munitiones iam conſiſtere

animaduerteret: inſequẽdos non putauit. Itaq; receptui cani locumq; caſtris idoneum ad ulterioré fluminis ripam cremonenſis agri nactus ſtationes militem firmare iuſſit. Non uideretur ſilentio prætereundũ: quod eo ipſo die: qui fuit ad quartum decimum Kalendas iunias anni a natiuitate dominica milleſimi & qnquageſimi tertii ſupra quadrin genteſimũ: Otto manus Maumethus Turcaꝝ imperator Conſtantino politanam urbem expugnauit: interea exercitum Frãciſcus magnopere augere ſtudet: & præcipue Lodouicũ & Tiberthum frequẽtibus litteris nunciiſq; ad ſe uenire iubet: ſine quibus quod magnum copiaꝝ nume rum haberent & qđ Lodouici prudentiæ plurimũ tribueret in brixien ſes uti ſtatuerat: traiiciẽdum non uidebatur: quod in boſtium finibus bellum geſturum multo maiore militum numero quam eſſent ipſi bo ſtes oportebat eſſe auctum. Sed Lodouicus infeſtãtibus boſtibus quot tidie Karolo duce: ſuos fines nec ad eum cum copiis ſe conferre: nec Tiberthum mittere poſſe reſpondebat. Frãciſcus tam opportunũ bello gerendo tempus amitti: ſeque diutius quam uellet: iiſdem caſtris diſti neri dolens nihil inueniebat: quod ad traducendum in boſtium fines bellum uſui fore arbitraret. Aliæ copiæ quas euocaret: erant nullæ. Ex pectare Renati regis aduentũ longum nimis putabat. boſtes præterea poſteaquã per noctis ſilentium caſtra inuadere: ſtationibuſq; ignem in ferre conſiliũ inierunt: quod contra ſententiã euenerat: nil conari aut quærere: niſi ut Lodouicũ ab eius caſtris ſe iunctum diſtinerent: eiuſq; motus ſeruarent: atq; conſilia ſcrutarent: quod neq; conſilio ullo neq; uiribus ullis aduerſus eum quicquam proficere poſſe animaduerterẽt: Traduxerat per eos dies noctu picininus exercitum omnem per pontẽ quem obtinuerat in cremonẽſem agrum: Franciſcũ incautum impera tumq; offenſuꝝ ratus ut primo per noctem in caſtra impetu facto eum nullo negotio funderet: atq; fugaret. Cumq; iter faceret ad ſiluã quan dam inter pontem uicum & Frãciſci caſtra medio fere itinere poſitam banc maiorem equitatus partem: ne tranſeat ſiluam: iubet. peditatum modo caſtra adoriri: incendia frequẽter tabernaculis immittere: atque omnia tumultu & clamoribus terribiliora facere edocet. ſe ubi muni tiones caſtrorum ingreſſos obtinuiſſe intellexerit: equitatum ſubſidio celeriter ſubmiſſuꝝ dicit. Ea de re: ut primum ab boſtibus decreta eſt: pauloque deinde poſt de aduentu Franciſcus: & per exploratores & per equitem ex boſtibus quendam: cui picinini conſilia nota erant: certior factus in concilio ad primam noctis horam communicat armari mox exercitum: atq; in acie conſiſtere imperat: deinde ex caſtris educit locũ ſinguli equitum: peditumq; præfectis deſignat. & quid fieri uelit: oſtendit. Cum igitur totam noctem picinini aduentũ expectaſſent: ad lucem primã boſtium peditatus paucis intermixtis equitibus incaute excubiis interceptis inopinans anteriorẽ in turmam excubiaꝝ ipſarum

confidentia ſemidormitantē incidit: & clamore q̄primum utrinq; ſub lato pugna enixe conſeritur: Marcus Leo ex Sphortianis peditum præ fectis uir fortis primos inter hoſtes acriter pugnans pilula plumbea traiectus cecidit:hoſtes primo impetu facto repulſi terga uertūt:picini nus cernens Franciſcū de ſuo in eum aduentu cognouiſſe ſubito equi tes:qui ſiluam tranſierant regredi:peditatuſq; agmen remiſſiore paſſu idem facere imperat. Franciſcus id conſpicatus : cum ueneti peditatu maxime anteirent:ſuos ab inſequēdis hoſtibus probibuit:receptui cani iuſſit.Interea de prælio in Veronenſib?a Lodouico & Tibertbo proſpe re facto ei magna omniū lætitia magnoq; concurſu nunciatū eſt:dum eos qui interfuerant : diligentius ꝑcunctatur:ſic reperiebat Lodouico & Tibertbo Godii ſedētibus:quod eſt oppidum ſupra Mincium amnē: Ex quo oppido pons ad Veronenſes pertinet : Carolus qui odio magis quam alia cauſa pro uenetis aduerſus fratrem certabat:intra munitio nem quam uulgo muratam appellant: non procul Verona caſtra habe bat . Quo ex loco per ſingulos fere dies:uti oſtendim? ; mantuanoꝝ fines incurſionibus turbabat:atq; interdum non tam ut agros cultori bus militeſque pabulatione probiberet : quam ut a fratre per patentes campos impune uagari conſpiceret̄ : & quantum in bello poſſet:oſten taret:ab ea parte Godienſes inſultabat. Quod cum aīaduerteret Lodo uicus:Tiberthum qui paucis ante diebus relictis copiis Franciſcū adie rat:ad ſe reuocat:& quo facilius illuc fratrem:ut conſueuerat:alliciat: ex compoſito pabulatores:& pecora exiguo præſidio trans flumen mit tit. Karolus ea de re per ſpeculatores confeſtim certior factus omnib? copiis eo celeriter contendit:eoque audacius incurſionis negotiū ſuſce pit:quo abeſſe Tiberthum ſciebat: quo abſente Lodouicum qui copias multis in locis diſtributas habebat : haud in prælium deſcenſuꝝ arbi trabat̄.præcurſoribuſq; miſſis mille circiter paſſus ab ponte conſiſtit . Duces quod ſummopere affectarant:pro animi ſententia eueniſſe con ſpicati:milite q̄primum inſtructo:atq; ultra flumen traducto impigre hoſtem inuadūt:& loco haud iniquo prælium cōmittunt.Karolus ubi Tiberthum adeſſe:& tantum copiaꝝ numeꝝ eo conueniſſe uidet:quaꝝ magnā partem pridie eius diei Lodouicus eam ob rem Godium accer ſiuerat:trepidare animo cœpit:quod haud obſcure ꝑſpiceret eum in lo cum eſſe deductum:ut prælio decertandū eſſet.Itaq; noſtroꝝ impetum primo congreſſu non modo ſuſtinet:ſed paulum aciem prima ſubmo uet: quo fauore elati hoſtium animi nō omnino de uictoria aut ſalute deſperant: pugnatum deinde aliquādiu eſt acie utraq; neutram in par tem inclinātē:fit magna equorum cædes.At Lodouicus ubi hoſtes ita conſtanter reſiſtere uidet:ut æquo certamine dimicaret̄:maius equitū robur ad pugnam impellit : & facto magno in eos impetu loco cedere cogit ; ac tandem profligat : a noſtris occupant̄ . Planicies eſt in agro

ueronenſi patentiſſima a meridie & occidente ſole ad Mantuanoꝝ & Godienſium pertinet fines: foſſa & muro perpetuo diuiditur: cuius portæ belloꝝ tempeſtate pontibus claudunt̃: ne qua uis boſtium mantuano egrediens agro Veronenſes ab ea parte incautos opprimat. præter hunc murum Karolus: ut prædiximus: caſtra habebat: ubi impedimẽta diſcedẽs relinquerat. huc primo ſe ipſe recipit: eo ite effuſo curſu cæteri fugere contendunt. Ex his multos munitio excepit: atq; ſeruauit. reliquos noſtri inſectati ceperunt. Hac uictoria nunciata Frãciſcus ſtatim ad Lodouicũ gratulatum mittit; ſimul adhortatur: ut quam celerius poſſet: ad ſe cũ copiis properet: nec amplius mittendis mutuo nunciis tempus teratur; neue longiore mora uictoriæ præmia e manibus aufe rantur. Deinde quid eum facere uelit: demonſtrat. Gaydum de quo oppido in ſuperiore cõmentario mentionẽ fecimus: adhuc eſſe in boſtiũ poteſtate: id capi ſe admodum cupere: quod propter loci opportunitatẽ plurimũ uſui futurum cenſebat: ſi ei oppido ſe caſtra admotuꝝ oſtendat: boſtes: qui pro locoꝝ interuallo propinqores eſſent: & ſummo id ſtudio cuſtodiendũ curabant: prius locum occupaturos, qua re opus erat uti arte. Nam eos fallere oportebat: ſi præuenire cupiebant. & proinde noctu omnibus copiis eo celeriter proficiſcẽdũ munitionẽq; circũquaque capiendam: quod quantum itineris retione prouiderat: facile fieri poterat. Si uero nocte eadem: quo maioribus uiribus reſiſtant: ſi qua boſtium ui turbarent̃ Robertbum cum altera militum manu miſſurum. Deinde cum primũ boſtes caſtra mouere: & Gaydum pergere cognouerit: uelociter & ipſum toto exercitu eodem maturatuꝝ. Lodouicus receptis poſt prælium ad Godium factum paucos intra dies oppidis: quæ in Caroli fide præſtiterant: annuẽtibus uenetis cum ueronẽſibus induciis factis Franciſco appropinquat. Per noctem deinde: ut erat conſtitutũ: Gaydum proficiſcit̃: quem ad locum diuerſo quoq; itinere Robertbus eodẽ tempore conuenerat: qui continuo munitionẽ ingreſſi nullo negotio occuparunt. Nam Georgius dalmata: cui a multa cæſarie cognomen erat: q; præſidio ei munitioni præerat: cognito Lodouici aduentu in oppidum refugerat. Qua re & ad Franciſcũ & ad picininũ ſub idem fere tempus delata: utraq; confeſtim caſtra mouent̃. Franciſcus olium amnem: Mellamq; fluuium prætergreſſus Gotbolengo appulit. Hic quia nondum: quo ſigna boſtes uerterent: certior factus eſſet: ueritus ne cum procul Seniga abiiſſet: munitionẽ pontemq; occuparent: conſiſtere turmas ſignaq; iubet. Iamq; horæ ſpatium tranſierat cum a ſpeculatorib? cognoſcit: boſtes nullo ordine Gaydum uerſus properare. Idem ipſe facit: nec mille præteri erat paſſus: cum crebri Lodouici nuncii magno pauore referunt: boſtes iam apparuiſſe: effuſo agmine Gaydum contẽdentes: Lodouicũ tantam cunctationẽ uæbementer admirari: tam propinquis boſtibus rogare: ut celeritas adbibeat̃: quod

ſi prius boſtes illo puenerint : cum tanti exercitus uiribus a fronte: & iis qui in oppido erant ab tergo: ubi uno tempore impetum facerent: reſiſtere nequaquam poſſet ſe de ſalute dubitare: Franciſcus commotus admiratuſq; tantam boſtium celeritate remittit : qui dicant : quouſq; ipſe aduenerit : pugnam extra munitionē cum boſte ineant : & quam poſſint longius a munitione ſuſtineant: Se cū exercitu appropinquare: adeſſe conclament: Ipſe interim quam celeriore itinere poteſt : ad eos maturat: Equitatus peditatuſq; agmina idem facere: ac ſe ſubſequi imperat. Nuncii item eunti frequenter occurrere non ceſſant: poſtulantes auxilium boſteſq; adeſſe. manus cum noſtris conſerere dicūt. maxima eſſe opus celeritate: maximū eſſe in mora diſcrimen. hoc tam imminē tiſſimo Lodouici periculo non putauit Franciſcus ſimul cum exercitu ſibi amplius eundum ſed in prælium eo dimiſſo aduolādum. Itaq; ſum ptis perpaucis leuis armaturæ militibus : equoq; cōmutato uelociter Gaydum ad Lodouicū cōtendit. Quo ubi uentum eſt: circūſpectis quæ ab utraque parte gerebantur: in prælium ſuos magna uoce cohortans defertur. eius aduentu tanta eſt illico facta rerum cōmutatio: ut inſtauratis omniū animis: factoq; in boſtes cōcurſu: ingenti ſimul clamore ſublato: non modo eorum tardatus ſed repulſus ſit impetus. Picininus quod ſummi imperatoris præſentia noſtris animum addi: ſuis minui cerneret : pugnam confeſtim ſoluere ſuos colligere : & in loca noſtris iniqua reducere contendit: cum paulo ante exploratā uideretur habere uictoriam . Inuenerat autem Franciſcus Robertbo ſimul & Tibertbo: uti præceperat : medios inter boſtes acriter præliantibus: ſed pugnam ægre ac uix per tæli iactum ab munitione arcentibus: Lodouicum pro munitionis porta ſtantem ordineſq; inſtruentē . Non cenſuit eo die : quo annua beati petri apoſtoli feſtiuitas celebrabat̃ : militibus equiſq; itineris celeritate admodū defeſſis cum boſte contendendū cum recenti ac integro . Locus erat paluſtris : ac pœne inuius : peditatui quam equitatui accōmodatior : quod uix perpaucis ac peranguſtis ſemitis tranſiri poterat: & peditatu: ut ſæpe demonſtratū eſt: uenetus exercitus longe anteibat . Itaq; caſtra locari oppidumq; circūſederi iubet. boſtes campos paluſtres tranſgreſſi: quattuor a Gaydo paſſuum millia ad Porcianum conſedere: qui & ſi caſtra inter utraq; paluſtres: quos diximus: campi intercedebāt: quorum ripas uenetæ turmæ ſtationibus attingebant: tamen non iis locis tuto cōmorari poſſe confiſi: non prius deſtiterunt: quam ſe omni aperto ex latere foſſa & aggere cōmunierint . Franciſcus caſtris quoq; firmatis oppidum adortus tridui ſpatio ui tormentorum coactis oppidanis : Georgio cū præſidio ad ſuos libere dimiſſo per deditionem accepit. bis rebus geſtis: cum quæreret Franciſcus quo deinde exercitum moueret: non inueniebat in ea regione: quibus oppidis ſua atq; exercitus auctoritate arma inferri poſſent: propterea quod

ſi ad dexteram: quæ ad orientem uergebat ſolem: ſe uertebat: quam in partem Lodouicus multis argumentis progrediendū cenſebat: & nunc in Aſulanos: nunc in Veronēſes ducendū fore exercitum: multis etiam pollicitationib? quottidie ſuadebat: uerebatur ne occupatis: quæ ab tergo relinquebant: commeatu ipſe intercluderet: incertus quibus eſſet rebus potiturus: aut quæ hoſtibus detrimenta inferre poſſet. Præterea ſe ab ſuæ dicionis finibus continuo ab partibus tribus bello laceſſitis atq; uexatis perlonge nimium trahi animaduertebat: ſi recta pergeret cum brixia & alpes a fronte obſtarent: Nihil erat reliqui: quod eſſet oppugnādum: pedem autem referre detrimentoſum: & turpe admodum putabat: prælio aperte cum hoſtibus decertare: qui erant ad læuam: difficillimū atq; periculoſum arbitrabat: qui equitatu fere pares: peditatu longe ſuperiores paludibus munitionib? inſup adiectis ſe continebant: & poſt terga urbem populoſam atq; opulētam non amicā ſolum ſed ſubitam & agros ad cōmeatum pabulumq; ſuppeditandū feraciſſimos habebant. Quibus de cauſis ſuperſedendū in iiſdem caſtris: Renatumq; regem cum gallorum manu expectandū conſtituit: de cuius aduentu litteræ frequenter afferebant: quibus illum ex Andegauēſibus profectum ſuam iam in prouinciā peruenīſſe. conductūq; ex omni fere Gallia militem contraxiſſe conſtabat: atque omnibus ad profectionē comparatis: propediē per Sabbaudianos in Italiam deſcenſuꝝ: nec tempus prius ullum præter nocturnū quieti militibus datum quā ſe Franciſci lateri adiunxiſſet: intermiſſuꝝ. Ea re in concilio cōmunicata: atq; iiſdem omnium animis præter quam ab Lodouico probata datur deinceps præfectis exercitus caſtroꝝ muniendoꝝ negotiū: ne qua aut repentina: aut nocturna hoſtili inuaſione exercitus incaute ulla ex parte oppriri poſſit: & ne ut fieri ſolet: emiſſis multis de cauſis ex turmis per loca pluribus ꝓmanentibus reliquis ſit timendū. Daturq; item Bartholomæo Gadio arcis Gaydenſium ceſpite atq; humo conficiendæ cura: qua amotis caſtris præſidium ſeruari incolume & oppidani in fide contineri poſſint. Interim: ne tempus labore militari uacuum tranſeat: ne copiæ in caſtris ſegnes ꝓmaneant: dat militi exercendo operam nunc ſuo hoſtem in planiciem trahere: & in pugnam prouocare: nunc agros ſub ipſis brixiæ mœnibus: qui ad epiſcopi portam ſūt: depopulari: commeatus itinera turbare atq; irrumpere mandans. hæc præcipue Roberthо atq; Tibertho curæ demandabat. Hæc eadem ducibus iiſdem non minus diligenter atq; impigre adminiſtrabant. hoſtes ex aduerſo noſtros cōmeatu prohibere: Cremonenſiū agros quottidie per pontem ui cum infeſtare: pabulatoꝝq; præſidia interdum inuadere contendunt cum per eos dies non procul ab urbe brixia prædam ingentem Tiberthus abduceret: & non ex iis modo: quæ brixienſiū erant: ſed ex iis: quæ e uerona brixiam & inde in caſtra eomportabant grandem iumentoꝝ

numeꝙ relictis oneribus cepiſſet:& ob id magn?eſſet in uenetis caſtris tumultus exortus : picininus infeſto exercitu occurrens inter uineaꝝ ſepiumq; anguſtias Tiberthum aggreditur:partemq; prædæ nondum abductam recipit : deinde in noſtros ab tergo impetum facit : quibus acriter in eum arma uultumq; uertentibus prælium cõmittitur. Ea re illico Franciſco nunciata:non minor in noſtris caſtris tumultus excitatur:exemploq; acie inſtructa ad ſuos auxilio ire properans:Tiberthum ex itinere edocet:uti pugnam ſuſtinendo hoſtem paulatim in planum deducere ſtudeat. At picininus campeſtrib?æquiſq; locis noſtroꝝ congreſſum formidans priuſquã in planiciem puentum eſſet:inſequendi finem fecit . Hoc prælio præter Mathæum ex Sancto angelo primum hoſtium peditatus præfectũ in fæmore tæli traiectũ : & præter multa accepta illataq; uulnera equorũq; cædem perpauci ſunt ex parte utraq; equites capti.Per hunc ferme modum ſingulis pœne diebus nũc equeſtri nõnunquam pedeſtri prælio parua tamen manu certabatur . Nam & noſtri crebro aduerſarios in eorum uſq; caſtrorum munitiones progreſſi laceſſere:& ab iis contra irritatis animis immiſſis qui inuaderẽt repulſi atq; acti caſtra uerſus ſeſe recipere.Quoꝝ clamoribus compulſi qui in ſtationibus erant:arma capere & cõcurrere in hoſtem ardebant: ſed Lodouicus interim pro caſtroꝝ porta ſtans egredi neminem : niſi quem iuſſiſſet imperator:patiebatur : ſiquis dicto audiens non erat : plectebat.Bina inter caſtra planicies paſſuum millia quattuor in longitudinem patebat.hic locus erat pugnæ.In his perpauci cadebant:equorum erant uulnera:equoꝝq; cædes.Cecidit Epyrota:cui grandis cognomen erat haſta.Is per ſuperiora tempora ſub Franciſco meruerat . Sed belli eius initio maiore ſpe præmii ad picininum tranſfugerat. Multi uero utrinq; capiebant:ſed ex uenetis quam ex Franciſci copiis multo plures.Captiui ad Franciſcũ perducti præter præfectos relictis dũtaxat equis dimittebant . In his Cicchus ordelaffus foroliuienſiũ princeps fuit:quem cum aliquãdiu retinuiſſet:libertati reſtituit:domũq; remiſit.In tráſfugas grauiſſime animaduerſũ:quorum ſuperiore præſertim æſtate haud paruus fuerat numerus : unum ſupplicem Scaramucetũ calabꝝ propter eius exim̃iam corporis uirtutem ſeruauit:eiuſq; poſtea forti & fideli opera uſus eſt . At ubi nihil tot præliis proficere Franciſcus uidet:arte hoſtium duces ad pugnã trahi oportere ratus:aliquandiu pugna abſtinet grauẽ equorum ſtragem abſq; uictoriæ ſpe palam cauſatus.Idque ad hoſtem perferri ſtudet.Cumq; diebus aliquot ſuos cõtinuiſſet:atq; ex eo creuiſſe hoſtibus animos intelligeret:Donatum Mediolanẽſem:qui a teneris uſq; annis in eius contubernio meruerat: cum expeditis equitibus hoſtium caſtra exploratũ mittit : quidue præterea fieri uelit:oſtendit.Is hoſtibus ſe oſtentat:magnũ in ſe concitat tumultũ:agiturq; præceps caſtra uerſus paulo minus tribus paſſuum

millibus. Quod cum Franciſcus ex ſententia eueniſſe uidet: exercitum omnem in aciem educit. Tiberthūq; cum ueterano equitatu præmittit cui petrum Iohannem camertem : & Barthołomæū quarterium uiros egregia uirtute ſocios adhibet . hos certamen inire : hoſtemq; quoad poſſint : in apertum deducere docet . Ipſe duabus ſubſidiariis turmis inſtructis per planiciem agmine longo in hoſtem pergit. At picininus qui anteriores inter pugnantes uerſabatur: ubi tam ex denſa pulueris nebula quam ex micātium armorum ſplendore ab proſpectoribus qui arduas conſcenderāt populos de Franciſci aduentu cum omni exercitu intellexit: ſuos ab pugna reuocare: & in caſtra reducere cœpit: hos tamē Tiberthus acriter inuadit: & cædendo perſequit̃ : nec finem perſequēdi facit: donec iuxta paludem impellit: Nam prius ad eam quam per tæli iactum pueniri poſſit: foſſa atq; agger obſtabant: qui ab palude initiū capiebant: & in eandem haud longo circuitu finiebant: propugnaculū que hoſtibus efficiebant . Hic ſuos picinin? ſubſiſtere iubet: huc omne equitum robur: uenetuſq; peditatus omnis cōueniunt: tæliſq; eminus uallum defendere certant. Hos Guido rbango: & Karolus fortebracius ad perſiſtendū confirmant: ſi inde aut ignauia aut metu pellerent̃: nullum uſquam tutum locum inuenturos. Non paludem: non caſtra eos ſeruatura. Non ipſam brixiam profugos excepturam. Vna erat uia per paludem in hoſtiū caſtra cratibus faſcibuſq; confecta. banc pars maior exercitus acie continebat. E regione quoq; Franciſc? per lapidis iactum ab ea munitione agmina conſiſtere: Tiberthūq; aditu in hoſtem impetum facere imperat: tum Barthołomæ? : & Petrus Iohannes in uallum ui penetrant . Pugnatur cōfertiſſima acie ab fortiſſimis uiris utrinq; . At repugnātibus pertinaciter hoſtibus : quibus perfacile erat : uno ſe loco tueri : ſpatium noſtri reliquis ſuccedentib? præbere nequeuntes : multitudine obruunt̃. Equus grauiter Barthołomæo uulneratur: quem eo die Franciſcus ob eius uirtutem conceſſerat: Saurum uocabant uiribus non minus quam fama clarum. Barthołomæ? prælio cogitur excedere. Reliqui perpaucis interceptis repulſi eiiciunt̃. Sed nihilo ſegnius redintegrat̃ in ipſo ualli oſtio prælitū. Hic Tiberthus ſingulari corporis & animi uirtute rem gerit haſta in latus utrunq; paulus Roſeus ex bracciana cohorte : qui ſine thorace eo uenerat : tranſfigitur uir fortis & longa militia non ignobilis. Traiicit̃ tælo palemo ex gente martinēga. hunc moribundū Franciſcus cum ad eum perduceret̃ : propter domus ſuæ nobilitatē curari iubet. Multi præter ſaucios utrinq; cadūt. Multi capiuntur ex hoſtibus. Picinini humi proſternit̃ : ſed acie frequenti occurrentibus ſuis e noſtroꝝ manibus eripitur : ſed fama de captiuitate eius percrebreſcente & Franciſco cuius nomen omnibus terrori erant inſtante omnia in hoſtium caſtris tumultuarie gerunt̃ quiſq; ſarcinas colligere: iumentiſq; imponere: & feſtināter emittere curat. Quod cum

Franciſcus ignoraret: pugnatumq; eſſet a mane ad meridiem: minime que boſtem loco pelli poſſe animaduerteret: ac peditatum inſup ſuum omnem ingenti calore confectum pocula atq; umbras quærere: & uni uerſam equeſtrem manum ſub ipſo ſolis ardore ſtare uideret: prælium dirimi ſignumq; receptui dari iuſſit. Sic boſtes magno metu ac diſcri mine liberantur. Poſteaq̃ in caſtra reditum eſt: legati qui inter cæteros pauore ingenti laborauerãt: picinino grauiter ſuccenſent: qđ pugnandi cupiditate rem uenetã in maximũ eo die diſcrimen deduxiſſet. Iis ille motus nunq̃ per eam æſtatem niſi paruo militum numero in certamẽ uenit: ſub idem tempus cum litteris ac nunciis de conſtãtinopolitana clade uenetiis cognitũ eſſet: tantus repente ciuis mæror pauorq; cepit: ut iam ante oculos turcas adeſſe exiſtimarẽt totaq; ciuitas uno tẽpore in querelis luctuq; uerſaretur. Nam pars ſuos qui aut mercaturæ aut magiſtratus exercendi gratia Conſtãtinopoli morabañ: trucidatos: & in captiuitatẽ perpetuamq; ſeruitutẽ ductos deflæbat: pars de mercimo niorum amiſſione: atque adempta in reliquum tempus per eam oram negotiandi facultate querebañ. Patres incredibili dolore perculſi amico rum calamitate: quos pro muro aduerſus teterrimos boſtes habuerant angebañ ingemiſcebãtq;: Ea res litteris iiſdem ad uenetos legatos in caſtra primũ: mox ad Franciſcũ per Cæſarem Martinẽgum delata eum ut par erat incredibili prope dolore affecit: non dolore: reſcripſitque ad Cæſarem quam ægre quãq; moleſte miſerrimã nobiliſſimæ urbis cladem communiſq; item: & imaniſſimi boſtis felices ferret ſucceſſus. Nec multis poſt diebus hoc infeliciſſimo caſu: pudoreq; ſæpe petiti: & non lati auxilii compulſus Nicolaus pontifex Iobãnem Sancti angeli apoſtolicæ ſedis cardinalẽ uirum magna auctoritate ad Frãciſcum de pace legatum mittit: cum pontificis mandata Franciſcus audiſſet: ſic reſpondit. Non ſe ſponte ſed graui iniuria laceſſitum ad id bellum tractum uenetos non ſuo contentos imperio: quod ui doloq; ſibi pepe riſſent nouis etiam imperiis ſtudere & in banc maxime longobardo⁹ prouinciã mentem conieciſſe: quã multos per annos grauiſſimis bellis uexaſſent: quorum effrænatæ dominãdi libidini: niſi ipſe occurriſſet: proculdubio iam non longobardiæ modo: ſed totius Italiæ imperio fuiſſe potituros: nec ipſius eccleſiæ rationem habituros. Itaq; non ad ſe qui ſuis contentus rebus: nibil unquam maluerit quam pacem: ſed ad fœderum paciſq; ruptores eundum: ſe ſi ea quæ ueneti occupaſſent reſtituañ. Si Alphonſus: qui nullo iure florentinis ſociis bellum intu lerit: arma ponat pacem cum illis factur⁹: & pro chriſtianæ reipublicæ commodo turcis armaq; illaturum. Cardinalis cum ad uenetor⁹ caſtra accedere ſtatuiſſet; legatis ducibuſq; exercitus eadem pontificis man data expoſiturus inducias quatriduo indixit: cuius dicto cum libere utrinq; obtemperatũ fuiſſet: ad eum reſcripſere legati: non ad ſe ſiquid

de pace agendum eſſet : cuius de nulla mandata haberent: ſed ad uene tum ſenatum proficiſci oportere. Per eos dies cum nihil Franciſcus ho ſtile timeret citraq; paludē non longe ab boſtium caſtris leui præſidio pabulatū miſiſſet: boſtes præſidium pabulatoreſq; uno tempore adorti: magnum equorum iumentorūq; numerū abduxere . Quare Franciſcus uæbemēter indignatus: grauem ad legatum querelam detulit : quod per inducias inſignem prope iniuriam accepiſſet. Legatus grauiter per turbatus tū ob uiolatæ Franciſco fidei uerecundiā: tum quod de eccle ſiæ eiuſq; bonore agebatur: iniqui facinoris auctores accleſiaſticis cen ſuris niſi rapta reſtituiſſent: damnatos pronunciat: illi ſicuti fidem ne glexerant: ita & anathematis pœnam contempſerūt . Cardinale irrita legatione Romam reuerſo pontifex æſtate diſtulit de pace agere. Non multo poſt aliud indignius cōmittitur facinus . Conceſſerat Franciſc? cremonēſibus & picininus caſtelleonenſib? quinq; paſſuum millibus inter ſe diſtantibus : ut in percipiendis frugibus impune ſuos cuique fines peragrare liceret : ob id nullum in ſuo Franciſcus oppido præſi dium reliquerat. Hac occupādi eius oppidi opportunitate legati ſimul & picininus pellecti: urſum comitem primo: paulo poſt campanū trans olium cum tribus equitū millibus: milleq; peditibus Cremonæ urbis uexandæ agriq; depopulādi ſimulatione proficiſci iubent . Hi uti erat imperatū factis in omnes caſtelleonenſiū fines uno tempore excurſio nibus magnum uirorum mulierū pecorumq; numerū compræbendūt. Ita enim omnes uagos per agros ex improuiſo circūuenerant : ut uix perpauci confugere in oppidum potuerint : prædam omnem apud cre menſes: Soncinateſq; aſſeruari iubent. Deinde oppidum defenſoribus uacuum circūſedent: & nunc pollicitationib?: nunc cōminationibus op pidanos ad deditionem ſollicitant illi & ſi propter paucitatem territi erant: oppidi tamen munitione confiſi : ſe atque oppidum tueri: & in fide perſiſtere conſtituūt. Quibus de rebus cum eſſet Franciſc? certior factus: ueritusne oppidum inſigne ſuiſq; maxime per opportunū rebus in uenetorū deueniret poteſtatem: quod ſi fieret: maximo ſuo cum peri culo futurum apertiſſime uidebat: Sacram orē confeſtim mille cū equi bus piſleonē mittit: ſcribitq; Corrado: quē per eam æſtatem laudenſib? præſidio dimiſerat : uti copiis omnibus ad ferendum caſtelleonenſib? auxilium celeriter eodem ire contendat. Donato præterea de quo paulo ante mentionem fecimus: mandat ad oppidum maturet: uiroſq; certos pedeſtris ordinis uirium robore inſignes ei ſocios adbibet : quos ſecū ſi id ſine periculo fieri poſſit : in oppidum ſubſidio ducat : Sin minus ſolus ingredi conet. Is & ſi cognoſcebat: clauſis paſſim aditibus: diſpo ſitiſq; ubiq; cuſtodib? nequis egredi aut ingredi oppidum poſſet nemi nem eodem niſi manifeſto cū periculo peruenire poſſe: Tamen ſe uene tum ſimulat militē: & ignotus inter notos. Vbi oppido appropinquat

extemplo concurrentib⁹ multis ad portam profiliit: magnoq; repellenti bus primo acceſſu ignorantia obſeſſis tandem introductus: oppidanos confirmat: paratumq; prope ſubſidium adeſſe demonſtrat. At cum tri duum ductores & militis cogendi: & numeri augendi cauſa ferre labo rantib⁹ opem diſtuliſſent: boſtes geminas interim magnæ molis bom bardas in eam oppidi partem diſponunt. Vbi nondum erat perfecta munitio: quibus quidē tormentis quod extabat muri: facile in foſſam diruit̃: & tantus eſt patefactus boſtibus aditus: uti ſe amplius oppidani tueri diffiderent. proinde ingenti direptionis formidine perterriti: ſic occidente iam ſole de deditione cum campano egerunt: obſidibus mox traditis: ut poſtero die in ſolis ortu eum cum præſidio in oppidum reci perent. Donatumq; ſubinde: quod eius cauſa arces ullo abſq; negotio obtinere ſperarent: retinēdum curant. Qui ea re perlata extemplo in munitioré confugit arcem: datq; prima noctis uigilia iis: qui piſleoni erant: per ignis oſtenſionē atq; occultationē turri ab excelſa deditionis ſignum. præfecti ea facis ſignificatione compulſi: quod caſtelleonēſes in ipſa prope oppidi traditione uerſari arbitrabant̃: aut oppidanoꝝ peri culo ſuccurrendū ſi ſint in fide aut ſi defecerint: arcium ſaltem neceſſi tati proſpiciendū: neq; in eo amplius cunctandum iudicant. Qua qui dem re cōmuni omniū conſilio decreta: nocte eadem inſtructo milite eo aduolandum conſtituunt. Circunacto igitur longo per Cremonēſes itinere qua minus ſuſpicionis boſtem habere putabant: interceptiſq; inter eundum excubiis ad munitiones caſtroꝝ paulo ante lucem perue niunt. Foſſa deinde æquata Sacramor cum duabus turmis peditatuſq; parte alterius ad arcis portam & gloriæ cupidus: & uxoris liberoꝝq;: qui ea in arce obſidebant̃ ſalute impulſus: recto p media caſtra tramite ire properat: quo nulla cūctatione omnibus apud boſtes quietis portæ appulſo: ingens in caſtris oritur tumultus: ingenſq; ad arma exoritur clamor. Quo ſucceſſu ita Corrado reliquiſq; præfectis creuerūt animi: ut & ſi antea ducibus ipſis præſidium in oppido arcibuſq; modo impo nere: præliiq; fortunā ubi longe boſtium uiribus impares eſſent inten tatam relinquere conſiliū fuerat: Nunc tamen eos imparatos tumul tuanteſq; uno omnes animo adoriendos cenſerent: plærunq; enim fit: ut ſecundæ res negligentiā gignant: & contēptus boſtis uictor euadat. Itaq; tribus turmis pro caſtris in ipſo aditu præſidio relictis: acie con ferta munitiōes ingrediunt̃: & in boſtes magno clamore ſublato impe tum faciunt. Donatus interim Sacramorq; iuncti ex oppido cum omni bus qui per ætatem arma ferre poterant: mulieribuſq; ſimul eruptione facta magnis uocibus Campanū inuadunt: cuius ad tentorium iam non paruus militū numerus concurrerat. pugnatur circa illud aliquan tiſper enixe: Nam ubi tam inopinato repentinoq; noſtroꝝ impetu ſe circūuentum uidet: prælio paulatim ſe diſſoluere: & cremam uerſus

fugere cœpit. Pugnatur ubiq; Stationes paſſim diripi cœptæ. Quiſq; rapere: & in oppidum prædam conferre contendit. Fit ubiq; uirorum clamor. Tenebræ omnia formidabiliora terribilioraq; faciebant. Nam multi utrinq; quos nunc inſequebant̃: ab iis repulſi aguntur. & uenetus a ueneto & Sphortian? a Sphortiano milite noctis errore ſæpius cæditur: capiturq; cohortes quas in aditu præſidio relictas dixim? metu exterritæ: quod ſuos aut profligatos: aut in oppido incluſos exiſtimabant: qua uenerant: tribus amplius millibus paſſuum refugerũt. Corradus excurrendo pugnandoq; capite inermi lato in fronte uenabulo per cuſſus multo manante ſanguine equo ueluti moribundus deponitur: Nihilo ſecius hoſtes ubique ſuperati fugæ ſe mandant: quorum duces ipſo pugnæ initio Cremam profugerãt: Anaſtaſius ex Sancto angelo ad Vadum reſiſtendo cum magna ſuorum parte capitur. Noſtri uictores caſtris impedimẽtiſq; potiunt̃: graueſq; præda ab inſequẽdis fugientibus deſtitere. Mille circiter equites in eo prælio captos repertum eſt. non ſine magno dei immortalis iudicio factum uidetur: ut tot copiæ intra munitiones & in ipſa oppidi deditione parua manu fuſæ fugatæ que fuerint. Qua ex re & Franciſc? recentes iniurias eſt ultus: & hoſtes meritas pro eorum pfidia atq; ſcelere pœnas pſoluerunt. Qui reſpondere non erubeſcebãt: cum de fide publica caſtelleonenſib? uiolata increparent̃: non oppidi mœnibus ſed incolẽtibus oppidum fidem dediſſe: quos licet poſt prælio captiuos libertati & animalia quæ inuenta ſunt: iis quoꝝ erant: reſtituiſſẽt; Tamen neq; oppido neq; oppidanis fidem ſeruaſſe apertiſſime conſtat. Renatus interea coacto in prouincia milite in Allobroges cum pueniſſet: occupatis per montium iuga aditibus tranſitu pbibetur. Inſtantibus nãq; pro uenetis Petro mauraceno apud Lodouicum Sabbaudianoꝝ ducem: & Pandulfo contareno apud Iohannem Monferratenſiũ Marchionem: & Guilielmum fratrem legatis per cuſſorum inter eos uti oſtendimus foederum iure alpium ſaltus: qua tranſituꝝ regem exiſtimabãt: magno Lodouic? euocatoꝝ numero cuſtodiri iuſſerat: quibus de cauſis cum dies pmultos ad montium radices litteris nunciiſq; mittendis Renatus cõſumpſiſſet: deſperata re de ſuo per Sabbaudianos in Italiam tranſitu rurſus in prouinciam eo conſilio reuertit̃: ut copias in ligures nauibus tranſportãdas curaret. Quod cũ intellexiſſet Lodouicus Caroli regis primogenit?: Lodouiciq; gener perturbatus præſertim quod uenetoꝝ cauſa id fieri audiebat: qui eos innato quodam odio non minus ante quam poſt patris obitum ſemper habuit: & Frãciſcum Sphortianãq; familiam omnẽ præcipuo continuoque ſtudio proſecutus eſt: & florentinoꝝ rebus pro uetere amicicia plurimum fauebat: magnis in uiennẽſibus contractis copiis ad alpes contendit: ac diſpoſitos per regionem ſaltuſq; cuſtodes partim metu partim pſuaſionib? ſubmouit: patefactoq; ubiq; tranſitu auũculi exercitũ

paucis ipſe diebus in agꝝ Aſtenſem incolumē perduxit. Renatus uero duabus triremibus: quas Petrus fregoſus genuenſium dux pro eo fœderis uinculo quo Franciſco florētinoq; populo aſtringebaṫ paulo ante Maſſiliam miſerant: uintimilienſiū ad oppidum aduehitur. Inde terreſtri itinere Aſtam profectus: exercitui ſe iungit: moxq; Alexandriā progreditur: ubi milites equoſq; feſſos reficere curauit. Interim data de pace ab Franciſco ei facultate: de Guilielmi rebus cuius conſilio atq; ductu Alexandrinū bellum gerebatur: agere coepit: qđ & regia auctoritate & ſingulari eius in uniuerſam Monferratēſem domum beniuolētia: & longa etiam familiaritate: qua præcipue Guilielmū ipſum ſibi deuinctum putabat: quicqd uel de pace uel de induciis ſaltem ſtatuiſſet: eundem factuꝝ ſperabat. At Guilielmus & ſi poſt acceptam anno ſuperiore caſſinenſē cladē pecuniæ inopia neq; exire in aciem neq; refarcire omnino militem potuerat: Tamen quoniam Renatum propediem diſceſſuꝝ e regione ſciebat: & bello facilius quam pace milites alebat: diem interponere: remque uerbis ducere ſtudebat. Dum aguntur: ad Andream biragum: qui per id temporis legationis munus in Alexandrinis obibat Iobannes Montaldus genuenſis mittit: qui de tradenda burgi Sancti martini arce & polliceretur: & paciſceretur: quam non grandis repetendæ pecuniæ cauſa a Iobāne Marchione retinebat. Ea re cum Bartholomæo cōmunicata deinde in concilio delata oblatū tam opportuno tempore negotium uno omniū animo præripiendū decernitur. Rege igitur inconſulto: quod aliam ob cauſam profectio diſſimulabaṫ Collio acie inſtructa eo ad rem conficiēdam profectus nulla mora arcē recepit: præſidio impoſito oppidani tanta rei nouitate territi ei ſeſe per miſere. Guilielmus magnitudine periculi cōmotus quod oppidum in patrimonii fraternæq; dicionis uiſceribus poſitum frumēti copia refertum: & munitione & loci opportunitate inſigne in boſtium ſit poteſtate: undiq; cōtinuo militem cogit. boīes qui arma ferre poſſent: regioni imperat: reliquos repentina nouitate attonitos: uti in ſolida conſtantiſſimaque Montiſferratēſis domus fide p̄maneant: hortatur. Ad Renatum inſuper de pace mittit. Deinde noſtroꝝ in fronte: qui non procul oppido caſtra habebant loco ipſis periniquo: quo finitimos in officio accolas municipeſq; cōtineat: caſtra & ipſe poſuit: ubi non multo temporis ſpatio conſtitit. Renatus cū Guilielmū diligeret: quod illi arcis præſidis proditione detrimēti in eius præſertim conſpectu illatum ſit: ægre ferens: Andream negotii auctorem: quod eo inſcio rem confeciſſet: grauiter increpat. Cæteꝝ inducias ſuo arbitratu duraturas iubet. Oppidum arcemq; poſtremo gallico munitam præſidio de pace ueluti arbiter poſtea acturus in ſuam accipit poteſtatē. Collionēq; in Alexandrinos reuocat. Pacatis per hunc modum Alexādrinis rebus: Rex tranſpadum Ticinumq; progreſſus ab papienſibus cæteriſq; paſſim populis

ſummo bonore læticiaq; ſuſcipiť. Mediolani uero dum militis ornādi cauſa moratur: ab Blanca maria: ut erat mulier præſtātiſſima munifi centiſſimaq;: ſic & boſpes munificētiſſime diebus ſingulis colligitur: uſque adeo: ut quanuis ab Franciſco regis Gallo⁹q; ſimul militum in Brixianos aduentus litteris nunciiſq; frequētibus expeteretur: ac uæbe menter accerſereť: ex urbanis tamen deliciis & magna copia rerum: quas ubi per agros comperiebāt: ſe diſſoluere nequirent. Quiſq; enim ut ſunt natura Galli epulis reliquiſq; corporis uoluptatibus dediti: ubi alieno præſertim ſumptu uiuitur: morā interponere ſtudebat. Quinto decimo tandem die poſteaquā Mediolanēſem agrum ingreſſus eſt: ex urbe cū proceribus familiaq; domeſtica laudem: quo præmiſerat: equi tatum proficiſciť. Sub eoſdem quoq; dies & Collioné Franciſcus cum omni equitatu ac peditatu: qui Alexandrino bello interfuerat: in lau denſes accerſiuerat: & copias equeſtres: quas citra padū tranſq; Adduā aut reliquerat: aut ex caſtris poſtea remiſerat: eo adduci iuſſerat. His Renatus copias poſtero die e laudenſibus mouens ad piſleonem ſibi adiungit: & longo agmine facto die tertio Cremonam petit. Rex cum ſuis quod pro eorum more nihil tegmēti ſecum ferebant intra urbem honorificētiſſime recipitur. Collio locis campeſtrib⁹ ſtatiua habet. Inſe quenti autem die ex iis etiam: quæ præſidio Cremonæ erant turmis ſibi additis oliū traiecit. Quinq; & triginta omnino equeſtres fuerūt turmæ: quattuordecim gallicæ: quaꝝ ſagittariæ quattuor ex ferociſſi ma atq; īmaniſſima belgica gente: quam recētiore uocabulo picardam dicimus. Reliquæ ex noſtris erant: & millia circiter peditum duo.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXIIII.

Enatus poſteaq̄ in brixianoꝝ fines uentum eſt: Franci ſci inſtitutione: quo & militibus & iumentis quies daretur: ac pabuli copia ſuppeteret: cuius ad Gaydum ob longam exercitus moram ſumma erat inopia: ad Gambaram uicum remanſit. Collio cum italis paulo progreſſus ad Inſulellam caſtellum regia ac ducalia inter caſtra mediū: eadem de cauſa ſtationes fecit. Horum de aduentu Picininus uenetoꝝq; legati certiores facti: Franciſcū tot auctum copiis longe uenete acie ſuperiorem meliorēq; futurum iudicant: proinde & impetum propediē in ſe facturum: & enixius grauiuſq; aduerſus uene tos bellum quam unquam antea geſtuꝝ rati: optimū eſſe arbitrantur: ſi exercitum incolumē: ſi urbes ſeruauerint: quibus in fide pmanenti bus reliqua quæ ad boſtem aut defecerint aut ui eius in poteſtatem

deuenerint : non minus ſe uel armis rurſus uel pace recepturos confi dere quam prioribus bellis ter iam feciſſent . Præterea byemē inſtare: cuius incōmoda gallos non paſſuros . Nec diu reliquum exercitum in æſtiuis futurum:quas ob res prælio omnino abſtinēdum:per loca tuta & brixiæ nequaquā remota ducendum:& pro boſtis motu rebus cæte ris conſulendū . Bergomum inſuper Cremam Soncinum trans olium amnem.Citra uero pontem uicum. Vrceas nouas.Rboadum.Aſulam oppida ualido munienda præſidio.Franciſc⁹cum regem adiiſſet gratiaſ que egiſſet:omnia conſilia bello aperuit. Rex cōmemoratis gallicæ mi litiæ moribus ſe ad id rurſus repetiſſe Italiam dixit:ut ei florentinoq; populo omnibus in rebus auxilio foret:& uoluntati eorum ſatiſfaceret Propterea eum ſecutuꝝ ducem:& quicquid ſtatuerit facturum.Sperare eo confecto bello rebus quoq; æthruſcis feliciter ſuccedentibus:eorum conſilio atq; ope diuina adiuuante clæmentia : qua iuſti ſubleuantur: iniuſti ſuperbiq; deprimunt : ſuam e barbaroꝝ manibus regnum ali quando recuperaturꝝ.Vnum præterea petere uti eius uolūtate ad uene tos indicendi belli cauſa nuncios liceat mittere.Ea re permiſſa:bellum rex per caduceatorē:quem Galli Araldum dicunt:uenetis indixit. Fran ciſcus eodem die in exercitum rurſus adhibitis omniū ordinum primo ribus de ratione belli gerendi refert & ſingulos ſententiā rogat.Prim⁹ Lodouicus cuius magna erat auctoritas ad orientalem oram flectendū Aſulam oppidum:quod dicionis fuerat paternæ:principio obſidendum ſuadet:eo oppido recepto quicquid ex eo loco Brixiam uſq; ueneti poſſi deant : nullo negotio in poteſtatem uenturum.deinde in Veronēſium fines traiiciendū:ſperare ſe Veronenſes ciues cum uenetoꝝ imperium omni tempore grauiter tulerint : aduerſus illorum tyrannidem arma ſumpturos:facile præterea futurum:ut flumen Atheſim copiæ noſtræ tranſeant : regionemq; eam omnem:quæ inter duas urbes Veronam atq; Vincētiam interiacet:ſubigant exercituſq; ita ditetur:ut parua per byemem impenſa nutriri poſſit:ad bas res conficiendas & cōmeatus ſe abunde daturum : & fluminis utriuſq; tranſeundi facultatē facturum copiaſq; pedeſtres: & quicquid demum bello uſui fuerit ſubminiſtratu rum pollicetur.Collio contra olii aditus in primis recipiendos eſſe cen ſet : quibus in poteſtatem redactis : Cremonēſia municipia ui magna frumenti referta Bergomenſē quoq; agrum & quod demum duo inter flumina Adduam oliumq; ueneti obtinent:ad deditionem ultro uentu rum affirmat . Vrceas nouas inſuper: Rboadumq; oppida in boſtium manu nequaquā eſſe relinquenda . Quod qui urceanis Rboadēſibuſq; imperauerit: ſuperiorem etiam atq; inferiorem brixiani agri partem : quæ in plano mōtaniſq; eſt: ſub iugum mittat:& in fide retineat:opor tet.Hæc certa & præſenti neceſſitati popportuna.Illa incerta:& minus rebus gerendis conductura demonſtrat.Tiberbus ; cæteriq; deinceps:

præter Chriſtophoꝝ taurellum & Donninū parmenſem: qui Lodouico aſſentiebanť collionis ſententiam ſecuntur. Nouiſſime Franciſcus ad Lodouicū cōuerſus. Si eo inquit cum exercitu quem deinceps habituri ſumus: æſtate integra cum uenetis bellum nobis gerendum eſſet: probarem profecto: quæ nunc nō minus prudenter quam commode ſunt ab Lodouico dicta. Sed quoniam: ut uidetis: nō longe ab hyemis abſumus incōmodis: Id nobis hoc potiſſimū tempore conſilii capiendū eſt: qđ & dies & neceſſitas expoſcit. Paranda ſunt nobis his paucis diebus noua militibus hyberna: recuperādus cremonenſis ager noſtrum iam & exercitus nunc uenetoꝝ borreum. Adimēdi ex hoſtium uiribus duo in primis Adduæ tranſitus: quibus Mediolanēſis orientalis ager quotidianis incurſionib? ac depopulationibus non abſq; noſtra infamia uexatur: atq; deuaſtatur. Cæteꝝ inter reliqua quæ hac tempeſtate nobis curæ inſunt: illud maxime animaduertendū puto: quod auxiliares Gallos hymbribus frigoribuſq; hyemalib? inſuetos: nō ut noſtros exercere armis poterimus. Nam ſi longius ab noſtris ſedibus ducantur: quibus nō tam cibaria equoꝝq; pabula ad ſtationes uſq; ſuas ſuppeditari: ſed tecta etiam parari nobis neceſſe eſt: cum nec ſciant nec uelint militiam hanc noſtram perferre: paulatim ab iis derelinquemur. Præterea per abſurdum uideretur: ſi dum in Veronenſibus uenetis bellum inferre conemur: Illi contra centum circiter paſſuum millia ab tergo noſtros fines pturbent: Mediolanēſeſq; ciues ad ipſas urbis foſſas quottidie damnis afficiant. Præſtat igitur: ut ad ſuperiorē prouinciæ regionem ora uertamus: & quæ nobis agenda ſunt: ſumma cura: & uiribus conficiamus. Receptis enim quæ & Bartholomæ? cōmemorauit: & nos oſtendimus: miſſiſq; in hyberna gallis cū milite expedito: ad inferiora brixiani: Veronēſiſq; agri loca iter auertemus: & quouſq; per tempus licuerit: Lodouici rebus nō deerimus. Ea re conſtituta arcem quam ad Gaydum ex limo faſciculis trabibuſq; ædificandā curauerat: peditum præſidio communit: reliquas ad oppidi eius caſtroꝝq; tutelam conſtructas munitiones dirui cremariq; iubet: ne ſi forte ab hoſtibus occuparentur: ad obſidendū oppugnandūq; oppidum adiumento eſſent. Deinde biduo poſt ſtationibus incenſis diebus ſexdecim & menſibus tribus poſteaquā eo uentum eſt cōſumptis pridie idus octobres caſtra mouet & ad Mellam fluuium non procul Gambara: ubi rex exercitus aduentū præſtolabať: decem amplius millibus paſſuum confectis eo die reſedit. Poſtridie ex itinere unum copiis ex omnibus agmen facit, huius equitatus omnis: qui primum eo ipſo die in unum coiuerat in centum & uiginti turmas diuidit: quarum ſingula ex equitibus ſupra centum uigintiquinq; conſtabat: rurſuſq; quo facilius regerentur: quinq; in partes diſtribuebanť. Earum principem: in qua & familiariū & ueterano rum equitū robur erat: circum ſe Franciſc? in firmandis caſtris locandā

retinẽdamq; ſtatuerat : Robertho & Gaſpari uicomercato moderandi cura tradita. Reliquas partitus: Lodouico ſecundam. Tertiam Collioni Quartam Tibertho. Renato poſtremã attribuit. Nec minus pars cuiq; peditatus data. Ex his turmis ſingulis delecti equites ſinguli duas con ficiebãt: quæ ab exercitu ſtationariæ appellabant̃: quod in itinere ante omnes ex ordine intendentibus caſtrorũ in locatione ab rei eius præfe ctis turmæ cuiuſq; ſtatio data cõmittebatur: ita ut aduẽtantibus illis ſciret unuſqſq;: ubi ei eſſet ſtationis locus. Vltra Mellam eo die pro greſſus Baſſianum circunſedit: quod eſt caſtellum inter Manerbiũ & pontem uicum. Id cum ueneto præſidio ſeruaret̃: boſteſq; relictis ad porcianum impedimẽtis Manerbiũ contẽdiſſent: Campan? cum equite expedito ac pedite eo uſq; ſpeculatũ: ubi a noſtris caſtra ponerent̃: præ curſores ab frõte laceſſere cœpit: & in anteriores agminis turmas quæ nondum eo puenerant: reppulit. Franciſcus & ſi locandis caſtris impe ditus: tamen altera ſtationaria turma Campanũ ab inſequẽdis ſuis re primit: longeq; ab municipũ ædificiis amouit: & quoniã qd in prælio galli poſſent: ſuo ſine periculo experiri optabat: opportunitate oblata duas ſagittariorũ turmas medium per agmen celeriter accitas: quod nouiſſima in parte uerſabant̃: in fronte locat: eo animo: ut cum primũ conſerere manus in prælio foret opus laxarentur in boſtes: ſed lingua moribuſq; longe ab noſtris differẽtes Galli nullo temperamẽto nullo que imperio a temerario incurſu contineri poterant: Nam cum mode randos docendoſq; iuſſiſſet Franciſc?: ut quid facturos eos uellet: cogno ſcerent: tanto impetu ululatuq; ſimul ferebantur: ut præcepta negli gere: omnia ſibi licere: & boſtem in manu iam habere uiderent̃: quorũ amentiã furoremq; animaduertẽs Frãciſcus: pugna deinceps eos abſti nere iuſſit. Hoſtes interim repulſi terga uertunt. nec prius reſtiterunt: quoad Manerbium ad exercitum curſu puenerunt: cum ibi picininus non ſatis tutum ſe exiſtimaret. Porcianũ in ueteres munitiones rediit. Franciſcus locatis caſtris ad caſtelli oppugnationẽ conuerſus per regiũ caduceatorẽ tubicinemq; ſuum municipib? enunciat: uti ſtatim caſtel lum præſidiumq; traderent: niſi tradant: nullum fore poſtea pietati nullum precibus locum: feritati crudelitatiq; gallorũ obiiciendos. Hac municipes acri cõminatione: & magnitudine exercitus perterriti: ſeſe ac præſidium nocte inſequenti dedidere. His rebus geſtis in pontem uicum die poſtero mouet: pedite ac equite Baſſianẽſi arce peregregie munita. quæ ab tergo minus quinq; paſſuum millibus totidemq; Ma nerbio proxima relinquebat̃. Caſtris oppidum cingit: pontem in olio faciendum curat: eoq; nocte proxima celeriter confecto: poſtridie Rena tus cum ſuis flumen tranſit: ad Rebecbum ſibi locum deligit: propin qua per ædificia ſtationes militibus diſpartit̃ Italicis turmis: ne quod per pontem alterum: qui ut ſupra demonſtrauim? : ex eo oppido ad

Cremonẽſes pertinebat ſubſidium obſeſſi accipiant:negotio dato.Cæte rum Franciſcus oppidi expugnationi intentus trinas in aggerem uallũ que bombardas Ferlini pedemontani artificis peritiſſimi:& fama clari opera uſus diſponit:cumque biduo frequenti quaſſata ictu dirui eſſet cœpta munitio:appareretq; ſatis ampla in pariete aggeris:uallique ruina cupiditate diripiendi oppidi feruere cœpit exercitus omnis : cunctatio nemque ducis uulgus incuſare.adeo ut eo inſcio a gregarioꝝ multitu dine inermi facto in foſſam concurſu:ingrediẽdiq; oppidi periculo lapi dibus & trabibus ex occulto coniectis imperita plebs obruta multis ac ceptis uulneribus depelleret̃:præcepſq; in foſſam prorueret.At Franci ſcus & ſi grauiter pturbatus:quod ſuo iniuſſu quod exercitu rebuſque ad pugnam imparatis : quod die pugnæ non dicto inuadere quiſq̃ ſit oppidum auſus:cũctos increpabat.Et ne ſpatio obſeſſis inextremo ſalu tis periculo laborantib?dato difficilior redderet̃ pugnãtibus ingreſſus. Inſtaurare ei magis milite armato inchoatam quam dirimere pugnam placuit.Itaq; extemplo armari exercitũ imperat . Baſſianum præmittit exploratum:qui renunciet : quid hoſtesfumi ſignificatione ex oppido de pugna certiores facti gererent.Renatus ea de re rumore perlato:ad eum mittit poſtulatum:uti Gallis oppidi oppugnãdi negotium daret̃: quo illorum uirtus eo præſettim belli initio in exercitũ regioneſq; re famaq; proderetur.Ad hæc Franciſcus:nequire cœpta iam pugna abſq; graui decertantiũ totiuſq; exercitus contumelia inde quenquam reuo care.Certamen adhuc eſſe integrum:poſſe ſuos eo milites trãſmittere: ubi ſuam cuiq; uirtutem experiri liceret. Hoc reſponſo accepto gallo ꝝ præfecti:quorum Fredericus regius gener:& Lodouicus Bellauallẽſis principes erant:facta phalange oppidum ea parte inuadunt:qua certa men aberat:quaue Gallicæ ſuperbiæ proxim?ſe obtulit abeundi locus: ubi forte maior erat aggeris uallique altitudo:neq; tamen reſtitere:neq; pedem rettulere : donec conferti foſſam ripamq; præruptã maximo cũ labore ſuperauere:& poſt eaquã ad aggerem eſt appulſum:rem gladiis baſtiſq; magno impetu edidere. Verum pauliſper cum decertatũ eſſet feſſi armoꝝ onere caſſidumq; labore confecti : ubi maxime primo con greſſu ſpem ſe ingrediendi oppidi fefelliſſe uiderunt:pugna exceſſere: armiſq; illico humi proiectis nullo hortatu neq; certamẽ ab ſe initum redintegrare:neq; pugnare cũ cæteris uoluere . Interea pugnãte altera ex parte ad ruinam exercitu :?contra oppidanis & præſidio militũ egre gia uirtute & ſingulari quadam in uenetos fide reſiſtentib?munitionẽ rurſus bombardaꝝ ictibus percuti interdum Frãciſcus iubebat.Defen ſoreſq; item : qui thorace & chriſtata galea præter cæteros in apertum frequẽter apparebant omni miſſiliũ genere ex turrib? e regione erectis cædi curabat:Nec prius quieuit:nũc huc nunc illuc impigre excurrẽdo turres ipſas aſcendẽdo:& reliqua oppugnationi ei opportuna obeundo:

donec milites quidem in limine ipſo ruinæ obſtinate perſiſtens æneo inſtrumẽto: quod colubrinã Galli uocant: ictus cecidit: quo caſu primi extemplo intra munitionẽ proſiliũt: Cæteraq; deinde ſubſecuta pugnã tium multitudo captis primo oppidanis undiq; oppido potiunt̃. Bona prædæ permiſſa diripiunt: multiſq; modis diſtrabunt: qđ cum Gallica conſpexiſſet multitudo: in oppidũ & ipſa cõcurrit: cumq; omnia præter uenetos milites armis ueſtimẽtiſq; nudatos: Mulieres inſup & pueros compræbenſa inueniſſent: ira incenſi præſertim qui erant ex gente pi carda & mulieres pueroſq; trucidare: & in præſidiũ ĩmaniſſime ſæuire cœperunt. Hac tanta crudelitate exterritæ matres: exterriti uicti: ad Ita los confugiunt milites orantes: ut ſummi dei pietate eos ſeruare ſuiſ que corporib⁹ protegere uelint: ob eam rem magna exorta contentione fit ubiq; clamor: ubiq; cædes: & frequens ubiq; flætus: Nam cum non tam ab deuictoꝝ: ſed ne quidem ab noſtroꝝ cæde homines feri tempe rarent. Milites noſtri bis concitati iniuriis: in gallos per oppidum erra bundos concurrere: eoſq; paſſim interficere coeperunt: quod ubi Franci ſco renunciatũ eſt: mittit cõtinuo: qui cruentum dirimerẽt diſcrimen: quoꝝ opera non abſq; ingenti etiam ducis labore ſeditio foeda atrox que pacata: & odia poene ĩmortalia ex gentis utriuſq; animis ſublata: ſeruatæ cum liberis in templo matres: uincti redemptionis cauſa mili tes ſine pretio dimiſſi: Non tamen ita liti ſeditioniq; celeriter occur ſum: quin permulti tam ex uictis quam ex gallis cæſi: maiorq; ædificio rum pars: quo ſe fugientes Galli recipiebant: incendio conflagrarit: cum extingui uagantem ignem Franciſcus non poſſe uideret: accederet que etiam: quod ſciebat oppidanos ſuapte natura uenetis fauere quæ ſuperfuerãt ædificia exuri ac euerti: & oppidum ab incolis deſeri iubet. Ex hac pontis uici clade: quæ fuit ſane fama quã re ipſa maior: tantus eſt repente per loca terror perlatus: tantaq; gallicæ crudelitatis hominũ animis iniecta opinio: ut ad oppidorum poene foſſas uiri gallos adeſſe exiſtimarẽt: mulieresq; pauidæ iam ante pedes liberos uiroſq; trucidari conſpicarent̃: Nec minus in ipſa etiam brixia a multitudine trepidatũ quam ſi ab infeſto circũſepti exercitu ciues muros urbis gallos conſcẽ dere intuerent̃: & adeo per eos dies de illoꝝ feritate rumor increbruit: ut nullo fere humano auxilio ab eorum ui regionis incolæ ſe defendi poſſe putarẽt: quare Cremonẽſes primo municipes: qui uenetis exacto iam anno paruerant: præter Soncinates & Romenẽgates: quod ualido boſtiũ præſidio tenerent̃: nulla ui in Franciſci fidem rediere. Quibus confectis rebus caſtra in brixianoꝝ fines mouentur. Municipes quoq; regionis eius Franciſci ſeſe fidei ꝓmittere coeperunt. Manerbienſes de inde quoꝝ oppidum magno peditum numero muniebat̃: unius noctis mora præſidio incolumi in deditionem recepit. Manerbienſib⁹ in pote ſtatem receptis: tanta deinceps fuit municipũ ſeſe dedentium acceſſio:

ut de celeritate defectiõis inter ſe certare uiderẽt. Nam ab oppidanis præſidia aut compræbẽdebant: aut oppidis eiiciebant. Arces a præſidiis quorum fidei in tanta rerum ꝑturbatione cõmittebant: non modo quæ procul: ſed quæ minus paſſibus mille ab uenetoꝝ caſtris aberant: ultro noſtris tradebant octaua demum die poſt pontis uici euerſionem totus brixianus ager: qui in planicie poſitus eſt: præter urceanum in Franciſci deuenit poteſtatem. Hoc tam repentino motu: militumq; perfidia hoſtes perculſi quid agant nullo certo conſilio ſatis decernere poſſunt. Cõmorari in iis munitionib?: ubi tot iam menſibus ſtetiſſent ꝑiculoſum putabant. Quo ſe uero conferant: ne fugere uideant: præter brixiam nullus certus afferebatur locus: eo ſi ſe reducant: profectionẽ fugæ ſimilem futuram: nec ſine magno auctoritatis ſuæ detrimento populoꝝq; terrore id fieri poſſe animaduertebãt: quod ſiqua iis qui ad huc in fide ꝑſtiterant auxilii ſpes relinquebat: ea profectione adimebatur. In bis rerum anguſtiis uiſum eſt legatis exercitum in primis incolumem quẽadmodum paucis ante diebus conſtituerant: omnibus poſtbabitis rebus ſeruandum: quem niſi ad Brixiæ munimẽta reducant: illius ſaluti cõſulere minime poſſe arbitrabant. bæc cum per eos noctu res ageretur: nõ prius eſt in concilio deliberata quam ſuas quiſque ad urbem miles ſarcinas mittere cœpit. Deinde inſequenti mane ex toto exercitu uno agmine facto impedimẽtis milites immixti brixiam tanta feſtinatione nullo ordine petere contendunt: ut profligati fugatiq; uiderẽt. Ad urbis tamen moenia non prius quam die poſtero ꝑuenere: quod eos non tam itineris incõmoditas quam proficiſcendi celeritas: cum alter alteri impedimẽto eſſet: tardauerat: quo tempore legatis inter impedimẽta ac multitudinẽ: nulla quiete corporis animique data: militibus ingenti tumultu ingredi urbem conãtibus portæ claudunt. Verebant enim ne ſi tantam multitudinẽ nimia ducis licentia inſolẽtem intra urbem recipi paterentur: in ſummo ciuitatem periculo ponerent: ſed cõmuni omnium conſilio baud longe ultra urbem deducẽdo exercitu re conſtituta inter montis radices: & fluuium quendam a Cleſo amne deriuatum: quem nauigium dicunt: locus caſtris omni ex parte tutiſſim? deligitur. Debinc poſito metu duces caſtella & oppida: quæ nondum ad Franciſcũ deſciuerant milite munienda: & in officio continẽda ſummo ſtudio curant. Hæc poſteaq; Franciſcus reſciuit: boſtium admiratus ignauiam moleſtiſſime quidem tulit ereptam ſibi pugnandi poteſtatẽ. Brixianis ut ſupra oſtendim? campeſtres agros incolentibus ſubactis: regionem montanã petit: Rboadum oppidum loci natura muro & militum manu ꝑmunitum magna ui tormentoꝝ adoritur: oppidani inſimulati quod poſt carauagiẽſem pugnam ultro ſe Franciſco dediditſſent: ꝑtinaciter in uenetoꝝ fide perſiſtunt: & non modo ædificioꝝ euerſiones: multoꝝ uulnera acædeſq; perferunt: ſed

omnes uitæ pericula ſubire patiuntur. Nam quo celerius ad ſe dedendum redigant: non oppidi ſolum muri diurnis nocturniſq; bombardarum ictibus feriebant: ſed intra oppidum uicatim eo continuo cæcoq; lapidum pulſu & ædes ruebant: & humana ſimul corpora cædebantur. Dum uero Rhoadum oppugnat: facta cunctor̃ ſupioris eius regionis populor̃ deditione: tres item palatiolenſium byſeanor̃ & uallis camonicæ arces oppugnãdas Franciſcus curat: Romanũ & Martinengũ oppida: & quod eſt agri inter Bergomũ flumenq; olium miſſis de traditione nunciis Collionis opera in ſuam accipit poteſtatẽ: mittitq; præterea duos fratres Sacramorẽ & Petrum Franciſcũ uicecomites: & alios item duos Antonium & Franciſcũ ex ſicca familia fratres in tranſadduanũ agrum: quorum aduentu pulſis per ea loca uenetor̃ præſidiis: captiſq; præfectis Brinianẽſes primo: mox deinde Triuilienſes Carauagiẽſeſq; deduntur: quorum exemplũ reliqui prouinciæ eius populi præter Cremenſes continuo ſecuti idem faciunt. Nec multis poſt diebus quicqd inter Adduam & Bergomũ a uenetis tenebatur: duabus Bripienſi baitenſiq; arcibus exceptis Franciſco traditur. Sola in Bergomenſib? urbs uenetor̃ in fide relinquitur. Rhoadenſes poſt octauum oppugnationis diem Conticino carpenſi cum præſidio incolumi facto in deditionem recipiunt. His rebus ſecunde geſtis: cũ nihil in montanis reliqui eſſet: quod eo tempore oppugnãdum uideretur. Franciſcus in planum reuertens urceanor̃ oppido admouit: quod cum circũuallare caſtris intenderet: nec ſatis ad rem obeundam copiæ ſuppeditarent ſtationes gallis per proximas uillas uicoſq; facientibus uno fere tempore ex ætbruria Alexander: quo iuerat itinere: eodem ꝑuenit. Nam quæ ſuperiore anno ferdinãdus occupauerat: florentinus non multo labore recuperauerit: quod ferdinandus paterno exercitui ſeu pecuniæ inopia ſeu copiarum paucitate diffiſus in Senẽſibus reſederat. florentini rebus amiſſis recuperatis Alexandr̃ non tam cum iis: quos ſecum ex ciſalpina gallia in ætbruriã traduxerat: ſed maiore equitum numero auctum: Sigiſmũdo in ætbruſcis retento: quo maiorib? ueneti uirib? opprimerent in longobardiam ad Franciſcũ remittunt. Eius aduentu tot creuit exercitus copiis: ut oppido omni ex parte circũſepto: nulla ad duces: neq; ad eos a ducibus ulla ſit tranſmittẽdi cuiuſquam relicta facultas. Franciſcus ad oppugnãdum oppidum conuerſus: quinas bombardas eodem fere tempore diſponit: & per ſubterraneos meatus trabibus cratibuſq; contectos perq; legatos continuoſq; aggeres in foſſam irrumpere contendit. Nec ullo ab eo opere ceſſatum tempore: donec non ſine tamen graui exercitus labore ac multor̃ uulneribus cædibuſq; foſſam in ipſam peruentũ eſt. Erat oppidum ab uenetis ualido ꝑmunitum præſidio Bertholdo æſtenſi: Iohanne uillano armigero carreto: de cui? uirtute in uiglebiẽſi oppugnatione mentionẽ fecimus præfectis. Sed totius tamen imperii

cura Bertholdo demandata: ſumma præſidii ad equitum mille peditū que totidem: quibus cum diem noctemq; præfecti tum omni miſſiliū genere tum eruptionib? nunc caſtra uariis in locis inſultare: nunc mili tes opere ad munitiones occupatos cædere ac ꝑturbare non deſinebāt. Hac Franciſcum urceanoꝝ oppugnatione corpore & animo inquietum Soncinenſiū deditio propemodū ſubleuauit: deditionis campani diſceſ ſus cauſa fuerat. Is enim paucis ante diebus Soncinēſibus ipſis præſi dio præfectus : cum primum de Franciſci in urceanos aduentu cogno uit : quorum oppidum non amplius paſſuum millibus quinq; ab Son cino abeſt: mœnibus : oppidanoꝝq; animis diffiſus relicto oppido Cre mam noctu confugerat: Soncinēſes præſidii eius metu liberati miſſis confeſtim in caſtra legationibus oppidum: & populi multitudine & re frumētaria opulentum Franciſco dedidere . Quod magno ad ꝑſequen dam oppugnationē uſui fuiſſe conſtat: nam ab ea parte & caſtra & Cre monēſem agrum ab omni boſtili inuaſione tutū reddidit: & ut maior ad exercitum ſine periculo cibarioꝝ copia importaret̄: effecit : & refu gium ægris miſeriſque eo maxime tempore opportunū parauit . Inter hæc miro coniugis deſyderio ſecundis maxime undique rebus Blanca Cremonā. Venia deinde ab Frāciſco litteris impetrata ad eum in caſtra proficiſcit̄ grauibus belli curis quottidianiſq; laboribus affectum mul tis rerum incōmodis: & ipſa prope byemis acerbitate preſſum mirum in modum recreans non minore animi lætitia atq; bonore ſuſcepta: ac ſi inter magnam rerum copiam Mediolanēſeſq; delicias uerſaret̄: neq; tamē uxorio officio iis rebus quæ uel bello uel præſenti oppugnationi uſui erant: ullo diurno nocturnoq; tempore defuit non ingens ueneto rum uis: quæ adeo per eos dies magna terribiliſq; fuit: ut nō militum tentoria: tabernaculaq; ſolum ubiq; in caſtris ſtrauerit: diſſipauerit q: ſed q̄plurimas per ea loca arbores euulſerit . Non crebri bymbres non niue ab oppugnatiōe deterruerūt: quouſq; pars arcis diu quaſſata conci dit: foſſāq; ruina ingenti repleuit: Murus item & agger arci proximus ſic frequenti tormentoꝝ ꝑcuſſione ſtratus eſt: ut non difficilis in oppi dum pateret ingreſſus. Quod cum præfecti omni ſpe ſubſidii deſtituti intuerent̄: & nō mediocri metu ſimul oppidani quaterent̄ de deditione agere conſtituerūt: nec diu in petendis condicionib? morati die poſtero Bartbolomæi quarterii: quē biduo ante pugnando ceperant: interuētu uſi oppidum tradidere: præfectos Frāciſcus: data fide publica: quam per omnē ætatem inuiolate ſancteq; ſeruarat: ad ſuos ſaluis rebus remiſit: quibus picinin? legatiſq; : nulla de oppidi deditione accepta ſatiſfactio ne : quāgrauiter ſuccenſere & in eoꝝ aliquos animaduerti iuſſere. Fran ciſcus urceanis in poteſtatem acceptis : Renatum regem cum Gallica manu placentiā bybernatū tranſmittit: Angelum ex campoſyluio cum parte copiarum Romenēgum: quod adbuc in boſtium erat poteſtate:

obſidere iubet: qui cum triduo illud tormentis oppugnaſſet: quorundam oppidanoꝝ opera introductus præſidium armis boniſq; omnibus nudauit: oppidanoſq; in fidem receptos ſeruauit. His confectis rebus & ſi byems glacieſq; omnia impediebāt: tamen rerum ſtatus faciebat: ut quod iam animo Franciſcus ſtatuerat: nequaquā prætermittēdum putaret. Cremenſes & Bergomēſes fere ſoli: ut ſupra oſtendimus: intra olii Adduæq; fines in uenetoꝝ fide perſtabant. Hos uno ac eodem tempore per byemem obſidere: & in poteſtatem redigere confidebat: quod & Bergomēſia facile ſuburbia capi: exercituſq; ibi partem tuto cōmodeque bybernare: Cremam item perꝓximos uicos in munitionē adactos collocato milite obſtringi poſſe cognouerat. At Lodouicus qui ab eius uſq; belli initio magno quidem ſtudio ad inferiorem brixiani agri partem duci exercitum aſſidue contenderat: rurſus orare atq; inſtare: ut in Aſulanos flecteret: Collionēq; cum uenetis conſpirantē retineret, idem de collione Gaſpar uicomercat? affirmat priuſquā in byberna mitteret: in eum animaduertendū ſuadens. His conflictatus Franciſcus: quāuis tantam potiundæ Bergomenſiū urbis Cremenſiſq; oppidi occaſionem amittere omnino uidebat: idque ægerrime patiebat. Tamen Lodouici quem unum: ut par erat: cariſſimū babebat: cauſam ſuo commodo ante ponendam duxit: In collionem nibil ſtatuendum fore putauit: quod bominē multis ſibi deuinctum beneficiis: & qui præterea ab uenetis magnis pollicitationib? ſollicitatus in officio māſiſſet: baud in ſe mali quicquam molituꝝ: inducere in animum poterat. Accedebat ad bæc: quod eum non fugiebat: qua illum ſimultate Gaſpar inſectaret. His de cauſis depoſita ſuſpitione: Collionē in Bergomēſes cum ſuis byemantum miſit: & uelut regionis peritum & gelphæ in ſua patria factionis principem ei bello præfecit: utq; inde bominē maiore beneficio affectū beniuolētia atq; gratia in officio contineret: caſtello arquato in placentino agro: Martinēgo: Romano: Colonio: & aliis quidem pluribus in Bergomenſiū finibus oppidis donauit. Ipſe uero Alexandro urceis: & Tibertbo claris Rboadiq; relictis: cōiugeq; in primis Cremonā remiſſa cum Lodouico: duabuſq; turmis expeditis Kalen. decembrib? multo cum frigore Marcariam: & in Mantuanū agrum ſecundū olium amnē proficiſcit eo conſilio: ut inde cum omni apparatu oppugnandi oppidi Aſulanos peteret. Lodouicus locato per uicos Marcariæ ꝓximos milite magnam cratium cōmeatuumq; copiam non tam ad bominū quam equorum uſum importandā magnūq; ſimul foſſoꝝ numeꝝ uniuerſæ dicioni ſuæ imperat: quibus rebus octauum intra diem comparatis: militibuſq; omnibus uti poſtridie quendā ad locum cōuenirent: iuſſis forte inſequenti nocte magna bymbriū coborta tempeſtas eam in Aſulanos profectionē retardat: ſecundam item atq; tertiam paucis interiectis diebus conſtitutā importuni temporis fluctus morant: poſt plures

uero dies cælo ſereno uentiſq; a ſeptẽtrione flantibus: cũ eodem quar to pararetur iter: uelut ex compoſito magna uis niuiũ ſubito coborta auertit ab incœpto:interim Blanca rurſus ad Frãciſcũ & Barbara Lodo uici coniunx clariſſima mulier & ad uiſendum uirum : & ad ſuſcipien dam complectendãq; Blancam:quam unice & mutuo diligebat:uenit Cumq; adeſſet chriſtian?natalis ſæuireq; byems pergeret : Mantuam ſimul proficiſcunt. Ibi nõdum triduo peracto fit Angeli acciaroli alio rumq; multoꝝ litteris nunciiſq; Frãciſcus certior:Renatum cum repe tere Galliam ſubito quodam motu ſtatuiſſet intra quatriduum omni bus relictis rebus diſceſſuꝝ : nec cohortationib? nec precibus ullis ab inſtituto moueri:aut flecti poſſe. Qua re cognita:regis ætate iam gra uis:inconſtantiã admiratus:quem & florentini:quibus ſtipendii iure obſtringebat & ſpes occaſioq; repetendi ab Alphonſo regni aliena im penſa non per anni modo tempus:ſed quoad uixiſſet:in Italia detinere debuiſſent : ad eum magnis itineribus contendit ſi ullis condicionib? ab propoſito reuocare poſſit:quantum enim illius Italiæ finibus receſ ſus detrimenti ſuæ ſocioꝝq; auctoritati ſeu ad gerendum bellum ſeu ad componendã pacem pro hominũ opinione illaturus eſſet:facile per ſpiciebat:cauſam diſceſſus pcunctatus : repperit eſſe leuem:nam ſola muliebri cura in tanta rerum mole mouebatur ſui etiam uno omnes animo præter Iohannem coxam neapolitanũ exulem propenſiore quo dam ſtudio eandem in ſententiã confirmare conabant : Nam ut ſunt faciles ad ſuſcipienda bella gallorum mentes:& parum ad incõmoda: laboreſq; perferendos reſiſtentes:ſatiati trimeſtri Italica militia: quæ ei duriſſima uiſa eſt:excedere Italia maximopere cupiebant.Rex poſtea quam multis ſe argumẽtis facile uinci ab Franciſco uidet : quid in re acturus ſit:ait:ſe nocte inſequenti conſultuꝝ : aperteq; poſtea reſpon ſurum . Mox per Iobánem coxam: aduocato concilio aſtans reſpondit moleſtiſſime ſiquidem ſe ferre : cum ſui ipſius:cuius etiam res ageba tur:tum uel maxime Franciſci:& florẽtinoꝝ cauſa id ſibi hoc tempore negotii dari:quo redire propediem in patriam neceſſe ſit:nec poſſe ullo pacto niſi grauiſſimo ſuo ſuoꝝq; detrimẽto.paratum iam iter in diem ducere:proinde rogare:ut præſentem ex Italia profectionẽ quam certe inuitus aggrediebat æquo pateretur animo . Quam quidem rem non dubitabat illum ac florentinũ populum pro eorum ſapientia atq; mo deſtia eo minus ægre laturos:quo eorum res cõmunium boſtiũ rebus non ſuo auxilio: quod exiguũ fuerat:ſed dei optimi maximi clæmẽtia multo ſupiores relinquebat:præterea tempus belli gerendi in byemẽ deductum:boſtes nil conari poſſe.Vere Iobánem calabroꝝ ducem uni cum filium in Italiam miſſurum: quem & conſilio & armis nõ minus quam ſi ipſe coram adeſſet: omnia pro eorum commode diligẽtiſſime facturum ſperaret.Reliquũ eſſe:ut Renatum andegauẽſemq; domum

ea amicicia atq; beniuolentia complectereť: proſequereť q; : qua pater eius Spbortia dum uixerat : & ipſe hactenus conſtātiſſime omni tempore proſecuti fuiſſent: quod ut faceret deinceps: rogare plurimum: ſe præteritor; beneficior; : quæ ampliſſime ad meritor; cumulum acceſſerant: ubi referendi facultas eſſet: non immemorē: ſed talem erga eum futurum : qualem gratum regem deceret: boc reſponſo: ubi perſtare in ſententia regem Franciſcus uidet : quem alieno magis quam proprio conſilio agere cognouerat: baud ea in re amplius contendendū ratus : non ſe eum eſſe hominem ait: qui ſuo commodo uelit amicor; incommodum: placere ſibi quod remigrandi conſilii cepiſſet : eo ſua uteretur uoluntate . Vnum tamen ſibi negandum non eſſe: ut priuſquā Italiæ finibus excederet: ut oppida: quæ in Alexandrinis Guilielm? occuparat: reſtitui iuberet. Ad bæc Renatus poſt multos ultro citroq; ſeorſum habitos ſermones : ſe ad proximos reſurrectionis dominicæ dies ex ſuis aliquem ſenatoribus: qui ei liti modum imponeret: miſſurum interim per inducias uiuendum dixit. Frāciſcus bis peractis Marcariā poſtridie regreditur . Renatus copiis impedimētiſq; omnibus præmiſſis triduo poſt placentia egreſſus in Aſtenſes die quarto ꝑuenit : impetrataq; per Taurinenſem agrum Sabbaudianoſq; montes tranſeundi facultate in prouinciā magnis itineribus contendit. At Marcariam cum appuliſſet Franciſcus: omnem fere exercitus ignobilem multitudinē in tumultū excitatam: & in Lodouicum maxime cōmotam inuenit. Querebantur mirum in modum gregarii equeſtris ordinis milites : quod Lodouici cauſa in tanto frigoris borrore illud temporis quod ad quietem militibus dari ſoleat: ſibi adimereť : quod tot priore anno labores perpeſſi bybernis probiberenť . proinde ſi ab beris ſuis eo tempore perſeuerare in caſtris cogerentur quod non ſine ingenti ſuo exercituſq; labore: atque incōmodo : & equorum internicione fieri poſſe manifeſte apparebat : nequaquā ſe obtēperaturos: quinīmo in eos arma ſumpturos: protinuſque deinde ad hoſtes tranſituros magnis uocibus & teſtabanť : & pronunciabant: ſed bis poſteaquā Franciſcus grauiter interminatus eſt: ac dominos quor; opera: atq; impulſu in tantam homines perditos amentiam prorupiſſe compererat: peracerbe obiurgaſſet: capitiſq; pœnam iis qui non paruiſſent: ſtatuiſſet: eos ſtatim tumultus ita repreſſit: ut ſilentio ubiq; facto: ſua quiſq; ad tentoria diuerteret: ſeque dicto auditur; diceret. Cumq; in priore ſententia ꝑſeueraret in Aſulanos duci placuit ad ſuſcipiendū. Niue igiť : quæ plures dies expeditioni ei impedimēto fuerat exbauſta die undiq; lucida : & uento ad cæli ſerenitatē proſpere oblato ad aquam frigidam uicum nō longe ab Aſula ducit eo conſilio: ut poſtero die oppido admoueret: ſed nocte ꝓxima magna ex inſperato atq; ex integro adorta nix eſt. Hac ꝓmotus territuſq; nouitate Lodouicus mane Franciſcum in banc ſententiā compellat . Si bactenus ab eo

cupidius petierat: ſi in ſtando interdum moleſtus fuerat: uti exercitus in Aſulanum agrum duceretur: ſe ſcire pro eius humanitate: & præci pua erga ſe beniuolẽtia id æquo animo tuliſſe: & pro ea re ueniam faci lem ſperare: Magnitudinẽ rei feciſſe: uti apud eum ita contẽderit: quo Aſulani homines infidi & proterui in ipſis prope dicionis ſuæ foribus agros poſſidentes ſibique admodum infeſti hoc motu ad ſanitatem re uerſi pertinacia deſiſterent: & fidem in antiq̃ redirent: uel obſidione & ui ſubacti in poteſtatem redigerent̃: quippe qui: uti probe ipſe nouiſ ſet: cum multos per annos paterno imperio paruerint: eo quoq; duce quartodecimo iam exacto anno ad uenetos defeciſſent: qua in re neq; eius defuerat officium: neq; optimum erga ſe eius animũ ſibi defutu⁹ ſperabat: quandoqdem neq; exercitum: neq; eũ ipſum ullum unquam aut fugiſſe aut recuſaſſe laborem uel impendiũ perſpexerit. proinde im mortales gratias agere. Sed poſteaquã ſeu quod dies byberni ſic fere bant, ſeu quod dei ſummi conſilio prohibebant̃ Aſulano⁹ potiundi op pidi facultatẽ tum ſibi ademptum uidebat: nec ipſe dei uoluntati ubi nec ualeant: nec uelit ſi poſſint obſiſtendum amplius cenſebat. Itaque dimittendũ eſſe quãprimum in byberna exercitum: cæterum dandam rurſus operam: ut ea quæ primo uere ad gerendum magnis uiribus bellum uſui forent: ſummo ſtudio compararent̃: Frãciſcus pauca Lodo uico reſpondit. grauiter moleſteq; ferre: quod tanto propugnãdi oppidi apparatu: tanto mantuano⁹ detrimento re nondum cœpta tot undiq; circũuenti impedimẽtis proficiſci in byberna cogantur: qua quidem in re deum hominesq; teſtari ſe neq; conſilio: neq; ſtudio: neq; copiis de fuiſſe: uerum hæc forti perferenda eſſe animo: quæ præſertim ab negli gentia aut imprudẽtia orta non ſint. proinde hortari: ne de recuperãdo oppido deſperet: Nam ubi per tempus licuerit: conſecutu⁹ non dubi tare. Mox cum inter ſe de magnis rebus remotis arbitris diu conſultaſ ſent: Franciſci exercitus in cremonẽſes parmenſes & placẽtinos byema tum diſtribuit̃. Lodouicus cũ ſuis in mantuano agro relinquit̃. Franci ſcus Cremonã deinde Mediolanũ proficiſcit̃: pontemq; quem biennio ante ueneti apud Ripaltam in Addua magno artificio: magnoq; tranſ adduano⁹ labore atq; impenſa ædificauerat: reſcindi confeſtim inbet. Brippii inſuper & Baieti arces ualidis oppugnatæ tormentis uno fere tempore per deditionem ſunt in poteſtatem acceptæ: per idem tempus uenetor⁹ legati maiorem exercitus partem ultra atheſim in byberna mi ſerunt. Picinino qui citra Mincium amnem remanſerat: bybernis circa Benacum deſignatis: qui ne bis in locis ſegnis eſſet nunc mantuano⁹ fines incurſionib? uexabat: quibus diebus uoltam oppidum occupauit: nũc brixiam prætergreſſus: eam brixienſis agri partem: quam in plani cie Franciſcus obtinebat: infeſtabat. Sed hinc Lodouico: hinc Tibertho milite inſtructo occurrentib?: repulſus aut brixiam: aut unde digreſſus

fuerat nulla mora refugiebat. Noſtri crebrius atque infeſtius ad ipſas uſq; urbis portas progreſſi grauia detrimenta afferebant. per hunc modum pars byemis reliqua conſumpta. Dum hæc geruntur: ſummus pontifex & officii ſui honore: & eccleſiæ dignitate ductus: principibus Italiæ ſcribit: ut ad ſe de pace legati mitterent: quod graſſantibus in chriſtianam religionem Turcis ſtatuebat chriſtianoꝝ malis futuriſq; cladibus quoad poſſet: conſulere. Quibus rebus niſi pacata Italia communi omnium conſilio atq; uiribus occurreret: nequicquã ſe conatuꝝ intelligebat. eius dicto obtemperantib? cæteris: Franciſcus Sceuam curtem & Iacobum triulcium cum bis mandatis Romam miſit: ut florentinoꝝ adhibitis legatis qualis eſſet ad complectendã pacem pontificis animus: quod ipſe & pacem non recuſaret & bellum non formidaret cognoſcere curarent: deinde pontifice in utranuis partem inclinante omiſſis ſeu iudicis ſeu aduerſarioꝝ ambagibus mandata exponerent. Cum igit omnes Romam legati cõueniſſent: hæc in primis Alphonſi uenetoꝝq; legati detulere pontifici. Si id ſumptus qđ aduerſus florentinos rex feciſſet: quandoqdem illi comitẽ Franciſcũ: hoc enim ſolum dignitatis nomine uigente bello aduerſarii appellare ſolebant: uenetis ſociis arma inferentem pecunia iuuiſſent: dependerint: ſi dominatui item ueneto comes ipſe id agri: quod in eorum finibus occupaſſet: reſtituerit: ſi Cremonã inſuper urbem tradiderit: padum & Adduam utriuſque imperii fines fore permiſerit: Regem uenetoſq; ſenatum cum iis pecem facturos. Franciſci autem florentinoꝝq; legati contra ita cum pontifice egerunt. Brixiam: Bergomum: & Cremam Franciſcũ Sphortiam Mediolanenſiũ ducem depoſcere tum iure belli: qđ oppida ipſa ſuis circũdata finib? ſuo quoq; exercitu oppreſſa non diu eſſent in uenetorum poteſtate ꝑmanſura: tum quod per iniuriam uimq; iuſto poſſeſſori: in cuius locum ſucceſſerat: erepta: iure optimo ad ſe ꝑtinerent: florentinũ quoq; populum Caſtellionũ piſcariæ oppidum: quod rex Alphonſus priore bello cepiſſet: ſibi reſtituendum: quodq; iniuſte ab eo rege laceſſiti fuiſſent: dum ſocium iure fœderis ſuis opibus iuuiſſent eam: quam fecerant impenſam: ac multa & grauia inſuper damna: quæ paſſi ſint: reſarciẽda poſtulare. His poſtulatis ſi ſatiſfecerint aduerſarii: Mediolanenſiũ ducem florentinũq; populum cum iis pacem libenter inituros. hæc ſeparatim ab legatis propoſita: quæ nõ tam factu quam tractatu duriſſima nõ ingrata pontifici fuere: Ná qđ iam de bello habebat in animo: facile bis tot tantiſq; certaminibus abſq; ſua & apoſtolicæ ſedis ignominia efficere poſſe arbitrabatur: Italiæ nanq; pacem magnopere palam appetere uidebatur: ſed clam omnibus uiribus bellum alebat: quod longobardiæ prouinciæ quietem in eccleſiæ finibus bellum parere cõſueſſe diceret. Cum hæc Romæ agunt: ueneti poſteaq; boſte ſe multo inferiores eſſe uident: maioribuſq; uiribus inſequenti

æſtate bellum ſibi geri oportere: ſi aduerſario ſuperiores: ſi amiſſa recu perare uelint: quod niſi magno ſumptu fieri non poterat: neq; grauiſſi mis tot annos ærario ſumptibus exinanito ſatis cõmode bellicis rebus ſuppeditare poſſe: ad pacis artes iiſdem omnes animis conuertunt. De inde romanis rebus de pace diffiſi: fratrem Simonem camertem bomi nem ſane baud magnæ doctrinæ: ſed fidei plenum : & Franciſco fami liarem & nõ ingratum cum bis ſæpe mandatis, profectionẽ religionis ſuæ cauſa ſimulantem ad eum miſere. Si ea oppida quæ in Bergomẽſi bus brixiẽſibuſq; agris eo bello cepiſſet: uenetis reſtituerit cæteris præ termiſſis rebus: cum eo ſe pacem facturos. Hæc ubi Franciſc⁹ cognouit: non aſpernenda uiſa ſunt: quod ex bis rebus uenetos multo q̃pridem bumiliores factos intelligeret : & ab prioribus Romæ poſtulatis per ſuperbe ad non iniquas pacis condiciones deuenire conſtaret: proinde ſic nuncio reſpondit. Si cremam modo dimiſerint: ſe cæteris in rebus uenetis ſatiſfactur⁹. At illi &ſi palam dicerent : pro patrio more quod ſemel obtinuiſſent : nequaquã id ſe alii conceſſuros : tamen bis quas ſupra cõmemorauim⁹ difficultatibus ducti: ne pacis conficiende oppor tunitate morarentur : ſtatuere communi conſenſu Cremam Franciſco dedendam: & ne magnopere pacis cupidi: & a maior⁹ ſuorum inſtitutis diſcedere uiderentur: ita in eo tradendo oppido ſicuti poſtea cognitum eſt : diſſimulandũ cenſuere: ut cremam collioni: cum quo iam occulte de ſtipendio cõuenerant: traderent: eo conſilio : ut id poſtea oppidum Collio ipſe per proditionẽ ab ſe receptum ſimulando in franciſci tranſ ferret poteſtatem. At ille qui ut ſupra oſtendim⁹: cum hoſtibus ſentie bat: non modo uenetor⁹ animos ad rem cremẽſem conficiendã propen ſos perturbat retardatq; : ſed in pſequendo bello pergere hortatur: ue⁹ ſi quo meliore conſilio ducti pacem quam bellum hoc tempore malue rint : uideri ſibi ait in priore non dedendæ Cremæ ſententia pmanen dum: Nam florentinor⁹ non minus quã Franciſci uires conſiliaue nota ſibi eſſe nõ dubitare: ubi finẽ bello imponere uoluerint: pacem æquis condicionib⁹ cõſecuturos. Interim fit ex urbe oratorum litteris Franci ſcus certior uanam fuiſſe ad pontificem de pace legationẽ: nec unquã eo auctore Italiam præſenti bello quieturam ſperari poſſe : proinde ad eum propediem redire ſtatuiſſe. Cæterum multa ſub idem fere tempus occurrunt: quæ non mediocriter Franciſci animum offendebant. Nam quæ bactenus multis inditiis eum de collionis fide ſuſpenſum tenue rant: nunc eius oratio plane confirmabat. Nam cum ad eum de ſtipen dii prorogatione ea ſpe atq; fide miſiſſet: ut quẽadmodum ſe factur⁹: & Mediolanenſiũ ducem nequaquã dum uixiſſet deſertur⁹ ſedulo affir mauerat : neq; eam quam de illius erga ſe fide contra omnium tamen ſententiam ſemper habuerat: opinione falleretur : aut ſiquid firmatis iam rebus addendum peteret : non omnino ab ſe deceptum uideret :

negauit aperte doli cõpos duci se rursus scriptis obstringere uelle. Quin quod stipendii tempus ad Kalendas apriles præfiniebat: se libe rum esse & decreuisse nemini obstringi multo sermone iis qui eadem de causa ad eum cõmeabant:ostendere conabat. Quo responso qui du dum de illius perfidia rumores uarie circũferebant:manifeste compro bantur.Sigismundũ item ex æthruria Ariminum relictis copiis profe ctum clamq; ad uenetos misisse:de stipendioq; cum iis iam trãsegisse Hic tamen ubi de pace agi intellexit : litteris nunciis Franciscum in bello pergat hortatur : demonstrata certa uictoria : pollicitus omnibus uiribus eius causam secutuꝝ . Detesaluius præterea florentia eodem tempore Francisco refert florentinos grauibus exhaustos sumptibus : quos superioribus annis ægre ptulerant : non tam longobardi quam æthrusci belli impẽsam neq; posse neq; uelle ampli? sustinere.proinde ad pacis studia conuersis ciuium animis eum rogare atq; obtestari:ut eam suaꝝ rerum rationem habere uelit: quam cõmuni utroꝝq; saluti utiliorem atq; salubriorẽ pro eius sapientia fore cognouerit.Accedebat intolerabilis militũ & præfectoꝝ quoꝝdam auaricia : qui post Renati discessum collionisq; defectionẽ adeo insolescere cœperunt : ut alii sti pendio augeri: alii maiorẽ argenti copiam quam condicio rerum iusq; militiæ feret:alii oppidis donari efflagitarẽt milleq; aliis ducem mole stiis afficerent:quas militum cupiditas atq; insolentia: ubi eoꝝ opera imperatori opus est:afferre solet.His tot uno tempore Franciscꝰ rebus aduersis perculsus uariis ingentibusq; exagitatus curis admirabat in solitam florentinoꝝ ignauiam:atq; incredibilẽ pœne rerum inopiam: quoꝝ maxime hortatu & Cosmi medicis precibus:qui & domi potens esset: & in ciuitate princeps;bellũ graue & piculosum susceperat. Dole bat mirum in modũ suos : quibus officioꝝ magnitudine iure debebat esse carissimus:animi incõstantia laborare:ut sibi quã maxime omniũ uenerari tueriq; debebant:aduersarent. Verum duæ in primis res eius animũ grauius pturbabant: recens ac insignis Collionis rebellio quæ in ipso prope uictoriæ cursu patefacta non erat:nisi maximũ gerendis rebus illatura detrimentũ: & nobilis Sigismundi perfidia : quem & si semper præter cætera eius uitia nouaꝝ rerum cupidum:alieni appeten tem: & per omnem ætatem apud Italiæ dominatus uænalem cognoue rat: tamen ob multa ac maxima in eum beneficia: & ob ea:quæ nuper rime nuncius eius de optimo erga se animo satis amanter cõmemora uerat:nequaquã ab sua populiq; florentini amicicia atq; fœdere discessurum putabat.Quibus de causis optimum esse iudicat: Cremensibus relictis rebus:pace bellum cõmutare:seque tot tantisq; molestiis discri minibusq; omnino liberare. Itaq; fratrem Simonẽ ad se accersi iubet: huic mandat:Venetias q̃primum redeat . Se quibus antea condicioni bus conuenerat:negotio cremensi omisso cum uenetis libero sinceroq;

animo pacem facturum : in amicicia q̃; deinceps perpetua uicturum ; modo eadem eos erga ſe mẽte intelligat. Simon bis apprime ſermonibus lætus : pacem iam ſe exploratam habere dicit: ac ueniendi ſi facultas adſit: uenetos ad firmanda pacis fœdera legatum propediem miſſuros pollicet . publica igitur fide conceſſa Franciſci mandata die quarto ab Simone ueneto in ſenatu deferunt . Quæ quidẽ ubi præter opinionem ueneti euenisſe uident: iucũdiſſimo accipiunt animo: moxq; Paulũ barbum patricium iureconſultũ: & magnæ auctoritatis uirum de pace legatum Cremam primum : deinde ad Franciſcũ ubi ipſe uoluiſſet : occulte acceſſu; mittunt. Franciſcus interim laudem profectus: Paulum ad ſe noctu aduocat: & in remotiſſima ædium parte cũctis amotis arbitris: ſcribis publicis tantũmodo accerſitis: quos ſibi fidos elegerat: poſt multas uariaſq; rerum controuerſias die octauo poſteaq̃ eo uentum ac de re agi cœptum eſt: qui fuit ad qntum Idus apriles pax bis confecta legibus ac iureiurando ſancita in uulgus præter militum expectationẽ promulgat .deinde bis condicionib? ut quicquid bello in Bergomenſiũ brixienſiũq; finibus Franciſcus cepiſſet uenetis reſtitueret. Ab municipum iniuriis ob factam Franciſco deditionem ueneti abſtinerẽt. Quæ uero in tranſadduanis oppida Franciſcus obtinuerit: retineat: cremẽſes in uenetos; fide p maneant . Cæteris in reb us iiſdem legibus teneant quibus ſuperiorib? annis philippo duce in humanis agente poſt initam Cremonæ pacem : cuius Franciſcus ipſe fuerat arbiter: uiuebatur. quæ Sabbaudianos; dux oppida poſt philippi obitum in Nouariẽſi papienſi Alexandrinoq; agro occupaſſet: quæq; item Iohannes Monferratenſiũ Marchio: & Guilielmus fratres in Alexãdrinis cepiſſent: Franciſco ſeu belli ſeu pacis artibus impune recuperãdi poteſtas eſſet. Quod inſuper trans ciſq; padum flumẽ ueneti Corrigianiq; in mantuano agro cepiſſent : redderent. Quod in ipſo philippi e uita deceſſu in parmenſibus Corrigiani occupaſſẽt uel reddant uel ſubiecti Mediolanẽſiũ duci ſint. Alioquin id ſibi uendicare armis liceat. deniq; Alphonſo regi Sabbaudianorum duci Monferratenſiũ Marchioni uenetos; ſociis florentinis Genuẽſibus Lodouico mantuanos; marchioni ſocietate Franciſco coniunctis ſi præſcriptam ad diem eam pacem probarint: pacis commodis liceat uti. Quam quidem pacem omnes excepto Alphonſo: multo ante quam dies dicta aduenisſet: publicis ampliſſimiſq; documẽtis confirmarunt. Rex & ſi moleſtiſſimũ ei fuerat : quod ueneti contra ius foederis ſe ſocio inſciente cũ hoſte de pace egiſſent: tamen non multo poſt tempore ea ab ſe quoq; pace probata ferdinãdum filium ex æthruſcis cum exercitu in regnum reuocauit. Franciſcus ubi pabuli copia in agris ad eſſe coepit: Tiberthum cum exercitus parte in parmenſes traiicere brixilienſiumq; fines inuadere iubet . At Corrigiani omni ueneti regiique auxilii ſpe derelicti : diebus octo uaſtatis incolas; prædiis de iis rebus

quas paterno iure poſſidere in parmenſibus aſſerebant ſeſe Franciſco ſubmiſere. Compoſitis per hūc modū Corrigianoꝝ rebus: haud multo poſt tempore Tiberthus in Alexādrinos cum iiſdem copiis proficiſciť ut finitis indutiis oppida a Guilielmo occupata in poteſtatē redigeret. At Monferratēſes fratres diffiſi uiribus ad Renatum regem miſerant: orantes: ut legationē in Italiam celeriter mitteret: cuius interuentu res eorum componi poſſent. confeſtim a Rrege Frāciſcus pancratius Maſſi liēſium præſul ad Franciſcū legatus tranſmittiť. Is cum duobus Marchionis ſimul legatis ita breui egit: ut cuncta oppida de quibus in primis quæſtio uertebatur: Franciſco duci reſtituerenť. In reliquis rebus in pace amiciciaq; uiueretur. Quibus peractis Guilielmus paucis poſt diebus Franciſci māſuetudine munificentiaq; frætus: cæteris inſciis Mediolanū cum paucis proficiſciť: & pbumane benigneq; ſuſceptus: duobus oppidis feliciano: & Caſſinis donatur: & ut in reliquum etiam tempus illius animū ſibi Franciſcus reconciliaret: annuo aureum nummum octo millium ſtipendio deuinxit. Interea Franciſcus eam oppidorum partem Tiberthum inuadere iubet: quam Lodouicꝰ Sabbaudianoꝝ dux in tranſpadanis occupauerat. Eodem fere tempore Roberthus in Lomellinam mittitur: qui coacta biduo in regione ea magna equitum peditumq; manu: alteram oppidoꝝ municipioꝝq; partem: quæ cis padum: tranſq; Sicidam flumen & in ea ipſa & in blandrina quoq; regione Sabbaudiani Taurinēſeſq; ſeruabant: infeſto exercitu adoriť: factiſque in Vercellenſem uſq; agrum excurſionibꝰ ingentem inde pecorum ac hominū prædā agi. Hoꝝ exercituū graui metu territi Baſſinianēſes Valentini ac cæteri qui proxime populi incolebant: Sabbaudianūq; nomen inuocabant: nullo negotio deduntur præter eos: qui pecetum inhabitabant locum: ii rerum bellicaꝝ ignari: dum aliquantulū deditionem morantur: ab uago milite ui capiuntur: diripiunturq;. Mox immiſſa flama oppidum cremať. Robertbus quoq; Caſtelnouetū. Sanctū angelum. Bremidem. Confligentiā. Bulgarum. Villatam & uniuerſa inſuper municipia: quæ tam in papienſi quam Nouariēſi agro Sabbaudiani ducis parebant imperio: non amplius tridui ſpatio in fidem accepit. ſoli burgenſes: quorum oppidum Baſſinianam contra ſitum eſt: præter cæteros Sabbaudiano nomini affecti confiſiq; euocatoꝝ Taurinenſium præſidio in Sabbaudianoꝝ fide perſtitere: ſed binis eos protinus caſtris circūſeſſos tormentis oppugnare duces coepere. Antea uero quam cum copiis duces hoſtium fines ingrederenť: duo ab Lodouico duce legati impetrata fide publica Mediolanū ad Franciſcum mittūt: qui ab eo poſtularent: ne ſineret ſuos iniuria laceſſere: copiaſq; eius omnes ſuis finibus arceret. non licere Franciſco: quæ Lodouicꝰ oppida poſt pbilippi obitum in lōgobardia cepiſſet: & pace poſtea taurini compoſita eius uoluntate pleno iure ſibi remanſiſſent: ſeu pacis ſeu belli

artibus amplius repetere: ſeque in reliquũ tempus ſi per eum licuerit: in pace cum eo amicicia q; uicturum: eam q; in ſuper affinitatis uinculo confirmatu x. Cupiebat enim magnopere Lodouicus filiam Galeacio Franciſci filio maiori natu in matrimoniũ dare. Ad hæc Franciſcus ſi oppida uniuerſa: quæ in ſua Lodouicus dicione occupabat intra diem octauum reſtituiſſet: ſuos populationib? & bello inferendo prohibitu x: pacem q; ſeruatu x. Alioquin ad alpes uſq; exercitum dimiſſu x: neque unquam reuocatu x: donec cuncta ab eo occupata oppida in ſuam deue nerint poteſtatẽ. Nec poſſe non admirari: cur tantopere id contenderet: quod neq; iure retinere neq; uiribus tueri poſſit. Ne ſcire profecto qd Sabbaudianis in ſua dicione negotii eſſet: quidue in ſuo iure ſe impe dirent: quandoq dem in his rebus: quas in Italia trans Siccidam flumẽ ipſi poſſideant: nequicquã ſe impediat: nec poſt initam Taurini pacem uſpiam laceſſiuerit. Oppida de quibus impræſentia contentio ſit: ciui tatibus quibus ipſe imperitet obedire aliquando oportere. Quod de Taurinẽſi pace mentionẽ feciſſent: eam q; ſuæ cauſæ magno adiumẽto futuram arbitrent̃. Conſtare deo immortali atque hominibus Lodoui cum contra fas iuſq; pacis eius cum uenetis olim hoſtibus ſuis fœdus percuſſiſſe. Quod bellum non intuliſſet: non ignorare id inopia potius rerum quam uoluntate aut pacis amore feciſſe: cum quibuſcũq; rebus potuiſſet uenetos iuuiſſet. Eius rei Guilielmũ eſſe teſtem: cui bellum inferenti libere per ſuos fines iter facere pmiſerit: teſtem Renatũ: quẽ cum ex Gallia in Italiam ſibi florentiniſq; ad ferendum auxilium pro ficiſceretur: tranſitu prohibuerit: quæ res quanto ſibi populiſq; ſuis detrimento fuerint: baud facile exiſtimari poſſe. Ex quo plane Lodoui cum pacis fœderumq; ruptorem extitiſſe. Cum his reſponſis redeunti bus ad Lodouicum legatis Burgenſes & ſuis uiribus diffiſi & Sabbau diani ſubſidii ſpe derelicti: grandi argento exercitui promiſſo dedun tur: quo x oppido recepto duces Siccidæ flumini caſtra admouere: bello deinceps abſtinuere: pabulatum frumentatũq; modo in Vercellenſem agrum mittebant. At Lodouicus ubi tot uno fere tempore ad Franci ſcum oppida defeciſſe uidet: ueritus ne potentiſſim? ac in foribus liber hoſtilis exercitus ſuos rurſus fines omni militum præſidio deſertos inuaderet: quattuor confeſtim Mediolanũ legatos mittit: qui Franci ſcum primo hortarent̃ rogarentq; : ne ſuos citra Siccidã populos bello amplius uexari pateretur. deinde multis condicionib? propoſitis: pacem ab eo peterent: ſed ei legationi nõ ſatis fidens paucis poſt diebus duos alios ſubmittit: qui rebus poſtbabitis omnibus: pacem componerent & affinitatis neceſſitudine obſtringere conarentur. Verebatur. n. Lodo uicus ſummã Franciſci uirtutem: & uenetos x ſocietati diffidebat: qui dum propriæ ſaluti proſpiciũt: priuatæq; utilitati ſtudent: ſocios quaſi prædæ hoſtibus reliq ſſent. Earum legationũ Lodouic? ex Sabbaudiana

familia: quẽ peloponeſſi principem ſui appellant: & Iacobus ualpergia; qui tunc temporis magni Sabbaudiæ cancellariatus magiſtratũ gere bat: primi fuere. bi cum multa ac uaria ad reconciliandũ Franciſci animum nequicquã cõmemoraſſent: ad bas pacis tandem condiciones cũ Franciſco deuenere: ut perpetuo ducibus utriſq; pax amiciciaq; eſſet oppida: quorum cauſa bellum ortum fuerat: pleno iure Franciſco remanerent. Siccida flumen utriuſq; imperii finis eſſet. Reliquis in rebus ſicuti Taurinenſi pace cautum fuerat: ita deinceps uiueretur. Affinitati autem & ſi diu multumq; in ea re elaboratum ſit: nullus eſt idoneus repertus locus: quod Galeacium ſibi generum Lodouicus quærebat: idq; ſummo ſtudio contendebat. Quæ res propter iuſiurándum Franciſco moleſta erat: minimeq; placebat: quod eundem Lodouici mãtuani principis filiam in uxorem ducturum fidem dediſſet. Philippum; qui poſt Galeacium maxim? natu erat propoſuit. hunc acceptur; ſe gener; Sabbaudian? papia urbe a patre conceſſa dixit: tamen non multo poſt neutri ea res placuit: quodq; documẽtis publicis firmatum eſt utro; q; conſenſu abrogatum. Pacatis per hunc modum Sabbaudianis rebus: ad Borſium Antoniũ tricium Franciſcus q̃primum mittit: ut Caſtellũ nouum Cupriacumq; oppida: quæ Leonellus eius frater mortuo philippo duce in parmenſib? occupauerat: amico bonoq; animo reſtitueret: ſi non faciat: quanuis id aduerſus æſtenſem domum ſibi ſuiſq; amiciſſimam inuito ageret animo: tamẽ quod ſuæ iuriſdicionis eſſet: ſe armis propediem uendicatur;. Quod ubi borſius intellexit: ingenti moleſtia affectus: continuo ad pontificem ad alphonſum uenetos florentinos litteras nuncioſq; dimittit: queritur Franciſcũ Sphortiam iniuria uim ſibi facturum. proin cõſilium ab iis opemq; ſimul petere. Nuncio interim p̃humaniter reſpondit: ſe nequaquã credere poſſe: pluris duo baud magnæ æſtimationis municipia Franciſcus facere: quam uniuerſam æſtenſem domũ: quæ ſemper Sphortianæ familiæ amica fuiſſet: orare atq; obſecrare: ut id ab ſe Frãciſcus uellet: quod ueteri inter eos amicicia dignum: quod æſtenſi familiæ honori: quod borſii ducis auctoritati conſentaneũ uideretur. At poſteaquam perſeuerare uæbementi? in recipiendo; oppido; negotio Franciſcũ cognouit: & ab iis ſimul ad quos ut prædiximus: miſerat: eadem fere ſententia reſponſum acceperat: q̃ erat: ut cum Franciſco amice uiuere ſtuderet: ſeq; ad tollendam controuerſiæ cauſam accõmodaret: non amplius contendendũ putauit: reſtituere oppida conſtituit: idque ſe Antonio effectur; promiſit. Sed unum a Franciſco petere dixit: ut Cupriacũ ſibi dono concederet: idq; ſi impetraſſet: magni ſe ac immortalis beneficii loco quoad uixiſſet habitur;: quod non omnino apud noſtram exteraſque nationes ab eo deſpectus uideretur. Qua in re franciſcus non tam munificẽtia quam clæmentia uſus incredibili pœne Borſii deſyderio ſatiſſacere decreuit: Nam & ſi

multas graueſq; ab eo ſibi illatas cõmemorabat iniurias: quod regium ſcilicet: & alterum caſtellũ nouum in Dertbonenſib? oppidum ab frede rico imperatore e Roma redeũte: Ferrariaq; in Germaniã iter faciente ab pheudali & antiquo Mediolanẽſis ducat? iure ſe iũgenda eximẽdaq; & nouo ſibi iure concedenda curaſſet: qđ Corrigiani fratres eius opera a rege Alphonſo ab uenetis cũ quibus bellum gerebat: ſtipendia acce piſſent: qđ Corrigianis ipſis quottidie parmenſes bello infeſtantib? per ſuos fines tranſeundi poteſtatẽ feciſſet: prædãq; in eius oppida deduci conferriq; permiſiſſet. Quod parmam ſi defeciſſet: ſibi tradendam peti iſſet: nõnulloſq; parmẽſes ciues quos ſibi uariis beneficiis deuinxerat: de prodenda patria tentaſſet. Quod Galeottũ fregoſum: qui Marchio nes malaſpinas in lunenſibus ſibi fœdere obſtrictos: ſuoque parentes imperio multis caſtellis ſpoliarat: ad eũ confugientẽ ſuſcepiſſet: raptoq; que tutelam promiſiſſet. Quod Cotboniolanis in flaminia: dum eſſet ueneto bello impeditus: grauibus ſæpe detrimẽtis affici ab ſuis paſſus eſſet. Quod Alphonſo uenetiſq; proximo bello omnibus fere rebus fauiſſet. Quod bracianis miro quodam ſtudio præcipuus ſemp boſpes domi foriſq; fuiſſet. Quod præſentẽ bononiẽſem remp. quã bentiuola factio ſui beniuolẽtiſſima adminiſtrabat perturbare adniteret: Harum tamen rerum oblitus omnium: ipſis receptis oppidis: nulla mora inter poſita Cupriacum ei dono dandum reſtituendũq; iuſſit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXV.

Mni pacata Italia non minorẽ ex pace quam ex bello laudem atq; gloriam Franciſcus Sphortia conſecutus eſt: qui ueluti Italicæ pacis auctor in reliquũ ætatis tempus ad quietis ſtudia conuerſus: cæteros Italiæ principes liberoſq; populos: quoq; animi uariis maximiſque adhuc odiis æſtuabant: non ſolum fœdere & amicicia ſibi coniunxit: ſed ipſos quoq; magna inter ſeſe gratia reconciliauit pacis cõſeruator: acerrimus defenſor ac propugnator. Primum poſt factam laude pacem: qui fuit annus ab chriſtiano natali quartus & qnquageſimus ſupra milleſimũ & quadringenteſimũ miſſi ſunt ab ipſo & florentinis Venetias de pace gratulatũ legati Guarnerius caſtilioneus. Nicolaus arcimboldus. Petrus medices. & Iohãnotius pandolfinus: qui cum uenetos longo bello fatigatos paciſq; artibus deditos inueniſſent: non modo inchoatã ex compoſita pace cum eorum ſenatu amicitiã confirmarũt: ſed nouo etiam ſocietatis iure auxerunt. Cumq; eſſet cõmuni partium omnium uoluntate reliquis Italiæ potentatibus

eius ineundæ ſocietatis relicta poteſtas: placuit Romam ad Nicolaum pontificem & Neapolim petentibus maxime ucnetis ad Alphonſum; quem ſibi ob firmatã eo inſcio cum boſte pacem: iratum intelligebãt: legationes mitti: qui humaniter eos ad ſocietatem amplectendã inuitarent: & adhortarent. quo Italia omnis tot annis inter ſe diuiſa & diuturnis bellis conflictata: unum idemq; ſentiens in reliquum tempus quietis ſecuriſq; animis & ſine ulla nouarũ rerum ſuſpicione qeſceret. Itaque primo inſequentis anni initio legati Romam profecti Bartholomæus uicecomes Nouarienſiũ epiſcopus & Alberic? maleta pro Franciſco Sphortia: Hieronymus barbadicus Franciſci filius Zacharias tarui ſinus Zachariæ filius iurecõſultus & Iohannes maurus pro uenetis: Bernardus Antonius medices & Deteſalui? Nigius pro florentinis ita cum pontifice egerunt: ut & confectam pacem laudaret ſũmopere: probaretq;: & ad regem Dominicũ firmanum cardinalẽ legatum mitteret: quibus perbenigne honorificeq; ab ſplendidiſſimo munificẽtiſſimoq; rege exceptis diuturnior Neapoli mora fuit: quod tanto Italiæ fere totius legatorũ conuentu rex elatus & animo uti demonſtrauim? infenſo in uenetos ab inito Venetiis fœdere plurimũ diſſentiebat: Nam quanquã pro cõmuni rerum ſalute: quas intra Italiæ fines ſocii poſſiderent: æquis condicionib? facta erat ſocietas tamen nunc has nũc illas probabat: improbabatq; condiciones. tandem poſt multas uariaſq; diſputationes mollito in meliorem partem animo: percuſſum in quinq; & uiginti annos fœdus pro ſe proq; ferdinando calabrorũ duce unico filio: quem ſibi in Neapolitano regno ſucceſſorem hæredemq; inſtituerat: comprobauit: hoc tamen adiecto: ut fregoſis genuẽſibuſq; cum quibus ſibi uetus erat odium & longa maritimarũ rerum controuerſia: ubi ei libuiſſet arma inferre & in Sigiſmundũ malateſtã Euſtorgiũq; fouentinum ob a ſe factam per eos in ætbruſco bello ad florentinos defectionem agere poſſet: qua in re cautum quoq; eſt: uti nemini ex ſociis quo quomodo: niſi pacis componẽdæ gratia reis auxilio eſſe liceret. Dum hæc Neapoli de Italiæ totius ſocietate aguntur: tentatus eſt ſecreto Albericus maleta regis noſe de ineunda cum Franciſco Sphortia affinitate. Animaduertebat enim rex ille prudẽtiſſim?: ſiqua Franciſci uoluntatem neceſſitudine ſibi conciliare deuincireq; poſſet: id magno uſui magnoq; non modo uiuenti ſibi: ſed ferdinando etiam filio ac poſteris tuendi ſeruandiq; Neapolitani regni præſidio munimẽtoq; futurum. Nam Alphõſus & ſi per ſuperiora tẽpora incredibili poene odio Franciſcum: uti ſæpe demonſtratũ eſt: fuerat ſemp inſecutus: & patrimonio: quod in Brutiis: in Sannitibus: in Appulis calabriſq; poſſidebat ampliſſimo: priuauerat: ac uniuerſo deinde piceno agro duob? maximis bellis Eugenio romano pontifice: & Philippo maria duce auctoribus adiutoribuſque cedere coegerat: ueritus ille ingentem eius uiri ſibi finitimi &

Andegauenſiū partes ſequentis uirtutem : & præcipuum quoddam in eum uniuerſi prope Neapolitani regni ſtudium:tamen poſteaquā is in ciſalpina gallia parto ſibi illuſtri & opulētiſſimo Mediolanenſiū impe rio partaq; pace rem ſuam adeo propagaſſet ,atq; ſtabiliſſet:amicū ſibi illum facere pro ſuo poſteroꝝq; ſuorum commodo cogitabat:plurimū que cupiebat:de quo cum ſemper modeſtiſſime loqui cōſueuiſſet:tunc maxime eum laudibus extollebat ; & id iure quidē cum in nullis ullā ſibi firmiorem præſidii ſpem proponere poſſe perſpiceret . Accedeb at quod Iobannes andegauenſis;quem calabroꝝ ducem appellabant:poſt Renati patris in tranſalpinam galliam reditum in Italiam uenerat:ab florētinis patris loco accerſitus:iſq; dum florentiæ agit:cæteros inter Italiæ potentatus initam pacem & Italicum cum Alphonſo fœdus agi coeptum multis litteris legationib?q; per Italiam miſſis interturbare conatus non parum ei regi ſuſpicionis intulerat . At Franciſcus cum primum ex legatorum litteris & poſt eorum reditum apertius coram optimum erga ſe regis animū accepiſſet:haud reſpuendā nobiliſſimæ Taraconēſis familiæ & magnanimi potētiſſimiq; regis amicicią affini tatemq; putauit.Itaq; cū rediiſſet Neapolim cum mandatis Albericus prætermiſſa conſulto reſtituēdi erepti patrimonii petitione:quod com pertiſſimum eſſet:ſi ſecus ageret:tum propter innatam regis uti docui mus:ſuſpicionē tum propter nonnulloꝝ ex regia familia quib?ea bona dono conceſſerat:maliuolentiā: ulla unquā neq; manere inter eos neq; intercedere amicicia poſſet : conflata eſt ex ueteri & magna inimicicia noua amicicia magnaq; animoꝝ coniunctio.Deſponſata eſt enim Hip polyta Maria Franciſci filia adhuc puella Alphonſo ferdinandi primo genito ipſius Alphonſi regis nepoti:quanuis eſſet ætate minor: & Leo nora ferdinandi item filia Sphortiæ Mariæ Franciſci eiuſdem tertio filio: Nam Galeacio Suſanna Lodouici mātuani principis:& Philippo Mariæ ſecundo Maria Lodouici Sabbaudiani ducis filia iam deſponſa tæ erant.Poſt firmatam Neapoli Italicam ſocietatem:Borſius æſtenſis Iobannes Monferratenſiū marchio Senenſes Lucenſes & Bononiēſes: quod nō ſatis ſibi abſq; eorum principum rerumq; pub licaꝝ præſidio atq; tutela tuto uiuere poſſe arbitrabant:cæteris ſeſe ſocios iunxerunt. Interea Iacobus picininus finito cum uenetis ſtipendioꝝ tempore cum in æthruriam umbriamq; proficiſci inſtituiſſet : Mathæum campanū & alios equitum ductores iure militiæ obſtringit:ac uere cum iam in campis pabuli copia eſſet magno equeſtrium pedeſtriūq; militū coacto numero quorum pacatis ubiq; per Italiam rebus : magna erat ſine ſti pendio in longobardia multitudo:qui ne ad agricultură quottidianūq; redire laborem cogerent:Picininum nouum ſibi bellum opulentamq; prædam pollicentem ſine mercede ſequi conſtituerāt:ex brixienſi agro mouet : & per Venetiæ Ferrarienſiūq; fines traiecto flumine pado : in

flaminiã peruenit & non longe ab foroliuio & Ceſena caſtra ponit ab Borſio & Malateſta nouello non modo cõmeatu abunde adiut? ſed oppi dis etiam urbibuſq; Ferraria & Ceſena benigne bonorificeq; exceptus. At Nicolaus pontifex Senenſeſq; de picinini e longobardia diſceſſu cer tiores facti: plurimum timere cœperunt: cum bellum eorum alteri illa turum eſſe picininũ certo ſcirent : Iccirco ad Franciſcũ Sphortiam pri mum: in quo ſummã ſpem poſuerant: legatos celeriter Baptiſtam bren dum iuriſconſultũ romanũ ciuem & fratrem Antonium Senẽſem mit tunt orant uti aduerſus cõmunem manifeſtũq; romanæ eccleſiæ ho ſtem præſidia paret: paratąq; in Bononiẽſes proficiſci iuberet : ſocios deinde cæteros ut idem facerent: hortaret̃ .Franciſc? iam picinini motu cognito cum amicitiæ tum fœderis iure copias ad id paratas Corrado foliano & Roberthо Sanctoſeuerinate præfectis in flaminiã confeſtim maturare iuſſit. Picininus nihilo ſegnius quo ſtatuerat ire pergit & ſu perato Apẽnino in æthruriã inter Sancti ſepulchri burgum & Anglare Florentinoꝝ oppida traiecit : quorum per fines magnis itineribus in Senenſem agrum contendit: quibus itineribus: quod ita florẽtinis qui bus cũ amice uiuere decreuerat pollicitus eſſet : & ab iis neq; tranſitu neq; commeatu prohibitus: ab omni iniuria & maleficio ſemper abſti nuit . Senenſes omni poene militari præſidio imparatos ueluti qui in pace & hactenus uixerant: & tunc maxime Italica pace fræti uiuebant: infeſto exercitu inuadit : agros circũquaq; incurſionib? ac tumultu in genti inuoluit præda igni & ferro deuaſtat: quibus per regiones rumo ribus perlatis: & ſi antea uti demonſtrauim? magno militum numero ſine ſtipendio picininus creuerat : nunc maiore pedeſtrium copiarum concurſu in dies augetur: quo impetu exterritis regionis eius incolis: Cetonam & plæroſq; uicos per deditionẽ accepit: Sartianũq; oppidum non ignobile pluribus tentatum pugnis: in quibus Campanus ſagitta ictus eſt: per pactionem tandem obtinuit . Corradus & Roberthus qui nondum Sapim flumen tranſierant: cum ne prius picininũ laceſſerent iuſſi eſſent: quam ille aut eos laceſſiſſet : aut cuiquam ex ſociis iniuriã intuliſſet : iiſdem fere itineribus eum in æthruriam inſe quunt̃ . Sed dum hæc geruntur : Nicolao mortuo Calliſtus tertius in pontificatu ſucceſſor declaratus eccleſiaſticas copias quas Nicolaus paruerat : ſum ma celeritate cogit: & hoſti opponit iiſq; Iohãnem uintimilianũ comi tem præfecit: Interim Franciſci præfecti ad quos Calliſtus ut celeriter in Veterbiẽſem agrum properarent: Nicodemũ pontremulanũ Franci ſci legatum Romæ agentem magna feſtinatione miſerat: per Tiferna tum peruſinoꝝ & urbeueteranoꝝ fines progreſſi: octauo die poſt ſupera tum Apennini iugum: magnis confectis itineribus: ad Vulſinii lacum puenerunt: ſeq; Iohanni & uniuerſis Calliſti copiis adiunxerũt. Poſtri die eius diei in Senenſes aduerſus picininũ mouentes: binis caſtris ad

floram flumen exercitū dicunt: & in eo loco tabernacula ponunt; quem inferni uallem appellant: baud longe ab Nicano Senensiū oppido: qđ paulo ante ad hostem defecerat: & ab castris non amplius tribus passuum millibus aberat. Picininus omni ex parte æqua atq; tuta sibi delegerat: quo nullus nostris nisi iniquissim? esset aditus silua enim ingēs & perpetua intercedebat: cum igitur tempus & occasionē adoriendi hostis quæreret: renunciatū est ei: in ipsa prope castroꝝ locatione quo tempore omnia sine ordine in castris aguntur: posse ullo absq; periculo ita occulte hostes inuadere: ut prius in castra impetus fieret: quā præsentire q̄quam possent. Itaq; sub ipsum prope meridianū solem instructa acie tanta celeritate per siluam aduolauit: ut improuisis imparatisq; hostibus in castra irruperit; uniuersa prope peditatus tabernacula quæ in frontibus locata erant resistentib? fere nullis: diripiunt̄: atq; dissipantur. Sed uix hostes ad eum locum p̄uenerant: ubi equitatus firmare tentoria cœperat: cum exorto tumultu tandiu ab Sphortiano peditatu qui sese sumptis tantūmodo hastis q̄celerrime coegerat sustentatū est: donec ab equitatu: qui proximus esset: Robertbo adhortante: & non tam ducis quam fortissimi militis operam obeūte opportuno quidem tempore occursum est: cum esset hostium impetus qui se iam uictores arbitrabant̄: primo congressu tardatus atq; repressus: tanto robore ab reliquo Sphortiano equitatu concursum est: ut facile hostiū equitatus castris in flumen usq; repulsus: peditatusq; fere omnis partim captus partim interemptus sit. Trans flumen omnibus copiis confertissimū atrocissimūq; prælium cōmittitur: Nam castroꝝ e regione decliu? erat collis ad siluam pertinens Sphortianis ad dimicandū piniquus: quo se hostes munimēto facile ab tergo tuebantur & nostrorum impetus ab fronte sustinebant: tælaq; ita e superiore loco coniicientes: nostros acriter cædebant ut per decliuum minime progredi ualerent. Interea uinti milianus eo in prælium aduenit dumq; eximiam Sphortianoꝝ militū uirtutem ad cælum laudibus effert: dracbonib? illos sæpius comparās: ecce ab braciano quodam equite: qui sese inter frequētissimos hostes audacissime intulerat: aureus illi e collo torques eripitur: sed ab proximis militibus mox cum præda circūuentus hostis capitur. Pugnatum cum esset ab meridie parte neutra inclinante cum ingenti equorum & uirorum cæde: multis utrinq; uulneratis prælium tandem nox diremit. Eo die sola Sphortiana manus castris hostes reppulit. Prælium deinde fortissime conseruit: atq; totam eius certaminis molē sustinuit: Nam uintimilian? cum pontificis copiis se ab pugna continuit: propterea quod non licere sibi diceret: Callisti iniussu: belloq; baud indicto: piciminum: qui nondum ullam ecclesiæ rebus iniuriā intulisset; prælio lacessere. Quod tamen neq; tuto neq; prudenti egisse consilio iudicatū est: Nā si Sphortiani superati cessissent neq; ipsi incolumis ab uictoris

manu euaſiſſet. Non abfuit tamen ſuſpicio Alphonſi regis cauſa: qui picinini rebus fauebat: prælio abſtinuiſſe. Poſtero die picininus omni ſpe rei prælio benegerendæ deſtitutus & contra tantas boſtium uires deinceps haud reſiſtere poſſe ratus cum eſſet intra boſtiles præſertim fines uſq; adeo progreſſus ut nulla amicor̃ ope iuuari poſſet: Caſtelleonum piſcariæ omnibus ſuis copiis ſeſe recepit: relictis ab tergo ullo abſq; militum præſidio iis omnibus municipiis atq; oppidis: quibus erat paulo ante in Senenſib? potitus. Piſcariæ oppidum ad mare æthruſcum pertinẽs: & flumine paludibuſq; egregie munitũ regio præſidio tenebat̃. Frætus regiis auxiliis tãdiu ibi bellum ducere poſſe ſperabat: quoad aut res ſuæ de ſtipendio cum Italicis potentatib? rege auctore atq; deprecatore componerent̃: aut per hyemẽ boſtium exercitus ſolueretur. De hac tam repentina boſtium fuga ſimulatq; uintimilianus Sphortianiq; ductores facti ſunt certiores: eodem itinere quo illos ire cognouerãt: magna celeritate ꝑſequi contendũt. Sed ubi tanto itinere anteceſſiſſe eos acceperunt: ut nulla celeritate poſſent locis patentibus conſequi ne ob nimiam inſequendi cupiditatem exercitus laſſitudine conficeret̃: meridie iam coacto: ſubſtiterũt. Et cum uellent inſequenti die ad picinini caſtra propius excedere: exploratis itineribus: locor̃q; ſitu repertum eſt: propter continẽtes paludes nemor̃q; latitudinem: Caſtelleonor̃ oppido quo ſe iam uti prædiximus: boſtis cõtulerat: exercitum propinqui? admoueri minus poſſe. Itaq; ea difficultate coacti duces: caſtra in eo loco firmarũt: quem ad brunas appellant: baud ampli? octo paſſuũ millibus ab boſtium caſtris ac boſtes breui omni commeatu ita intercluſerũt: ut prunulis ſilueſtribus & cornis immaturis: quorum per ea loca magna uis erat & aqua marcida plures dies alerent̃. Fecerat enim per eos ipſos mari coborta tempeſtas ut nihil aliunde nauibus eo importari poſſet. Quas ob res tãta ui morbi picinini milites exagitati & non minus aeris intemperie quod maxime ex ſtagnorum propinquitate accidebat: quam uictus cõmutatione ut permulti ex iis perierint: & quãquam Alphonſus ex Neapoli triremibus pane biſcotto & hordeo: ubi per tempus licebat: præter Italici fœderis iura picininũ ipſum iuuare nõ deſiſtebat: tamẽ non ita abunde ac ſæpe cybaria longa nauigatione aduecta ſubminiſtrabant̃: quin tota fere ea æſtate maximam omniũ pœne rerum inopiam eius exercitus pertulerit. Sub idem tempus & ueneti Karolum Gonzagam Petrum brunoriũ quem eorum precibus dum cum Franciſco ſuperiore proximo biennio bellum gererent Rex Alphõſus miſſum e carcere factum ex citeriore biſpania reuocarat: & florẽtini Simonetũ pro ſocietatis iure Franciſciq; maxime hortatu: Senenſibus cum duobus circiter equitum ac peditum millibus auxilio miſerunt: quor̃ aduentu exercit? ita auctus eſt: ut boſtis multo durius premeretur ac pabulatione aliiſq; rebus neceſſariis maxima ex

parte prohiberet cum in tantas ſe picinin? rerum anguſtias deductum & in dies deterius habituꝫ uideret : miſit ueluti rebus ſuis diffidens in hoſtilia caſtra ad Nicodemũ Franciſci legatum quem ſupra nomina uimus: tabellas albas quas papyros appellam?: ſuo ſolum chirographo & ſigno munitas: ut iis ad Franciſcũ relatis: quas ille daturus eſſet: & in iiſdẽ tabellis inſcribi iuſſiſſet: conditiones eas acciperet: ſed quoniã Franciſco ſociis inſcientibus : picinino quicquã neq; concedendũ neq; reſpondendũ uidebatur: res de compoſitione ita deducta eſt: ut obſidentes nõ minus quam obſeſſi circa Caſtelleonũ totam eam æſtatem conſumpſerint. Dum hæc gerunt: Senenſes quorum in fines uti demonſtratum eſt : totius belli ſumma erat tranſlata: Giberthum corrigianũ qngentis cum equitibus ſtipendio conducunt. Is cum ſenas & uiſendi & alloquendi de bellicis rebus urbis magiſtratus gratia ſe contuliſſet: inſimulatus proditionis : quod cum hoſte primo eius aduentu conſpiraſſet: ſed aduenientib? poſtea auxiliaribus copiis non eſſet ad eum transire auſus: decreto publico e prætorio præceps eiectus eſt: bonaq; eius publicata. non deſtitit interim Alphonſus miſſis ſæpe per Italiam legationibus : id magnopere conari ut pro perpetua Italiæ totius quiete aureum centum nummum millium ſtipendia picinino quot annis penderentur: diuiſis anni temporibus in ſingulos finibus ſtatiua militibus eius darentur: quam rem & Calliſtus ægre audiebat & Franciſcus quã moleſtiſſime ferens: ſic & Regi reſpondebat & ſocios idem facere edocebat. Non decere Italicæ ſocietatis dignitatẽ ut unius miſerrimi latrunculi: qui auſu temerario Italiam inuaſiſſet: tot nobiliſſimos potentiſſimoſque principatus ſtipendiarios effici pateretur: neq; Regis eſſe arbitrii ut omni Italiæ præſcriberet: & pro iniuriis maleficiiſq; illatis beneficia miniſtro ſcelerum redderent: quod ad ſe pertineret nequaq̃ tantæ ſe & tam manifeſtæ ignominiæ aſſenſuꝫ eadẽ oratione regiis legatis reſpondiſſent: quãuis picininus Orbitellum oppidum in ora maritima ſitum per proditionẽ cepiſſet : quod ei Lucas quidam dalmata ex ueneторum peditũ centurionib? oppidi illius præſidio præfectus tradiderat: militeſq; oppidanos bonis per hyemem aluiſſet: exacto tamen hyemis tempore: rex eum reſtitutis Senenſi populo : quæoccuparat oppidis: cũ copiis omnibus in ſui regni fines ſua pecunia alendum recepit .

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXVI.

O quod inſecutum eſt biennio non minus ab nouandaꝫ rerum ſuſpicione quam ab quottidianis laboribꝰ bellorum q; tumultibus quieſcere Italia fere omnis

uidebatur: cum Alphonſus rex cui: ut oſtendimus: ex Italico fœdere & in Genuenſes & in Sigiſmundū Malateſtam iniuriaꝫ agere licebat: uno ac eodem tempore utriſq; arma intulit. Iuſſo Bernardo cognomēto Villamarino claſſis præfecto: liguſticum mare infeſtare: & Palermo Neapolitano: ſcriptis coactiſq; in ciſalpina gallia pedeſtribus copiis in ligures proficiſci, ut hic terra: ille mari: Iohanne Philippo fliſco Raphaeleque & Barnaba adurnis adiuuātibus: ſic genuenſes ciues undiq; premerent: ut aliquādo Petro fregoſo duce pulſo; adurni quibus cum rex pepigerat: in urbem ducatuſq; dignitatem admitterent. Iacobus autē piciminus: qui in Theatinoꝫ reliquiſq; brutioꝫ oppidis ſtatiua habebat aduerſus Sigiſmundū frederico urbinatū comite plurimū adhortante: ab eo rege bello gerendo præfectus copiis omnibus Truentum traiecit & per picentes annuente Calliſto: Frederico etiam uelut hoſti finitimo & propemodū infeſto adiutore atq; duce Sigiſmundi fines ſub hyemē inuaſit: factiſq; longe lateq; excurſionib?: Caſtella quædam munitione & præſidio infirma ultra Metaurum flumen non procul ab urbe fano primo aduentu per deditionē occupauit. Mox non nulla regionis eius municipia ſæpe expugnare fruſtra conatus eſt quod Sigiſmūdus diſtributis in frontibus iis quos habebat militibus facile ſe atque ſuos per hyemem tuebatur. At Genuenſib? & int eſtinis diſcordiis laborātibus & regio bello preſſis: Petrus negatis iis ſibi auxiliis: quæ ſæpe ab reliquis Italiæ potentatibus petierat: in tantam rerum deſperationē adductus eſt: ut de deferendo urbis regimine conſilium capere coactus ſit: Nam adeo erat Alphōſus in eum ira incenſus: ut neq; Franciſci Sphortiæ rogatu neq; ullis aliorum amicoꝫ precibus illius erga Genuenſes animus niſi urbe ab Petro ipſo relicta: adurniſq; in patriam reſtitutis: flecti unquam potuerit. Itaq; inſequenti anno ad Karolum francorum regem Alphonſo antiquo odio infenſum uniuerſa prope aſſentiēte ciuitate: legatos de urbis deditione miſit: quorum opera Iohannes andegauenſis: qui ex Italia in Galliam redierat ad ſuſcipindū pro eo rege genuenſe imperium deligitur. Is nauibus onerariis duabus quas ob id Genuenſes maſſiliam miſerant: & aliis. x. quas eodem coegerat cum regio præſidio Sauonæ primum appulit: deinde Genuam delatus: magna ciuium omniū uoluntate atque lætitia receptus eſt. Dedita gallis genua ab Petro etiam ut erat ante conuentū: arx: quam Caſtelletum uocant: & reliquæ eius agri arces ſunt in Iohannis poteſtatem traditæ quas ob res genuenſes ſicuti mutato ciuitatis ſtatu ſe e Petri tyrānide liberauerāt: ita quoq; & bello ſe liberos deinceps fore arbitrabant: cum exiſtimarēt Alphonſum nequaq̄ bellum cum Karolo geſturum. Veꝫ longe aliter quam putarant euenit. Nam Alphonſus procurante maxime Petro ſpinula Genuenſium exulum deprecatore: non ſolum bello gerendo non deſtitit ſed maiore etiam indignatione cōmotus maiore

ſtudio maioribuſq; uiribus urgere undiq; genuenſes inſtituit. uixdum genuæ Iobannes appulerat : cum ualidiſſima regia claſſis non procul ab genuenſi portu ad anchoras ſtetit. Miſerat enim paulo ante Alphon ſus ad Bernardū: qui in delphini portu hyemarat: onerarias naues .xx. milite ex omni militia ſua delecto egregie exornatas & cōmeatu affa tim refertas: triremes inſuper decem naualibus ſociis & nautica turma murifice inſtructas uiginti prioribus addidit: & terreſtrē adurnis exer citū auxit adeo ut omni fere ex parte genuenſes ciues ſuperioribꝰ bellis attriti: multo quam antea arctius concluderentᷣ premerentᷣ q;: Iobannes contra genuenſiū nauibus inter portum reductis : trabibuſq; inſuper & catbænis aduenientі boſtium claſſi oppoſitis cū gallico præſidio atq; militibus iiſdem: qui ſub Petro fregoſo meruerāt mercede conductis: urbe ſe continebat: & Petri eiuſdem ſingulari ſollertia uſus cuſtodien dis mœnibus intendebat. Interim Alphonſus: qui tanto ſtudio atque ardore omnia ad premendos terra mariq; genuēſes paruerat ut uidere tur reliquaꝝ rerum oblitus: grauiſſimo morbo corripitur . Sed tamen nihil earum rerum prætermittebat quæ ei bello uſui fore putaret: tan tum eius urbis potiūdæ deſyderiū tanta rei huius expectatio inceſſerat ea anxius cura & ui morbi demum confectus Kal. Iuliis ex hac luce mi grauit. Quod ubi genuæ renunciatū eſt: & obſidentiū franguntur ui res: & obſeſſis redeunt animi. Claſſis ut erat ex diuerſis locis diuerſiſq; regnis accita : ita binc atq; inde diſcedens: fugientium more diuerſas in partes deuebitur : Iobannes Philippus fliſcus & adurni terreſtrem obſidionem deſeruerūt . Nec multis poſt diebus Barnabas & Raphael adurni & quod laboribus eſſent inſueti & quod ſummo dolore ob ami ciſſimi Regis in ipſa conſequendæ propediem uictoriæ expectatione mortē afficerentᷣ : uitæ quoq; & ipſi finem fecerunt. Non tamen tanto bello liberati genuenſes reſpirare potuerunt: Nam ex diuturna obſidio ne & cibarioꝝ penuria tanta peſtilentiæ uis ciuitatē inuaſerat ut multi quottidie abſumerentᷣ . Frāciſcꝰ cū baud mediocri angeretᷣ cura neqd ad uerſus Ferdinādum excitaretᷣ : Neapolitanū regnum in factiones duas Taraconēſem & Andegauenſem diuiſum conſtabat. Et Andegauēſem proximo Iobannis in Italiam aduentu animis erectam rerumq; noua rum cupidam ſciebat: id quod plurimū huic rei profutuꝝ eſt ratus: quā primū in brutios appulos campanos & in omnes deniq; regni partes Iobānem caymū Orpheum rycaum uiros rerum peritos miſit: qui pro ceres ciuitateſq; adeuntes infirmos ad ſeruandam Ferdinādo eoꝝ regi fidem adhortarentᷣ : ac in officio ꝓmanentes confirmarēt : palamq; in cōuentibus agendis loquerentᷣ & renunciarēt: ſe nulla in re Ferdinādo defutuꝝ eoſq; omnes in boſtium numero habituꝝ quos beniuolētiſſi mo & cōiunctiſſimo regi infideles aduerſarioſq; intellexerit: opes uitā deniq; ipſam pro Ferdinando profundere paratum . Quibus quidem

nunciis factum eſt: ut per id temporis omnia pro Ferdinando pacata firmataq; apparerent: & cuncti partim uolũtariis animis partim metu noui regis imperio obtemperãtes uiderent̃: præter non nullos nobiles quorum animi adeo ueteribus odiis erant incenſi: ut armis inter ſeſe priuatim cõtenderent. Sed Calliſtus pontifex: tametſi ad Ferdinãdum ſine ulla controuerſia cuncta ut prædixim?: Neapolitani regni deuene rant: tamen ad id ipſum occupandũ pro romana eccleſia regnũ temere mentem animũq; conuertit: litteriſq; deinde circũquaq; dimiſſis: prin cipes ciuitateſq; ſollicitare cepit: uti ab Ferdinãdo ſeſe auerterent & in priſtinam apoſtolicæ ſedis fidem redirent: idque ni feciſſent eccleſiaſti cis cenſuris pœniſq; plectẽdos terrebat. Franciſcũ Spbortiam præterea ſine cuius uoluntate tantam molem aggredi non audebat: cum nibil ſine illius conſenſu atq; ope proficere poſſe intelligeret: bortari rogare que non deſiſtebat multis magniſq; propoſitis præmiis: cum ſe non tam urbes atq; oppida quæ in ipſo regno a patre poſſederat: & Alpbon ſus rex abſtulerat: reſtitutuꝝ: quam partem quoq; regni dono datuꝝ polliceretur: ut poſtbabito Ferdinãdo indigno ut aiebat: tanti regni ſuc ceſſore ad uendicandã apoſtolicæ ſedis poſſeſſionẽ meliorem cauſam foueret: ſeque bello gerendo ſocium adiungeret. Franciſcus ut erat uir ſapiẽtiſſimus atq; cõſtantiſſim?uæbemẽter admirat? ſtomachabat̃ reli gionis cbriſtianæ paſtorem & Italici fœderis principẽ buiuſmodi inire conſilia: præſertim quod iam rumor erat Petrum Lodouicũ borgiam quem nepotem appellabat: ei regno regem præficere ſtatuiſſe: cui præ terea alia atq; alia regna modo Cypricũ nũc conſtãtinopolitanũ bomo admodum decrepitus atq; deſipiſcens pollicebat̃: quãobrem continuo ad eũ miſſo Iobanne caymo bortatur: oratq; ut ſeſe ab nouandis rebus abſtineret. Quod ſi facile negligeret: p ſeueraretq; in ea ſententia: eum etiam atq; etiam monet: ut quantam rerum molem quantãq; notam ſubiret: q̃diligentiſſime ſecum cogitaret. Non enim eſſe iis uiribus atq; facultatib?: qui poſſit tantum regnum inuadere: quod poſſeſſum defenſumq; eſſet ab eo rege: qui & potentiſſim? eſſet: & poſſeſſor paca tiſſimus: pro cuius ſalute amplitudineq; tuenda: ſi quo eſſet a quopiã bello laceſſitus: uniuerſa Italia iure optimo eſſet obſtricta ob eius ſocie tatis fœdera: quæ tempore Nicolai quinti uiri ſapientiſſimi & conſti tuta fuerant & firmata. Quod ſi reliqui omnes Italici potẽtatus Ferdi nandum regem deſererent: uel ſe ſolum ipſum iure optimo arma ſum pturum: fortunaſq; ſuas omnes pro illius incolumitate dignitateque ſeruanda aduerſus omnes expoſituꝝ qui ſecus facere aut conarent̃: aut tentarent: præſertim cum intelligeret nullo iure boneſtiſſimæ rei ſine nefario ſcelere deeſſe poſſe: cum ob ſocietatis Italicæ foedus: tum ob eam amicitiã atq; neceſſitudinẽ quæ uel uiuo Alpbonſo patre: ſibi cum Ferdinãdo rege contracta eſſet. Quæ ubi Calliſt?accepit: tanta cõtinuo

eſt affectus animi ægritudine: ut & corpore penitus imbecillo in uæbe mentiſſimã febrim inciderit: qua exbauſtus: pauciſſimos intra dies ui tam deſeruit. Calliſto ſucceſſit in pontificatu Pius ſecundus patria Se nenſis uir doctrina & eloquentia præſtantiſſim?: magnæ rerum muta tiones extemplo ac tumultus ſubſecuti ſunt. Calliſtus nulli rei magis operam dederat: quam ut Petrum Lodouicũ borgiam magnum & præ potentem redderet: Hunc cum ſpoletanæ prouinciæ ducem conſtituiſ ſet: præerat aſſiſinæ arci eius Borgiæ nomine Gottbolan? quidam: qui cum poſt Calliſti obitum nullo pacto in ea præfectura perſiſtere poſſe uideret: corruptus parua pecunia eam Iacobo picinino arcem tradidit: qui per id temporis ut ſupra cõmemorauim?: una cum Frederico urbi nati comite bellum gerebat pro rege Ferdinando aduerſus Sigiſmun dum Malateſtam: arcem picininus adeptus: eo confeſtim omnibus co piis profectus: ſine ullo labore urbem quoq; ſibi uindicat. Nec deinde difficulter Gualdum Nuceriam: aliaq; non nulla oppida ac municipia eius regionis in deditionẽ accepit: Nam cum nulli omnino eſſent per ea loca eccleſiaſtici exercitus: facile omnes præ timore ſeſe dedebant. Pius & nouus in pontificatu: & militum & pecuniarum inops: quod Calliſtus in unum Borgiam Theſauros magna ex parte cõſumpſerat: quos Nicolaus pontifex congeſſiſſet: & omnibus pœne rebus deſtitui? animaduertit nullam ſibi uiam paratiorẽ dari pro ſalute atq; dignita te eccleſiaſtici ſtatus: quã ut auxilium ab Frãciſco Sphortia Mediolanẽ ſium duce imploraret. Quippe quem ex proximis & ſuperiorib? rebus bene & prudẽtiſſime geſtis: nulli rei magis ſtudere animaduerteret: quã paci atq; quieti tum uniuerſæ Italiæ: tum uel in primis Romanæ eccleſiæ. Quãobrem confeſtim ad eum Galeotum Agneſium Neapoli tanum mittit: qui hortaretur: ac rogaret: ut Romanæ eccleſiæ defenſio nem ſuſciperet aduerſus cõmunem hoſtem omniũ & publicũ latronẽ: nec pateretur tantam audaciam longius in Italia inualeſcere: cum pro pter honorẽ nominis ſui: quem non deceret huiuſmodi latrocinia pati impunita tũ ob ſocietatis Italicæ foedus cui eſſet obſtrictus. Quod ſi neq; Romana neq; pontificis cauſa ad eam rem moueretur: ſatis tamẽ ſuperq; eum mouere excitareq; debere ſui ipſius liberoꝝq; ſuorum ac totius poſteritatis rationẽ: ne eum inualeſcere & augeri uiribus patere tur: qui aliquando ei uel liberis eius pnicioſiſſimus eſſe poſſet. Franci ſcus: quanquam ultro conſtituerat picinini auſis occurrere: tamen bis auditis: longe ad eam rem alacrior ac promptior redditus Thomam Thebaldum bononiẽſem ad eum legatum mittit: monet: hortaturq; a coeptis deſiſtat: nullum maleficiũ nullam iniuriam eccleſiæ rebus in ferat: urbes atq; oppida q̃primum Pio pontifici ſponte reſtituat. Id. n. longe maiori laudi ei futuꝝ: quam ſi facere inuitus cogeretur. Non enim paſſuram ſocietatem Italicam: ut ullo prorſus incõmodo ullaue

moleſtia Romanã eccleſiam afficeret. Quod ſi cæteri paterentur: ſe ſolũ eiuſmodi uim uendicatuꝝ recordaret quæ proximis annis in æthruria paſſus eſſet: cum aduerſus Senenſes nullo iure arma mouiſſet. Itaque multo minus hoc tempore defutuꝝ ſe tanto incommodo ac neceſſitati ſedis apoſtolicæ: nec ob imminentẽ hyemem cunctaꝝ: quo minus eue ſtigio tantas copias mitteret in æthruriã: ut nullo is loco conſiſteret: præſertim quod certo ſciret: neminẽ fore: qui eccleſiæ hoſtem in ſuam dicionem admitteret. Quibus picininus auditis: ueritus ne idem ſibi accideret: quod in agro Senenſi expertus fuerat: ſentienſq; per Antoni um piſaurẽſem regium legatũ eadem eſſe mente Ferdinandũ regem: cuius ſtipendio merebat: & ſi eum non admodum ꝑtimeſcebat: quod & nouus eſſet in regno: & ipſe potius auxilio egeret: quam cuiq̃ afferre poſſet: paruit adhortationib? Franciſci: rebuſq; omnibus Romanæ eccle ſiæ reſtitutis: in flaminiã rediit contra Sigiſmundũ in bello ꝑſeuera turus. Pius tanto periculo calamitateq; unius Franciſci Sphortiæ bene ficio liberatus conſtituit erga eum uti omni animi gratitudine: quem ut in perpetua amicicia ſibi ſeruaret: cum intelligeret ei ſe factuꝝ rem pergratam: ſi ea non proſequeret aduerſus Ferdinandũ regem: quæ temere Calliſtus aggreſſus fuerat: poſtulante ac rogante eodem Franci ſco: citerioris Siciliæ regnum Ferdinãdo confirmauit: miſſoq; latino Cardinali urſino: eum corona regni illius inſigniuit: ea tamen condi cione: ut beneuentũ atq; terracinam quas Alphonſus pater occuparat: Romanæ eccleſiæ reſtitueret: ita unius Frãciſci Sphortiæ beneficio rex Ferdinand? quod Alphonſo patri cogit nunq̃: coronam ab Pio pontifice accepit: id quod Karolo francoꝝ regi & Renato moleſtiſſimũ fuit. Et id ſane Pii beneficiũ fuit in cauſa: ut rex Ferdinãdus per ſpuriã filiam geneꝝ ſibi admitteret Antoniũ humili natum genere: utpote ex ſorore ipſius Pii: quem etiam Amalfitano ducatu & celani comitatu donauit. Pius Italiæ rebus compoſitis: maiora quædam pro religione & gloria chriſtianæ reip. moliens indici: conſtituitq; principibus omnibus chri ſtianis conuentum in urbe Mantua iubet: quo cum uniuerſa Romana curia ex urbe Roma menſe Ianuario digreſſus ad Iunium tandem per uenit: Franciſcus Galeacium ex filiis maiorem natu cum delecta equi tum peditumq; manu florentiã uſq; pontifici obuiam miſit: hoc tum eius honori datum: tum præcipue perſpectum eſt ne quid bononiæ tu multus aduentu pontificis excitaret. Mantuam uero ubi ueniſſet: Pius in primis a Franciſco litteris atq; nunciis petiit: ne huic tantæ tamq; præclaræ rei ipſe quem unum plurimi faceret: deeſſet. In eius enim au ctoritate ac præſentia tantum momenti fore: ut propoſito ſuo magnũ adiumentũ afferret. Franciſcus quo & pontifici gratificaret: & intelli gerent omnes in eo moram nullam eſſe: quo minus ex pontificis ſen tentia recte proſpiceretur religioni & fidei chriſtianæ: Mantuam cum

pulcherrimo ac ampliſſimo comitatu proficiſcit: incredibile dictu eſt: quanto honore exceptus fuerit tum a ſūmo pontifice cardinaliūq; collegio: tum ab Lodouico Marchione. Sed poſtquam ei ſenatus datus eſt ſedente ipſo pontifice cum cætu cardinaliū ac omnium primorū ſacerdotum conuocatis omnium chriſtianorū legationib? quæ non ex Italia ſolum ſed & tota europa conuenerant: habita eſt nomine ipſius Francisci Sphortiæ grauiſſima elegantiſſimaq; oratio a præſtantiſſimo & eloquētiſſimo oratore eodemque poeta Franciſco philelfo: qua propoſitum primum pontificis laudauit: mox aduerſus Turcas omnem operam pollicitus eſt. Sed ubi Pius in templo maximo ornatiſſimam habuiſſet orationem ad incitandos omnium animos aduerſus Mahometum turcarum imperatorem ſuſcipiendo: omnes quotquot interfuere: aſſenſerunt: præter uenetorum legatos: quod dicerent ſe eſſe turcis finitimos multis in locis. Quāobrem nullo pacto eorum eſſe ſententiam decernere bellum aduerſus turcas: ni prius aperte uiderent chriſtianos principes ad id ſuſcipiendū bellum cum copiis & terra & mari conueniſſe. Sed poſteaquā publice eſt decretum de bello ſuſcipiendo & Franciſcus ipſe præterea cum pontifice ex cōmuni ſententia cōueniſſet de ferendo Ferdinādo regi auxilio: quoniam iam inde dubitabat de inconſtantia infenſoq; in regem ſuū animo: præſertim cum rumor eſſet: Iobānem andegauēſem ab illis accerſitū. Franciſcus Mediolanū it: Pius pontifex poſt paucos menſes in æthruriā reuertitur: atq; annum fere patriæ amore ductus: ſenis egit. Dum hæc per Italiā gerunt: extincta Genuæ peſtilentia: quæ ut ſupra docuimus: ciuitatem in ipſo propeſiculi biſpaniciq; belli ardore inuaſerūt: reuerſiſq; in urbem ciuibus: & de inſtaurando reip. ſtatu agitatum eſt: & Iohannes qui exhauſto ærario publico: pecuniæ inopia premebat: quod publica ſtipendia: ciuibus pluribus abſentibus: exigere non poterat: ad priuatos ciues conuerſus: pecunias mutuo accipiebat: quæ cum ad alendos milites: quorum magnum adhuc numerum propter exulum metum intra urbem retinebat minime ſuppeterent: miſit Danielem berricum Neapolitanū ad Franciſcum: qui ab eo peteret pro Karoli regis & Renati patris cōmodo pecuniam mutuo qua regiam urbem ab nō nullorū perfidia tandiu ſeruare poſſet: quoad ex Gallia ſuppetiæ mitterent. Frāciſcus qui in largiendo noſtra memoria pro facultate nemini hominū ceſſit: quanuis gallicæ potentiæ uicinitas ſibi ingrata & ſuſpecta erat: grandem Iohanni pecuniam dono miſit. Interim Petrus fregoſus iam Nouas abierat: quod oppidum cum Vultabio pignoris loco pro earum pecuniarū parte: quæ ſibi pro Genuenſi arce regi tradita debebantur: in poteſtate retinuerat: qui cū iam promiſſæ pecuniæ minime ſoluerent: uerba indignationis plena iactare cœpit: & ob id fratres gentileſque eius ex urbe diſcedere iuſſi ſunt: quæ res Iobāni genuēſibuſq; qui gallorum rebus fauebant:

in dies ſuſpicionē metumq; augebant. Itaq; cum eſſet Nouis Petrus graui in gallos ira cōmotus: Mediolanū ſæpe ad Franciſcū mittebat non tam de Genuenſib? quam de Iohanne grauiter querens quod quæ ſibi deberent pecuniæ: minus uti cōuentum erat: dependerent: ſuique eſſent Genua eiecti: & ob id nullis teneri legibus neq; Karolo regi neq; Genuenſib? eſſe ſibi in animo in Genuenſes bellum ſuſcipere: nec dubitare ſi parua pecunia modo adiuuetur Iohanne inuito: quin paucis diebus in Genuam introducat: & in urbis principatū rurſus admittatur: ciuibus agreſtibuſq; uiris ſuæ factionis extra intraque mœnia fauentibus. Franciſcus bis ſæpius auditis: & ſi ut ſupra oſtendimus: moleſtiſſime ferebat gallos tam præclaræ tam opulentæ tamq; ſibi proximæ urbi dominari atque eo magis: quod nullo ſecum ea de cauſa cōmunicato conſilio Andegauēſes: quibus ueteri & ſingulari amicicia iunctus eſſet: Genuenſiū rerum pro Karolo negotiū ſuſcepiſſent: tamen nolens quicquam cōmittere: quod contra regium nomen eſſet: rem ad Ferdinandum: ad quem maxime pertineret: defert. Inter hæc Iohannes & ſi iampridem ad res Neapolitani regni animum intenderat: tamen eo maiore ſtudio ad eas incenditur: quo in tam nobili Italiæ urbe Genua & maritimi belli gloria excellenti pedem firmaſſet: quæ maiorib? ſuis ad id parandum regnum ſemper aditum præſtitiſſet: & magno ſæpe adiumento fuiſſet: cuius opportunitate facile ſperare poſſet: ſe etiam regnum ipſum aliquando conſecutum: eo præſertim tempore: quo Alphonſo rege mortuo: illius regni principes populoſq; ſimul fluctuare animis palamq; inter ſeſe diſſentire audiebat: quorum plæriq; ad ſuſcipienda aduerſus Ferdinandū arma: eum & adhortarent & incitarent. Quibus rebus: quæ ad proficiſcendū bellumq; gerendum ptinerent: ſummo ſtudio parare conſtituit: ſed prius Franciſcum Mediolanenſiū ducem reconciliandū putabat: quem ſibi infenſum ex Danielis legati litteris cognouiſſet: propterea quod de ſuo Genuā aduentu nihil ante cōmunicaſſet: & magnopere deinde ſtudendum ut illius animum ab Ferdinandi amicicia auerteret. Itaq; duos & patris & ſuo nomine legatos ad eum mittit Franciſcū pancratium Maſſilienſiū præſulem & Iohannem coxam: de quibus in ſuperioribus cōmentariis mentionē feci mus. Hi eam quā cepiſſet Franciſcus de Iohanne indignationē molire atq; ex illi? aīo eluere multis humaniſſimis leniſſimiſq; uerbis conati ſunt. Deinde conſtituiſſe aiūt Iohānem per oblatā hoc tempore occaſionem: paternū regnū quo ab multis uocaret: armis repetere: rogare oraq; ob id eum: qui andegauēſi familie longa ſingulariq; neceſſitudine ſemp iunct? fuiſſet: pro cui? etiam amplitudine Sphortia pater periſſet neq; ipſe modo: ſed etiam cōſanguinei omnes ſeruandæ eius neceſſitudinis cauſa ab cōmuni hoſte patrimonio boniſq; omnibus ſpoliati fuiſſent: ut omiſſo Ferdinādo: qui nou? eſſet in amicicia in antiquū domus

Andegauēſis hoſpitium rediret: illiuſq; iuſtiſſimā cauſam ſuſciperet: eoque pacto acceptas ab Alphonſo iniurias ulciſceretᵉ: & non ſolum a patre relictum reciperet: uerum uniuerſum Neapolitanū regnum: ſi ita uellet: ſibi poſteriſq; ſuis pararet. Cōſtituiſſe enim Renatum Iohannemq; filium: titulo tenus regium nomen retinere: cætera in Franciſci poteſtate relinquere: neq; rem tanti momenti ob depactum Hippolytæ filiæ cōiugium Ferdinandi filio perturbari debere: cum mulieris ætas uiro prorſus diſpari natuque longe minori minime conſentaneū faceret: atq; iam tunc Iohannē ut noua neceſſitudine antiqua amicicia confirmaretᵉ: ſe Hippolytam deſponſuꝝ: multa in Ferdinandū ipſis hæc exponētibus legatis: quod eo regno eaq; affinitate eſſet indignus obiectando: ac nullam prorſus conditionē quam Franciſcᵘ ipſe optaſſet: excipere: modo Iohāni auxilio foret. Poſtremo ſiqua forte cauſa ad recuperandum regnū Andegauenſibᵘ fauendum ſibi non uideretur: ſaltem ſe belli ſpectatorē præberet: neutram in partem inclinans: operamq; daret: ut Pius pontifex: qui iam cum Ferdinādo ſentire uidebatᵉ: idem faceret. Legatis uti facere iuſſi fuerant: poſtridie eius diei reuerſis Franciſcus reſpondit. Ad mutuam ueteremq; amiciciā: quæ andegauenſi familiæ cum Sphortiana ſemper fuerat: maxime ptinuiſſe: cum primū Renatus Iohāneſq; genuenſibᵘ rebus: quibus ipſe proximus eſſet: animum applicuerūt: aliquid ſibi ſignificare: ſed quanquam ſe uelut hoſtem cauerant: Renatum tamen quēadmodum antea ſemper patris: & Iohānem fratris loco habuerat: ita ſe in reliquū tempus habituꝝ. Quæ de inuadendo Neapolitano regno nūciaſſent: ſibiq; ut ab præſtandis Ferdinādo auxiliis abſtineret: ſuaſiſſent: eos prudētiſſimos eſſe alieno conſilio non egere: tamē amice monere ſi arma Ferdinādo intuliſſent: ſe iure Italici fœderis ita eſſe obſtrictū: ut quotiens ab ipſo rege poſceretur: arma pro eo ſumeret: eorum omniū futurus hoſtis: qui Ferdinandum bello laceſſerēt: Nec dubitare idem facturos cæteros Italiæ potentatus pari uinculo obſtrictos. Itaq; q̄diligentiſſime ab iis animaduertenda omnia prius eſſe: quam deſtinata conarentᵉ: & ſumma pace quieſcentem Italiam nouo bello incenderēt. De affinitate quam Iohannes pollicebatᵉ: non uidere quo iure ab ea diſcedere poſſet: quam per iuriſiurandi religionē cum Alphonſo firmaſſet: Nam & ſi filia ætate uirum anteibat: tamen coniugium reſcindi non licere: quod mutua uoluntate eſſet contractū: annis amborum plane antea utriſq; cognitis. Quod ſi ob eam cauſam a conuētis diſcedendum putaret: nemo ſane eſſet: qui eum non tunc ſed initio uſq; ubi de ea affinitate ageretur impuræ & fraude corruptæ mentis fuiſſe iudicaret. Malle igitur mori: quam tantam infamiæ labem ſubire: cum nihil ſibi bonore carius eſſet. Ad hæc legati cum multa nequicq̄ repetiſſent: Genuā legatione irrita: redierē. At Ferdinandᵘ oblatam tam opportuno tēpore rei genuēſis pturbandæ

occaſionē:nihil cunctatus:eo aīo arripuit:ut nulla in re quoad poſſet: Petro deeſſet:quo Galli eius conſilio atque uirtute Genua liguſticoq; mari procul pellerent̃:Nam eo maiore cura angebat̃:qđ uiꝫ ſibi æmulum in uicina & præpotenti urbe præſidium eſſe:ubi arma uiri claſſeſque facile in ſuā ꝑniciem comparari poſſent:quo Alphonſo eius patre imperio opibus & auctoritate inferior eſſet:qui &ſi tot regnis potentiſſimus erat:tamen præterita reuoluens animo: ægre ferebat:ut Galli genuam poſſiderent:& in Italia Andegauenſiū nomen inueteraſceret: cum quibus totiēs de regno cōtendiſſet.Itaq; Petrus accepta ab regio legato pecunia:quam mutuo Mediolani coegerat ex omnibus ciuitatibus Franciſci equites peditesq; ueteranos partim ex iis qui ſub Tiberthō brandolino militabant:partim qui nullo alieno ſtipendio tenebantur:conducere feſtinat: ita paucis diebus tot apud Nouas milites conuenire:quot aduerſus Genuēſes bello gerendo uſui fore cenſuerat.Quibus rebus cum rumoribus: tum nunciis Genuæ cognitis: grauis ad Franciſcū querela ab Iohanne per Danielem legatum delata eſt: quod ex ciuitatibus finibuſq; eius Petrus fregoſus rebellis regius pecuniam habuiſſet: quod conducto milite contra regiam ciuitatem exercitum paraſſet: quod arma tæla & quæ bello neceſſaria eſſent:comparaſſet. Hæc &ſi hactenus ſatis ꝑſpecta fuiſſent quorum conſilio operaq; gererentur:tamē diſſimulaſſe.Nunc uero amplius cunctandū non putabat quin omnia regi ab ſe renūciarent̃:cuius auxilio urbem ei deditiſſimā: cui ipſe præeſſet:facile ab æmuloꝫ rebellium q; inſidiis tueri poſſe non dubitabat. His expoſitis Franciſcus breui oratione legato reſpondit. Cum nullis gentibus ſibi bellum eſſe: nulli præter Italicos ſocios hoc tempore aliquibus legibus teneri: ſe cum mortalibus cunctis pace uti per ſuos fines omnibus patere aditum:ſi Ferdinādus rex pecunias Mediolani per argentarios comparauerit: ſi Petrus fregoſus eius pecunia militem in ſua dicione conduxerit: cui nam iniuriam feciſſet: ſe non intelligere.Idem ſi uellet:Iohanni ipſi licere:quod ad Karolum francorum regem quærimoniā de ſe factuꝫ dicat:neq; id uereri:quo minus ſe ab ſua libertate ab ſua cōſuetudine amoueret. Scire prudentiſſimū regem ſi uera ad eum relata fuerint: pro ſua iuſticia & æquitate nihil ab ſe factum:niſi quod iuſtum honeſtūq; ſit iudicatuꝫ. At Petrus coactis ut prædixim?:copiis ꝑcuſſoq; cum Iohanne philippo fliſco fœdere qui cum gallorum dominationē odiſſet:illorum imperium ſubire noluerat: Nouēſium ex oppido mouit:& ſuperato apennino:per genuenſiū agrum progreſſus in Albario uico haud amplius duobus paſſuum milibus ab Genua conſedit. Iohannes & ſi non paruo militari præſidio muniebat̃:populuſq; omnis fauere gallicis rebus putabat̃: urbe tamē ſe continebat:tum quia boſtis equitatu præualebat:tum maxime quia non ſatis tutum uidebatur imperitam multitudinem cum ueterano

peditatu & tanto equitatu conferre: leuia tamen prælia quottidie committebant. Interea litteris nunciisq; & postremo missis legatis ab Karolo rege impetrarãt Genuenses: ut Rainaldus astensis præfectus cum equitibus trecentis Genuam proficisceret: & Renatus ex prouincia totidem delectos pedites eodem mitteret. Itaq; Petrus antea q̃ regia præsidia Genuam puenirent: aditum in urbem interdum insidiis: interdũ admotis noctu muro scalis tentare: interdum totis copiis mœnibus appropinquare: ciues terrere: expectare si qui forte motus intra urbem excitarent. Sed tanta erat & ad seruandam regi fidem ciuium uolũtas tantus ad tuendam aduersus exules urbem cõsensus: tantoq; uniuersa prope ciuitas odio in Petrum exarserat: ut cum oẽs die noctuq; armati excubias agerent: nemo unquam inuentus sit: qui perfidiæ accusaret: & iam Rainaldum cum multo minore equitum numero quam fama esset: mouisse ex astensibus afferebat: cum Petrus & Iobánes philippus exercitum urbi propinqui? admouebát: nec tamen Iobannes pugnandi potestatem faciebat: sed sagittariis in mœnibus uicinisq; ædificiis dispositis intra urbem consistebat. Ferunt Iobánem philippum ostentatione quadam & iuuenili ardore ductum: ad suburbia propius quam par esset: accessisse: ubi in latus Colubrina traiectus in castra ægre reductus intra pauculas horas excessit e uita. Quo mortuo: in Petrianis castris insequenti nocte tumultuatũ est: Nam Orolandus Hybletusq; Iobannis philippi fratres & Iacobus alteri? fratris filius inter sese dissidentes diuersis itineribus fliscorum uicos: qui in Iobannis philippi fuerant potestate: petiere: ut quæ quisque posset: aut per uoluntariá deditionem aut per uim aut per insidias sibi uendicaret: quibus cum milites multi de exercitu abierunt: multiq; præterea orientalis genuensis oræ municipes: qui fliscum secuti erant: castra deseruerũt. Quod cum animaduertisset Petrus ueritus: ne Rainaldi cum nouo equitatu Genuam aduentu: qui iam Sauonam peruenisse dicebatur: diminuto exercitu impar hostiũ uiribus esset: adactis per noctem mœnib? scalis: non tam rei bene gerendæ fiducia: quam ut inde fugam dissimularet: excubiis sentientib?: intẽpesta nocte castra mouit: & instructo agmine Segestam profectus insulã eius uici qui arcem ac portum habet: defendentibus paucis: ui cepit. Inde clauaq; rediens: quod est oppidum situ munitione & populo nõ ignobile. Oppidanos & blandis uerbis & pollicitationibus in suas partes traxit. Interim Rainaldus cum manu equestri Genuam peruenerat: sed non multo post cum parum usui equitat? in lapidosis montibus scopulisq; fore putaretur: consumpto accepti stipendii tempore: unde discesserat: remeauit: & nihilo tamen secius magno omniũ consensu insequi hostem Genuæ constitutũ est: cum Delphini portum insulamq; Segestæ recuperare maxime necessariũ uidere tur: sed maritimaq; arcium expugnatio sine nauali ope perdifficilis

admodum existimabat: quod Ferdinand⁹ uti demonstratū est: classe milite pecunia exules magno studio iuuabat. Itaq; inuenta ex ciuium tributis pecunia: placuit triremiū decem & onerariarū nauium duarum classem parari: qua confestim instructa: eique Iohanne coxa præfecto: missisq; terrestribus copiis: arx Delphini portus recepta est: & clauaq; deinde oppidum Segestæq; insula in Genuensiū potestatem rediere. Petrus ubi uidit non posse in Genuensib⁹ diutius consistere: deficientibus ad Genuenses iis quottidie incolis: quibus maxime confidebat: dimisso in longobardos fines exercitu: per apennini montis cacumina iter faciens Nouas remigrauit. Relinquebat omnino ad uictoriā Naulum occidentalis oræ oppidum: quod Iohannis carreti finarienſis præsidio tenebatur: & cum loci natura & auxilio⁹ propinquitate id facile oppidum defendi posse putaretur: uisum est: per eam tempestatē illius oppugnationē intentatā relinquere. Sed fortuna quæ plurimū in bello ualet: sine ullo fere labore præstitit: quod p difficile factu omnes iudicabant. Nam exarmata Genuensiū classe cum duodecim Ferdinādi regis Triremes Villamarino duce: ligusticum mare infestarent: & sumendorum cibariorū causa in Naulensi portu starent: decretum est Genuæ rursus classem instruendā: quæ nihil hostile metuētes regias naues de improuiso inuaderet. Itaq; dimissis per uiarum anguſtias custodib⁹: clausisq; urbis portis: nequis posset quæ Genuæ agerentur: hostibus enunciare: mira celeritate reficiuntur instruunt⁹q; triremes decem: & quod uix credi possit: cum aliquas in salum deducere necesse fuerit armis remis uelis uirisq; & omni necessario apparatu intra exiguū temporis spatium instructæ: intempesta nocte soluerūt: & uentis prospere flantibus: in hostium conspectum sub lucem primam p uenerunt. At Villamarinus: ubi hostilem classem conspicatus est: rei nouitate p territus: præcisis anchorariis rudentibus fugæ in altum se mandauit: qui cum agilitate nauium præualeret: remorū beneficio ab ingenti imminētiq; se periculo exemit: quem Genuēses aliquādiu frustra insecuti Naulensem in portum rediere: & primo impetu urbem arcemq; expugnauerūt Nam tanta celeritate hæc gesta sunt: ut Carretus subsidia laborantib⁹ Naulensib⁹ mittere non potuerit. His rebus gestis: & genuēsis ciuitas omnis cum maritima ora quiescebat: & Iohannes ad destinatā recuperandi Neapolitani regni expeditionē animum cogitationesq; omnis conuertit. Erantq; plærique regni eius principes: qui Iohānem ipsum cum litteris tum nunciis ut in regnum traiiceret: adhortabant⁹: præter cæteros Iohannes Antonius Tarentinorū princeps: qui & auctoritate & opibus reliquos anteibat: non adhortabat⁹ modo: sed pollicitationib⁹ multis incitabat. Iohānes ne recipiendi paterni regni occasionē præter mitteret: cunctandū sibi amplius non putauit: ut & bellum aduersus Ferdinādum susciperet⁹: & quæ ei bello usui forent: cōquirerent⁹. Iamq;

Renatus classem triremiũ duodecim Massiliæ parabat: pecuniasq; filio se missuꝝ dixerat: Multi etiam Karolum francoꝝ regem Renatum ad id suscipiendũ conficiendũq; bellum adiuturum affirmabãt. Præterea cum ab genuẽsibus quoq; Iohannes auxilium petere statuisset: conuocato senatu & ciuitatis primoribus: se ex patriis sedibus inquit Genuã aduenisse: ut amicam urbem aut amicum populum tot mutuis beneficiis sibi cõiunctum ab seruitute ab calamitate liberaret: subleuaretq;. Nunc quiescente rep. habere in animo paternũ regnum armis repetere si Genuenses aliter censeant: malintq;: remaneat: spem omnem quæ de recuperando regno sibi impræsentia offeretur: in aliud tempus dilaturum: ut regiæ causæ & Genuẽsi quieti consulat. Sed cum maxima præteritorum bellorum pars quibus multis magnisq; sæpe incõmodis genuenses affecti sunt: Ferdinãdus sit: eos melius quieturos: si is domestico bello intestinoq; incendio impeditus atq; implicitus distineatur. His adiecit commoda & dignitates: quæ genuensib? ipsis puenturæ essent: si ea Italiæ pars omnium fertilissima & genuensib? admodum uicina in suam potestatem redigeret. Hæc & eiusmodi eorum qui aderant: sententia comprobant. Postero die habito senatu & maiore ciuium numero in concilium accersito: reque proposita omniũ sententia Iohanni triremes decem cum trimestri stipendio decernunt: quæ coxa præfecto massilienſi classi cõiunctæ Iohãnem suosq; in regnum deferant: additæ tres onerariæ: quibus equi & impedimẽta omnia deuebantur millia præterea aureum nummũ sexaginta ex iis pecuniis: quæ ex diui Georgii ærario in sumptus publicos erogari plerunq; solent. Ab multis quoq; ciuibus Iohannes pecunias mutuo impetrauit: & tanta apud Genuenses omnes gratia ualebat: ut multi sponte pecunias attulisse ferantur. Iam utraq; classis in portu stabat instructa: atq; omnia ita parata erant: ut nihil morari profectionẽ posse uideretur: & Lodouicus ualla nouus præses ab rege designatus cũ equitatu peditatuq; gallico Genuam puenerat: cum interim nunciatur: Petrum fregosum rursus equites peditesq; scribere: nouumq; exercitum & priore ualidiorẽ comparare. Nec ea res uana: Nam Ferdinandus cum nulli rei magis Iohannem studere intelligeret: quam ut in regnum transiret: optimũ iudicauit: si illi ab Genua recessus eo tempore impediret: ad quam rem conficiendam nulla aptior uia offerebatur: quam ut Petrus fregosus licet superiore conatu nihil profeciſſet: rursus in Genuenses immitteret: ob id representatæ Mediolani pecuniæ: quæ ad reficiendũ denuo exercitũ: satis uiderentur. Petrus coacto exercitu: in portiferæ uallem descendit: castraq; non longius quattuor passuum millibus ab Genua posuit. Iohannes mœnibus custodes disponit: ipse quod superiore proximo bello fecerat: urbe se continet. Petrus contra: cum iam autumni tempus aduentare uideret: inuadere urbem: prælioq; fortunam experiri decreuit:

ueritus : ne ſi porcifera amnis bymbribus augeretur: non facilis eſſet illac futurus exercitui tranſitus. Præterea milites exacto ſtipendii tempore: ægre ſine pecuniis retineri in caſtris poterant. Cumq; miſſi ſæpe exploratores renũciaſſent nullum patere in urbẽ aditum excubiis ubiq; uigilantibus: occaſionẽ magis eius capiendæ urbis expectabat : quam inueniebat. Interim miſſa ab genuenſib⁹ utraq; claſſis eſt ad inſequendas Ferdinandi naues: quæ laborná uſq; delatæ dicebant. Qua re cum magna præſidii parte nudatam eſſe urbem Petrus cognouiſſet: nequa quam tantam rei gerendæ opportunitatẽ prætermittendã duxit. Iam tertius decimus agebatur Septembris dies: cum per noctem diſpoſitis inter uirgulta iuxta urbis mœnia delectis militibus iuſſiſq; occultare arma: uocemq; ſupprimere: & ſignum expectare : ipſe moenia ſilentio circũibat: & quid ab uigilibus ageret: explorabat: & cum rariores iam cuſtodes animaduerteret: eoꝝq; uoces laſſitudinẽ ſomnũq; indicarent: mittit: qui extemplo exercitum omnem armari : ad ſeq; ſilentio uenire iuberent. adactiſq; interim moenibus ſcalis : qui in occulto aderant : milites conſcendere muꝝ imperat. Primi ſecundiq; ſentientib⁹ nullis: in muro conſtiterunt: cumq; iam ſatis magnus militũ numerus intro miſſus uideret: dormiẽtes cuſtodes fugare: & terrore omnia complere coeperunt. fractoq; qui propinquus erat poſtico : reliquos ſibi ſocios adiungunt: proximũq; moenibus collem quem Petram minutã uocant in urbe occupant. Iam boſtes adeſſe: & intra moenia penetraſſe per urbẽ conclamabat. Iobannes miſſæ Piſanum in portum claſſis : conſilium damnans: ne territus uideretur: alacri uultu confeſtim arma capit: ſuoſque armari: & demandatã ſtationẽ ſeruare iubet: ueritus ne alia quoq; parte boſtis irrumperet: ipſe omni ſuoꝝ militum ciuiumq; nonnulloꝝ conatu in boſtes proficiſcit: atq; in eo urbis loco conſiſtit: quem uaſtatum appellant: quod non ſatis tutum montem ſubire uidebatur: ſi boſtes in planum deſcenderẽt: cum præſertim uniuerſum Petri exercitum intra urbem penetraſſe intelligeret : ſed faciebant nocturnæ tenebræ: ut Petriani milites minus late uagarent. Miſſilibus ob id tantũmodo pugnabatur: cumq; dubia uictoria certaretur: inter ſpem metumq; contendentium res erat. Petrus in urbe motus tumultuſq; ab ſua præſertim factione excitari expectabat: Iobannes ne id in tanto rerum diſcrimine eueniret: magnopere timebat: ſed præter utriuſq; opinionem magnum ne dicam inſolitum eo tempore Genuenſis populus de ſe fidei experimentũ præbuit: nullo in urbe tumultu orto. Poſtquam dies illuxit : cõmiſſum eſt pro loci natura prælium atrox. Petrianis muniméto collis erat. Galli cũ premerent: intra uetera mœnia refugiebant: quos arx etiam caſtelleti uaſtato imminens tutabatur : Nam inter gemina urbis mœnia noua ſcilicet quorum partem Petrus obtinebat: & uetera quæ in Iobánis erant poteſtate: utraq; uerſabatur acies. Fertur multos

deſperata uictoria: Iobanni ſuaſiſſe: ut in arcem cum ſuis ſe reciperet: quod conſilium cum ipſe nequaquã adhuc capiendum eſſe diceret: & uultu & oratione uictoriam quaſi præſagiſſe uiſus eſt. Petrianos inter milites rumor exoritur: Adurnoꝝ per urbem nomen conclamari: iamq; eo ipſo tempore in portu ex locis ſuperioribꝰ. Paulus ex adurna familia trireme ad urbem nauigare conſpicitur: quem Iohannes eo conſilio ex rure accerſiuerat: ut factionẽ adurnam eo principe partium ſtudio fregoſæ opponeret: ſeq; facilius aduerſus hoſtes tueretur. Quod hæ factiones duæ de principatu ſæpe in ciuitate contrario ſtudio mutuiſq; odiis inter ſeſe decertare cõſueuiſſent: quam quidem rem ubi Petrus intellexit: graui dolore affectus: & ſuis pœne rebus deſperans: deſcendere de colle adoririq; hoſtem inſtituit: quod non bono eum conſilio feciſſe conſtat: cum ex tutiſſimo loco ubi ſe cum ingenti hoſtium terrore & deſperatione continebat: in fortunæ caſus ſe temere obiecerit: ſed fecerat res noua: ut homo gloriæ regnandiq; cupidus: non ratione ſed impetu moueretur: Nam uerebatur: ne ſuo ſuorumq; labore atq; periculo aduerſariis in ciuitate principatus: de quo ſæpe illos eiecerat: pararet. Itaque ſtatim cum delecta militum manu occidentalem portam beati Thomæ nuncupant: eo animo petit: ut & portam ipſam præſidio muniret: & Lodouicũ uallam cum gallorum manu in ſancti Thomæ ædibus ſtabulantẽ aut caperet: aut inde pelleret: ne quem poſt ſe hoſtem relinqueret: quo tutius uniuerſis copiis Iobannem aggredi poſſet. Sed aliter quam putarat ſors præliiq; euentus tulit: Lodouicus enim ubi uidet in ſe ueniẽtes hoſtes: baud impigre eius occurrit: Petrus ui repulſus: ad ſuos redire cogitur: & cum antiquis urbis moenibus appropinquaſſet: uaccaꝝq; portam patere uidiſſet: probibentibꝰ nullis: alteram urbis partem ingreditur. Ferunt eum non longe ab ea porta equeſtrem reliquiſſe ordinem: & cum eo Maſinum fratrem & Galeotum conſobrinum: qui aditum ſeruarent: ſed illos ſiue Miſſilibus loco pulſos: ſiue neglecto Petri imperio: prædæ cupiditate ductos aditum deſeruiſſe. Ex quo factum eſt: ut porta ab gallis occupata: Petrus & ab iis qui eum ſequi debebant: & reliquis ſuis intercluſus: tribus equitibus tantum comitantibꝰ: intra uetera urbis moenia in hoſtium manu relinqueret: qui ubi animaduertit neq; ad ſuos redire poſſe: neq; ullum ſibi relictũ eſſe locum: quo ſe recipere poſſet: per urbem uelut amens furenſq; concitato equo ſalutem quærere coepit: cumq; aliquantulũ proceſſiſſet: occurrit ei cum paucis Iohannes coxa: quem ut ex inſigni galeæ chriſta agnouit: obſtinate inſequitur. Petrus per plateas forum q; curſu fugiẽs recto itinere orientalem portam petit: eo animo: ut ea egrediens perniciate equi mortis piculum euaderet: ſed clauſa porta redeuntẽ ſtatim coxa in anguſtiis uiarum conſequit: biſq; ferrea clauſa pcutit in caput Inde tamen equi beneficio ſe eripuit: uectuſq; ad diui Andreæ portam

altis ex ædibus iactis lapidibus contusus poneq; obrutus est: paululū que deinde progressus & longo labore & multis uulneribꝰ confectus non longe ab prætorio cecidit : quo semianimꝰ delatus nulliq; respon dens interroganti post paucas horas excessit e uita . Petriani ubi de sui ducis periculo: pauloq; deinde post de crudeli cæde cognouerūt: despe rata omnino uictoria: omniūq; salute ægrius primo pugnare: latebras deinde quisq; pro se quærere ac paucis exulum resistentibꝰ omnes fugā spectare. Ex peditibus plures cæsi: nō nulli uulnerati: pauci eodem quo uenerant itinere: urbe egressi euasere : equites fere omnes intercepti & cum iis non nulli equitum præfecti insignes: & inter hos Sigismundꝰ brandolinus Tiberti filius. Capti insuper sunt ex genuensibꝰ exulibus Masinus Petri frater: quem supra nominauimꝰ: & Orolandus fiscus : captiui milites iureiurando obstricti: ne contra regium nomen rursus stipendia acciperent: incolumes abire permissi sunt. Sigismundꝰ patris causa : quod is Francisci Sphortiæ iussu omnem Petro militum opem subministrasse diceretur: in carcerem coniectus est. Masinus & Orolan dus securi percussi sunt . Hac parta uictoria : Iohannes cum pacata ac tuta omnia Genuæ uideret: comparatis iis rebus omnibus : quas præ senti expeditioni usui fore putauerat: reuersisq; iam in portum triremi bus: quæ audito ex itinere genuensium periculo ab cursu destiterunt : quarto nonas octobres idoneum nactus nauigandi tempus naues con scendit: portumq; lunensem primū tenuit. Ibi recensendis cogendisq; militum atq; nautarꝫ turmis biduum consumpsit. Deinde pisanum in portum delatus : ab florentinis publicis muneribus munificētissime donatus est : statimq; inde soluens secundis uentis die tertio Gaietæ littoribus appulit: calabrorꝫ oram petiturus: quo ab Antonio uintimilia no Crotoniatū marchione: quem Mediolano nōdum recepto: ab Franci sco compræbēsum docuimus: magno studio accersebat : Nam is Ferdi nando propemodum infensus ultro fuerat Iobanni pollicitus: si classæ calabriæ littora attigisset: se eum non tam maritimia mediterraneisq; oppidis atq; urbibus: quibus ipse imperabat: receptuꝫ: quam Calabriæ reliquæ regniq; totius recuperandi causa consilio ope opibus adiutuꝫ. Sed ubi uintimilianū ipsum ab Ferdinando: qui in Calabros cum exer citu ea æstate pacandæ eius prouinciæ gratia accesserat: retētum cogno uit : graui affectus est cura: cum & amicum: cuius maxime hortatu eo anni tempore Genua mouisset: & omnem : quam in eo adeundi regni spem posuerat : amisisse diceret. Itaq; ea spe derelictus: mutare nauiga tionem cogitur: & primū uulturni amnis ostium ingressus est. Exinde Pontiam insulam proximūq; baiarum portum tenuit: ubi cum omnia circūquaq; hostilia essent : ac laborare cibariorꝫ inopia cœpisset nec qđ ineundum consilium esset: satis decernere posset: & iam de reditu cogi taret : contigit ex insperato: ut ab Marino martiano Suessanorꝫ duce :

qui e regione erat: ad eum de deditione nūcii mitterent: quibus poſtu latis facile impetratis Sueſſamq; reuerſis: Iohannes ab Marino quam primum excipitur: expoſitoq; in terram milite ad lirim flumen uulga tur ubiq; per Sueſſani fines & Iohannis andegauēſis aduentus & Sueſ ſani ipſius aduerſus Ferdinandū rebellio: & bellum pro Andegauenſi bus ſuſceptum: factiſque in proximas regiones finitimoſq; populos multis uariiſq; excurſionib?: omnis pœne campaniæ ora abſente rege: terrore ac tumultu completur. Caluum oppidum non longe a capua nullo munitum præſidio nullo negotio Sueſſanus occupat. Sernium pluribus a Iohanne tentatum pugnis: oppidanis ſeſe defendentib?: in regia fide permanſit. His primum rebus in regno geſtis: tanto ſubito ad Andegauēſes animoꝝ inclinatio fuit: tantuſq; undiq; rerum motus & procerum populoꝝq; ſeſe dedentium ad Iobānem factus eſt concur ſus: ut ampliſſimū opulentiſſimūq; regnum tot annos Alpbonſi regis imperio adminiſtratū nutare: & paucos intra dies in euerſionē tendere uideretur. Cōiurarant enim poſt Alpbonſi mortem plæriq; regni eius principes rerum nouarum cupidi clādeſtinis inter ſeſe initis conſiliis aduerſus Ferdinādum. Eius cōiurationis Iobānes Antonius tarentin? & princeps erat & concitator & diſſenſionū omnium miniſter. Itaque facto ab Sueſſano defectionis initio: & Iobanne in continentē recepto: Antonius caudola Iacobi filius cum omnibus gentilibus principatū in brutiis obtinebant: ad Iobānem ueniens ei ſeſe milites oppida fortu naſq; omnes dedit: huius conſilium ſecutus Petrus: Iobannes paulus cantelmus ſoranoꝝ dux idem facit: Iobannes multis ex iis qui ſub Fer dinando meruerant copiis auctus in brutios proficiſcit. Eo ubi puenit Aquilani ad eum multis cum regionis eius oppidis atq; clientibus de fecere. Nec multo poſt Nicolaus campobaſſi? comes: qui multa in ea prouincia oppida poſſidebat: deſciſcentib? cæteris: adiungit: liberumq; per ſuos fines Gallis in Appuliam tranſitū præbet. His cōfectis rebus: Iobānes ſollicitatis appulis ciuitatibus: quæ ſuarum partium per ſupe riora tempora fuerant: in patētiſſimos Appuliæ campos deſcendit. Ibi Herculem æſtenſem cum non parua equitum manu: quem Ferdinan dus cum Alonſo daualo natione biſpano Appuliæ urbib? præſidio præ fecerat ad ſeſe recepit. Quod quidem facinus non ſuo ſed Borſii fratris mutinēſium ducis qui Andegauenſiū rebus ſummo ſtudio fauere cœ perat: conſilio impulſus admiſiſſe ferebatur. Eius diſceſſum magnæ extemplo reꝝ mutationes in ea quoq; prouincia ſubſecutæ ſunt: Nam regionis fere totius incolæ metu liberi ſeſe ac Luceriā fogiam Sanctū ſeuerum Troiam: poſtremo ſipontum: quam nunc Manfredoniā uoca mus: reliquaſq; regionis ipſius urbes atque oppida uoluntariis animis uno fere tempore Iobanni tradiderunt. Hac tot oppidoꝝ urbiumq; de fectione factum eſt etiam: ut ſine ullo periculo boſtiliq; metu iter ad

Tarentinū : qui cum Ferdinando adhuc ſimulauerat: Iohanni pateret. Quæ quidem res cum ita eſſent tot regni prouinciis pro Tarentini ſententia conſtitutæ: non putauit amplius ſibi ſimulādum diſſimulandū ue: quin hoſtem ſi Ferdinādo pronunciaret: apertoq; bello in eum prorumperet. Itaq; facta palam ubiq; in dicione ſua: quæ longa lataq; erat intra regni fines rebellione: multis locis uno atq; eodem tempore Ferdinando bellum intulit: multoſq; finitimos regni proceres partim ui partim metu partim ſponte ſibi aſciuit: Nam mortuo Alphonſo: & ſi ſe filii imperio obtemperaturū dicebat: tamen nunquam deſtitit donec ad tria equitum millia in ſuos fines coegit: quibus Vrſum comitem: quem dum Franciſcus cum Mediolanenſib⁹ uenetiſq; bellum gereret: ad hoſtes tranſiſſe diximus: una cum Iulio aquauiuano Ioſiæ filio præfecerat. At Ferdinādus interea: cum ex calabris in campaniā redeunti ſibi de Iohannis aduentu Sueſſaniq; defectione renunciatū eſſet: magnis celeriter confectis itineribus: Neapolim peruenit: collectoq; ægre ex longo difficiliq; itinere & continuo bymbre exercitu: Caluum ab Sueſſano: uti prædiximus: paulo ante occupatum: obſedit. Quod cum diu pugnaſſet: tandem & oppidi munitione & ualido hoſtium præſidio & grauiſſimo byemis tempore deſperata uictoria obſidionem ſoluit: militeſq; in byberna diſtribuit: ac Neapolim reuerſus: dat operam impigre: ut qui in fide adhuc erant proceres oppida atq; urbes in officio continerent: & ad pellendos regno aduectos hoſtes ab Italica ſocietate in tanto rerum ſuarum diſcrimine auxilia peterent. Primum in tanta procerum populoq; ſuorum mobilitate atq; perfidia ad alienā opem confugiens: ab Pio pontifice & Franciſco Sphortia: in quibus maxime ſpem omnē ſuæ ſalutis poſuerat: auxilium petit: quos cum non alia in ſe ac ſperarat: mente futuros inueniſſet: ab uenetis florentiniſq; & ſi eos non bono erga ſe animo multis argumētis intelligebat: tamen Pio Franciſcoq; adhortantibus: q̄ modeſtiſſime petiit: ut tam aperto tamq; graui bello ab externo hoſte laceſſito iure fœderis adeſſent. Sed fecerāt crebri per Italiam de rebus ab Iohāne proſpere geſtis perlati rumores: ut is breui futurus de regno uictor ab omnibus fere putaretur. Quare cum Ferdinandi fortunæ iam afflictæ uiderent: decretum eſt Venetiis ſenatuſcōſulto: ſeruata tamen in cæteros præter quam in unum Ferdinandum Italicæ ſocietatis fide: quod ab Alphonſo eius patre: dum Iacobo picinino communi Italiæ hoſti bellum Senenſibus inferenti ſubſidia mari præſtitiſſet: uiolatam dicerent: neutri regum impræſentia de regni poſſeſſione concertantiū opem ferendam: ſed belli finem expectandum: & amiciciam interim cum utriſq; ſeruandam. Itaque cum Tarentini ueluti uenetæ reip. boſpitis antiqui legatus ab uenetis exceptus eſſet: rogaretq; is quottidie eos: ut Renati Iohanniſq; filii iam uictoris: partes ſuſciperent: illorumq; iuſtæ cauſæ adeſſent: facile

impetratū eſt: uti ſua Tarentino pecunia uiros arma tæla & quæ bello uſui eſſent: in uenetos finibus comparare liceret. At florentini: qui a maioribus ſuis didicerant: eorum remp. a primo illo uſq; Carolo francorum rege: cui ex magnitudine rerum geſtarum magno cognomen fuit: regiæ francos domui ſemper deditiſſimā extitiſſe ob plurima & immortalia beneficia regiaq; liliorum inſignia: quæ inde acceperant: publico decreto magno totius ciuitatis cōſenſu octoginta aureū nummum millia tot annis Andegauēſi dependenda: quod cum Ferdinándo qđ inierat: bellum gereret: decreuerunt. Sed uiſum eſt ciuibus ex primatibus quibuſdā non prius exoluendam Iohanni pecuniā quam Francisci Sphortiæ in ea re uoluntatē intellexiſſent. Exiſtimabāt enim id ſi fieret: aliquando florentinæ reip. obfuturum. Itaq; rem omnem cum Franciſco tractandam Coſmo medici demandant: quem unū ex florentinis omnibus apud eum & gratia & auctoritate plurimū ſemper ualuiſſe cognouerāt. Coſmus & litteras ipſe ad eum dedit: & Nicodemo pontremulano: qui florentiæ pro Franciſco rem gerebat: ut in eandem ſententiā ſcriberet: pſuaſit. Sed nullis unquam rationibus nullis pollicitationibus induci Franciſc? potuit: ut derelinquendū ſibi Ferdinandū putaret. Coſmus ubi in ſententia eum perſiſtere uidet Florentinis perſuaſit decretum abrogarent: quo pecunia Andegauēſi conſtituta fuerat: ne Franciſci animus offenderet: ita denuo decretum florentinis in hac duarum regiarum familiaq; concertatione quieſcendū: neutram neque copiis neq; pecunia publice iuuandā: Iobánem tamen conſtat a quibuſdam ciuibus pro antiqua cōſuetudine priuatis facultatib? adiutum.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXVII.

Erdinandus interea ne uno eodemq; tempore duplici bello implicaret: cum Sigiſmūdo malateſta Pio pontifice Franciſco Sphortia auctoribus pacem facit: Iacobus picininus qui uti demonſtratū eſt: cum Frederico urbinatū comite ei bello priore biennio præfuerat: in Ceſenates ad malateſtá nouellū ueterem hoſpitem omnibus copiis ſeſe recepit: omni quieta flaminia eam pacem quam moleſtiſſime ferens indignabūduſq; qđ pontifici regiq; eodem modo ſuſpectus deſpectuſq; uidebatur: neq; ab iis urbe ulla aut oppido: ut ſibi ſæpe antea promiſſum fuerat: donatus extitiſſet: nam quod ipſe accipere debuiſſet: Pius interceperat: Nam is per eius pacis cōditiones ſic egerat: ut caſtella q̄plura: quæ in piceno agro ultra Metaurū flumen Sigiſmund? poſſidebat: in eccleſiæ poteſtatem tranſiret: quæ tamen

paulo poſt Antonio ſororis filio regio genero per Phæudū poſſidenda conceſſit. Accedebat ad indignationē quod ſtipendia ab Ferdinādo ſeu ſtudio ſeu pecuniæ inopia minus ſoluerent. Et ob id ꝑmulti ex militibus priuati bellicæ prædæ uſu: priuati quoq; ſtipendio: quibus rebus ſe ſuſtentabant: ad Fredericum fugere cœperunt: & ab eo qui amicus: qui ſocius in eo bello paulo ante fuerat: uelut ab hoſte recepti pecunia equis armis ſubleuabant. Quibus rebus picininus maiore quadam indignatione animi maioreq; ira permotus in tanto nouarū rerū motu: & ab Ferdinādo cui militiæ iure obſtringebat: & ab incobata a parentibus amicicia diſcedere: & ad Iobānem Andegauēſem Tarentinūq; tranſire: acceptaſq; iniurias ulciſci conſtituit: ad eam rem tranſigendā & Borſius æſtenſis & Malateſta adhortatores irarumq; miniſtri non deerant. Quod cum eſſet Franciſco enunciatū: confeſtim Fredericum edocet: ut q̄plurimos poſſit ex picinini equitatu uiros: propoſitis præmiis: ad ſe pelliceat: ad quam rem conficiendā miſſæ ſunt ad eum quam primum pecuniæ: quibus & perfugas alere: & reliquos corrūpere facilius poſſet. Ita non paruus Bracianorū equitum numerus & eorum quidem robore inſigniū paucos intra dies ad Fredericum tranſfugit. Non deſtitit tamen Franciſcus picininū internunciis hortari uti in officio cum Ferdinādo pſeueraret: pollicitus ſi id faceret: & pecuniā & milites & laborum merita ei cumulatiſſime redditurū. Druſianamq; filiam ei iampridē deſponſatā: cum uellet daturum nauaturūq; inſuper operam: ut ab Ferdinādo romanoq; pontifice promiſſis donaretur oppidis: quibus honorifice uiuere poſſet: deniq; nihil quod eo tempore ad reconciliandum Ferdinando picinini animum conducere putauit: inexpertum reliquit. Picininus quom haud omnino aſpernari uideretur: Ferrariam ex ſuis aliquem mitteret: ab Franciſco poſtulauit: quo cum Borſii interuentu negotium componi poſſet. Quod cum ſtatim feciſſet Franciſc⁹: miſiſſetq; præterea pecuniam: quam Borſius mittēdam dixerat: res per uarias diſputationes querelaſq; in multos nequicquā dies deducta eſt: & per longam tandem ſimulationē: quo melior picinino cum aduerſariis condicio foret: cum Iobannis Tarentiniq; nunciis: qui Ferrariæ & ipſi erant: ea lege compoſita eſt atq; firmata: ut uere primo maioribus quam poſſet coactis copiis Picininus aduerſus Ferdinandū tranſiret. Quod ubi Franciſcus reſciuit: grauiter ſane moleſteq; tulit: quod uidebat quantum ea res Ferdinando eſſet detrimēti illatura: cui ipſe opem ferre parabat: quantūue eſſet præterea a Borſio illuſus: qui & ſi longioribus epiſtolis ſe purgare conabatur: tamen eum aſſiduo & præcipuo Borſii ipſius hortatu atq; opera Andegauenſiū partium factum: ſatis ſuperq; exploratū habebat. Quā obrem cum maiora ad Ferdinandū auxilia mitti oportere putaret: optimum eſſe iudicauit: ſi deſtinato picininus in brutios appuloſq; tranſitu prohibereť. Itaq; cū duo illi omnino

itinera eſſent: alterum per æthruſcos atq; umbros iniquũ & ꝑdifficile: alterum per picenum agrum æquius atque facilius Alexandꝛ fratrem ad ſe primũ aduocat: huic mandat: ut Piſaurum q̃celerrime contendat: quo ubi peruenerit: Frederico eius genero iunctus inter Piſauꝛ atque Vrbinum copiis utriuſq; contractis: Piciniñ tranſitu prohibeat: qua in re ut Iſauri fluminis ripa aggeribus educta munimẽto uteretur: edocet. Deinde in æthruriam in Tifernates quem in bononienſib? habebat equitatum: Iohanne Tbolentinati & Chriſtopboro taurello ducibus: proficiſci iubet: ut ſi per ea loca picininus iter facere conaretur quam maximis poſſent auxiliis ex locis proximis: quæ Romanæ eccleſiæ parebant accerſitis: illi ea tranſire conanti tandiu repugnarẽt: donec Alexander Fredericuſq; aut eoꝛ alter cum copiis reliquis eo aduenisſet. Sigiſmundus item per nuncios hortatur: rogatq; ut nulla in primis re picininum iuuet. Deinde ut Alexandro Fredericoq; ne communi hoſti eo maxime tempore in Neapolitani regni fines tranſeundi facultas adſit ſuis oppidis ſuiſq; copiis auxilio ſit. Boſium Spbortiã fratrem uirum fortiſſimũ præterea cum duobus circiter equitum millibus in tranſmiſſi iam auxilii ſupplementũ in flaminiã mittit: ut per picentes uel per æthruſcos nullo intermiſſo tẽpore Alexandro ſe iungeret. At Picinus accepta largiter ab Tarentino pecunia: militem in tranſfugaꝛ ſupplementum omni ex parte conducit: qua in re Sigiſmund? & Malateſta fratres multum ei profuerũt: quippe qui non ſolum alienis: ſed ſuis etiam per ſimulatã fugam militibus ita augere piciniñ curauerũt: ut non multo temporis ſpatio ex ſeptem circiter equitum peditũq; millibus exercitum conflauerit. Itaq; cum & Sigiſmũdus ei per ſuos fines tranſitum annuiſſet: & nullas ad Iſaurum qua eſſet tranſiturus: copias cõueniſſe intelligeret: præmiſſis in brutioꝛ littora per onerarias naues inutili turba impedimẽtiſq; omnibus: circa Kal. apriles anno qui fuit a dominica natiuitate ſexageſim? & quadringenteſim? ſupra milleſimũ inſtructo exercitu ex Ceſenatibus mouit: & per Ariminẽſes: Piſaurẽſes: Fanenſeſq; binis caſtris non modo Iſaurum: ſed Metauꝛ etiam magna incredibiliq; celeritate traiecit: & continuato ex eo loco per picentes itinere: ſola duntaxat noctium parte quieti militibus data: Truento flumine ſuperato: die tertio in brutios peruenit: ubi a Ioſia primum: qui paulo ante a Ferdinãdo rege defecerat: exceptus & cõmeatu & reliquis neceſſariis a longo itinerum labore exercitum refecit. Alexander & Fredericus opinione magis decepti: quam celeritate ab Picinino ſuperati: quia quod nõ crediderant: ille præfecerat: extemplo iis militibus collectis omnibus: quos pro temporis anguſtia potuerunt: cæteris ſe ſubſequi iuſſis: Piciniñ nullis diurnis nocturniſq; intermiſſis itinerib? per picentes inſequi cœperunt: quem in uiaꝛ anguſtiis ab Firmanis tardatum opprimere poſſe ſperabant: ſed cum ille diei fere unius itinere:

probibentib? nullis eos præceſſiſſet: conſequi non potuerunt. Ferunt tamen Piciniñ non minus Alexandro Fredericoq; quam Sigiſmundo annuẽtibus patientibuſq;: Iſaurum ubi ei erat ab iis maxime repugnã dum tranſiſſe: quod ſibi quiſq; timeret: ne bellum in ſua finitimoꝝq; dicione renouatũ diutius quam uellent: duceretur & ob id eos in alienis quam in ſuis finibus bellum geri maluiſſe: eademq; Pium pontificem ratione motum: impune per picentes ire illum permiſiſſe. Alexander & Fredericus ad Truentum cum pueniſſent: non ultra inſequẽdum boſtem ſibi rati: haud longe ab eo flumine caſtra poſuerũt: ut ad dandam militibus longa itineris feſtinatione defatigatis quietem: & ad augendum aduenientib? copiis exercitum ſpatium intereſſet: quæ ut erant remotiorib? diuerſiſq; locis per byberna diſtributæ: ita ſenſim ſeriuſq; ueniebant. Præterea Boſii etiam aduentum expectandũ neceſſe uidebatur: quo maiorib? inde quam poſſent: coactis uiribus in boſtium finibus bellum gererent: cum præſertim omnia fere in brutiis boſtilia eſſe renunciarent. Itaque cum & Boſius iuſtis per picentes confectis itineribus & cohortes reliquæ eo cõueniſſent: Ioſiæ qui primus offerebatur: bellum acriter inferre cœperunt continuoq; eius regionis agros late depopulati: multa oppida & loci natura & militum præſidio communita: non nullis infirmiorib? expugnatis: ad deditionem acceperũt. Poſtremo Sanctum flauianũ haud longe ab mari oppidũ fama magis quã re in ea regione clarum: ui captum: prædæ militibus conceſſerũt: & quoniam ſine tormentis machiniſq; nihil aduerſus ea oppida: quæ in Ioſiæ fide perſtabant: proficerent uiſum eſt caſtra non procul ab eo oppido tandiu habere: quoad a Franciſco e Mediolano tormenta pado mariq; demiſſa eo importarent: cum aliunde nihil earum rerum conſequi poſſent. Scripſerat enim ad eos Franciſcus: ſe nulla in re pro Ferdinando ei bello defutuꝝ: ſed ne tempus interim iiſdem caſtris conſumeretur: Aternum amnem ſuperandum cenſebat: ut Mathæo campano: qui Theatinoꝝ urbi præſidio erat ſibi adiuncto: & boſtem audacius premeretur & brutias urbes: quæ nondum ad boſtes deſciuerãt: firmiores redderent. Sed reſcribebat Alexander ſe tam omnibus pontibus quam aditibus Aterni occupatis: omnibuſq; in boſtium manu redactis: ſine manifeſto exercitus periculo minus id efficere poſſe: Nam profectus ad ea loca picinin? Caudolæq; gentis copiis auctus: cunctaq; in Ferdinãdi poteſtate oppida relinquebant: præter Sulmonẽ atq; ea quæ campani præſidio tenebant: partim ſponte partim metu occupauerat. Per idem tempus & Pius pontifex e romano agro Simonetũ cum ualida equeſtri manu ad Ferdinandũ miſit: & Ferdinand? in Marinum Sueſſanum ex hybernis eduxit: factuſq; eſt Simoneto obuius & Roberto urſino: qui cum eo ad regem: ferendæ opis cauſa ibat. At Andegauẽſis & Tarentinis magnis in Appulia coactis uirib?: in campaniã aduerſus Ferdinãdũ

deſcenderũt:& non procul Nola caſtra firmarunt:claſſis item triremiũ uiginti rurſus Genuæ affatim inſtructa in eadem maris littora rediit: unde anno priore diſceſſerat.Quoꝝ aduentu Nolani Sarnenſeſq; cum plæriſq; aliis regionis eius oppidis : iuſſu eorum principũ:qui iam ſe creto cum hoſtibus conſpirarãt:miro quodam dedicionis ſtudio:uelut de Ferdinando actum omnino eſſet:ſeſe Iohanni Tarentinoq; tradide runt . At Ferdinãdus auxiliarib?co piis ſibi additis : cum tot creuiſſet uiribus:ut multo ſe hoſtibus ſuperiorem eſſe putaret:retrorſum in ho ſtes conuerſus non prius ab itinere deſtitit : quam ad Sarnum flumen peruenit:& nõ longius duobus paſſuum millibus ab hoſtium caſtris: qui ad Sarnũ oppidum erant:caſtra poſuit. Deinde occupatis aditibus fluminis:pontem lintribus in eo flumine faciendum curauit.Eius ad uentu & hoſtibus auctoritas diminuta eſt : moxq; audacia repreſſa:& Nolani & qui proximi erant populi:quos paulo ante ad hoſtẽ defeciſſe diximus : territi in priſtinam Ferdinandi fidem red ierunt . Iohannis Tarentiniq; exercitus undiq; fere intercluſus: graui cibarioꝝ inopia la borare:duceſq; ipſi iam deſperata uictoria non tam militum quam pro priæ ſaluti diffidere cœpere.Quare Tarentinus omnibus ab hoſte occu patis itineribus per ſaltus aſperoſq; & inuios qui impendebãt montes ſemita facta pedeſtre itinere fuga ſalutem petere cogitabat . Ferdinan dus aduocato concilio:quid agendum eſſet: exquirit Simonetus & rei bellicæ periti affirmabãt:cum anceps ſemper prælii euentus ſit:iiſdem caſtris ſedendum nec acie cum hoſtibus collatiſq; ſignis confligendũ: ne ſperatam ac prope certam uictoriã fortunæ caſibus temere obiecta rent quando ſedendo ſine ullius piculo hoſtes breui eſſent ſuperaturi. Sed cum dies aliquot rex ibi cõſumpſiſſet : ac ex perfugis captiuiſq; co gnouiſſet:haud omnino difficilem eſſe ad inuadẽdos hoſtes acceſſum: Iuuenili quodam confligendo ardore incenſus ſtatuit omnino adoriri hoſtem & manum conſerere:ad quam rem parentis Vrſini tranſfugæ cum equeſtri turma aduẽtus recens plurimũ incitarat.Itaq; improbãte Simoneto ueluti futuram exercitus calamitatem & infelicem ſuæ uitæ finem præſagiret inſtructo agmine collatiſq; ſignis caſtra hoſtium in uadit:& primo congreſſu maioré ædificioꝝ partem:quæ extra Sarnum ſunt:ubi pars hoſtilis exercitus conſederat:ui occupat:pmulti ex hoſti bus capiuntur:quo ſucceſſu rex:qui iam ſe uictorem ſperabat:ſuos ad premendũ hoſtem:loco iniquo audenti?urget.Sed fortuna quæ uarios atq; inſperatos in bello caſus plærunq; afferre ſolet:aliter ſtatuiſſe uiſa eſt.Duces hoſtium in maximũ diſcrimen ſeſe deductos cernentes mili tes hortabant:quiſq; pro ſalute propria fortiſſime rem ederet:& uirtu te uim hoſtium non modo ſuſtinere ſed repellere conaretur:quod non difficile futurum ſperarent:cum ab iis & prædæ cupiditate & uictoriæ nondum partæ inſolentia temere omnia & ſine ordine agi conſpicerẽt

Itaq; cum ad oppidi mœnia terga uertiſſent: unde tuti reddebant̃ : in regiam manum: quæ ſecundis rebus ita in anguſtum ſeſe coegerat: ut nullo fere ſpatio inter equeſtres tnrmas relicto ægre ſe explicare remq; gerere poſſet : quod maxime ex inconditæ multitudinis eo ſpe prædæ concurſu accidebat: confertiſſima acie magniſq; uiribus impetum faci unt: regii milites repulſi multo inter ſeſe arctius implicant̃ adeo: ut ne paululum quidem locorum anguſtia impediti ingruentiũ a fronte bo ſtium impetum ferre potuerint. Funduntˇ igitur continuo: & in fugam reſiſtentib? nullis effuſe uertuntur: fugiendo paſſim capiuntur: moxq; regia caſtra diripiuntˇ. Simonetus in medio pugnantiũ furore exanim? ſine ullo uulnere repertus eſt: qui ætate & corpore grauis ac labore in ſuper & calore confectus : cecidiſſe creditur: & Parentes urſinus cum interceptus eſſet: & Tarentinũ: a quo paulo ante fuerat : perductus mox illius iuſſu laqueo ſuſpenſus eſt : Rex ubi ſuos terga dare : nec ullam ſaluti ſpem relictam uidit: prælio exceſſit: & cum paucis amiſſa maiore exercitus parte captiſq; caſtris Neapolim ſe recepit. Hac tanta ex inſpe rato victoria Iobánes Tarétinuſq; elati in Nolanum agrum mouerũt : Nolani & cæteri qui paucis ante diebus ad Ferdinandũ redierant : rur ſus ad hoſtes defecerunt: ſed & Roberthus Sanctiſeuerini comes & lu cas : quem ſancti Marci ducem dicebant: cum omni Sanctoſeuerinatũ familia: quæ in eo regno non exiguum obtinebat principatũ & Thara conenſiũ domui deditiſſima ſemper fuerat: tempoꝝ codicioni cedentes ad Iobãnem de deditione miſerũt. Coſentini quoq; in Calabris de Sar nenſi prælio rumore ꝓlato præter arcem quæ editiſſima atq; munitiſ ſima eorum impendet urbi: idem fecere. Multi præterea proceres ac po puli: qui eo uſq; fidé Ferdinando ſeruauerãt: magno ſtudio: ueluti iam actum de eorum rege exiſtimãtes ad Iobãnem deſciuerũt. Cæteꝝ cum plæraque campaniæ oppida partim metu partim obſidione hoſtes in fidem accepiſſent: & Caſtellum quod ad mare uocant: cum iuxta maris littus e regione Neapolis poſitũ ſit: poſtremo circũſediſſent: oppidani arcis metu : quæ eoꝝ ceruicibus imminet & loci ſitu & muro artificio quæ ꝓmunitiſſima: cui præerat Galiardus quidam patria gottholan?: in regia fide pertinaciter manebant: ſed ab præfecto pecunia corrupto arce tradita: ipſi quoq; Andegauẽſi ſeſe ꝓmiſerunt: & tanta adeo popu lorum undiq; per regnum ad Iobãnem poſt Sarnenſem pugnam dedi tio facta eſt : ut præter bonoratũ Caietanum fundorum comitem non nulloſq; alios ꝓceres rariſſimos præterq; Neapolim: & primarias quaſ dam campanæ urbes aliaſq; ꝓpaucas quæ in brutiis Appulis Calabriſ que arcibus & firmo regis præſidio tenebant̃ : nihil fere amplius Ferdi nando ſupereſſet: quin uniuerſum prope regnũ in Andegauẽſis fidem peruenirſſet. Ferunt ꝓmultos profligatis hoſtibus Iohanni ſuaſiſſe : ut in Neapolitanos ſigna uerteret: cũ haud dubitandũ uideret̃ trepidante

recenti prælio ciuitate: ciues Andegauẽſis factionis : quæ magna erat in ea urbe: & non tam gottholanoꝝ dominationẽ: quam illorum nomẽ ſemper oderat : proximis auxiliis frætos & arma in Ferdinádum ſumpturos & eum in urbem introducturos : & ob id Iobánem Tarentino dixiſſe: placere ſibi ut Neapolim peterent. At illum: qui nec uinci: nec uincere patiebatur : ſed bellum diuturni? trahi uolebat : quod & ea re maiore in dies in eo regno auctoritate baberet̃ : & maioribus uiribus maioribuſq; opibus augeretur: ei reſpondiſſe: non fore præſenti expeditioni utile : ut tantus exercitus tanta parta uictoria ad Neapolim tempus tereret: ſed oportere priuſquá flecteretur: proxima Neapoli oppida: quæ in boſtis eſſent manu: in poteſtatẽ redigere : ut circũſeſſi undiq; Neapolitani rerumq; inopia preſſi ſeſe dederent. Ita ſimuládo diſſimulandoq; Iobánem regionis ignarum per campanos agros circũducens æſtatem conſumpſit . Interim Ferdinádus cum eſſet Neapoli: quo ut oſtendimus: fugato exercitu ſe cõtulerat: milites omnes & qui prælio ſuperfuerát: & captiuos miſſos ab boſte factos Neapolim reducere: comparataq; parce ab Neapolitano populo pecunia ſũma celeritate reficere contendebat : & proximas urbes Sarnenſi clade exterritas præſidio firmare & in officio continere curabat. Ad pontificẽ præterea & ad Franciſcum: quos de aduerſo prælio certiores fecerat: non tam copiarum ſupplementa quam pecuniaꝝ auxilia ad inſtaurandũ exercitum imploratũ mittit. Franciſcũ præcipue in quo omnẽ ſuæ ſalutis ſpem poſt Alphõſi patris obitum unice collocarat: nunciis litteriſq; propria manu conſcriptis orabat: ne ſe in tanta fortunæ iniqtate deſereret: neu uicto ſibi cui & ſi uires deerant: animus tamẽ nõ deerat: rurſus opem ferre deterrere tur: cum ſiquis ullo unquá tempore aduerſæ fortunæ uim fortiſſime & pertuliſſet & ſupereſſet: cum illum eſſe affirmaret: quem ex ea re per omnem terrarum orbem ſummá uirtutis laudem reportaſſe: & in maximam deniq; dignitatẽ rerumq; gloriam iure merito perductum apertiſſime conſtaret: addebat etiam: ut Pium pontificem: quem timebat: ne aduerſo prælio territus & aduerſariꝝ uel hortatu uel minis oppugnatus ſe auerteret: ita hortaretur: ut in ſententia perſiſteret: qđ quanquam ſe iuueniliter in commiſſo ad Sarnum prælio erraſſe erroriſque pœnam dediſſe non negabat: tamen ſi celeriter petita ſibi ſubſidia ſubminiſtrarent̃: fore non dubitabat: quin breui res ſuæ ex magna calamitate ad meliorem fortunam uerterentur . Pollicebat̃ præterea epiſtolis nunciis legibuſq; ſuis omnibus: quos nutantib? regni ſui rebus ſæpe ad Franciſcũ mittebat: ſi unquam ad priſtinam rediret fortunã quãdiu regno incolumi uixiſſet : ſemper ita ſe tot immortaliũ beneficiorũ memorem futurum: ut ingratitudinis uitio nunquam damnari poſſet: & ſi forte erga Franciſcum dignam meritoꝝ gratiam reddere nequiſſet : cum ætatis iure poſt eum ſuperuictur? eſſet: quod patri non potuiſſet :

liberis ubi opus eſſet: cumulatiſſime relatuq;. Franciſcus : & ſi eum im prudentiæ accuſabat: quod ita temere non tam ſuas : quam ſocioq; res fortunaſq; ſummū in diſcrimen adduxiſſet: tamen omnibus remediis illius periculo q̄celerrime occurrendū putauit : cum amici præſertim officium eſſe iudicaret: in aduerſa magis quā in proſpera fortuna bene ficium conferre petenti. Itaq; & regem ipſum ut bono eſſet animo: ſeſe illi nunquam defutuq; recipiens adhortatur ; & Pium pontificem Sar nenſi clade exterritum conſiliiq; incertum: ut erga Ferdinandū in offi cio p̄ſeueraret: litteris nunciiſq; confirmat . Deinde pecuniam non par uam : & Robertum Sanctoſeuerinatē ad eum cum equitatu ſumma celeritate proficiſci iubet . Hæc dum inſigni prope Ferdinandi calami tate in campania geruntur: in brutiis quoq; : unde accerſitis in tanto rerum diſcrimine frequenter auxiliis: maxime ac propediem ſubleuari expectabat : res non meliore fortuna geſtæ. Piciniuus enim qui uti ſu pra docuimus : Aternum amnem tranſierat : & omnia circūquaq; per regionem præter ea: quæ campani præſidio tenebantur : boſtium pote ſtati ſubegerat: poſt Sarnēſem pugnam propenſiore quodam dedititio rum ſtudio magnis copiis auctus recentiq; Iobānis uictoria inſolens: qua ierat rediens nō longius ab Alexandri Fredericiq; caſtris paſſibus mille in edito colle contra Sanctum fabianū ponit caſtra firmat. Qua re incolis qui proximi erant: & Paulo ante Alexandro ſeſe dediderant: mox deſciſcentib? noſtri milites magna ex parte cōmeatu pabulatione que probibentur . Inter bina bæc caſtra planicies intercedebat non ad modum patens. Huc militib us utrinque baud magno numero primo biduo cōuenientibus: leui prælio pugnari cœptum eſt. At die tertio qui fuit ad decimum Kal. Iulias: poſteaq̄ eo ab picinino uentum eſt : eius milites multo maiore numero quam antea in eam planicié deſcendere cœperunt: eo conſilio: uti poſtea cognitum eſt : ut pulſis inde uno im petu aduerſariis mox aut in ipſa caſtra irruerent: aut tumultuanté exer citum in planiciem traberent: quod ubi animaduertit Alexander: nam Fredericus inualitudinis cauſa tabernaculo ſe continebat: extemplo iu bet armari exercitum: & in acie conſiſtere. Deinde ne planicie ab boſte occupata: ad caſtroq; munitiones clauſtraq; dimicaret : quod cognoſce bat & ſibi & uniuerſo exercitui propter boſtiū multitudiné non minus piculoſum quam ignominioſū fore : prioribus imperat: ut boſtes qui iam in planiciem conſpiciebant: acriter inuaderent: nec ab inſequendo deſiſterent: donec eos collis uſq; radicem ultra foſſam: quæ planiciem a colle diuidebat: repellerent. Quod cū non multo labore factum eſſet Piciniuus & magno copiarum numero & loci opportunitate frætus ; quippe qui propter decliuitatē ſibi æquus : boſtibus uero propinquus eſſet: & ob id ipſe boſtem premere: nec premi poſſet: inſtabat audenti?: ut foſſa ſuperata: quæ multis locis facile tráſiri poterat: æquis campis

confligeret: cum non dubitaret: quin eo die uel de hostibus victor euaderet omnino: uel integro exercitu in castra rediret. Alexander contra: cognito periculo: diffisus castrorum munitionib?: si in planum hostis descenderet: mandat præcipue Bosio fratri omniū fortissimo & plærisq; aliis equitum præfectis longo rei militaris usu præclaris: quorum uirtuti maxime confidebat: ut ueteranorum militum robore insignium cohortibus stipati singula singuli fossæ uada seruantes fortiter pugnādo uim hostium trans fossam sustinerent. Qua re orto acri ac perdenso pluribus locis certamine: fit magna ubiq; equorum strages: ubiq; hominū cædes. Sed de Alexandri exercitu ob pedestrem multitudinē: qua hostis ut supra demonstrauim?: plurimū abundabat: multo plures cadebant: idque potissimū accidebat: qđ sagittarii per uirgulta uepresq; dispositi e superiore loco iacula tæla & omne missilium genus coniicientes per multos multis uulneribus equos uirosq; confodiebāt. Pugnatum est eodem loco a uigesima ad tertiam usque noctis horam enixissime atrocissimeq;: quantum nunquā antea ducum nostrorum memoria duobus magnis inter sese collatis exercitibus neutram in partem inclināte fortuna non pugnandi diuturnitas: non uirorum uulnera: non frequenter cadentium corpora: non insignis equorum calamitas: non noctis aduentus: non tenebræ: cum duces hinc atq; inde crebris funalibus obstinate uterentur: ea nocte prælium dirimere potuerunt: ducib?utrisq; altero fossam transire: altero ne transeat: fortissime ptinacissimeq; contendentibus. Sed Picinin? postremo: cui & pergere in prælio & referre pedem collis munimēto erat potestas: ubi nec hostem obstinatissi me acerrime que in fronte repugnantē fundere abmouereue loco posse: nec suum minus quam aduersantē exercitum defatigatū ac prope confectum uidet: receptui cani iussit. Itaq; ab utraq; parte sedato ubiq; tumultu sedaque dimicantiū furore ad multam noctē in castra reditum est. Desyderati sunt in ea pugna utrinq; uiri fortes pmulti: sed ex multitudine multo plures cecidere. Nudat? est Alexandri Fredericiq; exercitus equis prælio conserendo idoneis pœne omnibus: Nam fuere quidē perpauci milites: qui per uicissitudinē non manus eo die conseruerint. At qui exercitus noster ob eas: quas cōmemorauim?: causas longe nobiliorem equorum præsertim cladem accepit: Nam adeo fere quisq; in stationes lassus confectusq; rediit: ut fusi profligatiq; omnes uiderent. Fuerūt autē non nulli: qui & si castris præsidio ab Alexandro destinati erant: tamen perspecto in quanto discrimine exercitus uersabat: collectis raptim sarcinulis castrisque relictis sese fugæ mandarūt: nec ab itinere prius cessarunt: quam Truēto superato in firmanū agrum peruenerūt. Inter reliquos autem: qui militiæ munus eo die perstrenue fortissime que obierunt: Bosius Spbortia Marcus Antonius taurellus Iobannes palauicinus ex scipiono Bartholomæ? quarterius egregii extitere ueluti

ii: qui ab initio ad prælii uſq; finem ſemper primi in foſſæ labris inter mille tælorum ictus milleq; pilorum cuſpides uerſantes nūquam niſi in equoꝝ aut interemptoꝝ aut labore confectoꝝ cōmutatione pedem rettulere : qua re proximis militibus partim propria uirtute : partim ignominiæ metu fortiter ꝑſiſtentibus : & tardatus eſt hoſtium impetus: & ui magna ubiq; repreſſus. Horum ſane præcipua uirtute: præter ſummā Alexandri in adminiſtrādo conficiendoq; celeritatem ac in prouidendo ſollertiam prudentiāq; ſingularem ſeruatum eo die exercitum ferunt. Picininū etiam contra inter præliantes ceruice inermi nūc bos nunc illos adhortando ad pugnam impellendo tardos ignauoſq; increpando arma tæla colubrinaſq; ſubminiſtrādo ab noſtris ſæpe uiſum. At cum multa uno tempore Alexandri animū tanto accepto detrimēto quod diligentius apertiuſq; die poſtero cognitum eſt: non mediocriter ꝑturbarent: illud magis omnibus unum premebat: qđ nec ibi manere amplius: nec inde tam propinquis hoſtib? ſine magno omniū periculo abire poſſe intelligebat: cum equites fere omnes amiſſis equis pedibus ire cogerent̄ : & magnus præterea militum numerus multis acceptis uulneribus laboraret: in tot difficultatib? placuit inſequenti nocte magno ſilentio toto exercitu diſcedere. Itaq; extinctis ubiq; ignibus præmiſſis ſauciis impedimētiſq; omnibus de quinta uigilia per noctis ſilentia: inſcientibus hoſtibus: iuxta maris littus iere: nec prius conſtiterunt: quam ad Truentum ꝑuenerunt : ibi loco tuto locatis caſtris refi ciendum reſarciendūq; ab tot incōmodis exercitum ſumma celeritate curarunt : ad quas res conficiendas non parum profuit miſſa eo celeriter ex Roma Mediolanoq; pecunia. Terruerat mirum in modum pontificem non minus prælium ad ſanctum Fabianum nouiſſime factum : quam quod fuerat paulo ante ad Sarnum infeliciter cōmiſſum . Qua re multis etiam Romanæ curiæ ſuadentibus uiris primariis : de deſerendo Ferdinando agitare animo cœpit : quod cum intellexiſſet Franciſcus: ita illius animum confirmauit: ut ſe in ſuſcepto bello ad certam uſq; firmamq; pacem perſeueraturꝝ affirmauerit. Picinin? uelut in brutiis quoq; uictor in Teatinos reuerſus: quod per ea loca Ferdinādo reliquum fuerat: præter urbem a campano ciuibuſq; defenſam ad deditionem compleuit. Cæterum: cum aliquādiu eorum agros depopulatus: ipſi etiam urbi multa ac uaria detrimēta intuliſſet: uiſum eſt non tam ei uel maxime cupienti quam Iohanni Tarentinoq; : quorum imperio omnia gerebant̄ : ut relictis regni finibus in agrum romanū aduerſus pontificē exercitus celeriter traduceret̄ : quo ex brutiis bello in alienos fines tranſlato & miles præda opulenta ditaretur: & Pius ab Ferdinādi auxiliis facilius auerteret̄ . Itaq; circa autumni tempus Picininus quā maioribus poteſt contractis denuo copiis per pelignos Marſoſq; apenninum tranſgreſſus in Teatinoꝝ agrum primum irrupit . Non nulla

primo aduentu urſinoꝝ municipia infirma ui capta diripuit: quædam territa per deditionem accepit. Iacobus ſabellus qui plura in Sabinis oppida poſſidebat: ſponte ad eum defecit. Quare multis cis tranſque amnienē flumen longe lateq; excurſionib? factis: omnia per regionem tumultu & trepidatione ingenti p miſcebant̄. Iamq; non minus Romæ ac Tiburi quam Reati trepidatum. Impuri & perditi homines rerumq; nouarum cupidi: ubiq; ſeditionib? cōſpirationibuſq; ſtudere: & de prodenda patria clandeſtina inter ſeſe conſilia inire cœperunt. Qđ & ſenis longa: ut ſupra diximus: pontificis cūctatio & nimia peccandi licentia: nullo quod repugnaret boſti: relicto per ea loca præſidio: maxime facie bant. At ubi Alexander Fredericuſq; de tam repentino inopinatoq; picinini ex brutiis diſceſſu certiores facti ſunt: re diu in concilio cōmuni cata: uiſum eſt deniq; omnibus: potius boſtis auſibus occurrendum quam in campaniā quo ab Ferdinando poſt Sarnenſem pugnam incredibili ſtudio accerſebant̄ proficiſcendū. Exiſtimabant enim id q đ erat: niſi q̄primum eiuſmodi picinini conatibus obſtaretur futuꝝ: ut cuncta illi Romæ ex ſententia ſuccederent: quo nihil erat ad celerem Iobānis Tarētiniq; uictoriam eo tempore magis opportunū nihilq; utilius. Ex Aſculano igit̄ uero caſtra mouēt: ac per picentes & quos ſibyllæ uocant montes in Nurſinos: ſuperatis apennini iugis deſcenderūt. Deinde per lapidoſos difficileſq; montes magnis dimenſis itineribus in reatinos campos puenerunt: quorum aduentu mox omnis repreſſus eſt boſtis impetus: magni agreſtiū tumultus boſtiumq; populationes: & omnes demū tumultuarii earum: quas diximus: urbium motus ſedati. Amiſſa urſinorum caſtella non multo negotio recuperata. In ſabinoꝝ fines in uaſionibus undiq; factis cuncta Iacobi ſabelli oppida partim tormentorum ui expugnata: partim obſidione in pontificis poteſtatem redacta: præter duo tantūmodo colubrium & Aſperam: quæ erant Iacobo ipſi præcipua & magno picinini præſidio Silueſtro lucino præfecto: munita & intacta ob ſuperuenientē magnis hymbrib? hyemem ab ducibus relicta: qbus rebus picinin? cum reliquo exercitu quo uenerat itinere: in brutios hybernatū redire coactus eſt. Nec minus pontifex eadem de cauſa ſuas auxiliareſq; copias in propinquas Romæ urbes atq; oppida hyematum dimiſit: atq; hac tanta rerum nouitate difficultatibuſq; perterritus denuo ſcripſit ad Franciſcū: orto in ipſius Romæ urbis portis ac prope uiſceribus bello neq; laboranti Ferdinādo regi amplius ſubſidia ſubminiſtrare: neq; ſe ab inteſtinis perfidorum inſidiis tueri poſſe ob id oportere ab eo maiora e longobardia auxilia mitti: quibus non nullorum inſolētiam atq; temeritatē comprimere & bello pœne domeſtico ſe liberare poſſet. Quod niſi fieret: ne ipſe una cum eccleſiæ patrimonio pereat: fore ſibi neceſſe: ut alia ſuæ ſaluti eccleſiæq; rebus conſilia ſumeret. Quare Franciſcus: & ſi tanta pontificis ignauia atque

incõſtantia non poterat non cõmoueri: qđ eũ haberet in tanto gerendo bello ſocium qui quottidie plus moleſtiæ pluſq; negotii daret: quam ipſi boſtes: tamen cũ omnia Ferdinãdi cauſa æquo animo ſibi ferenda cenſeret: ad eum ut bono eſſet animo: Romamq; rediret: adhortatus eſt quod omnia propediem ita eſſet ꝓuiſurus: ut tuto uiuere poſſet: miſit que propterea cum duabus prætorianis turmis Donatum Mediolanen ſem qui ſe Alexandro adderet. Hæc in brutiis Sabiniſq; geſta. In cam pania uero hunc annus per uariam belli fortunã exitum habuit: ut ex campano agro autumni tempore nondum exacto ab boſte in appulos reditum eſt: exercituſq; in byberna diſtributus: Ferdinand⁹ refecto quã uis ægre præ rerum inopia milite: & Roberthi Sãctoſeuerinatis quem ab Franciſco ad eũ auxilio miſſum diximus: recenti Neapolim aduẽtu tantos ſpiritus reſumpſit: ut educendum ſibi non dubitaret. Qua re coacto exercitu: Argenſinos primum: deinde Arpos: quorum oppida: cum & loci natura & opere munitiſſima ſint: in Appuliã ex campania iter pro tempoꝝ condicionib⁹ & præcludunt: & aperiunt: in boſtium fere conſpectu obſedit: hos cum non parua tormentoꝝ ui per magnã byemis acerbitatem diu oppugnaſſet: per pactionem tandem in dedi tionẽ accepit: quibus receptis: multa circunquaq; oppida: quibus prope modum Neapolitani premebant: ad regem uolũtariis animis rediere. Ea adducti Lucas & Robertbus Sãctoſeuerinates: quos poſt Sarnenſe prælium ad Iobãnem metu deſciuiſſe oſtendimus: in priſtinam regis fidem reuerterũt: quorum per fines patefactus in Cuſentinos itineri bus: qui uti demonſtratũ eſt: ad boſtes defecerant: arce in regia fide perſiſtente: miſit eo Ferdinãdus poſt ſuum in byberna reditum non exiguam militum manum: Luca Sãctoſeuerinate & Robertbo urſino ducibus: qui arce Cuſentiam ingreſſi urbem nobilem atq; opulentam & calabroꝝ caput in prædam uerterũt.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXVIII.

Nitio inſequentis anni: cum omnia Genuæ quieta eſſe uiderentur: & de bello ſecura iam ciuitas negotia tioni intenderet: quod magnæ boſtium uires magna que ducum ingenia priore triennio facere non potue runt: quies otiumq; diſcordias peperit: exbauſto tot claſſibus tot præteritoꝝ tempoꝝ bellis: ærario ciuitas publicæ pecuniæ inopia laborabat: nam ita omnes inueniendaꝝ pecu niarum uiæ præcluſæ erant: ut quicquid in annuos urbis ſumptus im pendebat: ex priuato ciuium cenſu peteretur. His igitur quottidianis

ſumptibus feſſi ciues quærebant auidius: ſiqua publicæ habendæ pecu niæ uia reperiri poſſet: qua in tolerando tributuꝝ onere uel liberarentᷣ: uel ſaltem leuarentᷣ. Fuere qui uectigalia quædam noua decernerent : ut ea pecunia in publicos uſus erogaretur. Huic ſententiæ omnis nobi litas omneſq; ditioris fortunæ ciues aſſentiebantᷣ . Contra plebs repu gnabat : uociferabatᷣq; nihil hoc aliud eſſe: quam ut onera quæ diuites paupereſq; ſimul perferre conſueuerãt: in ſolos pauperes relinquerentᷣ. In hac contentione cum illi nunc arte blandiſq; nunc aſperis uerbis plebem in ſuam ſententiã trahere conarentur . Plebei nequaquã aſſen tientes: murmure queréliſq; urbem replere atque incendere . Concilia inter ſeſe habere: regiũq; præſidẽ orare: & obteſtari: ne pauperes tanta iniuria affici pateretur . Hoc modo paulatim odia ſuccreſcere plæriſq; irarum fomenta ſubminiſtrantib? : qui uel odio regiæ dominationis uel partium ſtudio nouis rebus intendebant . Verum cum ſit omnis eiuſmodi multitudo ſine duce abiecta clamoribꝰ tantum ſæuiens: nihil in urbe periculi imminere putabatur: niſi additæ eſſent aliæ ſeditionũ cauſæ . Erant Genuæ non nulli & genere & opibus clari: quos reſpu . ob eorum plurima merita: uectigaliũ tributoꝝq; immunitate donarat. Hos etiam ut onera in plures diuiſa tolerabiliora forent: uolebant con tra fidem publicis oneribus obſtrictos eſſe: affeuerãtes æquum eſſe: ut quẽadmodum omnes pari bonorum commodoꝝq; beneficio uterentᷣ: ita etiam labores oneraq; perferrent. Erant & hi quoq;: quos immunes uocant : regi fideles : & ob id modeſte contradicentib? reſpondere: ſed præſidem admonere: inſtare & obſecrare: ut ciuiles diſcordias ſedaret: datiſq; inſuper ad regem litteris precabantᷣ: quo rem omnibus ſæculis inauditam reiiciendam . Vbi nihil proficere remque urgere uiderunt: aperte iam renuere & cõmunicato conſilio omnẽ cauſam ſuam tueban tur. Plebi deinde perſuadere cœperunt: cõmunem eſſe cauſam: commu nem iniuriam: cõmuniq; conſilio tuendam. Plebs igitur horum conſi liis ſubnixa: non languide ut prius : ſed audacius obſiſtebat. Conuoca batur fere quottidie ſenatus ac ex omni ordine ciues: ibiq; diſceptatio nibus tempus terebatur. Iam agebatur nonus martii dies: cum plebei magiſtratus deſtinatum in locum conuenere : ſuper his controuerſiis deliberaturi. Ibi cum ſine ordine: ut uulgi mos eſt: ſententiæ dicerentᷣ plureſq; eſſent: qui nobilium iniurias quererentᷣ : quam qui turbulẽtis rebus remedia adhiberent: multis ut ſupra diximus: nouandaꝝ rerum cupidis concitantib? : ferunt iuuenẽ obſcuro loco natum & inter obſcu ros etiam incognitũ clamaſſe: Non opus eſſe conſilio : has gladio con tentiones eſſe dirimendas: ſtatimq; his dictis proſiliiſſe & ad arma con clamaſſe : qua tamen uoce nullus tunc in urbe motus factus eſt . Sed ubi ea in Burgo beati Stephani audita uox eſt : ſeditioſiſſim? quiſq; & qui nouarum rerum auidi erant: arma corripiũt: impoſitoq; in uicinis

turres diui Andreæ præſidio: palam principio regium nomen inuocan tes: diſſimulabãt contra regiam dignitatẽ baud ſumpſiſſe arma: ſed ut ab iniuriis ſeſe tutarent̃. Conſtat exigua adhuc manu tumultum ſedari potuiſſe: ſi in ipſo initio præſes uulgi furori: uti ſæpe ei ſuaſũ fuerat: occurriſſet. Sed primo miſſi ſunt: qui intemperãtes multitudinis ani mos ratione mulcerent: & per omnes urbis uicos profecti: cæteros ne arma caperent: probiberẽt. Interea armatoꝝ per urbem numerus auge batur: ſuperueniente deinde nocte: omnes diſpoſito metu: arma ſum pſere. Poſtquam illuxit: præſes tantum in urbe accenſum ignem extin gui non poſſe ratus: nec tutum eſſe: tantã multitudinẽ prælio aggredi: compoſito agmine: in arcem caſtelleti ſe recepit. Nec tamen deerant: qui hortarent̃: ut arma deponerent̃: ſed interim ſuperuenerũt tumul tuaria cum agreſtium manu Paulus fregoſus genuenſis archiepiſcop? & Proſper adurnus: quibus urbem ingreſſis omnis cõponendæ rei ſpes ſublata eſt: pulſiſq; in arcẽ gallis: fregoſa adurnaq; factio de imperio certabant: & cum in pluribus per urbem locis dimicatũ eſſet: omneſq; intelligerent illum uictorem futuꝝ: qui arcem obtineret: utraq; factio omni ſtudio contendebat: caſtelletũ in ſuam redigere poteſtatẽ: utque poſtea ab non nullis firmatũ eſt: opera familiæ ſpinulæ: quæ ſimul cũ reliqua nobilitate omni ope regiis rebus obnixe fauebat: factum eſt: ut adurnus: inito clam fœdere: cum gallis conſentiret: ſtatutũq; inter eos fuiſſe fertur: ut hinc Proſper cum ſuis: inde galli Paulum adorirent̃. Deinde fuſa pulſaq; factione fregoſa: ciuitas iterum regio præſidi tra deretur. Id uentumue ſit: non habeo compertũ: plæriſq; tamẽ non incre dibile uidebatur: cum multi præſertim metu: ne ſi Paulus imperio poti retur: fraternum ſanguinẽ ulciſceret̃: & negatam Petro fratri pecuniã repeteret: illum magis magiſq; metuebant. Certum tamen eſt: Paulum ea ſuſpicione territum noctu cũ paucis in proximos montes aufugiſſe: rerum exitum expectaturꝝ. Vbi uero dies uenit: fregoſæ factionis fau tores nunc hos: nunc illos appræbendere: plurimoꝝ animos conciliare: Dolos ineſſe prædicare: & omnia quæ agerentur: in plebis perniciem ab nobilibus agi pronũciare: quod expulſa fregoſa factione: adurna facilius expelleretur: repoſitoq; regio ſtatu: exilio carcere cædibuſq; in plebem ſæuiretur. His in uulgus diſſeminatis rumorib? omnis repente populus arma reſumpſit: utque omnia cõmuni conſilio pari ſpe æqua toque periculo gererentur: conuocatis promiſcue omnibus plebei noĩs: quos artifices nominãt: deligunt̃ uiri octo: quibus ſumma rerum omni um poteſtas tradita eſt. Hi primum omniũ iuſſerunt urbe Proſperum abire. Dein cũ omnes expugnandã arcem cenſerent: ſeſe operi accinge bant. Inter hæc inita per internuncios concordia fregoſus adurnuſq; : nullo repugnante: in urbem rediere: aduocatiſq; in concionẽ pro more patriæ trecentis prope ciuibus: præſente fauenteque Paulo: deligitur

genuẽſium dux Proſper adurnus . Compoſitis per hunc modum inter duas iandiu æmulas factiones rebus cõmuni omniũ conſilio arcis obſi dionem aggrediunt .Et quoniam bis non tam deerant pecuniæ quam peregrini milites:cum nec hæ genuenſib?:ciuitate omni nõdum idem ſentiẽte:uires eſſent:ut contra potẽtiſſimũ regẽ oppugnãdæ arcis ſitu muro præſidioq; munitiſſimæ ſumptibus diu ſuppetere poſſent:& ob id ad alienã opem confugiendũ eſſet:ad Franciſcũ Sphortiam mittunt rogatum eaꝝ rerum auxilium : quas ad expugnãdam arcem uſui fore putabant.Franciſco qui iam de repentino motu factus erat certior:eo gratior iucũdiorq; ea petitio fuit:quo apertius cognoſcebat in ſua eſſe poteſtate Gallicã gentẽ Ferdinãdo ſibiq; infeſtam ex ora liguſtica pel lere.Et quanq̃ intelligebat id negotii multis de cauſis potius ad Ferdi nandum uelut armis a gallis laceſſitũ quam ad ſe pertinere : ipſumq; iuſtius amicoꝝ cauſam aduerſus communes boſtes tueri poſſe:tamen quoniã nec pecunia ille tanto bello preſſus ulla nec milite eo tempore iuuare eos ualebat:rem ipſe eo animo amplex? eſt:ut nihil ad eam con ficiendam ſibi prætermittendũ putaret : & tanto libentius audaciuſq; genuenſis populi aduerſus Karolum regem cauſam tuendam ſuſcepit: quod ſciebat Lodouico eius regis primogenito quo cũ anno ſuperiore Philippi burgundionũ ducis interuentu amicicią non uulgarẽ inierat: ſe rem non modo gratam:ſed gratiſſimã facturum. Is enim cũ minus eo tempore paternis imperiis obtemperaret:apud philippum agebat : cuius etiam opera Frãciſcus cum Lodouico ipſo poſt incohatam inter eos amicicią fœdus percuſſit.Hortabat Franciſcũ propterea Lodouicus quo patri Iohanniq; andegauẽſi conſobrino ſuo magis incõmodaret : ut genuenſes ab illorum imperio ſeiungi auertiq; curaret.Itaq; & pedi tes Genuam proficiſci iubet amplius mille : & Thomam reatinum eo legatum mittit:qui & arcem expugnãdam curaret: & Paulum Proſpe rumq; in amicicia contineret:pecunias item mittere non ceſſauit:qui bus milites in ea oppugnatione alerentur:quam ſane duram ac diutur nam fore acceperat . Primum Genuæ ex ciuium cenſu ſtatuta legibus quot annis publica impenſa exigitur : conflatiſq; magnæ molis bom bardis muros per urbis uicos educto : ne erumpere in urbem obſeſſi poſſent:cuſtodibuſq; circũquaq; diſpoſitis obſideri ſummo ardore arx cœpta . Tenebatur ab gallico præſidio præter caſtelletum ꝓmunitum diui Franciſci templum : quo in loco ſtabat lectiſſima trecentoꝝ pedi tum manus armis egregie inſtructa & animo in quodcũq; periculum parata:unde crebræ in urbẽ eruptiones fiebant: & plærunq; pro muni tionibus acriter pugnabatur : interdum Scorpionib? Catapultis Colu briniſq; obſidentes eminus impetebant .Baliſtis præterea bombardiſ que tecta cum incolentib? ipſis ruebant. Quapropter quottidie uulne ra & magnæ hominũ cædes ante oculos erãt:ex quo cognita potiũdæ

munitiſſimæ arcis difficultate in ſola obſidione ſpes poſita uidebatur. Et tamẽ contra:ne obſeſſis quies daretur:bombardis miſſilibuſq; quantum ex tuto licebat:oppugnabant̃.Miſſus eſt ſub idem tempus contra Sauonã exercitus:qui ubi urbem firmo gallo⁹ præſidio ſeruari: Sauonenſeſq; in fide perſtare cognouit: irrito conatu Genuam rediit: ſed rurſus orta eſt inter Paulum Proſperumq; diſſenſio:omnia enim delatorum cauſa ſuſpicionis plena erant. Itaque delatis per Proſperum ad Thomam legatum aduerſus fregoſos clam querelis: Franciſcus cuius nutu omnia Genuæ agebant̃:Paulum ad ſe Mediolanũ uocat.Proſper aduerſario⁹ metu liber maioribus uiribus obſidionẽ inſtaurauit:maioreque diligentia omnia obit. Carolus franco⁹ rex:cognita genuenſiũ defectione:comparari in Lugdunenſib? Vienẽſibus q̃celerrime exercitum Genuãq; ſubſidio obſeſſis properare iubet: & Renatus inſtructis nauibus longis decem poſt quartum fere obſidionis menſem Seuonã applicat:ac eodem fere tempore ex ulteriore gallia exercitus eo puenit: erant terreſtres copiæ:ut a probatiſſimis auctoribus accepimus: ſupra ſex millia & omnes equeſtris ordinis erant thorace & galea tecti:& præter nauales ſocios Renatus pedites circiter mille triremib?impoſuerat additi ſunt plæriq; genuenſiũ nobiles: qui metu Sauonam abierant: non exiguam peditum manũ ducentes:quos haud mercede conductos habebant:aut beneficiis obnoxios contraxerãt.Bidui ſpatiũ reficiendo militi cõſultandiſq; rebus datum eſt.Omnibus deinde paratis:Sauona terra mariq; mouentes in ipſo itinere Viraginẽ oppidum non multo labore expugnant.Genuenſes audita tantarum uirium fama:timor ingens inuaſerat.Vbi uero tantam multitudinẽ & terra & mari cum Renato rege magis appropinquare:Viraginẽſeſq; oppidum expugnatum Genuæ allatum eſt:tum demum concurſare per urbem: modo curiam complere:modo per uicos ſine ordine diſcurrere:& ut in magnis timoribus fieri ſolet:ad omnẽ rumorem trepidare. Animaduertebãt multi quam difficile futurum terra mariq; uno tempore magnis irruentium boſtium uiribus poſſe reſiſtere:præſertim inter ſeſe populo diſſidente: multiſq; inſuper ex ciuitatis primorib?regias partes ſequẽtibus. Illud etiam magis magiſq; famam uirtutemq; boſtium augebat:quod feri inuictiq; eſſe uiri & belli periti dicerentur:& qui pro gloria uitam contemnerent.Itaq; in tanto rerum timore atq; diſcrimine: Franciſco cui omnia nota erant: & augere ex ſuo milite quas ante Genuam copias miſerat:non uidebatur:ne maiore ira duos in ſe reges concitaret:quã uis Marcum pium carpenſem eius conſilio atq; pecunia cum equitatu genuenſes magna celeritate in urbem accerſiſſent: unicum remedium putauit:ut inter Paulum Proſpe⁹q; renouata rurſus concordia: Paulus ipſe Genuam reuocaret̃:quibus de bello gerendo ſimul conſultantib? uiſum eſt utile:præter eas pecunias:quæ e Mediolano mittebant:alias

conquiri: quæ in ſumptus publicos ſatis eſſe putarent̃: & quoniã ſine magiſtratuũ decreto exigi tributa non poterant. Proſper triginta ex ditioribus retentos ciues & in uincula coniectos pecuniã ut quiſque pro facultate conferret: obſtinate cogebat: quorum in numero erant multi nobiles ac ex populariбus nõ nulli omnes quidem & genere & opibus clari ac ex iis plærique adurnaq; partium beniuoli. Sed ferunt id Paulum Proſpero perſuaſiſſe: ut illata præſtãtibus uiris iniuria adurnũ nomen execrabile in urbe redderetur. Sed tanta fuit eorum: qui retenti erant: patientia: ut neminem fuiſſe credatur: qui omnia pati potius non malu erit quã peſſimo & inaudito ad id temporis exemplo pecunia ſeſe redimere. Præter hæc Proſper naues duas onerarias: quæ in portu ſtabant: diſpoſitis dominis: in ſua retinuit poteſtate: & ad fugam & ad quod cunq; effugiendũ periculum paratas. Deinde inter ſeſe conſtituũt: ut Paulus cum electa ex omni populo iuuentute & Sphortiano milite: in quo omnis ſpes uictoriæ poſita erat: in proximos montes conſideret: probiberetq; ne boſtes ea parte aut urbem aggrederent̃: aut in arcem penetrarent. Proſper cum reliquo populo tutandæ urbis: ne quis inde motus oriretur: neue aliquis impetus: ueuue eruptiones fierent ab iis qui in arce erant: curam ſuſcepit. Hoc modo maiore metu quam ſpe aduentus boſtium expectabat̃: iamq; galli relicto Viragine præſidio: pacato agmine ad Cornilianũ uicum quinq; paſſuũ millibus ab urbe puenerant: quo Proſper Pauluſq; cum magna populi parte & Marco Pio cum equitatu occurrerũt: ſed prælium inire non aúſi magna multitudine inſequentiũ boſtium trepidi pauidiq; in urbem rediere. Hoſtes igitur: nullo repugnãte: Sancti benigni templum & circũpoſitos colles occupant: Renatus in uicino littore ſancti Petri ad arenã uocant: iactis anchoris ſtabat. Certum eſt primo aduentu capi urbẽ potuiſſe: ſi claſſis in portũ recta curſum tenuiſſet: admotuſq; ſtatim uno tempore mœnibus exercitus urbẽ inuaſiſſet. Sed ſiue reficere feſſos milites uoluerint: ſiue aliquos excitari intra urbem motus confiderent: ſiue ut plærique credidere: id conſilio operaq; eorum ciuiũ qui in caſtris erant: factum ſit: quos patriæ caritas mouiſſet: ut ſine ferro ſine ſanguine uictoriam adipi ſcerent̃: poſitis caſtris eo die & inſequenti nocte quieuerũt. Poſtri die leuibus præliis pro porta certatum eſt: genuéſibus plærunq; uictoribus animus in meliorẽ ſpem augebatur. Biduo poſtquam eo uentum eſt: ante ſolis ortum: expoſito maſſilienſi milite: inſtructa acie: ſubire montem uniuerſum exercitum Renatus iubet: ratus ſi montis cacumine boſtes pellerent̃: facili deinde in arcem aditu ſe urbem ſine piculo ſine labore receptur̃. Ipſe e naui euẽtum pugnæ expectabat. Tripartito agmine incedebant galli. Ante oẽs leuis armaturæ milites cum ſagittariorum parte præmiſerant. In ſecundo agmine eos qui bombardulis Colubriniſq; maioribus quas uebiculis trabebant: utebantur: & totius

exercitus robur collocauerãt. Gregarius quiſq; miles: & reliqua nauib? aduecta & calonum lyxarumq; turba in ſubſidiis ſequebanť. Paulus contra læuis item armaturæ militibus ſagittariiſq; præire & non congredi: ſed miſſilib? tantũmodo hoſtem laceſſere iubet. Ipſe cum delecta ex omni ciuitate iuuentute & Spbortiano milite ut erat ante conſtitutum: in medio monte conſtitit: ut ſubeuntem hoſtium phalangẽ ex ſuperiore loco facilius ab arcis ingreſſu prohiberet. Reliquam omnem multitudinẽ ex proximis montibus clamore & cõcurſatione pro loci natura terrere ab lateribus hoſtes impat. Ex urbe Proſper: ut prælio æſtuque pugnantes defeſſi reficerentur: cõmeatum in montes comportari curabat: & ad mare ſi forte claſſis impetum faceret: iuuentutẽ armatam reliquit: contraq; obſeſſos copiaꝝ partem collocauit. Ipſe cum electis ex reliquo populo uiris in prætorio ad omnes impetus paratus erat: iam galli eam planiciẽ quæ in primo colle conſpiciť: nullo obſiſtente: præterierant: & per ardua montis ſubeuntes primã genuenſiũ aciem: paucis uulneratis propulerant. Inde audacius progreſſi ſecundam adoriuntur: ibi acriter dimicatũ: ſubmiſſaq; deinde ſecunda galloꝝ cohorte: prælium acrius crudeliuſq; inſtauraťt. Genuenſes cum feſſis ac ſauciis integri ſuccederent: ex loco ſuperiore tæla coniicientes facile hoſtẽ aut repellebant: aut retardabãt. Contra galli & loci iniquitate & armorum pondere fatigati: æſtu quoq; & ſiti deficientes: ægrius lãguidiuſque pugnare cœperunt. Iam ad meridiẽ uſq; certatum erat: pari omnium periculo cum eo tandem certamẽ: ut plærunq; in cõmittendis prælijs fieri ſolet: deductum eſt: ut ex duobus aduerſis collibus qui cæteris in excelſo monte editiores eſſent: acriter pugnareť: hoſte utroq; illoꝝ ſe muniméto tutanti: Nam hinc galli bombardulis Colubriniſq; frequentibus terrere genuenſes atq; e collis tumulo: ubi ſe uallo Paulus & Spbortiano peditum robore pro tempore munierat: pellere conabantur. Inde Paulus gallos confertiſſima acie in colle perſiſtentes catapultiſq; & omni miſſilium genere: quorum Genuæ magna erat copia: e regione acerrime impetebat. Confligebaťpræterea eodem tempore cominus haſtis in conualle: quæ inter colles erat: non admodum lata: fortiſſime cum nunc galli equites Spbortianos milites ad Pauli uſque tumulum reiectos inſequerenť: nunc Spbortianis rurſus reſiſtentib? & tælorum ui repulſi galli ad ſuos redire cogerenť. Cum ſic aliquãdiu dimicatum eſſet æquo certamine dubiaq; uictoria: ſuperuenerũt eo ex inſperato in ipſo prope prælii furore tres ſoli ex Spbortianis peditum præfectis: Karolus Cademuſtus laudenſis: Georgius dalmata qui a pelta quam uulgo Targetam dicunt: cognominabať: & Nicolaus epyro oriundus uiri fortiſſimi & rei militaris pitiſſimi & inter Spbortianos uirtute clariſſimi: quos iccirco Frãciſcus e Mediolano ad Paulũ Proſperumq; miſerat: ut magnã equitum peditũq; uim Tibertho brandolino

duce: ab ſe ad genuēſes auxilio miſſam palam pronunciarēt in uulgus: & illorum ipſi opera in bello uterentur: qui ut iuſſi erant: faciunt: ad duntq; eas iam copias appropinquare: & multos qui procul ueniētes conſpiciebant̃: manu oſtendebāt: quos ipſi ex proximis portiferæ uallis uicis ſibi ex itinere aſciuerant: quo nuncio tanta ſubito omniū gratulatio fuit: tanta omnes lætitia cepit: tantaq; omniū animos uirtus incеſſit: ut oēs uno tempore ac undiq; ſublato clamore ingenti Sphortianum ducaleq; nomen inuocātes in boſtes ſumma alacritate impetum facerent: quē cum nec ipſi galli iam tantis clamorib? & nouo ut credebant: boſtium ſubſidio perterriti: paululum ſuſtinere potuerit: terga priores uerterunt: & quanuis ſubſidiaria acie prælium ſuſceperit: pugnamq; pauliſper redintegrauerit: tamē ab uniuerſa multitudine quæ in montibus circūſtabat: pugnæ euentum ꝑſpectans clamore terribili a multis lateribus facto concurſu: galli impetunt̃: Paulus ante primos ſuos hortatus boſtes inſequi cædereq; iubet. Ita tælorum hominumq; multitudine obruti & timore laboreq; languentes: galli in fugam uertuntur: quos genuenſes Sphortianiq; milites per decliuum ad ipſum uſq; maris littus cædendo inſecuti ſunt. Ferunt Renatum regem: cum multi ſuaderent: ut fugientes ſuos nauibus recipi iuberet: indignatione permotum reſpondiſſe: fugientes prælio milites nullo pacto recipiendos eſſe: probibuiſſeq;: ne claſſis littori appulſa quenquam exciperet ut omni ad claſſem ſpe reductionis ſublata æquatoq; omniū diſcrimine ad reſiſtendū conſtātiores: & ad ſubeūda pericula paratiores eſſent. Sed ne id quidem conſilii quicquam iam uictis profuit. Deletus eſt exiguo temporis ſpatio ad internitionē exercitus omnis. Cæſa ſunt ab agreſti & immani multitudine populoq; genuenſi: ut poſtea Franciſc? ab ueriſſimis auctorib? cognouit: ex gallis duo millia ſupra qngentos: quorum cadauera cum die poſtero pluribus locis nuda humi iacentia reperirent̃: fuere ab ſepelientib? diligētiſſime enumerata: præter eos qui cum nando graues armis naues peterent: unda exceperat: quiq; ad necē uulnerati cōmiſeratione multoꝝ & eorum præſertim: qui militarem diſciplinā profitebant̃: aut in urbem aut in proxima extra urbem ædificia ſæmianimes relati ſunt: quo in tanto occiſoꝝ numero fuere multi cum nobilitate tum rebus geſtis uiri inſignes. Reliqui ad unū omnes capti & ſpe redemptionis ſeruati. Ex genuenſib? tres aut quattuor ad ſummū in ipſo pugnæ initio interēptos: uulneratos complures ferunt. At uixdum parta uictoria fuerat: cum noua ciuiliſq; cōtentio orta eſt: & occulta pectorib? odia emerſere. Proſper ueritus id: quod paulo poſt euenit: miſit ſtatim: qui fregoſos probiberēt: ne urbem ingrederent̃: & Mediolanēſem peditatū obæratos fautoreſq; ſuos ad eum ire edicerent: quod ubi Panduphus Pauli frater perſenſit: piſcatorio lembo celeriter faro traiecta: per anguſtias portus in urbem penetrauit: & non

multo poſt Paulus quoq; mari urbem ingreſſus fratri ſe adiunxit. Pro ſper denunciari fregoſis iubet : urbe excederent . Illi primum moleſte reſpondere: ſi ita Proſper uelit ſe abituros: ſed ignorare quid cauſæ ſit: cur inita paulo tanta inter ſeſe concordia & tanto ſuo ſuoq; periculo parta victoria ita repente patria pellantur. His atque aliis uerbis cum tempus tereretur : Bartholomæ? auria lambæ filius qui in regia naui erat: ubi actum eſſe de gallis uidit; duabus triremibus in portū uectus expoſitiſq; naualibus ſociis collectiſq; clientum quibuſdā : non paruo fregoſæ parti adiumēto fuit. At Proſper Carolo fratri cum parte copia rum Paulum adoriri iubet. Itaq; cum pugnatū eſſet aliquādiu : victor apparebat adurnus: fuiſſetq;: ut fert multoq; opinio: niſi Mediolanēſis cohors prælio abſtinuiſſet: neutri parti propenſior: incerta quidem illa uter de ciuitatis principatu in tanto rerum motu cōtendentiū futurus eſſet victor : Thoma legato præſertim abſente : & præfectis omnibus unum ſe tantum ſcire aſſerentib? : Mediolanenſiū ducem factionem utranq; diligere: & pulſis Genua gallis quicunq; urbis principatū obti nuerit: eum in amicoq; numero habituq;: tanto adurnus præſidio deſti tutus: urgentibuſq; fregoſis: paucis comitantib? fugiens urbe exceſſit. Quare victores: reſiſtentibus nullis: fregoſi mox urbis totius imperio potiti ſunt : declaratuſq; eſt deinde genuenſiū dux: Paulo aſſentiente Spineta eius conſobrin?. Inter hæc Lodouicus fregoſus: qui iam genu enſium dux fuerat: ciuitati non ingratus : Serzanæ agens de bis quæ Genuæ geſta erant: certior factus: contractis extemplo in Iunenſib? per delectum copiis terreſtriq; itinere contendere iuſſis: Genuam mari pro ficiſcitur : quo cum peruenisſet : inſequenti nocte : regio præfecto in claſſem ad Renatū pducto: Bartholomæo auria & aliis ciuibus multis ānitentib?: Renatus ipſe caſtelleti arcem ei tradi iuſſit. Ita triduo poſt depoſito Spineta : Lodouicus genuenſiū dux deligitur . At Renatus Genua ſoluens Sauonam: re infeliciter geſta petiit : ibiq; non multos dies moratus relicto Lodouico ualla cū eodem præſidio: quod in caſtel leto ſecum habuerat: Maſſiliam claſſe rediit: quem cum ſæpe inſignem ſuorum calamitatē indoleret: dicere ſolitum ferunt : non ab genuenſi bus regium exercitum : ſed ab Sphortiano primum peditatu profliga tum: mox deinde ab genuēſibus deletum. Hoc tantæ cladis ad Carolū regem grauiſſimo iam morbo laborantē nuncio perlato fuerunt : qui illius curam habebant: prohibuiſſe: ne eius tam iniucundæ rei quicquā perſentiret : & tamen paucis poſt diebus regem magna rerum geſtaq; gloria excellentē uita exceſſiſſe: quo mortuo Lodouicus eius primogeni tus: quem apud Philippum burgundionē in belgis agentem diximus: Philippo ipſo & Carolo unico eius filio comitantib?: in urbem pariſios profectus cōmuniq; omnium uoluntate exceptus : in regno ſucceſſit . Hunc cum ſalutatum gratulatūq; adiiſſet Franciſci legatus: qui apud

eum moram trahebat:rogaſſetq;:ut cum eſſet diuina clæmẽtia regiam dignitatem aſſecutus:ictum cum Franciſco fœdus probaret: mox ſe in Franciſcum haud mediocriter iratum oſtendit: cum illius conſilio ope opera patrium ad Genuam miſſum exercitum periiſſe diceret : eumq; Iobanni calabroꝝ duci conſobrino infeſtum aduerſari : & Ferdinando regiæ francoꝝ domui boſti amiciſſimũ magnis uiribus auxiliari : cui cum reſpondiſſet legatus: ea omnia non modo eius uolũtate ſed horta tu etiam geſta eſſe : rurſus regem dixiſſe accepimus: bonoribus mores mutari grauiterq; ſuos incuſaſſe: qui Mediolani cum Franciſco fœdus inierant : ſeq; propediem in Italiam ad ulciſcendas aduerſus genuẽſes iniurias maioribus exercitũ uiribus miſſuꝝ affirmaſſe . Interea & Alexander Fredericuſq; in Sabinis & Ferdinãdus in campania: facti pabuli copia: ex hybernis eduxerunt. Dein Fredericus: eccleſiaſticis copiis ſibi adiunctis: in Iacobum ſabellum a Pio pontifice ingenti ſtudio miſſus. Alexander aduerſus picininũ qui Sulmonẽſes in regia fide pſiſtentes ab proximis populis undiq; intercluſos grauius premebat : proficiſci iuſſus eſt. Sabellus picinini auxilio deſtitutus in gratiã cum pontifice rediit : Silueſtro lucino cum præſidio incolumi abire permiſſo. Ex quo pacatis omni ex parte Romanis rebus : Fredericus Petrum Iobannem Paulum cantelmum : quem initio gallici belli ab Ferdinãdo defeciſſe demõſtrauim? propinquoſq; incolẽtes populos pontificis iuſſu inuaſit: qui multa per eam æſtatẽ campani agri caſtella atq; oppida quæ Andegauẽſium inſignia erexerant: Caudolis etiam magnis proximoꝝ procerum brutioꝝq; populorum uiribus auctis fortiſſime repugnãtibus: partim expugnauit: partim per uoluntariã deditionem in fidem recepit : quæ &ſi in Neapolitani regni finibus ſita erant: Pius tamẽ Ferdinãdo Franciſcoq; id ægre ferentibus: præter ius faſq; in ſuã retinuit poteſtatem : effeceratq; is quoq; incredibili pœne ſtudio poſt Sarnenſem pugnã: ut Andreas alter ſororis filius caſtelleono piſcariæ oppido ab rege donaretur: quod ut docuimus : in æthruria eſt Senẽſium finibus proximum: ab Alphonſo primo quod cum florentinis geſſerat: bello occupatum: Alexander per ſabinos Marſoſq; in Sulmonenſiũ fines peruenit. Dein factis circunquaq; incurſionib? multis prædaq; ingenti ex agris abacta: in planum quod Sulmonẽſe appellant: deſcendit. Eius aduentu picininus montuoſis iniquiſque locis ſe continere cœpit : ob id læuia tantũmodo prælia fieri cœpta : Acciditq; ut per eos dies Donatus Mediolanenſis itinerum locorumque ſitum ſpeculandi gratia caſtris cum paucis egreſſus in boſtium inſidias incaute prolapſus caperetur: moxq; ad picininum perductus in uincula coniiceret. Multa interim oppida cum ipſis dominis Sulmonenſib? proxima: quoꝝ cellanum populumq; fuere primaria: Alexandro ſeſe dediderunt: liberamq; illi deinde Aterni traiiciendi amnis poteſtatem fecerunt . Sed dum Alexander Mathæo

campano ſibi addito:Picininū æquum in locum trabere conatur:& ille ſe montibus munitiſq; locis continet:tempus terit̃: qua re perſpecta Alexander: omnibus copiis adoriri boſtem ubicunq; eſſet:inſtituit:ita que inſtructa acie cum in eum ire contenderet: ille metu territus præ ciſis a pabulatorib?magna celeritate funibus leuatiſq; onere iumentis ac uno eodemq; tempore collectis per caſtra ſarcinis ; longiore omniū opinione interuallo ab eius caſtris in munitiora loca fugiẽdo ſeceſſit ; cõtinuatiſq; deinde itineribus non prius reſtitit: quam ſe Iobanni ad iunxerit.Dum bæc agerentur:Ferdinãdus in Appuliã tranſierat:Ioban nem qui ſe appulis urbibus cõtinebat: ſæpius in pugnam prouocarat ; feceratq; : ut boſtes neq; unum in locum coire:neq; munitionib?exire auderent:ipſe per Appuliæ campos impune uagatur : Sanctūq; Ange lum oppidum in gargano monte ſitum opibus non obſcurum ui cum præſidio captum prædæ militib?concedit.Sed ubi de picinini aduentu certior factus eſt : Alexandꝝ ut ad ſe q̃maturrime contendat : multis nunciis edocet. Ipſe quod in apertiſſimis Appuliæ campis:ubi omnia boſtilia erant:contracto magno ab boſte exercitu:amplius conſiſtendū non uidebatur per patentiſſimã ſipontinoꝝ planiciem ad Aufidum flu men profectus non procul a Barulo reſedit : quod eſt oppidum moeni bus apprime munitum & populo frequens & inter reliqua illius regni oppida nobile famaq; celebre:& gottbolano nomini deditiſſimū. Huic proxima eſt tranẽſium urbs in Appulis clara atq; opuléta & regi item fideliſſima præter duo bæc oppida & quæ ab Franciſco baucio adriano rum duce poſſidebant̃:ad id temporis nibil fere in omnia Appulia regi fuerat reliquum.Andegauẽſis cum primū appropinquare appuloꝝ fini bus picininū cum exercitu cognouit:confeſtim educit:& picinino con iungitur:idem facit Tarentinus.Deinde nulla cunctatione Baucium in uadunt:compoſitiſq; paucis poſt diebus per inducias rebus :ad Aufidū & ipſi quoq; a loco ſuperiore caſtra ponunt.Ferdinãdus eo boſtium ad uentu:quo tutiore loco eſſet:oppido admouet:ibi eo uſq; moraturus : quoad Alexander cum auxiliaribus copiis aduenirſet.Fuerunt ꝑmulti: qui aduocato concilio ſuadebãt ſe oppido rex cum exercitu includeret: ſed Robertbus Sanctoſeuerinas oratione & auctoritate ſua probibuit : cum nibil eo tempore regiæ auctoritari turpius nibil ad augendã boſti bus æſtimationẽ utilius diceret . Qua re extra oppidi moenia toto exer citu munitiõe ab apertis caſtroꝝ lateribus celeriter perfecta : ſe plures dies continuit:cui repens & inopinatus poene aduentus Georgii caſtri otæ uiri fortiſſimi & rei militaris uſu turcarum more inſignis quem barbaro uocabulo Scanderbecb nominabant : ex epyro mouentis cum octingentis circiter equitibus nauibus in tranenſem portum aduectis non mediocri adiumento fuit . Is enim cum grauiter continẽterq; per ſuperiora tempora a turcis premeret̃ ; ſæpe ab Alpbonſo rege & milite

& frumento adiutus. Voluit accepti beneficii memor Ferdinãdo filio beneficiũ coram tam neceſſario tempore reddere cumulatius. Pugnaba tur poene quottidie inter bina caſtra non multo milite: pari fere certa mine: cum nec totam boſti Ferdinand⁹ pugnandi poteſtatem faceret. At poſteaquã Alexander brutiis ceſſiſſe piciniuũ cognouit: ad Iohannẽ profectũ ratus: relicto in Teatinis campano: comparatiſq; pro tempore baud multoꝝ dierum cibariis ex brutiis mouet: & per apennini ſaltus magnis tandem difficilibuſq; confectis itineribus: poſt octauum diem beneuentũ peruenit: magno pecorum abducto numero: quæ per mon tium iuga uagus miles ex itinere ceperat: quorum ope exercitus cibari orum inopia preſſus plures ſe dies aluit: exin in Appulos non longe a luceria deſcendit. De Alexandri aduentu boſtes crebris nunciis certio res facti caſtra q̃primũ mouent: ſeque ab Ferdinãdi caſtris procul auer tentes in loca tuta duxerunt. Ferdinand⁹ ab Alexandro de ſuo in Appu liam acceſſu edoctus: facta ſibi ab boſte abeundi ex Barulo poteſtate: ubi dies cõplures poene obſeſſus manſerat: ad Alexandꝝ exercitu omni contendit: iunctiſq; copiis Ieſualdum oppidum circunſedit: quo baud multis poſt diebus ſimul cum arce: cernentib⁹ boſtibus: expugnato ac in prædam uerſo: Ferdinand⁹ boſteſq; eodem fere tempore in byberna rediere. Per eam byemem Nolani præcluſis ab rege apẽnini itineribus quibus ad eos ex lucanis frumentũ quottidie importabat̃: laborare du rius rei frumẽtariæ inopia coeperunt. His urſus comes quem ab uene tis ad Tarentinũ cum equitatu profectum cõmemorauim⁹: ab Taren tino ipſo cum præſidio deſtinatus præerat: qui ſeu ea frumẽti penuria coactus ſeu alia ratione ductus: aſſentiẽtibus Nolanis: amicus ex boſte factus: Regi ſeſe dedidit. Quæ ſane res quacunq; ex cauſa profecta ſit: tum Neapolitanis ea tempeſtate: tũ regi ad res benegerendas magno uſui fuit. Sub idem fere tempus Sigiſmund⁹ malateſta Andegauienſiũ partis factus: ruptis eius pacis foederibus quæ priore biẽnio cum Pio pontifice firmauerat: primum mondauinoꝝ arcem in agro piceno per proditionẽ cepit. Deinde infeſto exercitu romanæ eccleſiæ fines ingreſ ſus: aperte bellum picentibus intulit: & non multo temporis ſpatio cuncta oppida atq; municipia: quæ Pius per eam pacem eccleſiæ patri monio adiudicauerat: & poſtea uti demõſtratũ eſt: Antonio conceſſerat: præter Senogalliã per deditionem occupauit. Lodouicum maluicium præterea quem Pius cum non paruo militum numero picentibus auxi lio miſerat: adort⁹ primo fere impetu profligatũ fugauit. Hoc præceps Sigiſmũdi conſilium Franciſco moleſtiſſimũ fuit: quippe qui eum poſt firmatam cum pontifice Pio pacem aſſidue monuiſſet: rogaſſetq; ut pro eius cõmodo in pace mallet cum ſtipendio etiam non indigno ui uere: quam ſe rurſus ancipitis belli caſibus obiectare: ſed ſi tanta belli gerendi cupido inceſſiſſet: ut omnino in alteram decertantiũ de regno

partem ſumere arma inſtituiſſet : proſpiciendum eſſe quo ſe uerteret : Conſilii ſui eſſe cum Dominico malateſta frater Andegauēſis bracianæ que factionis eſſet: ei pontificis Ferdinādiq; partes amplectēdas: quod utrauis pars bello ceſſiſſet: ipſe in tuto eſſet: Nam ſi Ferdinandū Andegauenſes ſupauerint: fratris cauſa nihil ei mali accidere poſſet: Sin Andegauēſes ipſi ceſſerint res ſua fratriſq; eius etiam cauſa in portu ſemper foret. At ille ſtudio contrario ductus ſapiētiſſimi principis conſiliū neglexit: ſed breui ſpreti conſilii poenas dedit. Eodem anno circa Kal. auguſtas Franciſcus ob continuam animi ſollicitudinē : Italia nouis bellorū exæſtuante incendiis : quibus & conſulere & occurrere ſui officii eſſe iudicabat : in febrem incidit continuam : eamq; adeo grauem ut dies noctesq; cruciaretur. Nec multo poſt & aqua intercute articulari buſq; morbis uniuerſo prope corpore ita uexatus : ut ſæpe ac multum de eius uita fuerit dubitatum . Nec tamē in tanta malorum mole atq; diſcrimine deſtitit unquam excelſi ac inuicti animi uir : quo minus omnia prouideret: pararet: moderaretᵛ : quæ tum ſuis: tum Ferdinandi rebus conducere arbitrabatᵛ . Itaque cum & optimum factu fore & ad res præſentes maxime ptinere exiſtimaret: tametſi in dies magis atq; magis ea inualitudine conflictabatᵛ : legatos miſit ad Lodouicum francorum regem Petrum poſterlam: Thomam rheatinum: & Laurētium piſaurēſem: qui & acceptum de illius patris obitu dolorem exponerēt: & qđ tanti regni gubernacula cepiſſet: ei gratularentᵛ . Per idem quoq; tempus ueneti ac florentini eandem ob cauſam legationes miſerunt : omnes humaniter rex: quos tamen Frāciſcus miſerat: benigni excepit. Quo tempore omni adhibita diligentia tentauit eum ab Ferdinandi amicicia auertere: & renato auunculo eiuſque filio Iohanni conſobrino ſuo reconciliare: ſed ea fides & conſtantia Franciſci fuit ut neq; tanti regis auctoritate nullis præmiis: nulla piculoꝝ denunciatione abduci potuerit : moritusꝝ ſe prius adiurabat quam in calamitate amicū deſerturum: in ea re amicoꝝ familiariū conſiliariorū adhortationes preceſq; negligebat. Egerat idem rex per legatos primū cum pontifice: mox per Iohānem atrebatenſem cardinalē: ut Tarraconēſis partes deſereret: niſi id feciſſet: nouum concilium minitabatᵛ . Pontifex reſpondebat: ſe id in tuendo eo rege in regni poſſeſſione facere : qđ e iuſticia bonoreq; ſuo eſſet. Hæc palam Pius . Clam uero ea ſe factusꝝ dicebat: quæ Franciſc Mediolanenſiū dux qui eſſet in cauſa bellique ſocietate primus: facere tandem inſtituiſſet: Rurſuſq; ut erat ingenio aſtuto callidoq; cum ſuis tum Otbonis carreti : qui apud eum pro Franciſco legati munus gerebat : litteris ſignificabat : ſe nullo pacto perferre amplius poſſe infinitas pœne moleſtias : quæ ei & ab francoꝝ rege: & ab plæriſq; eccleſiæ perlatis: & ab uniuerſa prope Romana curia quottidie inferebantᵛ . Qđ eccleſiam dei in tantis bellorum piculis atq; incendiis poſuiſſet: dum

Ferdinandū in regni poſſeſſione tueretur: eſſe ſatius contendentiū exi
tum ſpectare: & neutram in partem inclinare: Romanæ eccleſiæ patri
monium in pace regere: & tantam pecuniæ uim pro fidei chriſtianæ
beneficio aduerſus turcas erogare. Hæc & huiuſmodi pōtificis animū
plurimū ſollicitabant: & ab inſtituto non mediocriter deterrebāt: præci
pue cum intelligeret Franciſcū grauiter ægrotare: de cuius uita pluri
mum dubitabat: & rem Ferdinādi in maximo periculo poſitam. Franci
ſcus contra pterritum pontificis animum iterum erigebat: augebat:
conſtantiorēq; ad præſtanda Ferdinādo regi auxilia reddebat: cum præ
ſertim oſtenderet non modo nihil amiſſurꝝ: ſed amplioré potius cum
Romanæ eccleſiæ: tum neceſſariis ſuis dicionem adepturꝝ. Quas ob
res dicere Frāciſcus ſolitus eſt: longe difficilius laborioſiuſq; ſibi eſſe:
continere pontificē in officio: quam eius belli ſumptus moleſtiaſq; per
ferre. Per idem fere tempus: cū rumor circunquaq; uagaret non modo
per ciſalpiná galliam ſed per uniuerſam prope europam: Franciſcū aut
mortuum aut propediem moriturꝝ: placentini agricolæ uiri in primis
ſeditioſi atque improbi rerumq; nouarꝝ cupidi magno undique coacto
numero: cœperunt primum in Franciſci magiſtratū iura ruri reddentē
quæſtoreſq; impetum facere: cum dicerent nolle amplius oneris quic
quam ſubire: aut pecuniarꝝ aliquid pendere: qđ pro patriæ more hacte
nus pendere cōſueuiſſent: ſuntque tanta amentia furoreq; incenſi: ut
placentiam urbem: quam omnino defecturā arbitrabant: infeſto agmi
ne adorirentur. Ciuitas omnis in factiones quattuor diuiſa tanto agre
ſtium tumultu confeſtim in arma cōmota eſt: cum ipſæ inter ſe factio
nes diuiſæ altera alteri maxime diffideret: quibus de cauſis: cum eſſet
ingens ruſticorꝝ manus elata & ab amicis in urbē per muros admiſſa:
in id res urbana diſcriminis adducta eſt: ut parum defuerit: quo min?
per reliquos ſeditioſos ciues a ſui principis fide deficeret. Sed ea fuit
ſingularis Corradi foliani: qui eo celeriter miſſus fuerat: diligentia
atque ſollertia: ut & urbs ſeruata ſit: & ruſtici ipſi multis pollicitatio
nibus adducti ad ſanitatem redierint: reconciliatiq; in loca quiſq; ſua
remigrauerint. At Florentini: ubi intellexerūt: quanto in periculo eius
principis uita uerſaretur: ueriti: nequid ueneti cæteriq; finitimi moli
rentur: confeſtim duos e ciuitatis primoribus Bernardum medicem &
Deteſaluiū nigium Mediolanum legatos miſerunt: qui ſi quid Franci
ſco accidiſſet: Blancæ uxori filiiſque conſilio auxilioq; adeſſent. Cæterꝝ
non multo poſt tempore ruſtici iidem Placentini coacta maiore manu
rurſus maximo in arma tumultu concurrerūt: ſibique præfecerunt ho
minem temerarium atque improbum comitem Honofrium anguiſſo
lam quem priori tumultu clam initiū dediſſe ferunt: & nunc hæc nunc
illa nobilium municipia inuadebāt: obſidebantq;: omnia ſe ferro igni
que uaſtaturos interminātes: ni ſeſe municipes dederent: qui eos in

tanto facinore ſequi noluerant : qua re cognita : eo mittitur celeriter Franciſci iuſſu Donatus Mediolanēſis : qui poſt longam captiuitatē a picinino tandem in libertatem reſtitutus in longobardiā per byemem redierat. Is e placentia cum fortiſſima inſtructaq; militum acie mouēs primo impetu facinoroſiſſimoꝝ hominum p halangem fudit fugauit que: magna pars capta eſt atq; interempta. Ipſe Honofrius qui & tam nefandi facinoris auctor & ſceleſtoꝝ dux fuerat : exterritus in ſua ſe municipia receperat: ſed a ſuis etiam neceſſariis & agnatis non multo poſt cum in genuenſium fines fuga contenderet : interceptus : & ad Franciſcum perductus multis aſſiduiſque gentilium precibus nequid in eum acerbius ſtatueretur : uita donatus eſt : in carcerem tamen coniectus eſt. bona publicata. Per eoſdem dies Tibertbus brandolinus: quem ob ſpectatam in re militari uirtutem Franciſcus multum ſem per dilexerat : quod primo ruſticorum motu ut poſtea cognitum eſt : futurum exiſtimaret: ut is ex hac luce migraret: clam cum ruſticis con iurarat : eoſque ut arma caperent: ſecreto hortabat̃ : affirmans ſe illis una cum picinini copiis : quæ in flaminia erant: auxilio fore : ſed ubi Franciſcū conualeſcere uidit: tranſfugere decreuit: Iohannis andegauē ſis picininiq; partes ſecuturus: quibus cum iam conſpirarat : utque fu gam facilius cōmodiuſq; pararet: ſimulat ſe cum Cornelia coniuge fla miniam petere inſtituiſſe: ut uxorem daret Leonello filio: breui Medio lanum redituꝝ . Itaque uenia ab Franciſco facile impetrata : qui nihil mali de homine ſuſpicabat̃ : ob magna præſertim in eum collata bene ficia: euenit interim: ut Franciſcus a quibuſdā Tibertbo cariſſimis: qui bus cum omnia conſilia cōmunicare ſolebat: fieret certior: Tibertbum cum magna militum manu e longobardia in flaminiā breui abituꝝ : Franciſcus hominē dum adhuc Mediolani eſſet: retineri iuſſit: qui nec quæ de eius fuga enunciata fuerant : negauit . Eo igitur in carcerem coniecto: diu ac multū Franciſcus: ut erat humaniſſimo clæ mētiſſimo que ingenio: quid de homine agendum eſſet: addubitauit: ſed tandem cum & ipſe per ſuperiora tempora ſatis ſuperq; hominis mores cogno uiſſet: didiciſſetq; per eos: quos illius cuſtodiæ præfecerat: animo eſſe Tibertbum ulcerato & ad quodcunq; perpetrandū facinus promptiore quam unquā antea extitiſſet: decreuit non necandum ſed perpetuo car cere aſſeruādum. At ille: ut erat immani diro efferatoq; animo cōſcius ſibi perfidiæ ueritus: ne publico iudicio obtruncaret̃ : ſibi ipſe mortem conſciuit: uir ingenio acri callidoq; & animo inſuper feroci corpore ro buſto longo rerum bellicaꝝ uſu peritus: ſed nulla ei fides: nulla pietas nulla religio: null? dei metus & dira in primis crudelitas: uarius quoq; & mutabilis gloriæ diuitiaꝝq; appetens & rerum nouarum cupidus . At Franciſcus: & ſi diutius incurabili illa ui morboꝝ uexatus eſt: tandē in ipſo uere partim ſingulari peritioſiſſimoꝝ mediocrum diligentia :

partim ob miram corporis fortitudinē atque temperamentū ſummāq; animi patientiam : cum nulla in re detrectaſſet ulla unquam remedia: quæ ipſa poene morte acerbiora uidebant: liberatus eſt ab ꝑpetua illa febri & ab intolerandis articulo⁹ doloribus : & quantū uideri poterat ab ipſa etiam aqua intercute:qua tamen ob malam epatis diſpoſitionē nunquam omnino liber redditus eſt:nunquam poſtea eodem fuit oris colore:neq; ea membro⁹ agilitate:cū eadem ſemper eſſet animi magnitudine & tolerantia ad munus omne & priuatim & publice obeundū .

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER.XXVIIII.

Principio ſequentis æſtatis anno ſexageſimo ſecundo ſupra quadringēteſimū & milleſimū Tarētinus pici ninuſq; : contracto in Appulis non multo militū numero: iuuenatiū primum obſederunt:quaſſatiſq; diu bombarda⁹ ictu mœnibus oppidanos ad deditionem compulerūt. Trano inde urbi admouētes baud multo temporis ſpatio ciues partim frumenti penuria: partim artibus iidem quibus Iuuenatinos ſubegerant in poteſtatem redegerunt : arce quæ munitiſſima eſt:& ad mare pertinet:in regia fide ꝑmanente . Poſtbæc in proximos Barolenſiū agros progreſſi nunc per proditionē oppidum nunc per uim metumq; capere tentant. Sed ubi cum propter eximiam oppidano⁹ in Ferdinādum fidem tum propter egregiam muro⁹ ſtructuram nihil proficere uident : deuaſtatis circunquaq; agris: in Adrianos duxerunt: quorum oppidum cum dies plures acriter oppugnaſſent Franciſcus baucius de quo ſupra mentionē fecimus: cuius imperio oppidani parebant: omnia ſpe auxilii deſtitutus : cum nullæ neq; eſſent in regione ea regiæ copiæ : neq; propediem futuræ dicerent : ſubactis præſertim duabus uicinis urbibus: ſeſe ſimul cum oppidanis pactionē hoſtibus tradidit . Per idem tempus Iohannes coacto altera militum manu: in Garganū montem profectus oppida uniuerſa quæ ſuperiore anno Ferdinādus magno labore recuperauerat: dedentibus ſeſe rurſus oppidanis : non multo negotio in fidem recepit . Inter bæc Alexander Sphortianas copias ex hybernis eduxerat : & non longe a beneuento conſederat: quod propter copia⁹ paucitatem progrediendū longius nō uidebatur: ſed Ferdinandū regem cum reliquo exercitu tutis locis expectandum . Verum pecuniæ inopia fecerat : ut diutius quam temporis belliq; ratio & rerum præſentiū condicio depoſcebat : ex campania in Appulos Ferdinādi reditus retardaret: qua re interim nulla preſſis ob ſeſſiſq; ferri auxilia potuerint. Vagari per ampliſſimos Appuliæ cāpos:

populari uaſtareq; omnia impune hoſtibus licuit. Hæc cum & litteris & nunciis quottidie fere Franciſco iutelligeret:non poterat grauiter nō cōmoueri : qppe qui & ad Alexandꝝ Neapolim & ad Fredericū urbina tem Romam abunde opportuneq; pecunias miſiſſet.Huic enim altera ſtipendii pars ab Frāciſco ipſo:altera ab Pio pontifice regis cauſa quot ānis exoluebat:alias præterea pecunias præter arma tæla & quæ bello uſui ſunt:ad campanū in brutios dederat:qui cum nihil ſeu parum ab rege pecuniaꝝ conſequi poſſet : ad eum ſæpe querulus confugerat:& quicquid inſuper aut duces ab eo petebant : aut ipſe ad res gerendas uſui fore putabat:largiter ex Mediolano ſubminiſtrabat:eoſq; hortaba tur pro regis commodo:ut quanto celerius fieri poſſet: in apertum exi rent:tempuſq; hoſtibus præriperent : Nam nihil ea tempeſtate Franci ſco magis cordi erat : nihilque illius animū magis ſollicitabat omnia uincendi ſtudio impigre excogitabat : parabat:efficiebat . Sed tandem maiore æſtatis parte exacta:rex ex campania moues circa Kal.auguſtas Alexandro adiungit:tum hoſtium fines ingreſſus:Aquadiam in Appu lis oppidum non ignobile circūſiſtit. Iobānes & picininus:nam Taren tinus inualitudinis cauſa in ſua oppida paucis ante diebus lectica dela tus redierat:omnibus omniū iunctis copiis inſtructaq; acie eo profecti in ſummo colle non procul oppido conſtiterūt : non nulli in campum ad ſpeciem cōmittendi prælii deſcendere cœperūt:ſperantes loco ceſſu rum regem:obſidionēq; deſertuꝝ.At Rex & Alexander: inſtructo exerci tu : eos nulla cunctatione inuadunt:factaq; pugnandi poteſtate qui in campum deſcenderāt : ad ſuos confeſtim repulſi ſunt.Quod ubi hoſti um duces conſpexerūt:tanta celeritate in caſtra reuerſi ſūt:ut præmiſſi leuis armaturæ equites nouiſſimas eorum cohortes conſequi nō potue rint.Itaq; diruto tormentoꝝ ui muro:paucis poſt diebus quam eo uen tum eſt:oppidum expugnat: & in prædam uertitur:regio deinde iuſſu incenditur. Rex dein Vrſariæ admouit:die tertio ad colloquiū de dedi tione oppidani uenerunt:pactiq; ſunt datis obſidibus:ſeſe atq; oppidū intra quatriduū dedituros : niſi ab ſuis interim obſidione liberarent. Hoſtes ea re cognita : ad.xv.Kal. ſeptembres ex Aſculo urbe Appuliæ mouent:& minus ab urbe Troia paſſibus mille quæ ad orientē ſpectat caſtra ponunt:eo conſilio:ut inde ppinquiores caſtris aduerſarioꝝ facti ante deſtinatā deditioni diem obſeſſis opem ferrēt.Itaq; poſtridie eius diei prima luce Iobannes piciniuſq; inſtructo exercitu mittunt : qui collem quendam inter utraq; caſtra caperent: ut illo occupato : caſtra eo confeſtim ttanſferrēt:quod cum renunciatū eſſet regi:mittit & ipſe ſta tim Iobannē comitem uirum fortem & rei militaris peritum: ut quid agant hoſtes : quaue iter faciant:cognoſcat . Interim procul cernitur non modo collis ſed tumulus etiam quidam qui Vrſariæ propius adia cet ab equeſtribus hoſtium turmis teneri:unde hoſtes : facile regium

exercitū aquatione pabulationeq; probibere poterant: qua re perſpecta rex armato celeriter exercitu ordinib? q; inſtructis: eo in boſtes animo educit: ut qui collem tumulūq; occuparant: adortus loco omnino pelle ret. Alexander: parte peditatus ſumpta & nō multo equite: Sphortiano que in primis peditum robore ad altera addito: in boſtem ire cōtendit ubi tumulo appropinquatū eſt: Roberthum Sanctoſeuerinaté & alteꝝ Roberthum urſinum & Antonellum burgenſem : quem Alexandrino bello aduerſus Guilielmū Monferratēſem affuiſſe cōmemorauim?: ui rum fortem & manu promptū turmæ primæ præficit & tumulum pri mum : deinde collem : quibus in locis omnis iam boſtium peditatus cum equitatus parte conſtiterat: acriter inuadere iubet : qui non ſecus ac iuſſi facientes: alacri animo citatoq; gradu tumulū nulla mora ſupe rant : impetuq; facto: boſtes depulſi ad ſuos in proximū collem refugi unt: quos præfecti acrius inſecuti collem & ipſi ſubeunt: eorum impe tum cum paulum ſuſtinere aduerſarii non potuerint: non minus inde quā ex tumulo turpiter deiiciunt. Alexander tumulo colleq; pro regis ſententia haud multo labore potitus paulum progreditur: aciem ſubſe qui iubet: conſpicatuſq; loco edito magnā boſtium partem poſt collem in plano ꝑturbatam: & ſi alius non procul a Troia equitatus conſpicie batur inſtructus ad pugnamq; paratus: ꝑſequendum tamen in prælio cenſet: & ob id alacrius urgeri boſtem mādat. Itaq; facto magnis uiri bus impetu: boſtes planicie item pulſi trans torrentem quendam tunc aridum qui inter Troiam collemq; illuuionib? interfluit: feſtinātiſſime aguntur: ubi ab recenti equitatu excepti in ripæ torrentis aditu conſti terunt . Cōmittitur rurſus in ipſo torrentis alueo maius acriuſq; præ lium: Thraconenſib? Sphortianiſq; ab tergo enixius ingruētibus : & inter cæteros Roberthō Sāctoſeuerinati ſtrenue rem gerente : Andega uenſibus bracianiſq; contra a fronte ꝑtinacius reſiſtentibus . Quare cum aliquādiu pari certamine pugnatum eſſet : aīaduertiſſetq; Alexan der: boſtes difficilius eo loco moueri poſſe : quod ripæ muniméto quæ niſi certis uadis tranſiri nō poterat: pro uallo uterent cenſet alia etiam uia eos urgeri oportere: quæ nulla inueniebat: niſi per ꝙngentos circi ter paſſus procul inde per ſuperiorem aluei partem iretur. Proinde ad regem propere in media fere acie uerſantem uelut omnium quæ gere bantur: moderatoré : quæq; prælīātibus uſui eſſe cernebat intelligebat que ſubminiſtratoré mittit : qui quod ſui eſſet ad uictoriam conſilii oſtenderet : ad ſeque alios equitum ordines uiribus integros celeriter mitti peteret. Ferunt regem uelut qui Sarnēſis adhuc pugnæ memor : rem tanti momenti rurſus ancipiti prælii fortunæ una bora haud com mittendam iudicabat: reſpondiſſe: ſatis eo die ſuo exercituſq; bonori atq; commodo factum eſſe: iterum ad eum remiſit Alexander: qui dice ret: ꝑgrediendum omnino : uictoriam in manu eſſe: boſtibus ab ripæ

aditu repulſis:quos iã ſubdubitare & nutare ac fere pfligatos cernebat Rex prudentiſſimi ducis conſilio obtemperans : equeſtres ordines confeſtim ſubmittit:qui alæ inſtar e ſuperiore torrẽtis parte īmiſſi tanto impetu in dimicantiũ boſtium latus delati ſunt:ut ſuperatis etiã uno eodemq; tempore ex alia parte aluei ripis:nulla cũctatione boſtes loco cædere tergaq; uertere cogerent: quos cum regia manus audacius ad montis uſque radices ubi Troia poſita eſt:binc atq; inde cædendo capi endoq; inſecuta eſſet : Inſtauratur per tæli iactum ab urbis mœnibus prælium ingens:duobus exercitibus inter ſeſe confertiſſima acie collatiſque ſignis confligentib?.Certatum eſt per hunc modũ paulo minus horæ unius ſpatio:Nam is locus ad decliuitatẽ caſtigatus regio erat militi aſcendendo urgendoq; periniquus: Aduerſariis uero reſiſtendo prohibendoq; accõmodatiſſimus . Pugnabat enim ab iis omni conatu obſtinatiſſime:ita ut nulla ui propter loci iniquitatẽ uno aditu neque ſuperari neq; ſubmoueri loco poſſent.Quod cum ſatis perſpexiſſet Alexander:ſi bodie uincere inquit uolumus:alio nobis conſilio utendum eſt:ab alio etiam latere:ut in torrentis modo aditu fecimus:cum boſtibus confligendũ . Itaq; explorata prouiſaq; uia:qua boſtes ex latere in uaſurus eſſet : quid ſit acturus regem edocet: rogatq; ſimul ut quinq; uel ſex ad ſummũ equitum turmas quæ ex Spbortiano ſint equitatu : quorum uirtuti plurimũ confideret:ad ſe q̃primum proficiſci iubeat : Nam pro inſtituta lege acies regia eo die Spbortianã itinere præibat . Rex rurſus Alexandri conſilio annuens:quod petierat : continuo effici imperat: profeſſus ſe eo die Alexandro morem geſturũ:eundemq; ducẽ ſecuturum . Collis eſt editus ante Troiæ urbis portam per ſcorpionis iactum . Huc boſtium duces uelut in arcem militaria ſigna cũ magno militum robore contulerãt:ubi præcipue omnis Tarẽtini manus:Iulio duce & magna bracianarũ copiarum pars conſederat. Alexander miſſis ab rege ordinibus : inter quos præcipue Inicum arianenſiũ comitem natione biſpanum nobili loco natum & rei militaris nõ imperitũ cum ea cui præerat : turma eſſe iuſſerat:quid fieri uelit:oſtendit . Boſſium fratrem præterea & Robertbum utrunq;:qui boſtem continẽter laceſſere nõ deſiſtebant:admonet:ut dum ipſe eos qui in colle conſiſtebãt: boſtes ab tergo premeret:ipſi quoq; ab fronte cæteros acrius urgerent: quo undiq; uno atq; eodem tempore preſſi: facilius citiuſq; funderẽt. Ita Alexander Spbortiana equeſtri pedeſtriq; manu ſtipatus:circũacto ad ſiniſtram celeriter itinere ingenti animo collem ſubit : funduntur illico boſtes profligantq; non multo labore : adeo ut in urbem quiſq; fugere cœperit:ita autẽ aguntur præcipites in ipſas urbis foſſas:ut pax abfuerit:quin regii milites boſtibus immixti in urbem irruperint:ſed portis continuo ab ciuibus militibuſq; qui intra mœnia confugerãt : clauſis:plurimi cum ex iis qui pro portis ſtabant:tum ex iis qui ſeſe in

foſſas deiecerãt:capti ſunt.Reliqui aut per funes relictis equis in urbẽ introducti : aut per ipſas foſſarum ripas in caſtra refugientes partim capti cæſiq;:partim fuga euaſere.Poſtbæc in caſtra concurſum eſt:quæ nullo defendente : direpta atq; nudata:impedimẽta q̃plurima in fuga intercepta.Militaria uero ſigna ab iis qui ex muro⁊ ppugnaculis certa bant:recepta ſunt.Paucis ex boſtibus eo die euaſiſſent : bi propinqtas urbis magnum eorum nume⁊ excepiſſet:exceptoſq; ſeruaſſet : quo in numero duces ipſi fuere : in caſtris autem ut in tanta uictoria tantoq; rapiendæ quærendæq; prædæ ardore fieri ſolet:omnia ab regio Sphor tianoq; milite ſine imperio agebantur:alii præda bonuſti in caſtra urſa riam redibant:alii lucri expertes inquirendo occupati bac illac diſcurre bant:ii Luceriam fogiamq; uerſus fugientes boſtes inſectabant̃.Quo quidem tempore perſpectum eſt : cupiditatem ſecundis in rebus non minus quam in aduerſis metum eſſe damnoſã:Nam cum milites arbi trarentur iam profligatis boſtibus certam eſſe uictoriam cuiuſq̃ adbor tationibus imperioue minime coerceri compeſciq; potuerunt : ut ſeſe in ordine contineret . Itaq; uacui omni metu nec ſibi præcauẽtes quic quam ad prædam omnes conuerſi ſunt.Quod Picinin?e Troia conſpi catus eruptione facta:palantem exercitum magno impetu inuadit:mul tos ex ſuis captiuos redimit:multos inſuper ex boſtibus capit:multos in fugam uertit:turbaſſet q; ſane eo die partam ſummo labore uictori am̃ : niſi & Ferdinãdus & Roberthus Sãctoſeuerinas collectis propere equitibus iis qui pro temporis anguſtia potuerunt : illi occurriſſent : primoq; cõgreſſu magna ui reſtitiſſent: & dein maiore coacto militum numero in urbem reppuliſſent : Eo in prælio Ferdinãdus iudicio eo⁊: qui interfuerũt:prudentiſſimi fortiſſimiq; ducis ac ſtrenui & acerrimi militis munus obiuit:adeo ut magnum eo die uirtutis ſuæ experimẽ tum præbuerit : magnãq; & egregiam laudem reportarit . Roberthus item tanta celeritate atq; uirtute omnia in ipſo boſtis repentino inopi natoq; impetu egit : ut rem poſtremo in ſummũ pœne periculum ad ductam regis iudicio ad ſalutẽ reſtituerit . Pugnatũ eſt eo die a tertia decima ad decimam nonam uſque diei boram:interfectis uulneratiſq; ex boſte q̃plurimis:magna equorum ſtrage facta : ex regio exercitu in teremptis perpaucis:uulneratis pmultis.Sed æſtimatione eorum:qui ſimulac pugnari cœptum eſt:ad pugnæ uſque exitum ſemper interfue runt:& militaris diſciplinæ ſcientiſſimi habiti ſunt : quanuis omnes de regio exercitu:ubi facto opus fuit:rem egregie ædiderint:bos tamẽ præter cæteros optimã laudem promeruiſſe affirmatũ eſt : ipſum ſcili cet in primis regem qui magno atq; infracto animo præliũ & iniuit & obiuit:præter quod in conſerendo nouiſſimo prælio de ſe periculum maximum præſtitit. Poſt eum Alexander prudentia conſilio celeritate & uirtute ſingulari omnia prouidit:atq; confecit.Iobánem præterea &

ursum comites cũ subsidiariis turmis eo die præessent: ubi erat opus: rem perstrenue gessisse: & delato sibi munere eximia fortitudine & moderatione perfunctos fuisse ferunt. Sed Bosium & Robertbum utrunq; rege Alexandroq; exceptis: adeo fortiter adeo prudenter continẽterq; ad finem usque prælii: cum primi semper in certamine extiterint: rem ædidisse: ut omnes superauerint. Inter reliquos equitũ ductores Iohannem palauicinũ Antonellũ burgensem & Franciscũ taurellum Christophori filiũ præclaræ indolis adolescentẽ: qui ob multa & pulcherrima facta inter magnæ laudis uiros iure merito non in postremis habiti sunt. At posteaquã profligatis hostibus castrisque direptis in castra: victore exercitu reditũ est: oppidani non expectata deditionis die: sese Regi permisere. Verum Iobannes & Picinin? tam insigni clade accepta diffisi urbis moenibus ciuiumq; animis: cum victis nihil tutum nihil victoribus impeditũ esse putarent: Iobanne coxa cum præsidio Troiæ relicto: qua eum ciuitate Andegauẽsis donauerat: nocte insequẽti luce riam primo: deinde Manfredoniã alter: alter Tranum sese receperunt. Postremo cõsultãdis rebus ambo uigilias: quæ Appula est urbs Trano propinqua iuxta adriatici maris littus: ad Tarentinum profecti sunt. Ferdinãdus biduo ad ursariam consumpto: Troiæ castra admouit. Eius aduentu ciues territi: ad Alexandꝝ nocte proxima oratum mittunt: ut ipsis in antiquã Sphortianoꝝ fidem iandiu redire optantibus sese atq; eorum urbem in Francisci Sphortiæ fratris in dicionem acciperet: nec pati uellet: Troianũ populum Sphortiano nomini iandiu deditissimũ rursus Tharaconẽsem dominationẽ quam semper odisset: quamq; tot annos enixe pmolesteq; tulisset: inuitum subire. Alexander condicionibus repudiatis: ne omnino ab se tristes discederent: sed aliqua ex parte eorum postulatis satisfecisse uideretur: ab rege obtinuit: ut Hippolytæ Mariæ Frãcisci ducis filiæ regiæq; nurus in fidem Troiani reciperent. Ea re per hunc modũ composita postulatisq; cæteris facile impetratis: Troiani se atq; urbem simul cum præsidio dediderũt: coxa urbe amissa præsidioq; in prædam uerso: arcem & ipse quo se receperat & quicquid insuper Troiani agri in potestate retinebat: sine cunctatione regi tradidit. Inuenti sunt in ea urbe præter impedimẽta hostium quãplurima cum multa supellectile quæ ibi ob temporis angustiã reliquerant equites plusquam quingenti: qui prælio incolumes superfuerãt. Troia recepta Rex fogiam & Sanctum seuerum: non multo deinde post Asculum recepit. Postremo oppidulis quibusdam reficiendi exercitus causa expugnatis in prædamq; militibus concessis: ad flumen Aufidum profectus consedit: quo tempore nõ nulli ex locis proximis regni proceres ad eum in fidem redierunt. Tarentinus quoq; qui tantos iam spiritus sumpserat: ut non inferiorẽ se rege esse putaret: ea ad Troiam calamitate accepta: concussus de recõciliatione cum rege agere coepit. De his

rebus Frãciſcus tum regis tum Alexandri Antoniiq; tricini legati litte
ris certior factus: haud ſibi cunctandũ putauit: quin & ipſe etiã regni
proceꝝ Andegauenſiũ partes ſequẽtium animos per ſuos demulceret:
& regi reconciliaret: quod ut liberiore efficerent animo: ſublata omni
ultionis ſuſpicione: ſe pro rege quicquid ab eo promiſſũ extitiſſet: in
uiolate præſtituꝝ aſſeuerabat. Fuerunt qui Franciſci hortatu moti: regi
obtemperauere: ſed multi id rurſus cõmemorauerũt: quod non multo
poſt Alphonſi regis mortem eius nunciis in campano cõuentu legatiſ
que poſtea ſecreto dixerant: nam cum ſe regis fidei cõmittere non aude
rent: admiſſi in eum criminis conſcii: Franciſcũ mirum in modũ roga
bant: ne Ferdinãdi Tharaconẽſis ſed ſua potius ſuorumq; cauſa tantos
labores caperet: tantoſq; ſumptus faceret: qđ ſi reciperet ſeſe amicoſq;
ſuos ei deditionem facturos magno ſtudio pollicebanť. Nec dubitare:
quin perſpecta iampridẽ tanti principis ſingulari cum in ſuos tum in
omnes mãſuetudine clæmẽtia atq; liberalitate: reliqui omnes id eſſent
facturi: quod ipſi feciſſent. At Franciſcus omnibus huiuſmodi pollicita
tionibus reiectis rurſus iiſdem ſuum erga Ferdinandum conſtantem
animum oſtendere ꝑſuadereq; : ut in gratiam cum rege redirent non
ceſſabat: quæ quidem res præter cætera immortalia in ipſum regem
beneficia: ad reconciliandos ei multoꝝ animos plurimũ profuit. Dum
hæc in Appulia geruntur: Sigiſmundus quem Andegauẽſium partis
factum picẽtibus ſuperiore anno bellum intuliſſe diximus: exercitum
haud exiguo militum numero ad Metauꝝ contraxerat. Silueſter luci
nus item non paruam equitum manũ quam picinini iuſſu in flaminia
ſcripſerat: in Cæſenates coegerat. His Iohannes Tarẽtinuſq; iuſſerant:
ut in brutios aduerſus campanũ celeriter traiicerent: Nam campanus
nullis fere obſiſtentibus: adeo poſt picinini ex iis locis diſceſſum popu
los Iohanni deditos quottidianis incurſionib? turbauerat: ut & Ioſiam
uniuerſa prope dicione nudauerit: e tanto oppidoꝝ numero nullo ei
præter Cellinum relicto. dolore morte obiiſſe ferunt: & cæteros regio
nis eius regi infeſtos coegerit: ut ab Iohanne Tarentinoq; auxilia pro
pere ad ſe mitti grauibus querelis aſſidue peterent: præſertim quod
crebri afferebanť rumores: eo Fredericum ex romano agrò propediem
cum exercitu acceſſuꝝ. Sed Sigiſmũdus: qui plærunq; aliud in pectore
aliud in ore habere ſolebat: quod inuitus in alienos fines eo maxime
tempore proficiſcebať: Silueſtro ſibi adiuncto: profectionẽ ſimulat: ac
eo animo per picentes pergit: ut ſi qui in itinere ſe opponerent: domũ
quãprimum rediret. Iamq; in agrum firmanũ peruenerat: cum Napo
leo urſinus eccleſiæ copiis multo illi quidẽ inferior montuoſis iniquiſ
que locis ſe continens ei factus eſt obuius. Ex quo redeundi occaſione
oblata regreditur & longis itineribus nõ prius reſtitit: quam ſuperato
hæſi flumine: populatus qua tranſierat: agros: in ſuos fines peruenit:

nibilq; deinde cũctatus una cum Silueſtro Senãgalliam obſedit: quod erat oppidorum reliquum ex iis quæ Pius pontifex : uti ſupra oſtendimus: Antonio donauerat: quo oppido non difficulter potitus arcẽ foſſa muroq; munitã multa tormentoꝝ ui oppugnare adortus eſt. Napoleo longis itineꝝ ſpatiis: interiectiſq; diebus ſubſecutus: tamen congredi non audebat: ſed tutis locis in frontibus militem ſeruare incolumem populationib?q; boſtem prohibere ſtudebat. At Pius bis cognitis: & ſi Fredericus: ut erat ante ab eo Franciſcoq; iuſſus: in brutios tranſierat: bellumq; acre Aquilanis inferre cœperat: huic tamen imperat : ut in agrum picenum aduerſus Sigiſmundũ flecteret: obſeſſiſq; opem ferre maturaret. Eninuero Fredericus qui in patriam capitali boſti bellũ illaturus reuertebaꝫ non inuitus: q̃maximis poteſt itineribus in Sigiſmũdum ire contendit: ac eodem die qui fuit ad idus Auguſtas Napoleoni non longe ab boſtium caſtris adiungitur: quo Sigiſmũdus per pactionem Senogalliæ arcẽ receperat: iamq; de boſtis aduentu certior factus occidente ſole: profectionẽ fugæ ſimilem parauerat: caſtriſq; educebat: cum Fredericus nihilo ſegnius eũ prima noctis hora toto exercitu magna celeritate inuadit: & ab tergo magno impetu facto: nullis fere reſiſtentibus: profligauit fugauitq;: unde factum eſt: ut plena luna lumenque euntibus affatim dante: Sigiſmundi militibus depoſito fugæ per noctem pudore : hac illac ſalutis petendæ gratia diffugientib? aduerſa riiſq; eos acrius præmẽtibus: maior eorum pars cum impedimẽtis fere omnibus caperetur. Ex præfectis equitum Iohannes Franciſcus miran dolanus ſolus captus eſt. Cæteri in proxima oppida confugerũt . Sigiſmũdus cum paucis Fanum ſe recepit. Hoc tam graui accepto uulnere: adeo fractus eſt animo : ut de omnium fere fortunaꝝ ſuarum ſumma non mediocriter dubitare cœperit. Quare paucis poſt diebus deſperata quodãmodo ſalute biremẽ cum Silueſtro conſcendit : & in Appuliã ad Iobãnem Tarentinũq; adnauigauit: uictus ab iam uictis auxilium peti turus: nondum enim alter alterius calamitatẽ profligati cognouerat : dies ſiquidem tantummodo quattuor inter Senogallicũ Troianumq; prælium interceſſerant. Cum ſuam quiſq; infelicem ſortem deploraſſet Sigiſmũdus maiore rerum ſuarum deſperatione Ariminũ reuertitur : Tarentinus territus: maiore ſtudio ad res de concordia cum Ferdinãdo tranſigẽdas animũ intendit. Et non multo tempore Bartholomæi cardinalis Rauennatis uiri præſtãtiſſimi qui pro Pio pontifice tunc bene uentanis præerat & Antonii tricini Franciſci legati interuẽtu res compoſita eſt: qua in re Tarentinus legatos intereſſe uoluit : ut pro eorum principibus cauerent: quæ rex promiſiſſet : eum integre ſeruaturꝝ. Ex quo Tarentinus ex boſte acerrimo amicus ſubiectuſq; Ferdinando per metum factus eſt. Iohannes & Picininus omni Tarentini auxilio deſtituti cedere Appulia coguntur. Itaq; data ab rege abeundi fide publica:

Iohannes & Piciniuus ipſi maritimo copiæ uero equis armis & bonis fere omnibus denudátæ: terreſtri itinere in brutios remigrarũt :Ortho namq; & Caudolaq; in oppida ſeſe contulerũt. Dein ex inſperato Picini nus ab Roggerione cellani comite adoleſcente per iram in paternas ſe des accitus eſt. Roggerio enim matri gubernanti mulieri quidem non imprudenti quod iuuenilibus luxuriãtis filii uoluptatibus non indul geret : plurimum aduerſabaꝫ. Piciniuus igitur in cellanum oppidum per fraudem introductꝰ: confeſtim arcem cum ampliſſima ſupellectile muliere oppido iecta: occupauit : ac uniuerſa deinde quæ illius erant dicionis caſtella: in poteſtatem accepit: nec Roggerio tamen in patrimo nium admiſſus eſt: qbus in locis præter aurum argentũq; & gemmas quæ non parui ponderis pretiiq; erant: magnam uim frumẽti lanæq; repperit : & pecorum numeq; non paruum: quibus rebus ſe ac milites ſumma miſeria preſſos ſubleuauit : & per byemem facile aluit. Sulmo nenſeſq; præterea propter locorum quibus potiebaꝫ: opportunitatẽ ita per niualem tempeſtatẽ fame oppreſſit: ut eos ad deditionẽ compulerit Ferdinádus autem: quia acris aduentarat byems : in campaniã rediit: non nullis ex itinere oppidis in poteſtatem receptis: exercitumq; in bi berna diſtribuit. Interim Fredericus: fuſis boſtibꝰ receptiſq; non nullis munitione infirmis ultra Metauq; municipiis: ad Mondauinã arcem : quam per proditionẽ Sigiſmundũ ſuperiore anno recepiſſe oſtendimꝰ: exercitum admouit. Hanc cum aliquãdiu oppugnaſſet: ui cepit: ualido que ſimul cum præſidio in prædam uertit. Ea recepta arce: quæ multũ loci natura & opere ædita atque inſigni militũ robore permunita erat tantus eſt reliquis regionis eius accolis iniectus repente timor : tanta que fuit omnium deinceps animoq; ad deditionem inclinatio: ut breui præter Senãgalliam arcemq; nihil Sigiſmũdo ultra Metauq; in piceno agro reliquum fuerit . Quo rerum ſucceſſu Fredericus progrediẽdum celeriter ſibi ratus Metauq; in Fanenſes traiecit : continuoq; eius agri municipes in põtificis dicionem redegit: ita ut fanum ab terra undiq; circũſeſſum relinqueretꝰ. Ea urbs qua ad orientẽ uergit adriatico mari abluitur: quæ ſi obſidenda oppugnãdaq; erat: claſſem in primis parare oportebat: ut maritimo quoq; aditu præcluderetꝰ. Huic difficultati &ſi Nicolaus cardinalis Tbeanenſis apoſtolicus in exercitu legatus proui dere poſſe ſperabat: cũ nauigia quædam ex proximo anconitano portu ob id eo miſiſſet: tamẽ nihil quod in rem eſſet: fieri potuit: Nam uene torum triremes quæ illius maris cuſtodiæ ab iis deſtinantꝰ: quod ægre ferrent: maritimas Sigiſmundi urbes in romanæ eccleſiæ poteſtatem deuenire: inuitis Anconitanoq; nauigiis: aditum omnibus in urbe mari aperiebãt: indeq; cõmeatus & militaria præſidia ſine periculo importa bantur . Quod cum animaduerteret: Fredericus in aliud tempus eius urbis obſidionẽ relinquẽdam putauit. Itaq; cum Iſauq; in Ariminenſiũ

fines tranſiſſet: adeo magnus confeſtim undiq; fuit municipũ ſeſe dedentium ad eum concurſus: ut longe cæteros & animoꝝ inclinatione & celeritate ſupauerint. Quo factum eſt: ut neq; tempore neq; labore multo uniuerſus prope ariminenſis ager muniti ſſimis oppidis magis quam uicis frequens in Pii pontificis Romanæq; eccleſiæ dicionem deuenerit. Arces quoq; ſitu ædificiiſq; æditiſſimæ partim per uoluntariam præfectoꝝ traditionem: partim ipſorum oppidanoꝝ opera: partim etiam Frederici ducis arte & ſolertia ſingulari in pontificis poteſtatẽ redactæ ſint uſqueadeo: ut Ariminũ urbs antiqua ac nobilis tot oppidis totq; præmunitis arcibus potens non min? quam fanum omni fere agro exueret: Quare apertis undiq; itineribus Cæſenam uſq; infeſtis ſignis ab Frederico penetratum eſt: quæ etiam urbs magna agri parte nudata eſt. Sed fecit importuna hyems: ut relictis his quoq; urbibus intentatis: magno ſit cum hymbre ac frigore in ſtatiua conceſſum. Videtur profecto res mirãda & memoratu digna: cũ tot oppida tot municipia totq; arces ſitu opere & præſidio firmiſſimæ & per cẽtenos annos ab Malateſta familia poſſeſſæ: tam breui tẽpore nulla ui a Sigiſmũdo defecerint: & ab eius manu uelut tempoꝝ horæ umbræq; euolauerint euanuerintq;: & cum ab multis nõ tam Italicis quam pegrinis principibus auxilia imploraſſet: nemo uſquam inuentus ſit: qui non rem uerbo quidem eum in tanta calamitate iuuerit præter uenetos: qui ut prædixim?: mari non diu tamẽ: ei opem tulerunt: ſed ſi uerſare animo malum deprauatumq; hominis ingenium & maleactæ uitæ rationem habere uoluerimus: nemo certe mirandũ duxerit: ſed diuino quodam iudicio factum: ut qui tantoꝝ ſcelerum ac flagitioꝝ tãdiu impunitate uſus fuiſſet: aliquando debitas pœnas lueret. Ex quo facile intelligi poteſt: quæcunq; illi humanis in rebus ſecunda prius optata q; contigerant: Iccirco immortalis dei iudicio contigiſſe quo ex rerum cõmutatione uæbemẽtius acerbiuſq; doleret. Per idem tẽpus ueneti qui propter opum magnitudinẽ & potentiſſimi ſunt: & in rebus ſecundis audaciſſimi: nõ modo aduerſus pontificem Pium: ut prædiximus: Sigiſmũdo auxilium tulerunt: uerum & aduerſus Romanoꝝ imperatorẽ Fredericũ tertium: & Mabometũ Turcarum regem terra mariq; bellum ſuſcepe runt. Nam & tergeſtas urbem eis finitimã: quæ Frederici parebat imperio: magnis copiis obſederunt: & Peloponeſum quam Turcæ obtinebant: & mari ualida claſſe: & terra exercitu cũ hominib? ſupra triginta millia partim ex Italia miſſis: partim ex græcia lociſq; finitimis unde quaque contractis: uno atq; eodem tempore inuaſerũt: cum de ea obtinenda propter maritimas urbes quas in ea regione poſſidebant: minime dubitarent: qua in dicionem redacta: ob magnam loci fertilitatem magnamq; belli gerendi opportunitatẽ: cuius rei gratia quondam ab Romanis græciæ arx appellabat: tanta uenetorum animos dominandi

libido inuaſerat: ut ſe breui non græcia ſolum: ſed Aſia quoq; ac uniuerſo prope dein terrarum orbe potituros arbitrarentᵉ. Verum utrunq; bellum & aduerſus imperatorē & aduerſus Turcam fruſtra ſuſceptum eſt: Nam & ſi Fredericus imperator uel negligentia uel alia ex cauſa nullum tergeſtinis auxilium miſerit: ii tamen uenetis maxime omnium infeſti ſeſe conſtātiſſime ptinaciſſimeq; per omnem æſtatem autū numq; tutati ſunt: adeo: ut adueniente hyeme: ueneti coacti fuerint: boneſto quodā fœdere cum ipſis percuſſo: irrito conatu: inde diſcedere. Peloponeſū uero ſua ueneti uel imprudētia uel negligentia uel diuino conſilio amiſerunt: Nam cum terreſtribus copiis Bertholdū æſtenſem præfeciſſent: iuuenem ſane audacem potius quam prudentē: facile eius conſilio atq; ductu uictoria: quam ut ferunt: in manu habebant: euanuit. Conſtituerāt enim Iſthmum quo uniuerſa clauditur græcia: ab Ionio ad ægeum mare muro cingere: iamque ingenti opere tutum ab Turcarum impetu reddere cœperant: cum Bertholdus ea nondū munitione perfecta: relicta ibi exercitus parte: cum reliqua oppugnare Corinthum: quæ non longe abeſt: aggreſſus eſt: ratus ſi ea urbe potiretur: uniuerſam Peloponeſū quam iam Turcæ præſidio tantūmodo corinthi relicto: deſeruerāt: facile ſe ac ſine periculo retenturū. Eſt enim corinthꝰ in montis dorſo æditiore ſita: muro cincta & uetere & fragili. Quare Bertholdus exiſtimabat fore: ut eam urbem haud multo negotio obtineret: præſertim cum non magna Turcarum manu defenderetᵉ. Cæterum Bertholdus non ſatis pugnādi peritus cum nudo capite pugnam iniſſet: lapidis ictu grauiter percuſſus non multo poſt uita exceſſit. perterriti amiſſo duce: milites: non tam ab corinthi oppugnatione deſtiterunt: quam obſidionem non ſine magno etiam accepto detrimento a Turcis eruptionibꝰ factis: ſoluerūt: & ad priora caſtra refugerūt. Quam obrem & claſſis præfectus non multo quam Bertholdus rerum bellicarum peritior & terreſtris exercitus omnis Iſthmum præ metu deſeruerunt: & ſeſe Nauplium quam nunc Romaniæ Neapolim uocant: conſtim receperūt. At triduo uix exacto: Turci q iam de Peloponeſo deſperarant: cognita chriſtianoꝝ ſecordia: magnis uiribus eo aduenerūt: & captis ac in mare præcipitatis Iſthmi munitionibꝰ: repugnāte nemine: Peloponneſum quam amiſerant: recuperarunt. Ex eo tempore cum iani maduertiſſet Turcaꝝ rex uenetos: quos antea metuerat: eſſe longe ſua opinione inferiores: in banc uſq; diem anno undecimo iam exacto: nec legationibus nec precibus nec pollicitationibꝰ ullis adduci potuit: ut uenetis reconciliaretᵉ: pacemq; cum iis faceret: quin potius maiore in eos ira incenſus: ob rupta ab iis inter ſeſe pacis fœdera uſq; in Italiæ fauces maximis calamitatibꝰ affecit: afficitq; quottidie: & ob id ueneti: ut prædixim⁹: ſupra decennium mari cum Turcis contineter bellum inuiti geſſerunt: geruntque: adeo ut maritimis eorum rebus ſæpe ac

plurimũ & metuerint: & metuant: præſertim poſt captam Euboeam inſulam ac expugnatã direptamq; chalcidem urbem.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXX.

D prima ſigna æſtatis Ferdinádus aſſiduis pontificis & Franciſci litteris nunciiſque compulſus non procul ab urbe capua exercitũ coegit: pauloq; poſt Marini ſinueſſani fines ingreſſus oppidis quibuſdã ſubactis: Theanenſium agros ferro uaſtare cœpit. At Alexander cum Sphortiana manu: præter Roberthum ſeuerinatem qui apud regem eſſe uoluerat: in Appuliam ad deuaſtandos rebellium agros reuertit. Luceriani eius aduentu territi ad regem confeſtim de deditione miſerunt. Tum populabundꝰ ſeuerinatiũ agros intrat: quod non multis ante diebus temere in regium præſidium impetum fecerant: eodemq; bonis omnibus exuto atque ex oppido eiecto: rurſus ad Iobãnem defecerant: deinde in brutios aduerſus Piciniñ ut erat ante conſtitutũ: proficiſcit. Ferdinandus interim circunquaq; per regionem ſegetibus ſuccisis in ſinueſſanũ flectit agrum: ac ſuperatis montium iugis: quibus ſinueſſana planicies clauditur: captiſq; ui cum præſidio clauſtris: eam toto exercitu ingreditur. Marinus qui cum reliquis copiis montiũ munitionũq; reliquarum fiducia non longe tendebat: ea re cognita: in fugã uerſus regio inſequente equitatu ſinueſſam ſe recepit. Cæterum Iobannes qui adhuc cum Picinino in brutiis erat: ueritus: ne ſinueſſanꝰ iis rebus territus ad boſtem rediret: ſinueſſam cum paucis copiis profectus: Marinum ut bono eſſet animo: hortatur: ac multis de ſuſtinẽdo bello rebus propoſitis: continere in fide conatꝰ: præſertim cum diceret eſſe propediem eo claſſem cum pecunia e Maſſilia Genuaq; uenturã: eſſeq; inſuper pontificem maximũ eas de regno controuerſias per inducias pacaturꝫ: quæ quidem res ſinueſſanum tot aduerſis rebus trepidum iamq; de recõciliatione cum Ferdinádo agentem aliquãdiu ſuſpenſum tenuere. At poſteaquã Alexander in brutios peruenit: & campanũ ſibi adiunxit: eo conſilio animoq; in Picininum qui caudolarum in dicione editioribus ſeſe locis continebat: progreditur: ut ubicunq; eſſet: prælio decerneret: iamq; ad mille circiter paſſus boſtiũ caſtris propinquior factus Piciniñ æquum in locum deducere ſtudebat prouocabatq;: ſed ille patentes campos timens collibus munitionibuſq; locis utebatur: nec ullam omnino pugnandi poteſtatẽ faciebat. Certabatur tamen ex aduerſis collibus leui quottidie prælio. At ubi ſe Picininꝰ in diem arctius premi: nec tantas boſtiũ uires ſuſtinere

posse uidet: cum cæteri adhuc in Andegauensiũ fide manentes ægrius opem ferrent: ad Alexandꝝ de suis cum Ferdinãdo rege componendis rebus mittit. Alexander qui nõ tam Ferdinandũ quam socios magnis diuturni belli sumptibus & infinitis prope molestiis fessos & liberari se iam tandem iis curis & bello finem imponi maxime cupere sciebat: optimũ factum iudicauit: si Picininum cæteros in regno Ferdinandi rebelles spe uana nutrientẽ una hora ex hoste regi amicum redderet. Itaq; ad has cum eo condiciones deuenit. Vt pax inter utrunq; esset: annuum Picinino stipendium decem supra centum aureum nummũ millium a Pio pontifice sociisq; in sequentem annum dependatur. In reliquum tempus ab rege duntaxat: utroq; tamen tempore Picininus regio pareat imperio. Sulmo cum aliis quibusdã regionis eius oppidis in Picinini uti tunc erat: sit potestate: sed pro iis regiis obediat legibus. Postremo Antonio caudolæ & reliquis eius gentis in regis fidem redeũtibus: qđ de patrimonio possident: retinere liceat. Hæc & si Ferdinando ingrata erant: quod hostis qui & in summã esset omnium fere rerum inopiã & in extremũ salutis discrimen adductus: non accepisse sed dedisse condiciones uidebatur: tamen & ipse & socii quoꝝ auctoritate Alexãder ea transegerat: idoneo quisq; tempore comprobarũt. His confectis rebus: Alexander in Aquilanũ agrum progressus: factis ubiq; per montanã regionem excursionib?: ingentem inde prædam abegit. Dein cum Aquilam propius accessisset: ac ciues undiq; infestare duri usque premere cœpisset: Aquilani omni auxilii spe derelicti ad Alexandrum in castra de dedenda regi urbe miserunt: eumq; paulo post summo omnium consensu in urbem receperunt. Miserant enim Aquilan ubi in dies Andegauensiũ res labi deteriusq; habere uiderũt: ad pontificem: ab eo ecclesiaq; romana imperii accipiendi causa: receptiq; certe fuissent: Ferdinando postbabito: nisi Otho carretus de Francisci ducis in ea re animo edoctus obstitisset: acriterq; eam urbis deditionẽ impugnasset. Hæc ut ex interceptis Aquilanoꝝ ad Ferdinãdum cum Alexandri litteris proficiscentib? nuncijs sinuessanus cognouit: maiore metu concussus quæ de concordia paulo ante ut ostendim?: cum rege inierat remissis propere in regia castra nuncijs: firmauit: quibus in rebus cum esset præcipue cautum ut Iohanni sinuessæ contineti sese quo uellet: incolumi abire liceret: is ab omnibus destitutus: ad Aenariã insulam cum paucis traiecit: in oppido quod Isclam uocant: classem e Massilia expectaturus. Huic insulæ cum præesset Petrus torilia gotthobolanus ab Alphonso iam præfectus: ad Iohãnem defecerat: quem postea in tanta infelicitate eo oppido recipi passus est: quo etiam tempore præfectus arcis quam Oui appellant: Neapoli proximæ qui & natione gotthobolanus erat: Petri proditoris exemplum secutus: pecunia non multa corruptus: arcem Iohãni tradidit. Compositis pacatisq; per eam æstatem non

tam brutiis quam campanis rebus : boſte ex continenti undiq; pulſo: Ferdinãdus cum iam autumnus ſubeſſet:militem utriuſq; exercitus in ſtatiua diſtributum paulum a tantis laboribus quieſcere iuſſit . Dum hæc in campania brutiiſq; gerunt: Fredericus urbinas coacto terreſtri exercitu cõparataq; a Iacobo cardinali Tbeanẽſi legato Anconæ claſſe: Fanum circa æſtatis initium terra marique circunſedit . Deinde oppugnandæ urbis negotium aggreſſus die noctuq; ingenti cura aſſiduoq; labore duobus urbis eius lateribus muros tormentis quatiendo : cuniculis ad ruinam tuto penetrare turribuſq; e regione eductis mœnia de fenſoribus nudare conando totam fere eam æſtatem conſumpſit:Nam obſeſſi uelut in urbe muro foſſa ualidoq; præterea militum præſidio : Robertbo malateſta Sigiſmundi filio præfecto : munitiſſima: & facile ſe tuebantur:& magna ſæpe obſidentib? detrimẽta inferebant.Interim tamen Fredericus Senãgalliam recuperauit. Fanẽſes ubi proſtrata duobus locis mœnia proſtrataſq; bumi turres uiderunt: diffiſi ſeſe ampli? defendere poſſe:edificatis maxime ſub ipſis prope muris imminẽtibus urbi turribus:iniere clam conſilium de dedenda urbe primum:& ob id colloquia cum boſte habere:deque urbis condicionib? agere cœperunt. Dein poſtulatis facile impetratis:palam ad Fredericum : Robertbo inuito : legatos de deditione emiſerunt.Itaq; quarto fere menſe poſteaq̃ oppugnari coepta eſt urbs:præſidio incolumi abire permiſſo:in ſummi pontificis eccleſiæq; romanæ poteſtatem deuenit. Nec multo poſt arx quoq; in quam Robertbus confugerat: tradita eſt. Inter hæc Sigiſmũdus undiq; cõflictatus & uirium inops pariter & animi: fanenſis obſidionis exitum ſpectando ſe Arimini continebat : qui non peſtilentia minus intra urbem quam foris terra mariq; boſtibus adeo uæbemenʒter acerbeq; preſſus ac labefactatus eſt ut omni humana diuinaq; ope deſtitutus uideretur . Eodem tempore Dominic? malateſta frater diuturno incurabiliq; morbo prope confectus Ceſenæ agebat : cumq; imminentis belli ſollicitudine grauiter laboraret: Ceruiam non ignobile ſtaminiæ oppidum uenetis : ſpreto romanæ eccleſiæ optimo iure cum ſummo omniũ odio:uændidit cæteris Italiæ potentatib? moleſtiſſimũ fuit:ſed demũ uterq; frater cum pontifice pepigit ut quandiu uixiſſent Ariminũ Cæſenamq; in pace poſſiderẽt:poſtea urbes ad romanæ eccleſiæ fidem redirent:illiuſq; dicionis forent.Cæterum Ferdinãdus quemadmodum reliquas ſui regni regiones per ſuperiorem æſtatem pacauerat : ita pacandæ Appuliæ per ſubeuntem byemem quæ mitis ſemper per ea loca eſſe ſolet:animum intenderat. Soli enim Mãfredoniani & Sãctoſeuerini per eam oram in boſtis fide pertinacius manebant : qui cum finitimos eius regionis populos infeſtius ꝑturbarent : non uidebatur amplius ad eos ſubiugandos cunctandũ:quo perdomitis rebellibus : uniuerſa deinde regio quieſceret . Accedebat ad id quod multis

inducíis non obſcure Ferdinádus cognouerat: Tarentinũ non bono in ſe eſſe animo: quippe copias & ornaſſet: & conuenire iuſſiſſet: Iobannẽ que præterea ne regno abiret: quottidie bortaret: quæ quidem omnia eum aut regiis rebellibus eſſe auxilium per diſſimulationẽ propediem laturum: aut aperte bellum pro Iobanne rurſus regi illatum indicare uidebant. Itaq; maiore autumni parte iam exacta: Ferdinádus & Alexander cum expedita manu ex campanis brutiiſq; bybernis in Appuliam regrediunt. Quo uix peruenerant: cum Sáctoſeuerinates obuiam ſupplices facti ſeſe atq; oppidum regi dediderunt. His tamen ob direptum ut oſtendimus: præſidium pecuniá imperauit: qua facile damna paſſi reſarcirent. Dein cõtinuato itinere Máfredoniá pgunt. Ciues territi ſibiq; ipſis diffiſi: cum nullũ alicunde auxiliũ miſſum ire ſperarent: haud multos dies obſidione tolerata: ad regem pacem miſericordiáq; petentes de deditione miſerũt. Sed accidit: dum legati in urbem reuertuntur: ut triremis quædam Andegauenſiũ nomen conclamans cum circiter peditum ducentorum præſidio eo appelleret: quo in terram expoſito: extemplo per urbem excitato tumultu: audacius Iobannis nomen a perditiſſimo & ſeditioſiſſimo quoq; inuocatur: & ob id cum intertur bata urbis deditio & præter prudentiũ proborumq; ciuium uoluntaté tardior aliquanto futura uideretur: petierunt iidem ab rege legati: ut aliquam militum manũ in urbem mitteret: qua aduectis trireme boſtibus aditus prohiberet. Mittunt confeſtim deſtinati ab rege in urbem milites: ſed eius rei continuo per caſtra rumore perlato: totus exercitus prædæ intentus: excitatur in arma: ſequiturque mox euntes in urbem copias incondita turba: quæ nullo contineri imperio potuit: nec præintrantium feſtinátius multitudine ulla claudendæ urbis portæ cuſtodibus facultas datur. Omnia ipſo in aditu tumultuarie aguntur: ob id extemplo urbs tota diſcurrenti repletur milite. Fit primum ab paucis prædandi initiũ. Dein reliqui omnes prædæ auidi idem facere cœperunt: quare paulo momento urbs nobilis & opulenta paſſim uerſa eſt in prædam. Rex quãuis urbis caſum moleſte ferre uiſus eſt: tamen rapta militibus permiſit. Ciues uero mulieresq; omnes ab iniuria liberos eſſe iuſſit. At uixdum bæc geſta ſunt: cum Ferdinádus per noctem factus eſt multis nunciis certior: Iobánem Antoniũ Tarentinorum principem decimo ſexto Kalendas decembres ſenio & morbo confectum diem obiiſſe. Accerſebaturq; proinde ab amicis ut ad capeſſendam tot oppidorum totq; urbium poſſeſſionẽ eo q̃maturrime contenderet: futurum affirmátibus: eum cuncta ſuo aduentu quæ illius fuiſſent: propediem conſecuturum: eſſe inſuper in eo loco: ubi Tarentinus expirauerat: magnam pecuniæ uim congeſtam: quæ ipſi intacta aſſeruaret. Ferdinandus tanto diu ſperato expectatoq; nuncio lætus relicto Alexandri curæ exercitu: cum paucis ad locum proficiſcit: cui primo aduentu

oppida proximaq; municipia cū pecunia dedunt . Dein Iulium Tarentini generum cum omnibus copiis quæ defuncti fuerant:quaꝝ numerus quattuor hominum millia ſuperabat:uoluntariis animis ſibi aſciſcit . Rex Tarentum profectus:eo itinere paſſim & oppidoꝝ & urbium & munitiſſimaꝝ quoq; arcium uelut hæres a Tarētino qui ſine liberis maribus deceſſerat : relictus potitus:ab omnibus ꝓbenigne exceptus eſt.Non defuit fama:Tarentinum in lecto languētem ab familiaribus quo regis inirent gratiam : fuiſſe necatum regemq; ab iiſdem accerſitum . Ferunt ingentes Ferdinandū thеſauros eo tempore pluribus in arcibus abditos comperiſſe.Nam magnū auri argentiq; pond?ampliſſimam ac pretioſiſſimā ſupellectilē magnamq; inſuper mercimonioꝝ uim & complura iumentoꝝ armenta inſecutus eſt:quæ Tarentin?multis annis ſua induſtria congeſſerat: quarum rerum omnium pretium decies centena aureum nummū millia ſuperaſſe affirmatū eſt.Ex quo Ferdinādus ex ſumma inopia ad ſummā rerum copiam ꝓuenit:uictorque tanti regni uno atq; eodem tempore liber & potētiſſim?rex factus. Rediit Neapolim circunacto iam anni tempore:remiſſis in hyberna copiis magna uictoria magniſq; ſpoliis bonuſt?.Per idem tempus Sauonenſium urbs in liguribus nobilis de qua ſupra mentionē fecimus : poſt inſignē illam ad Genuā ab gallis acceptam cladem magno Lodouici regis præſidio magnoq; etiam impendio tenebatur : ſtipendia.n. omnia:cum nullum Sauonæ regi uectigal eſſet:nullumq; ciues tributum penderent:ex ulteriore gallia mitti oportebat: quæ cum triennio fere Lodouicus rex nequicq̄ impendiſſet:moleſte ut ferunt:ferre cœpit. Sed cogitanti quēadmodum ea ſe moleſtia leuaret:in mentem uenerat in quempiam præſtantem uirum ſibi amicum eius urbis imperium tranſferre.Optabat præcipue rex Franciſcū quem ſuperioribus annis : ut oſtendimus:Iohannis andegauēſis cauſa renuerat:ob inclytam uirtutum ſuarum famam ſibi conciliare : uirumq; talem in Italia habere beneficio deuinctū & foedere obſtrictum.Verum & ſi ad rem ineundā unum repugnare uidebatur:qđ non decere tantum regem aſſereretur: prius inferiorem & peregrinum principem ad accipiendū beneficium inuitare & conciliationis initium facere. Rex diuturnū tamen ſilentiū rumpit : mandatq; qui Antonio nuceto tunc forte apud pro Pio pontifice agenti per ſeſe diceret:Lodouicū regem miro quodam ſtudio Franciſcum Sꝑtiam Mediolanenſiū,ducem ob eximiam illius uirtutem diligere:remq; ob id illi gratam ſi offerretur occaſio:facturum.Quare ſi ad eum Frāciſcus ex ſuis aliquem mittat:Sauonam petiturum:fore: ut non modo Sauonam ſed Genuæ quoq; iura facile ab beniuolentiſſimo rege impetret.Quibus de rebus Franciſc?ab Antonio certior factus mittit ad regem q̄primum Manuelem Iacoppum papienſem: qui uera ne eſſent:quæ Antonius docuiſſet:inquireret : mentemq; regis ſuper

bis diligentius cognoſceret. Is non multo poſt tempore ex gallia redi
ens quæ ab Antonio ſcripta fuerant: refert uera eſſe omnia: quippe qđ
eadem ex rege ipſo coram affirmãte apertius intellexiſſet: eumq; inter
cætera quæ de Franciſci laudib? prædicabat: dixiſſe: iccirco hæc in eum
conferre beneficia conſtituiſſe: quod digniorem comperiſſet neminem
in quem potiſſimũ tranſferre Genuenſiũ principatus iura poſſet: quiq;
facilius & eum adipiſci principatũ & adeptũ pro ſingulari eius uirtute
regere & ſciret & poſſet: nihilq; demum ad rem conficiendã eſſe reliqui
niſi ut legatus cum mandatis ad regem mitteretur. Mittitur proinde
ab Franciſco in galliam Albericus maleta ſenatori ordinis : qui perhu
maniter ab Lodouico exceptus ita breui egit: ut Sauona ab rege ultro
ſit Franciſco hæredibuſq; dono conceſſa : & quæcunq; eſſent in Genu
enſes regi iura in eundem tranſlata: ictumq; præterea fœdus: ſocietate
Italica manente. Poſt hæc quoniam exiſtimabat fore ex Italicis potenta
tibus aliquos & præſertim uenetos qui eam Genuenſiũ rerum Franci
ſci imperio acceſſionẽ ægre ferrent: uiſum eſt regi quæ cum Franciſci
legato de liguſticis rebus egiſſet: eadem per litteras potentatibus ipſis
ſignificare: ſimulq; eos admonere: ſi forte Genuenſes ſubire Franciſci
imperium noluerint: opemq; proinde ab alienis petierint: ne eos ulla re
iuuarẽt: quod ſi ſecus fecerint: ſe hoſtium loco eos habituꝝ. His rebus
in gallia peractis Manueleq; propere ad Franciſcũ reuerſo: quo tẽpore
iam milleſim? quadringenteſim? & ſexageſimus quartus a Natali chri
ſtiano annus cœperat : circa Kalendas februarias miſſus eſt in ligures
e Mediolano cum pedeſtribus copiis Corradus folianus qui primo ad
uẽtu Sauonã magna omniũ lætitia ingreſſus: tribus a regio præfecto
traditis arcibus: præſidium impoſuit. Paulo deinde poſt Albingaunũ:
dedentibus ſeſe ſponte ciuibus: in poteſtatẽ accepit. Qua urbe recepta:
accolæ totius liguſticæ occidentalis oræ quæ ab urbe genua amplius
paſſuũ millibus centum in longitudinẽ patet: uicis oppidiſq; frequens
uelut armis nouiſq; rebus aſſueti : Iohanne Carreto finarienſi & lam
bertho Grimaldo qui tunc Albintimilliũ & Monachum promontoriũ
obtinebat: adiutoribus : magno animoꝝ ſtudio magnoq; ardore uno
fere tempore Corrado deditionem fecerunt. At genuæ eo: quod præteri
erat: biẽnio crebra inteſtinaq; inter frægoſos nata diſſenſio ſæpe recto
rem mutauerat: Nam Paulus archiepiſcop? cum urbis principatũ maxi
me appeteret: ſemp armis nouiſq; rebus ſtuduerat: Lodouicũq; ducem
ſæpius turbauerat : nec homo inquietus inteſtinoq; exæſtuans odio re
quieuit: donec inſidias ſtruendo: Lodouicũ a ducatus dignitate per me
tum uimq; arce caſtelleto tradita depoſuerit: urbiſq; principatũ ipſe ſibi
aſſumpſerit . Quibus rebus ciuitas multis interim malis exagitabat:
ſed multo maioribus exagitata eſt : poſteaquã ad Paulũ publici ſtatus
adminiſtratio deuenit: quippe qui uitæ neciſq; poteſtate in genuẽſem

populum ſumpta: & Hybletus fliſcus cæteriq; fautores omni depoſito pudore: nimiū publica libertate perinde ac tyrānide abutebant. Multi acceptas iniurias ulciſcebant nouiſq; cōtumeliis quos oderant: afficie bant. Nullus urbis magiſtratib? bonos erat: nullus uirtuti locus: ſedi tioſiſſimus quiſq; & notæ temeritatis boīes in præcipuo bonore habe bantur: ſcelera quæq; impune admittebant: bonoꝝ innocētia in tanta perditiſſimoꝝ hominū licentia parum tuta uidebatur: omnia pro Pauli bybletiq; libidine gerebant. Omnia demum humana diuinaq; iura miſcebant: adeo ut omnes fere iam præſenti fortuna dolerent: tacitiq; cōmunes miſerias deplorarent: quibus de cauſis maior bonoꝝ ciuium factiōis cuiuſq; pars urbe paulatim in loca tuta exceſſerat. Multi Sauo nam nobiles conceſſerāt: Franciſcūq; orabant & obſecrabant: ut ad libe randam a tyrannico frægoſoꝝ iugo improboꝝq; manu miſerabilē eoꝝ patriam maturaret: adeo nullo bello ciuitas in pace afflictabat quotti dieq; durius premebat. Itaq; tot diuturnis ſeditionib? totq; per decen nium belloꝝ calamitatib? fatigatus & iam prope exinanitus genuēſis populus finem aliquādo tantis ærūnis uel humano uel diuino aliquo conſilio imponi quietemq; ſibi dari optabat. Hæc cum ita eſſent: Fran ciſcus alacriore animo maioreq; ſpe Genuæ breui potiundæ ne gotium ſumpſit. Sed uiſum tamen eſt prius tentandū: ſi Pauli uoluntate cuius præſidio arx caſtelletū cuſtodiebat: urbem obtinere poſſet. Quāobrem mittit Georgium annonēſem longo uſu rerum peritum Genuam: qui Paulum multis propoſitis præmiis: ſponte ad arcem tradendam horta retur. Sed eo recuſante: alia ratione rem genuenſem aggrediendā puta uit. Quare bybletum Genuæ ut prædixim?: apud Paulum agentem: Spinetā frægoſum ſpedienſiū totiuſq; fere liguſticæ orientalis plagæ præfectum & Proſperum adurnum ad ſe celeriter aduocat: & quid fieri uelit: oſtendit. Hybletus ueritus ne ſi Franciſci uoluntati aduerſaret: municipiis ac oppidis quæ in Dertbonēſi placētinoq; agro poſſidebat: priuaretur: dixit ſe eius imperio obtēperaturꝝ & quæ iuſſiſſet: libenter facturum. Spineta item qui gauiū oppidum in Dertbonēſi obtinebat: cum iis quibus præerat: Franciſco deditionē fecit. Proſper autē multo ſe cæteris difficiliorē præbuit: cum multa ac dura efflagitaret. At Fran ciſcus: quanquam nil aliud illius poſtulata tam neceſſario præſertim tempore indicare uidebat: quam nondum acceptum exigi ab ſe bene ficium uelle: quod certe ſibi moleſtiſſimū erat atq; eius animum non mediocriter perturbabat: tamen prætermiſſa hominis petulantia: ut illum ſibi eo tempore beniuolū obſtrictum q; r edderet: quo eius cauſa adurnæ factionis uoluntatē ſibi conciliaret: ſeſe ei q̄liberaliſſimū præ ſtitit: & inter reliqua ac præcipua in eum collara beneficia uuada: quod eſt oppidum ad Appēnini radices in genuēſibus Alexandrinisq; confini bus maxime ab ipſo Proſpero deſyderatū donauit. Hybletus in ligures

reuerſus : delectu ex agreſtium turba ſuæ factionis habito : Genuam uerſus progreditur. Interim Iacobonus fliſcus qui arcem in mõtegino quem nunc montobiũ uocant: editam non procul Genua ſitam obtine bat: ſeſe Franciſco dedidit: eiuſq; ſigna erexit. Quibus cõſtitutis rebus mittitur e Mediolano magno cum peditatu & equitatu non multo Gaſpar uicomercatus : qui per Pulciferam uallem ad Cornelianũ uicum tria paſſuũ millia Genuæ proximũ peruenit . Ibi nouo milite augendi exercitus cauſa conſedit. Donatumq; Mediolanẽſem qui Sauonã cum Corrado ierat: confeſtim altero cum peditatu ſibi adiungit. Multi præterea Genuenſiũ nobiles cum agreſtium manu eo conuenere: quorum Paulus auria & Hieronym? ſpinula principes erant. Paulus archiepiſcopus qui niſi ui coactus : urbis principatu cedere nolebat : ubi utranq; maritimã oram ad hoſtem defeciſſe ciuiumq; fere omnium animos ab ſe diſceſſiſſe & Franciſci Sphortiæ nomini propemodũ ſtudere uidit : diffiſus rebus præſentibus ſtatuit urbe abire: & aliis belli artibus amiſſam recuperare atq; retinere . Relicta igitur in arce Bartholomæa: quæ Petri fuerat uxor: & Pandulfo fratre cum quingentoꝝ prope peditum præſidio: naues quattuor onerarias quas in portu ſtantes in ſuam inuitis dominis redegerat poteſtatem: plæriſq; clientium comitantib?: conſcendit: pauciſq; poſt inde diebus ſubmerſa ſtudio ex nauibus una quã fatiſcẽtem nauigationi inutilem cognouerat: cum reliquis tribus uentis eo conſilio uela dedit ut alias Genuenſiũ naues: quæ frumẽto bonuſtæ Genuã propediem appulſuræ dicebanť: caperet: captaſq; ex prædæ emolumẽto armaret: reliquaſq; aleret: quibus deinde genuenſib?ubiq; gentium mari bellum inferret: magnoq; exinde armatoꝝ coacto numero Genuam rediret: & per arcem quẽadmodum Petrus frater ſuperioribus annis fecerat: in urbe irrumpens : factione adiutus ſua rurſus in dicionem redigeret. Eius diſceſſu cognito : fit continuo bybletus urbi propinquior. Porta eſt arcus appellata: quæ ad oriẽtem ſpectat: & intra ſancti Stephani ſuburbia aditum præbet. Hanc nullo defendẽte bybletus occupat: præſidioq; impoſito: in colle quem calignanũ dicunt : ſtationes firmat. Vbi Gaſparẽ cum uiribus expectans aliquãdiu in armis ſtetit . At Gaſper &ſi circunſedentiũ populorum inſidias perfidiamq; ueritus loco diſcedere non audebat: quod haud tutum putabat: alienæ ſeſe cõmittere poteſtati: tamen bybleti alioꝝq; genuẽſium ciuium hortatu adductus Idibus aprilib?caſtra mouet: & circunacto per eos colles qui imminẽt urbi: longo ac difficili itinere in Biſãnem uallem deſcendit : & in calignano intra noua urbis mœnia ubi bybletus erat : conſedit. Dum hic moratur: leuia interdiu prælia ad uetera urbis mœnia : populo ubiq; frægoſoꝝ metu ab armis quieſcente: conſeruntť: ſed ſexto deniq; die poſteaquã uentum eſt : qui fuit ad tertium decimum Kal. maias: uaccaꝝ porta quæ frægoſoꝝ adhuc præſidio tenebatur. Donato

auctore atq; duce: expugnatur. Iohannes Galeacius præſidii præfectus fuga primus ſalutem petit: patefacto in urbem itinere: Gaſpar continuo totis copiis ingreditur. Hybletus interim ad prætorium uſq; penetrat: palatiumq; ac proximas turres milite complet. Hoſtes qui per eos dies e caſtelleto deſcendẽtes adeo genuenſem populum terruerant: ut in frægoſoꝝ fide manere etiam uideretur: tota urbe pulſi in diui Franciſci & caſtelleti munimẽta ſeſe receperunt. Gaſpar fugatis tota ut prædiximus: urbe hoſtibus: cunctiſq; munitionib⁹ locis: quæ frægoſorum præſidio cuſtodiebant̃ præter caſtelletum arcem ac beati Franciſci templum: in poteſtatem redactis: prætorium petiit ualidioreq; militum robore firmauit. Sed dum urbem rurſus magna urbe ſtipatus repetit: ingens pœne populi multitudo undiq; in prætoriũ illius uiſendi conſalutandiq; ſtudio conuenit. Quo cum ſecundo Gaſpar ueniſſet: eo tamen animo: ut unde mane diſceſſerat: eodem p̃noctatum reuerteret̃: inopinans immenſa prope omnium lætitia excipitur: & ſublimis magnam fertur in aulam: moxq; deinde ſummo omniũ conſenſu miroq; animoꝝ ardore pro Franciſco in genuẽſium principatũ præſes aſſumptus conſalutat̃. Poſt hæc fit cõtinuo Franciſci nomine eidem decreto publico ciuitatis totius deditio ac legitima publico documẽto in Franciſcum eũdem imperii tranſlatio. His rebus peractis: urbeq; in Franciſci poteſtate conſtituta: arx primum arctius obſideri. Dein paucis poſt diebus: miſſis e Mediolano non ſine ingenti labore ob itinerum difficultatem tribus magnæ molis bombardis: enixius oppugnari cœpta eſt: quæ cum diu durius quateretur: Bartholomæa clam de deditione eo conſilio agere cœpit: ut obſidentes ea ſpe tandiu diſtineret: quoad ab Paulo ſubſidium quod futuꝝ ſperabat: fieri poſſet. Qua re animaduerſa: mittitur ab Franciſco q̃primum: qui & Nouas & Voltabium acciperet in poteſtatem: quæ quidem oppida iccirco in mulieris adhuc manu eſſe permiſerat: ut ad dedendam maturius arcem adduceretur. Quod cũ intellexiſſet pauida mulier: uideretq; quaſſatos duobus locis arcis muros quaſſataſq; turres: nec ullam uenturi auxilii ſpem certam haberet: ita tandem ſecreto cum Gaſpare pacta eſt: ut arcem ipſa traderet cum iis rebus omnibus: quas Paulus ad eam tuendam reliquiſſet. Bartholomeæ uero Nouæ reſtituerent̃: & millia inſuper aureum nummum quattuordecim penderent̃. Ea accepta pecunia: mulier frægoſis inſcientib⁹ cæteris: Spbortianũ in arcem noctu præſidiũ admiſit. Qua quidem re multo iam die prodita quadraginta ferme diebus poſteaq̃ oppugnari coepta eſt: caſtelletũ arx in Franciſci poteſtatem redacta eſt. Interim decreto publico quattuor & uiginti genuẽſiũ ex omni ordine ciuium Mediolanũ ad Franciſcum legati mittũtur: qui & nouum principem conſalutarẽt uenerarent̃q; & iam factam urbis deditionem ſcriptis admiſſiſq; a Gaſpare legibus rurſus iureiurãdo firmarent. Erant

cum iis legatis permulti ex omni genuenſiũ ordine ciues ſupra ducen tos: qui eos comitabant. Cumprimũ auditum eſt legatos appropin quare:Franciſc⁹qui omnia ſuapte natura pulcherrime ſemper & honori ficentiſſime excogitabat:parabat: & conficiebat: liberos ſuos omnes ſenatoriũ ordinem ac cæteros magiſtratus magna cum nobiliũ manu obuiam mittit:qui aduẽtantes exciperent.Perpulcbꝝ erat intueri: inde togatos genuẽſes:binc noſtros omni ueſtiũ genere auro argentoq; ful gentium ornatos.Sed ubi ſeſe mutuo ſalutarunt:binc reuerenter genu enſes:binc bilariter atq; ꝑbumaniter Galeacius maria:qui maximus natu paternas uices repræſẽtabat:eſſentq; eodem modo & eius fratres: ac cæteri omnes pro dignitate ſubſecuti:tum Galeacius eum qui inter legatos primus in ordine uiſus eſt:& ætate grandior ſibi ad dexteram: itemq; cæteri fratres & alii digniores uiri:ut a principe erant iuſſi:ſuũ quiſq; ad dexteram aſſumpſerũt: & ita bini in urbem dulci ſonorum omnium concentu ac tubarum tibiaꝝq; numeris introducti ſunt ma gna populi frequentia. Hi poſtquam ad ædes quas comes Franciſcus carmeniola in urbe pulcherrimas atq; ampliſſimas ædificarat: & regio quodã apparatu a Franciſco ad eos recipiendos ornatas:perducti ſunt: totum triduum egerunt in maxima cibariorum lautiſſimoꝝ omnium copia ac uarietate: datus eſt eis a Franciſco die quarto exponendæ per ſoluendæq; legationis locus: & is quidem in area maiore quæ eſt in primo aditu ducalis curiæ: in cuius extrema parte e regione portæ du plicia fuerant tabulata a ſolo aliquanto altius ædificata:quoꝝ in ſubli miore principũ tribunal multo ſerico argẽto atq; auro mirifice exorna tum ſpectabatur. Circum ac ſupra tabulata aulea pulcherrima fuerant mira arte miraq; colorum uarietate locata:utraq; autem tabulata ſedili bus ſuis auleis quoq; ſtrata breuioribus decorabant. Ad boram conſti tutam uenerunt ipſi principes ueſtibus inſignib⁹ ornati:quos & liberi & ſenatus reliquiq; magiſtratus & curiæ nobiles uniuerſi mirabili & ipſi quoq; ornatu pompaq; ſequebant.Franciſcus dux Blancã cõiugem manu tenebat ad dexterã:indut⁹ ad pedes uſq; pretexta multo argento ad ſpecimen artificio mirabili intertexto:cuius e capite paulo ſupra frõ tem orientalis Margarita & ea quidem precioſiſſima pendebat.Cumq; per ſuos gradus ad ſecunda tabulata aſcendiſſent:in ſolio conſederunt Franciſcus ad dexteram & ad ſiniſtram Blanca:poſt illos deinceps duæ filiæ cæteriq; liberi & nurus duæ aliquanto inferius: poſt hos autem ſenatores atque alii magiſtratus quiſq; pro ſua dignitate.In ſecundis uero tabulatis proceres ac nobiles reliqui ſedes ſuas tenuerũt. At inſi gnes & uenuſtiſſime mulieres ornatiſſimæq; puellæ mediolanẽſes:qua rum ingens fuit numerus: conſederunt bumi inferius ſericiſq; pului nis reclinatæ.Erat & ipſa quidem bumus uariis floribus ac coronis & tapetib⁹orientalib⁹ſtrata: & ne a creberrimi populi frequẽtia muliebris

conſeſſus moleſti quicquã pateretur: iuſto ab tabulatis ſpatio eminus ea repagula ſunt firmata: qbus uniuerſo populo: quæ fierent: ſpectare liceret: & audire quæ dicerent. Interea genuenſiũ legati multo pulcherrimoq; comitatu curiã ingrediunt: ipſo ſpectatu inceſſuq; certe admirandi. Nec iniuria & dici & exiſtimari poterant ex quodam ueluti graui ſſimo romanoꝝ ſenatu electi primarii: in quibus ius omne ciuitatis omniſq; poteſtas repoſita uideretur. Iis ubi primum datum eſt emin? principes intueri: detecto capite flexoque genu: & fidei & obſeruãtiæ ſignum de ſeſe præſtiterunt: idemq; ter æquis fere ſpatiis priuſquam ueniſſent ad tabulata: factitarunt. Vbi puenerunt ad principes: omnes nudato capite ac genu flexo hilariter atq; ꝑbenigne ab Frãciſco primũ dein ab Blanca dextera excepti ſunt. Exinde ut ſurgerent iuſſi: ac ſiquid uellent: id omne pro uoluntate exponerẽt: aliquanto retro ceſſere in terga facie reuerenter uſq; ad principes cõuerſa. Poſtea unus ex iis qui & maturior uidebatur & grauior Baptiſta goan? iurecõſultus: ut fuerat a genuenſi repu. conſtitutũ: in hunc modum ad Franciſcũ faciem intẽdens: locutus eſt. Cum genuenſis reſp. princeps magnanime atq; inuictiſſime diu ac multum ſecum animo uolutaſſet quẽadmodũ & quietius poſſet & melius ſibi ſuiſq; rebus conſulere in tantis ciuilis diſcordiæ tempeſtatib? atq; procellis: quibus annos iam multos aſſidue adeo fluctuauit: ut parum ab miſerrimo abfuerit naufragio: eam ſolam ſalutis trãquillitatiſq; rationẽ ſibi propoſitam iudicauit: ſiquem aliquãdo nacta eſſet principem: qui ſapientia: probitate: iuſticia in primis excelleret. Non enim ab re intelligere uidebatur: nullam rempu. recte poſſe adminiſtrari: quæ a multitudine regeretur: quẽadmodum neq; nauis a gubernatorib? pluribus: neq; item exercitus a pluribus ducibus recte regi poteſt: ſed ſicut in cælo quæ cõmunis eſt bonoꝝ omnium patria: unus imperat deus: cui uniuerſus paret orbis: ita & in ciuitate unum quoq; principem eſſe oportere: qui ratione atq; conſilio regat: ac moderetur. Qua quidem ratione adducta ciuitas noſtra cum & in omnem Italiam & in uniuerſam europam oculos coniecciſſet: nullũ neq; ducem neq; regem nec ulla dignitate ac præſtantia principem inuenit præter te unum: quem dignum exiſtimaret: cuius pareret imperio. Et enim quod ſine arrogãtia dictum exiſtimari uelimus: quæ nam alia hoc tempore ciuitas offeratur: quæ aut natura loci aut magnitudine animi aut ingenii induſtriæq; ſplendore aut robore nobiſcũ conferri queat? Nempe quot quales quantoſq; principes ac reges & florẽtiſſimas reſp. nobis ſæpenumero ſubiecerim? : & ſol oriens nouit & occidens. Sed illud nobis eſt perinde ac fatale quoddam infeliciſſimũq; ſydus: ut qui cæteris ſimus inuicti: nobiſcum ipſi conſtare uictores: nec antea potuimus unquam: nec poſſumus hoc tempore: eoque uentum eſt: ut mutuis in teſtiniſq; odiorum incendiis inuicem ipſi certare nunquam deſiſtam?.

Quãobrem cum reſipiſcere tandem: & dignitati noſtræ & rebus proſpi cere decreuiſſem?: unus tu princeps clariſſime atque optime uiſus es: quem uno totius noſtræ ciuitatis eodemq; conſenſu ultro adiremus : rogaremuſq; : ut omnem urbis & dicionis noſtræ poteſtatem guberna culaq; ſuſcipias: adminiſtres: regas: modereris: & omnia pro tua uolun tate ſummaq; ſapientia & bonitate conſtituas: quæ factu optima iudi caueris . Nouimus enim ea te eſſe iuſticia : ea æquitate: ea integritate atq; innocentia: ut nihil ſis niſi benigne clæmenter atq; innocẽtiſſime aut iuſſurus aut moniturus. Quam quidem rem ſi tacitus ipſe tecum atq; diligenter cõſyderare uolueris: intelliges profecto aliud tibi nihil aut honeſtius aut utilius aut etiam glorioſius poſſe contingere. Nihil enim magis tibi expetendum eſt: quam omnia agere: atque meditari ſecundũ uirtutem. Nunc tibi occaſio eſt oblata: qua omnibus declares animi tui magnitudinẽ ſapientiam ac iuſticiam: cum facillimum tibi factu futurum ſit ad concordiam nos redigere: & omnia factionum in cendia extinguere: ſeditioneſq; e medio tollere: & omnes prorſus omni um propulſare iniurias: quæ ubi feceris : augebis tu profecto potentiã tuam qui uiribus etiam noſtris tibi potentiſſimo principi adiunctis: & mari & terra tremẽdus omnia ſis pro uoluntate conſecutur?. Habebis enim tecum una cum Genua liguriam uniuerſam non ſolum ad Ma cram ſed ad Piſanum etiam uſq; agrum. Adde præterea corſicam: quæ cyrnus a ueteribus dicta eſt: inſulam nobilem atque potentem . Adde Thaſum Leſbum Chium Amocoſtũ urbem nobiliſſimã in cypro & in mari pontico Amiſſam & Caffam in Scythia Tanamq; ad Tanain . In his enim urbibus tam celebribus a genuẽſibus fundatis in tam diſtan tiſſimis orbis terraꝝ prouinciis tua uictricia ſigna ſpectabunt̃: clariſſi mum tuum celebrabit̃ nomen . Vnus breui futurus es: quem & chri ſtiani omnes ueluti numẽ quoddam cælitus demiſſum in terras miri fice uenerent̃: & gentes omnes barbaræ atq; nominis chriſtiani boſtes non ſecus atq; fulmen aliquod reformidẽt . Quibus quidem ex rebus cum tuum pro uoluntate amplificare liceat imperium: tum in omnes terras tua gloria magis illuſtrabit̃. Hæc Baptiſta: quem deinde extem plo ſubſecutus Iohannes ſerrha iure etiam conſultus ex legatis unus ſic inquit: Audiſti excellẽtiſſime princeps quæ clarus iure interpres no ſterq; hui?ad te legationis collega Baptiſta goanus in latiſſimo campo reꝝ memorabiliũ poſitus in medium attulit. Sed quod euenire neceſſe erat nimia rerum magnitudine preſſus: obſtupuit . Equidem cõmemo rarem aliquam admirabiliũ laudum tuarum partem : niſi te dicendo moleſtia afficerem: idque te ægre laturum putarem. Nam quis eſt ita ſui ingenii confidens: ut ſibi polliceri poſſit : ea ſe breui oratione com plexurum: ex quibus ſi digne referant̃: pergranes conficerent̃ annales: quod ſi ea quæ a te prudenter quæ iuſte quæ fortiter moleſteq; geſta

ſunt: narrando perſequi uoluerim?: alius nobis Xenophon: liuius alius quærendus eſſet. Vincit etenim iam cumulus uirtutū tuarum ſcripto rum ingenia: ac earum magnitudine doctiſſimoꝝ etiam uiroꝝ animi a ſcribendo deterrent. Sed habes præconioꝝ tuorum teſtem nō modo quicquid urbium ac populoꝝ diues alit Italia: ſed quicquid europa & totus pœne terrarum orbis continet. Neq; enim ullum eſſe crediderim Scythiæ ac Sarmatiæ angulum mortalibus cultum: neq; Garamantas populos ullos aut Indos & peruſtæ zonæ finitimos: apud quos cū uir tutes eximiæ tum admirabiles uictoriæ tuæ non laudentur: prædicen tur: extollantur. Mouit nempe hæc uirtutum tuaꝝ fama cum plæroſq; remotiſſimos populos: tum uel nos in primis uicinos tuos genuenſes: Nam cum ciuitas noſtra perditiſſimoꝝ hominum factionib? acerbius quam unquā antea premeret: ita ut nihil iam eſſent leges: nihil iura: & libertas procul exulaſſet: ad portum & refugium æquitatis manſue tudiniſq; tuæ ſecura confugit. Dedit illa tibi non aurum non gemmas nō pretioſam ſupellectilē: ſed ſeſe ſuaq; omnia. Orat propterea bonita tem tuam princeps optime: ut reddas ei quietem leges iura: Reducas in ſuas ſedes reginam uirtutū iuſticiam: ut boni probiq; uiri: quibus recte uiuendi animus eſt: te uelut a ſummo deo nobis datum & agno ſcant: & fruant. Improbi uero quos malefactoꝝ conſcientia ſtimulat: quos iudicioꝝ legumq; metus uexat: te uelut acerrimū ultorem crimi num formidātes aut reſipiſcere aut procul exulare compellant. Id cum feceris: gaude: atq; exulta tanto bono: nec ullum ex triumphis tuis qui certe & maximi & celebratiſſimi ſunt: huic diuinæ tuæ laudi anteponi to: Nam rerum bellicaꝝ laus raro tota imperatoris eſt: ſe participem eius haberi uult interdum tribunus: centurio: eques: pedes: & quicunq; ſua uulnera iactare poteſt: quinetiā & fortuna in bello plurimū domi nari creditur: ut laudis pars maxima aliquando imperatori detrahat. Sed huius quod dixi æquitatis māſuetudiniſq; tuæ boni: nullum ha bes: qui ex illo quicquā exhauriat. Totum iure optimo tutum eſt: quia intra te natum ex te prodit. Nos autem tua uirtute ab ingenti calami tate & ab interitu prope erepti conſeruatiq;: præter æternam felicitatē: quam iuſtiſſim? rex cælorum iuſtis prin cipibus præparauit: illud tibi ac poſteris tuis Virgilianum animo magis quam uoce omni tempore concinem?: In freta dum fluuii current: dum montibus umbræ Luſtra bunt: conuexa polus dum ſydera paſcet: Semper bonos nomenq; tuum laudeſq; manebūt. Sed ne longiore oratione moleſti ſimus: accipe opti me & maxime princeps nomine florētiſſime tuæ reipu. genuēſis: quod & tibi & nobis felix fauſtum ſit: regium hoc ſceptrum. Accipe glorio ſum hoc urbis uexillum: ſub quo maiores noſtri anteactis tēporibus hyeruſalē cæſareāq; cœperūt: ſub quo apud pontū Scythiāq; ac remo tiſſimas regiones plurimas urbes atq; oppida ſuæ dicioni ſubiecerunt:

ſub quo etiã ex boſtib⁹ barbariſq; nationib⁹ innumeris pœne uictoriis potiti ſunt: & magnos inſuper reges bello nõnunquam ſuperarunt. Tu igitur princeps glorioſiſſime cũ diua uxore tua Blanca ac liberis illud tuo adiunge imperio: & cum cæteros orbis principes uirtute ſapientia ac felicitate antecellas: oſtende ſplendorẽ animi ingeniiq; tui: in priſtinas genuenſiũ uires ac potentiam nomẽ gloriamq; tuam repone. Hoc deo optimo maximo gratiſſimũ erit munus. Hoc ad immortalẽ ſublimitatis tuæ gloriam ꝑtinet. Hoc de te meretur illoꝝ fides atq; ſtudiũ qui nos amplitudinis tuæ conſpectum petere iuſſerunt. Accipe item urbis noſtræ claues & ſigillum quo publice obſignãtur litteræ. Accipe una cum fideliſſimis deuotiſſimiſq; animis noſtris ius omne auctoritatem pot eſtatemq; totius dicionis noſtræ. Quibus omnibus Franciſcus læto uultu acceptis: ſceptrum ſibi dextera ſeruauit. Galeacio uexillum. Philippo claues urbis. Spbortiæ autem mariæ ſigillum dari iuſſit Deinde pauca in banc ſententiã reſpondit. Gratus profecto nobis fuit uiri genuenſes aduentus ueſter: gratiſſima & iucundiſſima oratio ueſtra. Nos autẽ cum noſtro ingenio tum ueteri ſingulariq; ueſtra erga nos beniuolẽtia ac non exiguo beneficioꝝ cumulo & dileximus ſemꝑ: & amauimus quietem dignitatẽq; ueſtram. Accedit etiam ad cõmunia commoda: quod cum ſitis longo ſpatio dicioni noſtræ finitimi: oppor tune utrinq; proſpici poteſt cum nõ mediocri ueſtræ ciuitatis dicionis que noſtræ acceſſione & gloria. Nec uos latere debet: quanta ſemper animi moleſtia omnes ueſtras calamitates tulim⁹: quas ſane cõmunes nobiſcum ſemper exiſtimauim⁹: difficile quippe eſt propter mutuam commercioꝝ neceſſitudinẽ: quæ ob uicinitatem inter longobardũ ligu ſticumq; populum intercedit: ſiquid aut commodi aut incõmodi alteri euenit: quin ſentiat alter. Quare neq; maioꝝ opum cupiditate ulla: neq; amplificãdi imperii cauſa quod diuina benignitate ſatis amplum atq; opulentũ babemus: adducti: curam regimenq; ueſtræ reipublicæ ſuſcepimus: ſed ut illi benefaciam⁹: quietemq; & ipſa tandem noſtra ope inueniat. Nec enim ſumus ignari: quanta ſit populi genuenſis uirtus: quanta dignitas atque potentia: & quantam ſibi ac nobis afferre poſſit in reliquum tempus rerum acceſſionem: ubi noſtris conſiliis ſtuduerit: obtẽperaueritq;: eo enim tendet cogitatio noſtra omnis: ut uos opulentiores in dies quietioreſq; reddamus. Nec diſſimulãter operam dabimus: ut & urbis ueſtræ bonos & ratio rerum omnium magis in dies creſcat: & ita creſcat: ut per memoriã præteritaꝝ calamitatũ maiorem in ſuis rebus uoluptatẽ capiat: idque ita efficiemus: ut quem uos dominũ ultro accepiſtis: eum indulgentiſſimũ patrem ſitis iudicaturi. Quod nos tam magnis tamq; præclaris laudibus in cælum quaſi extu leritis: feciſtis amice. Nam quẽadmodum quod poſſidemus imperium nulli noſtræ ſaut prudentiæ aut uirtuti tribui uelimus: ſed a diuina

donatum clæmenti a:ita id nullis noſtris meritis:ſed præcipue ueſtræ erga nos beniuolétiæ atq; fidei aſcribimus. Quod ſiquid præcipui in nobis eſt:quod uos delectet:id diuino beneficio nobis datum & iudica uimus ſemper:& iudicamus.His dictis : legati eorundem principum manibus ſuo genuenſiūq; cæterorum nomine ſeſe illis ſucceſſoribuſq; fidem perpetuam ſeruaturos iuramēto receperunt. Præterea quoniam Frāciſcus per idem tempus cum Pio pontifice conſtituerat in Illyricū aduerſus turcas exercitum mittere : Lodouico mariæ quarto ex filiis egregia indole adoleſcenti de quo ingentem ſpem cōceperat:certa quadam ut ipſa dicebat coniectura motus : ob eamq; rem ei exercitui præfecerat:uexillum aureo leone inſigne tradidit:eundemq; cum Baptiſta goano genuenſi legato:& aliis plæriſq; nobilibus uiris militaribus decorauit inſignibus.Dum hæc aguntur:Paulus archiepiſco p? occidentalem oram petens : onerarias genuenſiū naues:quæ in herculis meneti portum:quem nunc uillæfrancæ nomināt:ſeſe receperant : magno impetu adortus eſt . Sed cum die fere integro utrinq; acerrime pugnatū eſſet:Paul?quaſi pulſus certamen diremit:procul q; in pelagus receſſit: Nā tanta uirtute genuenſes aduerſus exules ſeſe tutati ſunt:ut multo pluſquā acceperint:boſtibus detrimēti intulerint . Itaq; Paulus ea ſpe derelictus in orientalē plagam ſe uertit : in Siciliamq; inſulam uſque prouectus : alias genuenſiū naues:ſi quas inopinātes inuenire poſſet: magno ſtudio quærebat.Interim genuæ:ubi omnia in Franciſci dicionem redacta pacataq; uiſa ſunt:decreto publico nauium excelſarū quattuor parata claſſis eſt:quæ Frāciſco ſpinula duce:cum aduerſus Paulū contēderet:conſpexiſſetq; haud longe ab Corſica inſula exulum naues: eas paulo congredi non auſo illoque cum maiore parte paruis lembis fugiente deſertas cepit:genuamq; reduxit.Itaque ex eo tempore genuenſis tandem ciuitas poſt tot & tam diuturnas bellorum calamitates totq; ciuiles diſcordias ſub Frāciſci Sphortiæ auſpiciis imperiiq; manſuetudine terra mariq; reſpirare quieſcereq; cœpit.Bella ſeditiones exilia cædes rapinæ uno eodemq; tempore ex urbe ſublatæ ſunt:pax concordia & iuſticiæ cultus:qui hactenus aberant;rediere. Sub idem tempus renatus triremium decem ferendæ Iobāni filio opis cauſa claſſem parauerat:quæ maſſilia ſoluens ad Enariam peruenerat:ubi Iobannes per ſuperioré byemem ſumma rerum omniū difficultate terra mariq; preſſus:non ſine aliqua tamen ſpe redeundi:in continentē p̄manſerat. Sed mortuo Iobāne Antonio tarentino:in quo uno omnes ſiqua erat ea de recuperando regno ſpes reliqua manebat : decreuit non amplius tanto ſuo ſuorumq; incōmodo atq; periculo in bello perſeuerare.Itaq; relicto Iſclæ præſidio:cum anni alimentis claſſem conſcendit : & poſt multos ac uarios deniq; fortunæ caſus uarioſq; labores atque diſcrimina:Genua & maxima Neapolitani regni parte amiſſa:q̄ ut demōſtratū

eſt : dedentibus ſeſe principibus atque populis: receperat : anno ſexto poſteaquam a patriis ſedibus diſceſſerat: eodem lachrymãs remigrauit Ferdinãdus quoq; : quanquam regnum per continẽtem ubiq; pacatiſſimum eſſe uidebatur: tamen æſtatis initio non ſecus ac ſi rurſus aduerſus eos qui cõtumaces fuiſſent: bellum terra geſturus eſſet: exercitum in campania coegit: ubi cum dies aliquot cõſumpſiſſet: Marin? Sinueſſanus qui non tam pudore quam metu multiplicis in regem admiſſi criminis nondum in eius conſpectũ prodierat: Alexandri hortatu atq; fiducia in caſtra ſalutandũ uenerandũq; regem uenit: quem Ferdinandus & ſi benigne primo aduentu excepit: tamẽ quia memoria deponere non poterat : quod Iobãnem capitaliſſimũ boſtem eſurientẽ & conſilii inopem mari uagantem ſuis oppidis in continentẽ primus recepiſſet: quod ei bellum primum intuliſſet : quod ad colloquium poſtea falſæ recõciliationis ſpecie noua perfidia nouoq; ſcelere eum circũuenire peri mereq; tentaſſet: retineri & in uincula coniici iuſſit. Ferunt tamẽ eum: poſteaquã retentus eſt: dixiſſe quærentem: non ſe ab Ferdinãdo rege : quem propemodũ ſibi infenſum eſſe ſciebat: ſed ab Franciſco Mediolanenſium duce: & ab Alexandro ob datam ab iis de inita recõciliatione ſeruanda fidem: deceptum compræbenſũq; fuiſſe: quæ ſane res multis mortalibus & magnæ admirationi fuit : quod præter regiam ſocioq; fidem in hominem manus iniecciſſet: & Iacobi picinini & caudolanoꝝ omniũ animis plurimum timoris intulit: ſi enim antea regem metuerant: ad quẽ eadem de cauſa proficiſci adhuc auſi non fuerant: maiore tum metu quatiebant. Ex quo picininus maiorem in modum litteris nunciiſq; ab Franciſco petit : contenditq; ad ſe celeriter mitti uirum: cuius fidei demãdata militum reliquaq; fortunaꝝ ſuarum cura : ipſe Mediolanũ ad eum quo iam ire ſtatuerat : prius quam rex in brutios tranſiſſet : ſeſe liberius tranſferre poſſet. Ea re facile Mediolani impetrata : mittitur confeſtim in brutios ab Franciſco Thomas thebaldus bononiẽſis: quæcunq; picininus uellet: facturus. Huic igitur copias in primis: Sulmonẽq; urbem ſibi præcipuã & uniuerſa quæ in ea regione oppida obtinebat: maxime cõmendat : qui Franciſci ducis noĩe auctori tateq; eos in fide contineret: atq; ſeruaret. Ipſe uero dein cum ducentis circiter ex ſuo equitatu delectis per Aquilanos umbros Etbruſcoſq; Mediolanũ ire maturat. Ferdinãdus qui illum in brutiis conſequi plurimum cupiebat : ubi de eius diſceſſu renunciatũ eſt : ægre admodum moleſteq; tulit : ob idque picininum & litteris & nuncius reuocare ex itinere magnopere cõtendit. At ille magis magiſq; timens: quo conſtituerat: ire pergit. Non defuerunt: qui progredienti ei cõmemorauerint ſuaſerintq; : ut uideret diligentius: quo iret: & cuius ſeſe fidei committeret. Antiquum eſſe boſtem: multis laceſſitum iniuriis: Ferdinandiq; amiciſſimũ ad quem confugiebat. Omnia nempe ſuſpicionis plena

oſtendebant: cur in præſentia a Mediolano iter auertendum eſſet. At Franciſcus qui hæc ex ſuorum litteris cognouerat: non tam ueterum quam recentium iniuriarum iam oblitus: picininū poſteaquam eius fines ingreſſus eſt: benigne ac honorifice excepit: & in filiorum numero habuit utque illius ex animo ſuſpicionem adimeret omnem: Druſianā filiam ei longo iam tempore deſponſatā in matrimoniū tradit: nuptiæ tamen propter recentem Coſmi medicis hoſpitis antiqui obitum parce & ſine pompa celebratæ ſunt. Poſt multos uero dies rex in brutios profectus: caudolanorum fines infeſto exercitu ingreditur: & quæ illius erant fami liæ oppida: magno ſtudio in poteſtatē redigere conatur. Itaq; reſiſtenti bus paucis: per æſtatis reliquum uniuerſo prope patrimonio eam gen tem nudauit: ex ea familia plures ſupererant uiri rei militaris periti. Horum Antonius maximo natu uiribus iam effætus: patriiſq; electus ſedibus: cum mulieribus liberiſq; paruulis Neapolim conceſſit: regia ope uitam acturus. Iuuenes & quibus integræ erant uires: patria extor res in alienas ſedes abiere per militarē diſciplinā uitæ alimenta quæſi turi. Hæc utraq; res & ſinueſſana & caudolana fuit nempe Franciſco moleſtiſſima: uelut contra fas uſque fœderis acta: quam ſæpe indigna bundus nō ſine graui tū bonoris ſui tum animi offenſione ferre poſſe dicebat. Hunc tandem exitum habuit terreſtre bellum: quod magnis utrinq; copiis uariaq; fortuna per quinquenniū continēter in eo regno geſtum eſt. Relinquebat enim tantūmodo per eam tempeſtatē in boſti um manu: uti demonſtratū eſt: Iſcla oppidū in Enaria inſula & ouum arx apud Neapolim: quæ maritima tamen claſſe terreſtribuſq; copiis ex arido oppugnabant. Per idem quoq; tempus Pius pontifex qui: uti oſtendim?: poſteaq̄ ad pontificat? faſtigium euectus eſt: omnis cogita tiones ſuas eo maxime contulerat: ut bellum aduerſus Mabometū ab chriſtiana repu. ſuſciperet: ubi Italiam extincto belli incēdio: pacatam uidit: rurſus ad eius bel li ſtudia animū mentemq; cōuertit. Quare nō Italicos modo potentatus: ſed cunctas prope chriſtianas nationes ad eroganda præſtandaq; iis belli auxilia: qui pro tuenda chriſtiana reli gione arma ſumpturi eſſent: epiſtolis legationib?q; ingenti quodam animi ardore excitauit: cum uenetis præcipue qui quod antea in man tuano cōuentu renuerant: ſponte ſe facturos receperant: cum Philippo burgundionū duce & cum Matthia bunnorum rege fœdus percuſſit: qui ei terra mariq; ſocii in bello forent. Hortat? eſt præterea longa & orna tiſſima epiſtola Franciſcū: cui totius belli eius ſummā delaturus eſſet: ut ipſe etiam dei cauſam tuendam ſuſciperet: ac tam piæ tam ſanctæ tamq; ſalutari expeditioni intereſſet. Franciſcus & ſi pontificis conſi liū uelut ab optimo paſtore profectum probabat: tamen eam profectio nem eo tempore multis de cauſis irritam uanamq; futurā prædicabat: quandoquidē alio apparatu alia ratione huiuſmodi bellum aduerſus

potentiſſimū regem ſuſcipiendū atque in illius finibus gerendum cen ſeret . Sed ne omnino cōmuni ſaluti iuſtiſſimoq; Pii deſyderio deeſſe uideretur: miſſurum ſe dixit: ut ſupra oſtendim?: cum equeſtribus co piis quas non multo poſt in flaminiā miſit: Lodouicum filium qui ei bello & intereſſet: & pontificis lateri quouſq; liceret: adeſſet. Sed enim pontifex quāquam & corpore erat inualido: & Philippus burgundio in quo magnam gerendi belli ſpem propter illius uirtutem atq; potentiā poſuerat: aperte ſuis finibus excedere recuſarat: & ob id cardinalis oēs que amici eum hortari rogareq; : ne roma diſcederet: non ceſſabant : tamē animo pertinaci maturat ab urbe proficiſci: multiſq; poſt diebus Anconem perpetua febre conflictatus defertur : triremes non nullas : quas conſcenſurus erat: & in Illyricum tranſiturus: paratas inuenit. Et iam multi ex germania atq; biſpania pueuerant: Pontificē ſecuturi ea ſpe: ut ſibi ab eo ſtipendia pro uita alimentis penderent̃: ſed cum eius rei nihil inueniſſent: niſi quod peccatoꝝ indulgētia promittebat̃: ſicuti apoſtolicis epiſtolis fuerat ubi que gentium fidelibus enunciatū : indi gnantes remigrare: quiſq; domum ceperunt. Aduenit præterea eodem ut erat prius conſtitutū: Chriſtopborus maurus uenetoꝝ dux cum naui bus longis ut pontifici iunctus una in expeditionē proficiſceret̃ . Sed tanta fuit uis morbi in ſene præſertim & imbecillo corpore ſimul cum ingenti ſollicitudine aīmi: quod ſuos in irritū conatus caſuros: ſeq; ludibrio futurum aīaduerteret : ut paucis poſt diebus e uita exceſſerit felix profecto pontificis mors: quæ eum in tanto chriſtianæ religionis ſubuentēdæ ſtudio euocauerit: feliciorq; e cœpto curſu: quē iniiſſe iam penituerat : eius cum laude reuocauerit . Conſtituerat enim ſicuti ex Otbonis legati litteris Frāci ſcus ſæpe acceperat: Brunduſiū uſq; tantū modo: ſi uixiſſet: nauigare: & ibi ſubeuntē byemem conſumere: romam poſtea irrita profectione: chriſtianis principib? culpam iniicīēdo redire. Eo autem uita functo: omnes qui Anconem uenerant : ex Italia profe cturi: ſtatim unde diſceſſerant: reuerterūt. Pii corpus romam relatum eſt: ubi exequiis rite ſolutis: primo cardinaliū ſcrutinio Petrus barbus uenetus pontifex declaratus: cui Paulo ſecundo nomen fuit: ei in ponti ficatum ſucceſſit.

IOHANNIS SIMONETAE RERVM GESTARVM FRANCISCI SPHORTIAE LIBER. XXXI.

Neunte ſequentis anni uere & Frederic? Ferdinandi regis filius cum ſexcentis circiter equitibus Mediola num ad Franciſcū mittit̃: Hippolytæ mariæ Alphon ſo fratri deſponſæ. Neapolim traductur? : & Iacobus

picininus: qui uti demonſtratū eſt: ſuperiore anno Mediolanū uenerat Neapolim ad regem proficiſciť. Cauſa proficiſcendi fuit: quod dum eſſet Mediolani: eius ſtipendii temp? effluxerat. Qua re Franciſci opera facta eſt cum Ferdinādo duntaxat in annum alterum ſtipendii prorogatio. Proin miſſus eſt a picinino Broccard? perſicus Neapolim: qui regi pro eo ſatiſfaceret: pecuniaſq; ad alendos milites acciperet. Hunc rex ex compoſito nō tam mittentis quam miſſi etiam ipſius cauſa bilari uultu excepit; oppidis quibuſdā donauit: magna magiſtratus dignitate ornauit: & maiora ſe in eum dominūq; ſuum beneficia in reliquū tempus collaturū pollicitus eſt: ac magno ſe inſuper picinini uiſendi deſyderio teneri oſtendit. De his rebus cum fieret Picininus Broccardi litteris quottidie certior: conſtituit tandem pro ſuo officio Neapolim ad uenerādum regem accedere: quem reconciliatū (& optimo in ſe animo arbitrabať. Itaq; cum diſcedendi tempus inſtaret: propterea quod Fredericum regium natum qui Mediolano appropinquare dicebatur: ibi expectare nolebat: ab Franciſco magnopere petit: ut legatum ad regem deſtinaret: qui rem ſuam ei cōmendaret: quippe quod exiſtimabat ſe eius cauſa ab rege humani? ſuſceptum: ac omnibus in rebus benignius ſecum actum iri. Franciſcus autem: qui cum adhuc non ſatis regis in picininū mentem cognouiſſet: nec probauerat unquam: nec improbauerat illius ad eum profectionē: dixit libentiſſimo ſe animo legatum Neapolim miſſurū: omniaq; facturum: quæ ei uſui forent. Et ob eam rem miſſus eſt una ſecum Petrus poſterla: in quo maximā picininus ipſe fidem ob ueterem præcipuāq; inter ſeſe familiaritatē babebat: propetentis uoluntate ad regem legatus. Vbi uero Sulmonē picininus peruenit: fuit ibi diebus aliquot de conſtituta cœptaq; ad regem profectione ſubdubi?: quippe qui nō tam Ferrariæ ac Ceſenæ a Borſio æſtenſi & Dominico malateſta ſui beniuolētiſſimis quam ex itinere ab multis aliis & ab ſuis præſertim domeſticis multa ac uaria intellexerat ſuſpicionis plena: quibus de cauſis ſibi animaduertendū eſſet: quēadmodū Neapolim proficiſcereť: regiq; ſibi infenſiſſimo ſeſe cōmitteret. Veȳ tamen poſteaquam ad eum Broccardus acceſſit: ad quem ſtudio Ferdinandus uelut de eo benemerit? miſerat: ita aſſidue hortatus eſt multis adductis rationib?: quibus & deberet & liceret ei ad regem tuto proficiſci: ut omni metu ſuſpicioneq; ſublata: Neapolim ire contēderit. Procedenti autē ei multi ex regia nobilitate primores ſeiunctim tridui fere itinere procul ab urbe Neapoli facti ſunt regio imperio obuii: qui uariis locis uenientem honorifice acciperent. Introductus eſt igitur piciniuus in urbem magno honore magniſq; blanditiis: cui nouiſſime rex etiam ipſe extra urbem magna cum procerum multitudine obuiā proceſſit: qui eum amplexu oſculoq; humaniſſime excipere uiſus eſt: Nam nihil ſane prætermiſerat: quod ad hominē Neapolim alliciendū utile

fore putaſſet. Fuit deinde picinin? Neapoli dies plures: quo cum omnia rex conſilia ſua cõmunicare uidebatur. Sed ubi dies receſſui dictus uenit: quod redire Sulmonẽ: impetrata ab rege uenia: ſtatuerat: quo Druſiana uxor non multo poſt e Mediolano eum ſubſecuta aduentare fere batur: accitus eſt mane ad regem in nouã arcem: eo ut dicebat animo: quo accepta uenia ſumptoq; cibo: rediret in brutios. Iuſſerat autem rex paſſim per regni fines cuſtodias fieri: ut ſi forte picininus uel interdiu uel noctu tranſiret: per loca retineretur. Is dies fuit ad. viii. Kalendas Iulias: quo die beati Iohãnis Baptiſtæ natale celebratur. Rex cum pro ſua cõſuetudine picininũ humaniter accepiſſet: ſicuti in illius aduentu fecerat: ita in ſpecie ſimulatæ receſſus licentiæ rurſus exoſculatus eſt. Paulo deinde poſt: eo cum reliquis relicto: in interiorẽ locum receſſit: paruoq; interiecto temporis ſpatio ab paratis iam lictoribus picininus compræbendit: atq; in carcerem agitur. Cõpræbenſi etiam ſunt eodem tempore Franciſcus picininus eius filius: Broccardus: & alii perpauci: bona fiſco addicata. Braciani milites ubicunq; erant: a prouinciæ præfectis in prædam acti: quorum tamen multi regiæ aſcripti militiæ ſtationibus ſuis remanſerũt intacti. Reliqui uero bonis fere omnibus exuti: ſilueſtro duce: per picentes in flam iniã remigrãtes ad Domini cum malateſtam antiquum bracianoꝝ hoſpitem ſeſe rereperunt. Cæterum Druſiana: quæ iam in brutios peruenerat: ſed nondum Sulmonẽ appulerat: eo triſti audito uiri nuncio exterrita mox qua uenerat: Piſaurum ad Alexandꝝ patruum omnibus ſuis bonis: regio tamen iuſſu: reuertit incolumis. Sed quoniam haud dubie Ferdinãdus futurum exiſtimabat: ut uarii per Italiam rumores circũferrentur: Picininum ſcilicet ipſum ab eo non iure: ſed iniuria odio ac fraude retentum eſſe: litteras ad Franciſcum cæteroſq; Italiæ potentatus in hanc ſententiã ſcripſit. Quot malis quot calamitatib? Iacobi picinini rebellio ſuperiorib? annis res noſtras affecerit: nouit non modo Italia omnis: ſed ipſe etiam terrarum orbis: qui obli tus tot immortaliũ beneficioꝝ: quibus & ab diuo Alphonſo patre noſtro: dum in humanis ageret: & a nobis poſt illius obitum fuerat exornat?: ea contra nos parauit: & obſtinatiſſimo animo peregit: quæ multo celſitudini tuæ notiora ſunt: quam a nobis poſſent abunde explicari. Nam quanta illius perfidia atq; pertinacia in caput noſtrum & in rerum noſtraꝝ perniciem conatus fuerit: illud maxime declarat: quod tum demum ipſe in partes noſtras rediit: cum neceſſe eſſet deuictum? profligatũq; ſeſe in noſtram tandem deuenire poteſtatem. Quibus autem fœderibus quibuſue condicionib? ad nos reuerſus fuerit: aut quibus oppidis eum donauerim?: quantaq; illi ſtipendia decreuerimus: non eſt neceſſe ut nunc referamus. Certe ſi partes uſq; noſtras ſecutus amicus defenſorq; fuiſſet: maiore illum ſtipendio maioribuſq; beneficiis proſequi non potuiſſemus. Nuper etiam cum ad nos

ueniſſet: non ut ſubditus ſed uelut germanꝰ fratet humaniter magniſ que etiam honoribus a nobis exceptus eſt: quibus adhuc non modo ad ſanitatem nobiſcum nō redierat: ſed ne quidem ab innata illa ſua per fidia deprauataq; natura & incredibili pœne in nos odio parum quid immutatus ea in nos parabat moliebaťq;: quibus niſi diuina bonitate occurſum fuiſſet: paratum erat non ſolum regno noſtro excidium: ſed breui futurum: ut Italia omnis rurſus nouis bellorum incendiis cladi buſque laboraret: quas ob res quāquam inuiti & ſummo cum animi dolore coacti tamen ſumus: dum non modo rebus noſtris ſed Italiæ etiam uniuerſæ & chriſtianæ religioni conſulere uolumus: Iacobum picininū hunc capi: captumq; in noua arce noſtra Neapolitana ſeruari iuſſerimus: ex quo non minus recte utiliterq; Italiæ totius potentati bus ac populis & iis præſertim: qui otii paciſque cupidi ac beneuiuēdi ſtudioſi ſunt: quam rebus noſtris proſpectum iri iudicamus. Quando quidem futurum erat: ut maloꝝ omnium ab illo naſceretť initium: qui bus quidem malis breui Italiam omnē conflagrare oportebat: ni deus optimus maximus: qui nihil inſidiarum diu abditum eſſe patitur: ſua benignitate hæc omnia nobis apta feciſſet: quæ ſu blimitati tuæ ſigni ficare uoluimus: ut cū ex aliis tum ex hoc potiſſimū intelligat: diuino conſilio hac ratione & rebus noſtris & cunctis Italiæ principibꝰ atque populis optime fuiſſe proſpectum: dum ea quæ tam nefarie tamque ſcelerate a Iacobo picinino parabanť: nobis retecta ſunt: quæ qualia & quanta fuerint; aliis litteris noſtris celſitudini tuæ ſingillatim aperie mus. Quod ubi Franciſcꝰ reſciuit: pergrauiter cōmotus eſt: nec poterat ſe continere: quin ſæpe regem damnaret: quod in hominē in ſui præ ſertim legati conſpectu manus inieciſſet: quē certe putabat eius crimi nis: cuius poſtremo inſimulabaťt: fuiſſe inſontem. Dolebat præterea non mediocriter; quod exiſtimabat neminē fere in Italia futurum: qui non iudicaret eum facinoris huiuſmodi conſciū: utpote qui cum Ferdi nādo propter uetus & pœne immortale inter Sphortianos bracianoſq; odium in ea re ſenſiſſet: & Neapolim tanquam ad Macellum picininū miſiſſet. Quibus de cauſis indignabūdus confeſtim ad Philippum & Sphortiam mariam filios & Roberthum Sanctoſeuerinatē ſororium: quos una cum Frederico eunti Neapolim Hippolytæ comites adhibue rat: litteras q̄celerrime perferendas iubet: ut ubicunq; eſſent: ab itinere cum Hippolyta deſiſterent: manerentq; ibi: donec quid facere eos uolu erit: edocerenť. Hi Senas cum iam perueniſſent: acceptis non ſine ma gna Frederici comitumq; animi moleſtia litteris paruerunt. Præterea Franciſcus: nequid pro picinini ſalute inexpertum relinqueret: Triſta num filium ad regem mittit rogatum: ut generum ſibi condonaret: omnia ſe pro eo receptuꝝ pollicitus. Inter hæc Iohannes andegauēſis claſſe triremium decem biremiūq; duarum in maſſilienſi portu Iſclæ

incluſis breuiq; famæ perituris opem ferre maturabat. At Ferdinãdus aliam contra maiore numero maioribuſq; uiribus coegerat: eamq; in anchoris ſtare ac mare uniuerſum qua parte commeatus Iſclam impor tari poterant: ita circunſedere iuſſerat: ut nauali corona mons ipſe: in quo urbs ſita eſt: cingeretur. Proximas inſulas ac montes: qui in conti nenti ſunt: & in altum liberiorem proſpectum habent: exploratoribus cuſtodiri. Scaphis præterea ac paruulis celerioribuſq; nauigiis maria circunquaq; obſeruari. Iam rumor: quãuis falſus increbuerat boſtilem aduentare claſſem: rex ſuam milite affatim complet. Sed uix triduum præterierat: cũ regiæ claſſis præfectus nonis Iuliis factus eſt ab explora toribus certior: boſtes prope adeſſe ad pugnã paratos. Qua re cognita: cum ſe quoq; ad pugnam paraſſet: ſuperuenientes in diluculo boſtium triremes eum magno impetu adoriuntur: primoq; concurſu triremis maſſilienſiũ una intercipitur. Cõmiſſo deinde toto utrinq; agmine præ lio: roſtratæ andegauenſiũ naues longe numero ſuperant̃: ob eamque rem ægre reſiſtentes non multo labore tres aliæ capiuntur. Reliquæ extemplo uertunt̃ in fugam: regi acrius fugientes inſectati: tres item alias triremes ceperunt. Reliquas tres: cum celerius ſeſe prælio explicu iſſent: conſequi nequiuerũt. Ita captæ ſunt e maſſiliẽſi claſſe naues lon gæ ſeptem: & cum iis biremes duæ: compræbẽſuſq; eſt in ipſa fuga Carolus torella claſſis præfectus. Hac uictoria nunciata: obſeſſi omni ſpe deſtituti non multis poſt diebus dediderunt ſeſe regi. Idem fecere qui Ouo arci præerant. Per hunc modũ ſicuti ſuperiore anno terreſtri: ita maritimo bello finis factus eſt: ex quo tẽpore Neapolitanũ regnũ tot grauibus diuturniſq; bellis fatigatum terra mariq; tandem quie ſcere cœpit. Hæc non multo poſtquam geſta ſunt: alteræ Ferdinandi litteræ Franciſco redditæ ſunt: quæ picinini mortem nunciabant: eam que hac accidiſſe de cauſa: quod cum octauus iam ageretur dies: quo regia claſſis ad Enariam boſtem profligarat: eiuſque uictoriæ nuncius Neapolim pueniſſet: infinita pœne hominũ multitudo magno plauſu magnoq; clamore læticiam præ ſe ferens concurrere in arcem coepit: quibus motus uocibus picininus: qui agebat in turri: quæ urbem pro ſpicit: rei cognoſcendæ auidus: feneſtram quandam conſcẽdere ab paui mento altioré: cratemq; ferream manu cõpræbendere annixus: fallente manu delapſus eſt: coxamq; fregit: adeo quod & ſi ab medicis nihil in adhibendis remediis prætermiſſũ fuerat: tamen qa uulnus loetale erat: duodecimo die poſteaquã cecidiſſet: magna ui doloris uictus diem obi erat. Quæ ubi Franciſcus accepit: quod de hominis morte nunciabat̃: facile credidit ſed de mortis genere minime: quin res ridicula uiſa eſt. Nam iam fama erat biduum aut triduum omnino: poſteaquã in uin cula coniectus eſt: uixiſſe. Quod & ab certis auctoribus fuerat affirma tũ: cuius poſtea cadauer aduenienti Neapolim Triſtano uidere cupienti:

rex exhumatū ac ita: ut erat fœtidum ostendi iussit. Quibus de causis retardatum est senis: ut supra ostendimus: mensibus fere duobus Hippolytæ iter. Nam cum picinini retentio ingrata admodum Francisco extitisset: sed mors ingratissima: sæpe animo uolutauit ex itinere filiā reuocare: ad quam rem multos & præcipue Blancam coniugem concitatores habebat. Sed cum regi omniū rationem habuisset: ubi de generi uita: quæ irrecuperabilis erat: nulla amplius relicta spes esset: uisum est tandem ab Ferdinādi amicicia nequaq̄ discedendum: quam tanto suo impendio tanto suo suorumq; periculo parasset: ad quam quidem rem & florentinorū consilio usus est: & Pauli pontificis uoce confirmatus dixisse enim ferunt: ubi picininum cō præbensum cognouit: factam esse eo tempote & Francisci Mediolanensiū ducis domui: & Italiæ toti salutem. Proinde permisit Hippolytā Neapolim: ut cœperat: proficisci. Confecto andegauēsi bello existimabat fore aliquādo Franciscus: ut & milites a tantis laboribus reficere: & ipse animo quiescere: & diuturnis etiam maximisq; impensis parcere posset: quibus superioribus annis ærarium non modo exhausserat: sed magno etiam alieno ære conflato: in quatriennīū fere creditoribus obligarat. Sed enim longe aliter quam putarat: euenit. Nam sub idem tempus maximi undiq; motus in Lodouici francorū regis caput regniq; euersionem quottidie excitari nunciabant. Qua re iudicabat futurum fœderis iure: quod sibi erat cum Lodouico: ut ad eum quoq; ab se auxilia in galliā mitti oporteret. Causam uero tantorum motuū banc fuisse reperiebat. Superiore anno qui fuit a natali christiano sexagesim? quartus supra quadringentesimum ad millesimū orta est inter regem ipsum & Franciscū gallicæ britanniæ ducem de confiniis controuersia: quæ Lodouicus tum iure tum uetere consuetudine ad se pertinere dicebat. Frāciscus dux omnia secus. Qua re ubi inter sese diu multūq; disceptassent: rex illum in iudicium arcessi imperat. Postea uero ut regni totius primates ac principes ad Kalendas decembres in Toronensem urbem cōuenirent: edixit: quibus aduocationis causam aperiens ea se esse mente pronunciat: ut in contumacē atq; infestum arma sumerent. At ii ut sunt galli natura leues ac subdoli & ad bella suscipienda alacres: non pro rege in eo conuentu: sed contra regem coniurāt: percussoq; inter sese dum fœdere: cæteros qui abessent: sollicitant: & ii quoq; paulo post idem confirmāt Cōiurationis eius bos fuisse principes proditum est. Carolum biturigū ducem regiū germanū fratrem: Carolum philippi burgundionū ducis primogenitū. Franciscum ipsum propter quem lis erat orta Iobannem barbonensiū ducem: Iobannem aloconensiū ducem. Carolum Nemorsinorum ducem. Iobannem andegauēsem renati filium: qui superiore anno: uti demonstratū est: Genua Neapolitanoq; regno pulsus: in galliam redierat: & Carolum andegauensem renati germanum fratrem

Cænomanoꝝ comitem Lodouicū Montiſpenſerii comitem Iohannem armeniacoꝝ comitem Iohannem alebretenſiū comitem & Iohannem duneſinoꝝ comitem : quos plæriq; alii regni proceres ſecuti ſunt . At non multo poſt tempore britannus: hoc enim nomine appellant̃: qui in gallia relicta britānia conſederunt. Veritusne prius quam nondum prodita coniuratione: auxilia parerent̃ bellum ſibi Lodouicus inferret: ad eum de componēdis rebus legatos mittit: quoꝝ opera breui factum eſt: ut communi conſenſu pax inter eos in pictauiēſi urbe firmata ſit . Sed a britanno : ut poſtea cognitum eſt: cuncta ſimulato animo atque dolo acta: Nam eius legati in reditu Carolo regis fratri adoleſcenti ob iniectam uanam ſpem de uendicando ſibi fraterno regno ſuæ partis facto: facile perſuaſerūt : ut nulla amplius cunctatione uſus ad britannum tranſiret. Is igitur poſtridie eius diei: dum cum rege uenationis gratia iter faceret: relicto eo: domum repetens ad britānum ſe recepit. Quare non multo poſt Iohannes borboniēſis: qui eius erat: ut prædixi mus: cōiurationis princeps : finitimis regiæ dicionis populis apertum indicit bellum: quem ſecutus Iobānes armeniacus multum agri ferro atq; igni deuaſtat . Quibus nunciatis: rex aliorum principum animos cognoſcere aggreſſus : uarios eos omnes incōſtantiſſimoſq; repperit . Quāobrem maximis anxius curis eos qui aut beniuolētia aut foedere ſibi iuncti erant: rogare coepit: ut in tanto ſuo diſcrimine opē ferrent. Cum alios infirmos : alios iam aperte a fide diſcedere comperiſſet: confugit tādem ad Franciſcū Sphortiam cuius fide nihil certius ſibi ducebat. Hunc multis litteris ac nunciis rogat: obſecrat: obteſtatur: ut auxiliares ex Italia copias in galliam ad ſe mittat. Ipſe autem magnis itineribus ex urbe Turone in borbonienſiū fines ꝓfectus: coacto mox undique exercitu: feraciſſimū agrum populatur: ac oppida q̃plurima partim per uoluntariā dedicionem : partim per metum uimq; capit. Interim quoniam maiores galliæ motus in dies expectabat : maioribus copiis augere exercitum contendit. Ciuitatibus reliquis : quæ perſiſtebant in fide: delectum imperat. Dum bæc ita geruntur: nonnulli ex iis: qui in regem cōiurarant: Borboniēſis Alanconiēſis Nemorſinus Armeniacus quos ſupra nominauim⁹: & plæriq; alii: ubi uident: ſe tanto boſti: non dum contractis in unum locum coniuratoꝝ uiribus impares futuros : pacem primo petere ſimulant. Deinde inducias : quibus cum bis datæ eſſent & nouiſſimæ prioribus longiores: in multos dies res deducitur. Interim tamen utrinq; maximæ ac frequentes ubiq; per regiones excubiæ cuſtodiæq; diſponunt̃: & magis atque magis quiſq; pro ſe copias undiq; contrahit. Proponebat̃ quottidie ſpes pacis atq; recōciliationis: ſed ſimulanter omnia ab coniuratis agebant̃: Nam eo conſilio ad conditiones pacis deueniebāt: ut rex diſtineretur. Carolo aūt burgundioni & Franciſco britanno qui & auctoritate & uiribus cæteros anteibant :

& cogendoꝝ militū daretur ſpatium: & ad oppugnandū deinde regem cum uniuerſis uiribus: ut erat ante conſtitutū: quod longius aberant: eundi facultas ſuppeteret. Sed dum de pacis condicionibꝰ agitur: fit Lodouicus multis nunciis certior: burgundionē magnis copiis & incredibili pœne tormentoꝝ apparatu ex proximis belgaꝝ finibus mouiſſe: & per ambianos bellouacoſq; cæteris ſuperatis amnibus Sequanam tranſiſſe: atq; e regione urbis parrhiſioꝝ: quæ regni caput eſt: conſediſſe: omnia ferro igniq; uaſtantem. Quare uerituſne ſi diutius in iis locis moraretur: reliquæ coniuratoꝝ copiæ burgundioni adiungerent: ex quo minus poſtea poſſet tantis uiribus reſiſtere: maturandū in boſtem & nulla cunctatione adoriendū putauit. Itaq; pacis condicionibꝰ omiſſis die noctuq; uniuerſo exercitu ad Parrhiſios ire cōtendit. Eius de aduē tu factus burgundio certior: obſidione urbis relicta: fit regi cōtinuo eri cum uſq; montem infeſto agmine animoq; ingenti obuius: quod oppidum uiginti amplius paſſuum millibus a Parrhiſiis diſtat. Ibi carris ſtipitibuſq; ſuo more ſolo infixis uallo celeriter confecto: colubrinis omniq; miſſilium genere ſe defendere parat. At Lodouicus hunc totis copiis magnoq; impetu inuadit: & miſſilibus ipſe quoq; eminus ab lateribus pluribus boſtē laceſſere acriuſq; cædere cœpit. Certatur utrinque fortiſſime atq; ptinaciſſime. Fit ob id continuo magna ac miſera bilis ubique cædes. Sed cum aliquandiu per hunc modum ab duobus potentiſſimis exercitibꝰ altero in munitione ſe tueri: altero intra munitionem irrumpere conantibus pugnatum eſſet: falſa exoritur regios inter milites uox: regem uulneribus confoſſum cecidiſſe. Qua uoce exaudita: cecidere mox omnibus animi. Dein languidius pugnare: multi prælio excedere: & fugæ ſe mandare coeperūt: & Carolus andegauenſis inter reliquos: qui tribus equitum millibus præerat: ſeu metu propter increbreſcentē amiſſi regis rumorem: ſeu dolo quod iam: uti demonſtratū eſt: cū boſtibus ſenſiſſet: diſcedens toto ſuo equitatu: non prius a fuga reſtitit: quam paſſuum millia circiter qnquaginta procul ab eo loco abiiſſet. Quod ubi animaduertit Lodouicus: detracta conſtim galea: magna uoce eo inquiens adſū: reuocare fugientes conatur: ex quo multi ſeu pudore ſeu metu ducti reſtitere apud regem: prælium que ob id inſtauratum. Multi uero: ut coeperant: relicto rege: fugam perſequi perſeuerauerūt. Nec tamen boſtis munitionibꝰ educere auſus eſt. Lodouicus autem cum iam nox ſuperueniſſet: & ab ſuis qui remanſerant: ægre dimicaretē: uidentibus boſtibus: prælio exceſſit: & ad multam noctem corbellium ſe recepit: quē in locum ſuos e foeda fuga reducere curauit. Et quoniam ubi erat: amplius ſibi manēdum non uidebatur propter magnā militum multitudinē ad boſtem quottidie confluentem: coacta biduo maiore errantium parte: Parrhiſios conceſſit. Interim Karolus numeratis occiſorum cadaueribus: qui millium ſex

numeꝝ ſuperaſſe feruntur: iiſque humatis: operaq; adhibita: ut ſaucii curarentᷣ: cum res frumẽtaria exercitum deficeret: Eſtampas proficiſci tur. Quod quidem oppidum & ſi pmunitum erat & ualidum: oppidani tamen metu perculſi ſeſe Carolo dediderunt: quem in locum Carolus regius frater Franciſcus britannus & cæteri cõiurationis principes con feſtim cum ingenti quanta maxime pro ſe quiſq; potuerunt: armatoꝝ manu conuẽnere. Fuerunt: ut exiſtimabatᷣ: præter inutilem multitudi nem ſupra centum fortiſſimoꝝ uirorum millia: cumq; aut de capiendo aut fugando rege agerent: conſtituerũt illum ad urbem Parrhiſios cir cunſedere: quæ & ſi maxima eſt: muroq; circundata ualidiſſimo & foſſa item duplici & aggere munita: tamen non dubitabant: breui regnum prope uniuerſum imperata facturum. Quibus conſtitutis rebus urbi totis caſtris admouerũt. Burgundio primus urbana prope mœnia ſua caſtra locat: quæ ferratis curribus ualidoq; aggere circundat. Iohannes andegauẽſis: qui urbi proximus eſt: pontẽ in Sequana ſitum occupit. Id enim flumen mediam urbem interfluens rem frumentariã facile abundeq; ei ciuitati ſuppeditabat. At Carolus regis frater & britannus cæteriq; principes municipia quæq; munitione firmiora circunquaq; aggreſſi: iiſdemq; potiti urbem & ipſi ita obſident: ut ex magno ambi tu is ſolus obſeſſis relictus ſit aditus: qui ad occidentẽ pertinet: & ad regionem eam uergit; quam galli Normandiã dicunt: huic præſidio erant ex regiis euocatis quadraginta circiter equitum ac peditum mil lia: qbus ex locis & Rothomago urbe ampliſſima: quæ regionis totius caput eſt: regiq; fideliſſima: magna quottidie incluſis ſubſidia: inuitis etiam obſidentibus ipſis: ſubminiſtrabantᷣ. Cæterum boſtium duces burgundioq; in primis & recenti uictoria & numero elati ſæpe regem per feciales perq; ferream chirotecam belli more in certamen prouoca bant. At ille ut eſt ingenii acrimonia & prudentia ſingulari præditus: cũ ſtatuiſſet urbe ſe continere: boſteſq; quoad poſſet diuturnitate belli conterere: uiribuſq; exinanire: prælio abſtinebat; prouocantiq; boſti reſpondebat: non decere ſubditos regem ſuam in pugnam prouocare. Inter hæc Franciſcus Sphortia; qui erat animo in Lodouicũ non beni uolo minus quam grato: cum primũ de ea principum cõiuratione per fidiaq; multoꝝ litteris cognouit: non expectandũ ſibi duxit: ut auxilia tor acceſſeretᷣ a rege: ſed ultro ei ſuccurrendũ ſui officii eſſe iudicauit: ad quam rem tamẽ non multo poſt acceſſit frequens regis ipſius peti tio. Proinde celeriter exercitum in ciſalpina gallia parandum curauit. Huic uiros fortes lõgoq; belli uſu peritos attribuit. Imperii uero ſum mam Galeacio primogenito ſuo tradidit: quem eo potiſſimũ conſilio ductus in eam expeditionẽ mittendum exiſtimauit: ut & beneficium petenti in tanto ſuo periculo gratius foret: cumulatiuſq; redderetur: & adoleſcens filius diſciplinã militarem: ipſo uiuente: diſceret: armis

aſſueſceret: & militum quoq; gratiam & auctoritatē bello gerendo ſibi compararet: quippe qui ſæpe dicere ſolitus eſſet: quam ſibi iucundum extitiſſet: ſi ueneto bello quod poſtremo geſſerat: Galeacium filium apud ſe habere per ætatem licuiſſet. Is igitur bellandi cupidus: coacto non longe ab urbe Vercellis exercitu: impetrataq; ab Amideo ſabbaudiano principe: qui Lodouico patri in principatu ſucceſſerat: de libero per ſuos fines tranſitu redituq; fide publica: parte æſtatis iam exacta: caſtra mouit: & per taurinos iter faciens paucis diebus ex Italia alpes tranſcēdit: ac per Delphinates quos uocant: in Viennenſiū fines regiæ dicionis magnis difficilibuſq; confectis itineribus peruenit. Deinde nulla fere data militibus quiete: Rhodanum traiecit: proximū Franciſci borbonenſis ſolum: quod forenſe appellant: oppidis magnis quam uicis frequens inuadit: populatuſq; late ac longe regionis agros: magnum inde pecoris numerum abegit: ita: ut nemo fere miles prædæ expers redierit in caſtra. Eius aduentu prouinciæ eius populi: qui fere omnes aduerſis Lodouici rebus infirmi uacillare animo & de defectione cogitare iam cœperant: in regia fide confirmant̃. Hoſtibus uero tantus eſt terror iniectus: ut Galeacius non formidabilis modo boſtis ſed formidabiliſſim? cunctis eſſet: Nam tanta mox eſt barbaris gentibus nata de Italorum uirtute opinio: ut eos ſupra mortales eſſe arbitrarentur. Quare expugnatis primo aggreſſu oppidis quibuſdā illiſq; munitiſſimis & in prædam actis: q̄plurima partim metu: partim uolūtariis animis dedentibus ſeſe oppidanis: ſuam in poteſtatem uenire coegit: quæ ſane & ſitu erant & cæteris munitionib? captu difficillima: & quæ cum magnis olim exercitibus ab francoꝝ regibus obſeſſa oppugnata que fuiſſent: in priſtina tamen fide ſemper p̄manſerant. De his rebus Franciſcus borbonēſis: qui cū cæteris coniuratis: ut docuimus: regem infeſtabat: crebris nunciis certior factus cœpit non mediocriter ſuis rebus timere: & iam de diſceſſu ex caſtris apertiſſime uerba facere: quo ſuorum ſaluti proſpiceret. Quæ ſane res & burgundioni moleſtiam attulit non paruam: & regi in tanta calamitate magno fuit adiumento: Nam & huic animus meliore ſpe auctus eſt: & boſtibus dimminutus. Cum igitur rex huiuſmodi conſilio boſtes diſtinere: tempuſq; cōſumere inſtituiſſet: ſinebat aliquando: ut leuis armaturæ equites & ii quidē admodū perpauci cum boſtibus præliarent̃: qui poſt paruulas dimicationes in urbem reuertebant̃. Quod certe erat burgundioni ſociiſque moleſtiſſimū: quippe qui ardebant: ut collatis ſignis iretur in pugnā: breui futurum rati: ut de rege ipſo & de regno uniuerſo actum eſſet. At Lodouicus: cum inter ſpem metumq; fluctuaret: ſibiq; maxime a ſuorum inſidiis cauendum eſſe intelligeret: ſaniore tandem uſus conſilio: poſt menſem tertium quam pugnari coeptum eſt: circa Kalendas nouembres cum burgundione ex communi utriuſq; conſilio clam in

colloquiū uenit:pacemq; certis condicionib?pepigit:factumq; eſt dein de:ut burgundionis ipſius opera coniurati omnes regi reconciliarent. Poſt hæc inter regem burgundionēq;:ictis fœderibus firmataq; pace: in publicum cōuiuium itum eſt:ubi duces principeſq; regni: qui inter accumbendū affuere:Lodouicum regem pro more uenerati iureiurādo ſeſe obſtrinxere:ut poſtbac omni in eum maleficio atq; iniuria abſtine rent: illi quoq; ueluti legitimo regi & domino parerent. Quibus con fectis rebus:data eſt ſingillatim omnibus abeundi poteſtas: pauloq; poſt in ſuas quiſq; ſedes conceſſere.Pacato per būc modum regno ſeda taque omni coniuratione menſe februario & anno a natali chriſtiano ſexageſimo ſexto ſupra quadringenteſimū ad milleſimū Lodouic?tris legatos miſit ad Franciſcū Spbortiam magnæ auctoritatis dignitatiſq; uiros:qui ei coram gratias agerent immortales pro tanto & tam neceſ ſario tempore in ſe collato beneficio: cum ſæpe diceret: tempeſtiuo illius auxilio non modo totam Delpbinatus regionē uniuerſumq; lug dunenſem agrum:qui iam in boſtium pœne deuenerat poteſtatem:ab comite Galeacio inuictoq; eius exercitu ſibi reſtitutum ſeruatūq; eſſe: ſed pacem etiam æquis condicionib?ſe conſecutum. Legati ex itinere ad Geleacium primum deflexerunt:eadem exponēdi gratia:quæ primi expoſituri erant:deinde Mediolanū ad Franciſcum cum peruenīſſent: & quæ rex mandauerat: præſentes retuliſſent:tanto bonore & bumani tate ab munificētiſſimo principe excepti ſūt: ut nibil aliud in ore babe re uiderentur: quam ſummā unius Franciſci Spbortiæ beneficentiam atq; animi magnitudinē. Sed uixdum legati ad regem redeūtes alpes tranſierāt:cum inſperata atq; repentina mors Franciſcū ipſum in ſum ma rerum felicitate cum ab omnibus quandiutiſſime etiam uicturus ſperaretur:occupauit. Nam qua ſuperioribus annis bydrope:ut docui mus:piculoſiſſime laborauerat:nō omnino liberatus:ita magnitudine prauorum bumoꝝ atræq; bilis potiſſimū partes ſuperiores petentium oppreſſus eſt: ut intra biduum defecerit. Id medici eueniſſe iudicaue runt:quod quottidianis remediis & conſueta corporis purgatione dies complures abſtinuiſſet: quodq; ſingulare quoddā ſtudium ad perſtrin gendos bumores in crura defluentes adbibuiſſet.Obiit autem ad.viii. Idus martias quintum & ſexageſimū ætatis: ac ſextum decimum Me diolanenſis principatus agens annum.At Blanca maria ut erat uirago non minus prudens quam animo ſupra ingeniū muliebre in tam gra uiſſimo caſu nibil prætermiſit: quod ad ſalutem uiri pertinere arbitra retur:Nam aſſidue ea omnia cum medicis excogitauit:curauitq; reme dia:quæ ad bonam ualitudinē uirum iam deficientem reuocarent.Sed cum animaduerteret tandem eum paulatim extingui:ueluti qui ab ea perſæpe interrogatus aut parum & anxie reſponderet: aut nibil præ nimio ſtomacbi dolore:quo plurimū conficeret:nec omni uſus conatu

in nimia Nauſea uomitum poſſet facere : intelligeretq; non ſolum ex medicoꝝ iudicio ſed ex ipſa etiam re de illius uita nullam omnino ſibi ſpem relictam eſſe:non deſtitit in tanta animi ægritudine uel ipſas inter lachrymas propere ad Galeacium filium litteras dare : iam eſſe de patris uita deſperatū : q̄primum in patriam reditum maturaret : deinde in multā noctem ſenatum cogit:non nullis ciuibus accitis : qui inter Mediolanēſes & auctoritate & opibus magis ualerent:quibus expoſita præſenti calamitate:omnes eſt benigna & graui oratione adhortata:ut rebus ita conſulerēt:nequid poſſet aduerſi accidere. Intelligebat enim iure uerendum eſſe in tanta populi multitudine: nequid tumultus in principis obitu oriretur. Et quod mirandum eſt:cum dolore ipſa uſq; adeo conficeretur:ut mortuæ eſſet quam uiuæ ſimilior:ea dicendi grauitate eſt uſa:ut flentib?cæteris : ipſa ſeſe a lachrymis & omni animi imbecillitate contineret. Sed inter hæc ubi Franciſcus naturæ deoque conceſſit : rurſus nuncios miſit ad Galeacium : eumq; de patris obitu edocuit:ut in patriā reuerteret:adhortans.Præterea ad cætera conſilia quæ ad tuendum principatū incolumitatēq; ſuoꝝ pertinere uidebant: non prætermiſit omnes Italicos potētatus de uiri obitu efficere certiores:hortariq;:atq; rogare:ut ſibi ubi opus ſit:auxilio forent:& regem Ferdinandū in primis atque florentinos ſibi fœdere iunctos:& eadem ratione Paulum ſecundum pontificem maximū:ac uenetos : ad quos etiam legatos miſit uiros graues. Et quoniam Frāciſcus non tam uniuerſæ nobilitati quam toti Mediolanēſi populo æque fuerat carus : & uelut numen quoddam colebatur:magni flætus immenſiq; ubiq; eiulatus in urbe exaudiebant:mæror ingens certe totam ciuitatem occuparat:cum omnes non principem optimū:ſed patrem:ſed uitam etiam ipſam atq; animam amiſiſſe uiderentur:erantq; omnes in eius laudes effuſi:uoceſq; & clamores ferebantur in cælum.Placuit autem Blancæ pro nimia ſua in uirum pietate:ut biduum eius corpus domi ſeruaret inſepultum:quo quidem tempore nūquam deſtitit ita mortuū animo contemplari oculiſq; ſæpe aſpicere:ac ſi uita frueret.Domus tota flætibus eiulatibuſq; complebat : & ſi uocem ipſa ac lamentationē quoad poterat:reprimebat.Die autem tertio cum inſtituiſſet funus deferri in templum:quod maximū & nobiliſſimū in honorē beatiſſimæ uirginis Mediolani dicatum eſt : quod diutius propter corruptionē ſeruari non poterat:e curia priuſquā efferretur:rurſus maximis flætibus eiulatib? que propius facta: illud in oculos totamq; faciem exoſculari non ceſſauit:medicis ac cunctis qui aderant:probibētibus:ne triduanū corpus: quod iam olere coeperat:attrectaret:Inter lachrymas uero ac ſingultus uix tandem Blanca abſtracta: Franciſcus pretioſiſſimis ueſtimētis inſignibuſq; ducalibus ornatus ac illo enſe cinctus : quo in omnibus uictoriis fortiſſime uſus fuerat:ſceptrumq; dextera tenēs delatus eſt: ut

diximus:in ecclesiam:ubi in medio templi positus ad uesperam usque ante quam conderetur : relictus est cum maximo ciuitatis totius concursu & publico ac miserabili omnium flætu & eiulatu.Cum hactenus ea a Francisco sex & quadraginta annoꝝ spatio gesta per cõmentarios rettulerimus:quæ fortunæ subesse imperio maxima ex parte uidentur: tametsi talis ille tantusq; fuit:ut omnem semper fortuná superauerit: non absurdum existimauim?: ea quoq; bona breui compendio attingere:quæ ei sunt corpori animoq; tributa:quáquam & ea de re in operis præfatione non nibil tetigerimus . Fuit profecto Franciscus Sphortia mira quadam & egregia corporis forma: quippe qui cõmunis staturæ mediocritate superabat:& cum esset aptissima & decora membroꝝ proportione:tum ea erat faciei dignitate:ac uultu adeo graui adeo uenerabili : atque tanta maiestate conspicuus:ut facile inter uirorum millia principem eum ac cæterorum imperatorẽ iudicasses. Robore autem & agilitate ab ipsa usque adolescentia:ut neminẽ sibi parem offenderet . Quare & iaculando & luctando cursu quoq; & saltu nemo erat:qui cũ eo contẽdere auderet: Nam & ferreas sudes easque ingentes grandiaq; saxa æque fere eminus iaciebat:ac alii tragulas:& omnẽ corporis laborem quam æquissimo animo ferebat . Nullis unquam byemis frigoribus:nullis fractus æstatis feruoribus:quo minus nudo capite inter maximos intolerabilesq; labores semper uersaretur . Omne armoꝝ onus non pluris faciebat quam lacernam. Famis ac sitis patientissim? . Præterea nec uulnerum metu conterrebaᷠ:nec dolore torpebat:quæ fortissime pugnando plærunq; non nulla excepit . A nullo unquam malo odore:nec a fumo:nec ab puluueris magnitudine se auertebat . Nemo sane inuentus est neq; in cibo neq; in potu continẽtior : quibus utebatur minime delicatis:& ita parce atque perpolite: ut ne uerecũdis etiá uirginibus cedere uideretur. Vesci autem solus consueuit nunquá uel perraro:idque tum ob naturæ benignitatẽ: tum etiam ut uictus suus lateret neminẽ . Inter edendum quo etiam tempore q̃plurimi ad eum & frequẽtissimi admittebanᷠ: quæ uellet cuiq; seu palam seu ad aurẽ exponere licebat : cõtrouersias quoq; ac perdifficiles & non tam milita res quam ciuiles æquo animo audiebat:grauiq; iudicio aut ipse dirimebat:aut dirimendas mandabat.Somno insuper erat pauciss̃imo : quem tamen aut propter corporis laborem aut propter ullam animi sollicitudinem ne in maximis quidem clamoribus ut strepitu amittebat úq̃ : qn potius cum in eius sæpe tentoriis aut tabernaculis:ut fit: militiæ quámaximi strepitus fierent:aut prope exaudirenᷠ:uel militarib?carminibus uel tubarum tibiarumue uel tympanoꝝ sonis aut equorum bynnitu militaribusq; clamoribus : tum ille altiori uidebaᷠ teneri somno. Nec modo ferebat æquo animo quæ fierent:sed lætabatur.Fuit animo usqueadeo infracto atq; inconcusso : ut omni maxime uideretur carere

formidine. Quod ſiquis clamor boſtilis aut die aut nocte repente orie batur in caſtris : ipſe omniū primus erat in armis: ac curſim coramq; ad tumultū ſe conferebat. In omnibus gerēdis rebus ſecurus fuit celer prudens & ſtrenuus. In bello ad cognoſcēdos non modo boſtiū motus ſed ſermones etiam conſilia cogitationeſq; eam ſemp curam adhibuit: ut nihil fere eum latuerit: qđ illi tentaturi eſſent. In ducēdo & alendo exercitu: acie inſtruenda: prælio cōmittendo tanta peritia proſpicientia & animi fortitudine præſtabat: ut boſtium etiam ipſorum teſtimonio conſtaret : eum poſſe prælio nunquam ſuperari. Ea autem utebatur in genii acrimonia ea grauitate prudentia atq; conſilio : ut nihil neq; in bellicis neq; in urbanis rebus iniret unquam: quod minus fuiſſet quā diligētiſſime antea metitus: omnēq; proſpexiſſet euentū: & quod decre uerat: innata quadam animi magnitudine & incredibili celeritate con ficiebat . Mirum dictu eſt: quam abſtineret illecebris humaniſq; uolu ptatibus atque cupiditatib?. Et quod rariſſimū in aliis inuenias : cum neq; in rebus aduerſis ſiqua iniquitate fortunæ acciderant: deprimeba tur animo: ita ne in ſecundis quidem efferebatur: quin potius ſicuti in aduerſis non frangebat : ita etiam in proſpera fortuna modeſtiſſimus ſemper fuit: & alios ab omni cōtumelia iniuriaq; continebat : & ne id quidem mirum: cum omnibus de ſe præſtaret exemplū: qui cum maxi me uinceret: ultione nō utebatur. Præterea tanto fuit ingenii acumine & proſpiciētia : ut cœptarum rerum euentum qui in bello dubius eſt : ferme ſemper præuiderit: & eas ſæpiſſime uictorias quas multas & ma ximas conſecutus eſt: multo ante præſagierit: quā euenerint. Quanta fuerit in eo uiro induſtriæ uis atque conſilii ad inueniēda in difficulta tibus remedia: eaque omnia prouidenda ac paranda : quibus ab omni ſe atque ſuos diſcrimine liberaret ac tueretur: niſi id lateret neminē : incredibile uideretur . Quanta uero liberalitate excelluerit : ne facile quidem dictu eſt: nemo certe illo benignior: nemo beneficētior: nemo liberalior unquā fuit : cum omni in re tum uel maxime in munificētia rei pecuniariæ. Qua re cum alii multi : tum uel in primis Coſmus Me dices eum ſæpe litteris nunciiſq; eſſet adhortatus: ut pecuniis parceret neque earum tanta uteretur largitione. Fieri enim poſſe : ut ſi minus ſibi: liberis tamen ſuis aliquando pecunia opus eſſet : ita reſpondebat ſe Coſmo medici q̄maximas agere gratias. Scire enim ſe: eum loqui ex optimo ac beniuolētiſſimo erga ſe animo : ſed intelligeret ſui animi ſentētiam: nihil omnino apud ſe intereſſe: morine mallet uel auariciæ accuſari. An ſe idcirco tantū adeptum eſſe principatū exiſtimari uelle : ut pecunias potius congereret; quam iis: ut par eſſet: liberaliſſime utere tur in cæteros ? Satis ſibi ab immortali deo uel ſupra optata datum : quod liberi ſi probi fuerint: pecunia non egebunt: ſin ſecus: qđ omen Deus auerteret : nullam profecto pecuniā uel quāmaximam ſatis eſſe

futuram. Mercatorem ſe fuiſſe nunquam: neque exiſtimari in reliquū tempus uelle. Nam hactenus nihil ſibi utilius fuerat: quam pecunias omnes quas ex re bellica maximas conſecutus erat: in eos diſtribuere ſemper: qui ſe præbuiſſent ſua militia atque munificentia dignos. Quibus quidem artibus continuerat ſemp firmiſſimos fideliſſimoſq; exercitus: quorum opera & labore pro diuina benignitate hoc erat imperii aſſecutus. Nunc autem pecuniis parcere: æque ſe ducturum atq; fœnerari. Cæterum erat Franciſcus ipſa natura humaniſſim? clæmentiſſimuſq;: qui ſi aliquando aliorum culpa excanduiſſet: moderabat illico uim omnem atque iracundiæ impetum: & ſi aut re aut uerbo in quenquam ſe uæbemētiorē præſtitiſſe putaſſet: tum illum etiam tacentem beneficiis proſequebat: quo ſibi maiore beniuolentia atque obſeruantia deuinctū redderet. Extorres patria: miſeros peregrinos & uiatores bonis plærunq; ſpoliatos: qui ad eum plurimi confugiebāt: cōmeabant que: ita humaniter liberaliterq; excipiebat: ut nemo ab eo uacuus triſtiſq; diſcederet. Aegrotos omni tempore aut ipſe coram aut per medicos aut per alios uiſitabat: pecuniaq; iuuabat. Sauciis præcipue largiter ſubuenire in caſtris cōſueuit. Miſericordiæ operibus: quas elemoſynas uocant: promptiſſime liberaliſſimeq; indulgebat: eiuſque rei templa diuina plurima religioſiſſimiq; conuentus locupl ex perbibent teſtimonium. Viros ſapientes ac probos mirifice diligebat: honorabatq;. Improbos autem plurimū oderat: & ut in homines ſimplices & apertos nullas inimicicias exercebat: ita uerſutos duplices occultiq; ingenii & aſſentatores in primis ſummo odio inſequebat. Fide eius nihil certius erat: ut quicquid promiſiſſet: inuiolatæ præſtaret. Honoris atq; nominis ſui rationem habebat ſingularē: & ob eam rem ſæpiſſime percūctabatur: quæ de ſe dicerentur: ut uel redderet rationem eorum quæ aut faceret: aut diceret: aut operā daret: nequa infamiæ labecula de ſe circūferret. Vir ſane fuit æqui rectiq; amantiſſim?: ac pietatis & religionis obſeruantiſſim?. Quare in eos omnes qui a fide chriſtiana uidebant abhorrere: præſertim redemptoris noſtri & glorioſæ uirginis matris mariæ contemptores ac maledicos acerrime animaduertebat. Ab omni etiam ſuperſtitione erat unus omnium alienus. Mathematicos non multi faciebat: quippe qui non uana ſæpe Aſtrologoꝝ iudicia ſed rationem ipſam ducem ſequeretur. Quid demum de eius diuina naturaliq; facundia dicam? Quæ & ſententiaꝝ grauitate & uerborum quantum uernaculo ſermone exprimi queat: elegentia & dignitate adeo mirabilis in eo fuit: ut ex concionantis ore pendentes cunctos aſpiceres: uti de Neſtore ſcriptores tradunt. Quid multis? Si uirtutes illius omnes uelimus ſingillatim recenſere: longa profecto nimis erit oratio: ſed illud certe auſim affirmare: poſt. G. Iulium Cæſarem neminē fere habuiſſe Italiam reperies: quem iure poſſis cum uno Franciſco Spbortia

conferre : qui quidem cum uiciſſet ſemper: & uictus fuiſſet unquam ita diem obiit: ut omnibus de ſe nō minus deſyderium quam flætum relinqueret. Cæterum Galeacius ubi ex matris Blancæ litteris de deſperata patris ſalute cognouit : re cum amicis cōmunicata: cenſuit omnibus poſtbabitis rebus q̄primum in patrias ſedes redeundū. Iuſſerat. n. paulo ante Franciſcus : ut ad Lodouicum regem & ſalutandi eius & Bonæ ſabbaudianæ uirginis reginæ ſororis in matrimoniū accipiēdæ gratia proficiſcereť: & ob id ad profectionē ſe iam parauerat. Sed demā data Iobanni palauicino exercitus cura: qui erat per Delphinates in hybernis diſtributus & Petrofrāciſco uicecomite legato ad regem miſſo: qui eum de Franciſci patris caſu edoceret: mercatorē quendam Mediolanenſem Lugduni agentem ſibi itineris ducem ſumit : ac perpaucis ex domeſticis ſecum ſumptis : mutatis ueſtibus: in Italiam redire contendit : qui cum magnis diurnis nocturniſq; itineribus ſuperatis alpibus: die tertio Nouaritiū peruenisſet : quod eſt oppidum ad montis radices undiq; ab incondita agreſtium turba unum Galeacium petenti quæ iuſſa eo paulo ante cōuenerat: magnis clamoribus incautus circū uenitur: ipſe ab comitibus derelictus arte ex irruentiū impetu elapſus per inuia præruptaq; ſaxa præceps in proximū ſacellum ſe recepit : ubi confeſtim ab multitudine circūſeſſus biduum fere inter ſpem metumque anxius fuit. Sed Antonii romaniani iureconſulti magna in Taurinenſibus auctoritate uiri: qui fuerat Franciſco duci deditiſſim?: & gentilium ſuorum ope & opera clanculum ex eo loco occidente iam ſole incognita ueſte ſeſe ab obſidentium manibus eripuit ac per noctem tutum in locum perductus . Poſtridie eius diei in Nouariēſem agrum nullo intermiſſo tempore multis Taurinēſib?Mediolanēſibuſq; ſimul: qui ei obuiam ierant: comitantibus: ſe contulit incolumē. Ignorabatur enim utrum ſabbaudiani principis iuſſu uel ne illi p eius fines tranſeunti contra pacis fœdera fidemq; publicam tam grauis tamq; inſignis illata eſſet iniuria: cum duo tantūmodo Auguſtinus lignanēſis abbas & Iobannes albenus facinoris eius auctores fuiſſe inſimularenť : qui cum paucis ante diebus miſſi ad Franciſcum legati fuiſſent : reuerſiq; ad Amideum ducem : qui ob comitialem morbum quo propemodum laborabat: non regebat: ſed regebať: & uelut amens furenſq; interdum cuſtodiebať: facti eſſent de Franciſci repentina morte certiores: temerario auſu Galeacium ipſum per alpes inſecuti : eum compræbendi in itinere iuſſerant: futurum exiſtimātes : ut omnia Mediolani ob principis mortem miſcerentur: eoque retento : magnum eſſent inde emolumentum conſecuturi . Galeacius igitur in paternas ſedes reuerſus : a Nouariēſibus primum ciuibus in nouum eorum principem & patris in ducatu ſucceſſorem magno plauſu receptus eſt. Deinde ad. xiii. Kal. apriles Mediolanum : ut erat a Blanca matre conſtitutū: profectus : ab

cunctis ſummo bonore atque lætitia ſuſceptus & in ducatus dignitatem ſecundo & uigeſimo ætatis anno aſſumptus eſt. cœpitq; pacatiſſimum ubique paternum principatum ingenti animo atque prudentia adminiſtrare. Interim perlatis q̃celerrime uniuerſam per Italiam de Franciſci morte nunciis: uenerunt Mediolanū complures ad eum principes ac principum ciuitatumq; legati: ut tum ueteris amicitiæ: tum ſocietatis iure uno atque eodem tempore & paternæ mortis dolendæ & de ſuſcepto tanti principatus gubernaculo gratulandi munus perſoluerent: & ſtabiliendi quoq; tutandiq; regni eius: ſi oporteret: cauſam ſuſciperent. Aduenit uelut propinquior omnium primus Guilielmus Montiſferrati Marchio: qui Iohanni fratri ſucceſſerat. Paulo deinde poſt Hercules æſtenſis a Borſio fratre miſſus. Alexãder deinceps Sphortia & Fredericus urbinatū comes. Venerunt duo præterea florentini legati ex ciuitatis primariis Bernardus iunius & Aloyſius guiciardin?: qui præ nimio dolore: & Franciſci deſyderio cum legationē in publica concione exponerent: non potuerunt ſe ab multis lachrymis continere. Miſit & Paulus romanus pontifex legatum. Miſerunt ſenenſes: Bononienſes atque lucenſes. Poſtremo uelut omnium longiore interuallo remotiſſim? miſit legatum ſuum Lodouicus francorum rex. Ferdinandus autem cum Mediolani apud Franciſcum legatos aſſidue haberet: miſit mox genuam cum claſſe & peditatu Turcum ciciuellum legatum qui & ad confirmãdos ciuium animos in fideq; continendos & ad pellendos hoſtes ſiqui eam regionem inuaderēt: auxilio foret. Soli ueneti eo tempore in Italia huiuſmodi legationis mittēdæ officio abſtinuere. Quæ res non paruam Galeacio reliquiſq; Italiæ, potentatibus nouandarum rerum ſuſpicionem iniecerunt.

FINIS

IIS COMENTARIIS AB PRIMO ALPHONSI IN ITALIAM ADVENTV ET AB QVARTO ET VICESIMO SVPRA QVADRINGENTESIMVM ET MILESIMVM ANNO A NATALI CHRISTIANO AD SEXTVM ET SEXAGESIMVM VSQVE ANNVM NON DIVI FRANCISCI SPHORTIAE SOLVM SED OMNIVM ITALICORVM POPVLORVM REGVM ET RERVM PVBLICARVM FACTA DOMI FORISQVE CONTINENTVR: TANTA FIDE ET RELIGIOne LITTERIS PRODITA VT NIHIL GRATIAE ATQVE ADVLATIONI DATVM ESSE CONSTET QVAE EO CERTIORA HABENDA SVNT: QVOD QVI SCRIPSIT REBVS FERE OMNIBVS INTERFVIT: EA NVNC REGNANTE IOHANNE GALEACIO. VI. MEDIOLANI DVCE AVSPICIIS ET IVSSV ILLVSTRISSIMI LODOVICI SPHORTIæ ANTONIVS ZAROTVS IMPRESSIT MEDIOLANI DECIMO KALENDAS FEBRVARIAS.

FRANCISCVS PHILELFVS IOHANNI SIMONETAE DVCALI SECRETARIO SALVTEM DICIT PLVRIMAM.

LEGI ET PERLIBENTER QVIDEM IOHANNES Simoneta eos cõmentarios: quibus uitam & res geſtas illius fortiſſimi uiri & inclyti Mediolanenſiũ ducis Frãciſci Sphortiæ ornatiſſima oratione complexus cum apud homines noſtri ſeculi non paruam admirationẽ: tum apud poſteros maximam tibi laudem peperiſti. Quis enim non miretur potuiſſe te in tantis occupationib? tuis res tantas tamq; uarias perſequi tanto cum ordine & prudentia? Iure igitur laudaberis ſemp. nomenq; tuum nulla hominũ memoria ignorabit: Nam ipſe quod ad me attinet: ſum idcirco tuis ſcriptis magis delectatus: quod Sphortia næ laudi & gloriæ ita faueo: ut nihil malim: quam de uno Franciſco Sphortia ſemp aliquid dignum memoratu & lectitare & audire. Itaq; tibi mi Iohannes gratias ago immortalis: qđ tuos iſtos diſertiſſimos cõmentarios uideri a me uolueris: quorum lectione ita ſum delectatus ut uix aliud quicquã hoc tempore iucũdius mihi contingere potuerit. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris ſexto Idus Iunias. M.cccclxxviiii.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

